Digitized by Google

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XXIV
D
7
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

XXIV.
2.
7.

Digitized by Google

TOTIVS
PHILOSOPHIAE
PERIPATETICÆ
CORPVS
ABSOLVTISSIMVM.

AVCTORE JOANNE CRASSOTIO
Inalma Academia Parisiensi, Clarissimo nuper Philosophiæ Professore.

AD ILLVSTRISSIMVM D. DOMINVM AVBERY,
SVPPLICVM LIBELLORVM MAGISTRVM, ET IN
Senatu Prætoriano Præsidem consultissimum.

Vnâ Cum gemino rerum & verborum indice.

TOMVS PRIMVS.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" - NAPOLI

PARISIIS,
Ex Typographia FRANCISCI HVBY, viâ Iacobæâ sub Bibliis aureis,
& in eiusdem officina Palatina in ambulacro captiuorum.

M. DC. XIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS, ET Approbatione Doctorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMO, AC ILLVSTRISSIMO VIRO D. D. ROBERTO AVBERY, SVPPLICVM libellorum integerrimo præſtiti, & in prætoriano Senatu præſidi conſultiſſimo. S. P.

POSTQVAM Ioannem Craſſotium Philoſophiæ lumen & columen è viuis exceſsiſſe aduertiſſem, tantumq; virum è veteris illius, & florentis Academiæ Pariſienſis reliquijs, inuidente fato, bonis omnibus ereptum eſſe comperiſſem, proindeq; magnam rei literariæ labem, & fatiſcenti pænè Academiæ detrimentum illatum, vniuerſiſque Academicis dolorē inuſtum fuiſſe: Cogitaui ego futurum, vt labes illa eluatur, damnum reſartiatur, ac mœror in dies recrudeſcens mitigetur, ſi lucubrationes illius Philoſophicæ typis mandarentur, & in vulgus publicarentur. Et quidem nullum aliud ſupereſt malis his auerruncandis remedium, quandoquidem corporis eius intuitu fruſtramur, quàm ſi meliori parte ſui, ſcilicet animo, præſens nobis efficiatur. Sed heus, vbinam gentium animum cernere licet quàm in eius ſcriptis? ſi quidem ibi viget, ibi deliteſcens oracula fundit, ſapientiâ pleno ore propinat, labyrintheas verſipellium Sophiſtarum ſpiras euoluit, argutè proponit, prudenter & verſutè reſpondet, atque controuerſias ſolertiſsimè componit: A quo denique quam primum fuerit quis afflatus, derepente philoſophaturus eſt. Ecce (vir clariſsime, præſes illuſtriſsime omnium meritorum ſublimium dote potior) præceptorem meum, ad faſtiduum vſque (ſi ſapientem laudare faſtidium pariat) forte tibi plus æquo commendaui, non vt commendatior fieret, quippe probitate, ac honore pollentibus viris nihil addit oratio: ſua enim luce conſpicui precarijs teſtimonijs non iuuantur. Vt falſa tamen laus caſtigat, ità vera exornat, non vt exinde clarior, & illuſtrior tibi quaſi in Philoſophia nouo hoſpiti euaderet; in ea namque (de Ciuili loquor in qua totus verſaris) veteranos de ponte deijcis, & cornicum oculos configis. verum id præſtiti tantum, vt compertum, exploratumque ſit, me non operam & oleum perdidiſſe, ſimulque viris egregie doctis os minimè ſubleuiſſe, neque ſtudioſis defuiſſe

Digitized by Google

adoleſcentibus, in libris impolitis, crudis, quaſique muſteis, circulatoris cuiuſdam Philoſophi recẽſendis. Quod nihilominus feciſſe parum profuiſſet, minuſq; proſpere ceſſiſſet, ni te patronum acerrimum nactus eſſem, cui potiſſimum hos Craſſotij poſthumos ſub tuis auſpicijs futuræ famæ vadum tentaturos donarem, dicarem, conſecrarem; his enim temporibus pauci literas honorant, illudque ſimul Apollinaris quàm ex Apollinis tripode verius naturali vitio fixum, radicatumque pectoribus humanis, vt qui non intelligunt artes, non mirentur artifices. Verumenimvero cum ſis ex eorum numero, cui literæ literatiſsimæ maximo ſunt in pretio, & apud quem literati homines valent plurimum, merito iure hoc opus leue fortean & exiguum celſitudini tuæ deuoui. Ad id quinetiam obeundum cauſſæ & publicæ & priuatæ vehementer impellebant; publicæ ingenium, mores, auctoritas, & gratia qua polles apud principes viros. De animo tuo nemo dubitat nõn eſſe non igneum ac flammeum, qui celeriores cuiuſuis motus celerrimè præuertis, & ita celerrimè, vt citius negotium tibi commiſſum confeceris, quàm alij de conficiendo cogitauerint. Quod niſi ſacratiſsimus princeps, cui cum Homero φρὴν κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ probe percepiſſet, nouiſsimis his diebus numquam te totius Reipublicæ molimini; hoc eſt perplexæ repetundarum inquiſitioni præfectum eſſe voluiſſet. Satis præterea (fremat licet inuidia) eminet meritis ingenij proprij, qui fuerit fautor alieni. Morum ſuauitate nihil in te amabilius, populares tui quibus aliquando tui copiam facis fatentur, qui te non prius experti, quàm veracitatem in factis, in dictis fidem, comitatem in congreſſu, vrbanitatem & ſermonem cunctos allicientem ſtatim deprehenderint, ac demirati ſint. Auctoritate maxime mouebar, quod certò ſcirem, te multum poſſe apud Collegas ad commendationem huius operis, penes quos vos omnes publico bono natos, omnis præſertim literaturæ ſumma, & cura exiſtit. Deinde ſperaui hoc pacto auctorem noſtrum in portu iudicij publici poſt Scyllas, ope tua liuidorum latratuum enauigatas, gloriæ ſufficientis anchoram iacturum. Gratia porro, qua vales apud Magnates, non minoris erat ponderis ad haſce Philoſophicas ſcriptiones nomini tuo conſecrandas; gratioſus enim apud omnes gratiam facilè reperturus eſt, quod magnopere nobis exoptandum fuit, quoniam ipſa Philoſophia ſemper amara delicatis, ſqualore panniſque obſita, ditioribus viſa, nuſquam vbi figere pedem, inueniſſet, ni tu, alterque virtute illuſtris præconio ſuo viam ad honorum apices tutiſsimam præmuniſſetis, horum luxum & faſtum partim coercendo, & gratiam conciliando, partim illorum fœliſsimam auaritiam contemnendo. Priuatæ non mihi videntur cauſſæ defuturæ, quippe qui fuerim prius beneficijs à te cumulatus, & deuinctus, non alioqui notus, tuaque ſingulari humanitate, benignitate & munificentia affectum ante me ſenſi, quàm aliquod ſtudij in te mei argumentum, aut meæ potuis erga te obſeruantiæ monimentum ediderim. Idque mirum videri non debet, cum benefici, (teſte Philoſopho) magis diligant, quàm abüs, quos larga benefactorum vſura cumulant, diligantur; quod cum in pectore voluerem ſatius eſ-

Digitized by Google

ſe duxi, quibuſcumque cultus generibus perſonam tuam venerari, quàm in officio præſtando omnino deficere. hoc munus itaque chartaceum ſingulare veneration is in te meæ ſimulac'rum tibi ſuplex offero, obſecroque vt quo donatur animo, eodem excipias, oſtendaſque, ſi nondum in re vlla, ſaltem in ea tibi gratum fuiſſe. Quod cum præſtiteris, plenos beneficentiæ tuæ θυλακους excepiſſe prædicabo, neque me bonas horas in operibus alienis perpolien dis male collocaſſe pœnitebit. Vale, vigeas, floreas & ſoſpitem Reip. ſoſpitator Deus te diu ſoſpitet.

Tui obſeruantiſſimus
P. BVLENGERVS.

IN DVPLICEM PHILOSOPHIÆ CRASSOTII LIBELLVM.

ARTIFICVM quondam fuit admiranda duorum
Cura, ſed haud vlli profuit ille labor:
Quadrigam tenui muſcæ cohiberier ala,
Vel nuce Mæoniæ ſtringere mentis opus:
Clauſit Craſſotus duplici maiora libello,
Scriptore Iliados, Myrmecidiſque manu.
Quotquot enim nunc ſunt, quotquotque fuêre ſophorum
Sectæ, hos diphtera in hac congregat, arctat, agit:
Vana ſecans, potiora legens, miſcenſque lepores
Cum ſophia: lector quid peris vtilius?
Phœbus, vt & Pallas valeant, lauruſque, & oliua,
Et Dodona arbos, hic magè docta canit.

Φ

Digitized by Googl

SAPIENTI VIRO IOANNI CRASSOTIO.

DOCTA ſuos ſileat Sapientes Græcia, ſoli
Laurea CRASSOTO *danda corona venit.*
Nunc ſophiæ incultum valeat genus omne librorum,
Quiſquis Ariſtotelis non amat imperium.
Solertis tantùm laudentur ſcripta magiſtri,
Qui nomen toto ſpargit in orbe ſuum.
Auctori ſophiæ illuxit, cunctiſque refulget,
Quæ multos ornant, ſingula ſolus habet.

PRVDENTIVS CONSTANT. *Diſc.*

IN IOANNEM CRASSOTIVM Eximium Philoſophum.

CRaſſoti laus eſt opere hoc quod multa recondat,
Te Bullengeri non minor inde manet.
Profuit is, ſophiam luſtrando mente ſagaci,
Sed ſine te penitus hocce periſſet opus.
Huic laudem confers, nec non minus ille futuræ
Cauſſa tuæ eſt: is enim te hoc opus edocuit.
Quod ſi propter te, decus illi eſt, tanta que parta
Gloria, par operæ laus tribuenda tuæ eſt.

IACOBVS POIGNANT.

IN IOANNIS CRASSOTII SCRIPTA.

VT vaſti cernat immenis miracula mundi,
Æquoreas timidus remige findit aquas.
Geſtit aues, piſces, animalia cogere vulgus
Et gemmas, plantas, & quod in orbe placet.
His fieri dives, mundi vel intus adire
Plagas: hunc emito: præſtat utrumque liber.

P. BVLENGERVS.

Digitized by Google

AD CANDIDVM LECTOREM ET VERÆ PHILOSOPHIÆ STVDIOSVM.

PRÆFATIO.

IN Logicæ Politicæque vestibulo præfandi rationem, vsum, necessitatem, atque causas exposuit Author noster, quibus omnibus explicatis ad alia maioris momenti veniendum: in primisque ponendum ex eodem proœmiorum esse duo genera. Quorum vnum est congruentius quasique legitimum & germanum, quod solet enucleare breuiter nomenclaturam, causas, naturam, partes, & affectiones proponendæ disciplinæ, & methodi: alterum fortuitum & à proposita, siue proponenda methodo alienius. Vbi traduntur quidem quæ pertinent ad ipsam scientiam, qua de sermo fit; sed vt aiunt per accidens tantum, puta vita auctoris, operis occasio, dedicatio & consimilia. Vnum est omnino necessarium: alterum vero conducibile. Prius ab Auctore ipso conditore quelibri siue methodi saltem apud se construitur. Artifex enim causa dianoetica debet preuidere formam operis quod molitur: verbi causâ struendæ domus; auctores porro machinantur διανοητικῶς artes, libros, ac methodos, ex quo facile intelligitur, quam sit necessarium huiusce præfationis genus. De quo sit nec ne pars eius methodi, cui prefigitur, præceptor meus quærit initio dialecticæ, ibiq; simul quæstionem excutit: posterius autem quodque tantum vtile censetur vel ab interprete, vel ab alio quoquam fabricari solet, vbi de disciplinæ quam proponimus antiquitate, vtilitate, dignitate, majestate disputatur, nimirum vt musæi iuuenes de industria ad ipsam potius quam ad alteram accedant, ipsamque ambabus vt fertur vlnis amplexandi cupido maior illos exerceat. Sed vt pergamus ad alterum præfandi genus ac persequamur, alterum nobis omittendum est, hoc enim à proposito alienum, istud magis accommodatum, vt pote ad quod referuntur quæ superius enarraui: necesse igitur dicere de Philosophia, de IOANNE CRASSOTIO, & eius operibus atque de penso, opellaque nostra.

ed by Google

PRÆFATIO.

Philosophia vera sicut omnis alia cognitio, omnisque doctrina tres in partes tribuitur, in res, verba, & ordinem. Res inueniuntur, aut ab alijs accipiuntur inuentæ, disponuntur ordinis beneficio cuius appulsu multum intellectui nostro lumen affunditur. Verba notionum integumenta conferunt ad elocutionem, sed vt Philosophia cæteris antistat scientijs, ita res de quibus agit debent esse graues, altæ, splendidæ, sublimes, vestigatuque difficiles, quippequæ remotissimas à sensibus, ab omnique materiæ face defæcatas sibi proponat contemplandas, in rimandis naturæ causis, consilijs, miraculis versetur, in cœtibus hominum celebrandis occupetur, cuiusque vitam ad honestatis amussim dirigat, mẽtis denique solertiam adaugeat, aciẽ vice cotis limatiorem & acutiorem efficiat, sitque illi quod natiuus calor solet esse corpori. Heu sortem tamen Philosophiæ lugendam, ne dicam dignitatem ampliandam! cum hisce fermè temporibus (venia prafata potiorum) tam breuibus cancellis fines eius coarctentur, vt philosophanti nihil sit aliud quam repuerascere, muscas captare, meras concertationes, verborum captationes ac λογομαχίας instituere: vnde fit vt semiphilosophi professores synceræ potius Philosophiæ plagiarij, quàm veri cultores eam depreciandi præbeant ansam illiteratæ imperitorum turbæ, dum eorum socordia aut ignauia nobilium artium purpuræ decolorantur, peruerso simul & præpostero discendi docendique pruritu. Noui ego iuuenes indole ingenij præstantissimos, illustres Senatores, antiqua prosapia conspicuos, plebeios multos, in principem scientiarum Philosophiam vehementer debacchantes, non alijs profecto de causis quam quod quererentur se miserè bonum otium in istis titiuillitijs contriuisse, assererentque non tam per istam iudicium adolescentium acui, & ad vsum rerum humanarum instrui, quàm per istud doctrinæ absynthium & prauum acumen ingenia distorqueri, non posse denique melius sapere qui inter ipsa nutriuntur, hisque luctantur, quam qui in culina habitant bene olere. Nihil tamen desperandum in ista media rerum caligine cum vtramque genus hominum sanari possit. Priores si maiorem post hac adhibeant animis excolendis diligentiam, & omnem à se procul incuriam remoueant, ne ster per illos quominus pristino splendori Philosophia restituatur, & eius fines longius latiusque diffundantur quàm ipsi putent distendi, qui totam in clamosis digladationibus Philosophiam constituunt. Posteriores si peruicaciam & pertinaciam ab hoc magisterij fonte haustam amittant & auerruncent. Quanquam autẽ ipsa per se sapientia satis se ostendit extollitque, & vt ait ille apud falsissimum Comicum.

Inuendibili merce oportet vltro emtorem adducere.

Proba merx facile emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est.

Lubet nihilominus pannos aliquos aureos è Ciceroniano peplo decerpere, quos hic intertexam & affuam quibus ipsius amplissima dignitas regalisque majestas viuis coloribus graphice depingetur. *Quid est per Deos optabilius sapientia, quid præstantius, quid homini melius, quid homini dignius. Hanc igitur qui expetunt Philosophi nominantur, nec quicquam aliud est Philosophia si interpretari velis, quam studium sapientia. Sapientia autem est (vt à veteribus Philosophis interpretatum sine definitum est) rerum diuinarum & humanarum cansarum-*

eaſarumque, quibus eæ res continentur ſcientia, cuius ſtudium qui vituperat, haud ſane intelligo quidnam quod laudandum putet. Nam ſine delectatio quæritur animi, requieſque curarum, quæ conferri cum eorum ſtudiis poteſt, qui ſemper aliquid inquirunt, quod ſpectet & valeat ad bene beateque viuendum. Sine ratio conſtantiæ virtutiſque quæritur, aut hæc ars eſt, aut nulla omnino, per quam eas aſſequamur.

Pulchra profecto narras dicet aliquis, imò me Hercule pulcherrima. Sed vbi gentium iſta philoſophia colitur? in qua ſchola? in ea qualis fuit Craſſotica, quæ non ambitione, non illecebris adulationis, ſed ſeueritate diſciplinæ, ingeniique experimento diſcipulos colligebat. Vbi tales quæſo Philoſophi quales tute tibi fingis? fortaſſis ad Platonis imitationem, vt ille nullibi ſuas collocabat ideas, ſic tu quos orationis penicillo mihi pingis Philoſophos. Abſit vt id efficiam quin imo dum te ad perfectiſſimos voco, ad id quod maximũ eſt voco, nam reliqui non tam ſunt Philoſophi, quàm Philoſophorum Laruæ, quorum tota vis, virtuſque in inani linguæ profluentia tota eſt. Studeſne ex me ſcire quam ſit poëtica facultas nobiliſſima? Poëſim ipſam Homerico genio & ingenio animatam inſpice, ſuſpicies, ni tibi pectus ſaxeum. Philoſophiam ſimiliter inceſſu regio Craſſoticis in ambulacris ſpatiantem inſpecta, qualem bone Deus philoſophiam?

Quî fit igitur vt Philoſophia ſicut artes ceteræ deſciſcat ab iſta vetere gloria, id profecto fit non hominum inopia, ſed deſidia iuuentutis, negligentia parentum, obliuione moris antiqui, inſcitia præſertim philoſophantium quorundam, qui ſe & Philoſophiam cum omni ſua venerabili majeſtate ludos faciunt.

Itaque iure poſſum illud pronunciare de philoſophia, quod Aſclepiadarum princeps de ſua tutelari ſanitatis humanæ dea medicina *ἰατρικὴ τεχνέων μὲν πασέων ἐστὶν ἐπιφανεστάτη ἁλις δὲ ἀμαθίην τῶνδε χρεωμένων αὐτῇ, καὶ τῶν εἰκῇ τὰς τοιάδε διαιτέοντων πολύ τι πασέων ἤδη τῶν τεχνέων ἀπολέλειπται*: Omnium profecto artium medicina nobiliſſima: Verum propter eorum, qui eam exercent ignorantiam, eorumque qui temere de his iudicant, omnibus artibus iam longè inferior habetur, præterea res omnes laudantur, atque appetuntur, vt earum rerum vſus eſt: Atqui φιλοσοφούμενα irriſores multos, admiratores paucos, ſectatorem neminem inueniunt: quando quidem philoſophia paucis contenta iudicibus, multitudinem conſulto ipſa fugiens eique ipſi & ſuſpecta & inuiſa, vt vel ſi quis vniuerſam velit vituperare: ſecunda id in peritorum turba facere poſſit. Nullis poſtremo præmiis propoſitis rarò quiſquam euadit doctiſſimus, quippe gloria induſtria alitur. Vbi eam dempſeris, ipſa per ſe virtus amara, quôque minus honoris defertur philoſophiæ, eô minora ſtudia fuerunt, nec ſi qui magnis ingeniis in eo genere extitere, veterum gloriæ reſponderũt. Ex quo ſequitur magni faciendum auctorem noſtrum qui calcatis diuitiis, honore, ambitione cyrratoque popello, paruo contentus, vt animum philoſophi generoſum decet totum ſe rerum cognitioni dedidit, ætatemque ſuam in erudienda iuuentute, non (vt quidam) in infatuanda conſumpſit. Quippe vera & ſapiens animi magnitudo honeſtum illud, quod maximè natura ſequitur in factis poſitum, non in gloria iudicat, Philoſophumue ſe eſſe mauult quam videri: etenim, *qui ex errore imperitæ multitudinis pendet*, ait Tullius: *hic in magnis viris non eſt habendus.*

Reliquum eſt vt de ordine pauca, paulo vberius dein de oratione Philoſophi quoniam hic multum peccatur paucis abſoluamus. Ordo ſcientiarum mater acutius intuentibus ſemper viſus eſt; quodque ſol in mundo præſtat, id ordinis ratio ſolet in methodis. Quemadmodum enim in ædibus excitandis non tam habetur ratio calcis, ligni, cæmenti, quam partium ad ſe ſe inuicem ſymmetriæ, atque (vt ita loquar) proportionalitatis: ſimiliter rem ſe ſe habere in corpore ſcientiæ extruendo exiſtimandum eſt. ſiquidem ars, inquit Ariſtoteles, eſt naturæ non ſolum imitatio, ſed æmula. Prudentiſſima porrò parens Natura nihil ordine mirabilius ſuis in operibus, (ſine quo ne ipſa quidem conſtare poteſt) vel meditata eſt, vel effecit. quæ enim multa ſunt per ordinem vnum fiunt quodammodo. Quod cum animaduertiſſet CRASSOTIVS vir ſummo ingenij acumine, & admirabili quodam lepore dicendi præditus diligentem adeò ſe in legendo, ſiue ſcribendo, vel meditando, diſcendo, aut docendo ſe præſtitit ordinis obſeruatorem, tantamque ſcriptis ſuis hac de cauſſa conciliauit venuſtatem, vt nihil ſupra, nihilque tam frequenter in ore haberet, quam vt adoleſcentes diſcipuli in quaque tractanda doctrina præberent ſe ordinis quam obſeruantiſſimos: Identidem inculcans vir nunquam ſatis laudatus ſatius eſſe ἐυταξίᾳ & μεθοδικῶς pauca tenere, quàm confuſe multa; Idque memoriam literaturæ gemmam ac theſaurum magnopere iuuare. Vt autem res magis eluceſcat præter ingentem præceptorum huc facientium ſupellectilem in methodicis digeſtam, apponam illius verba è primo περὶ ἑρμηνείας libro quibus ordinis viam & rationem in ſcriptis propalandis mirifice probat & commendat. *Facit etiam*, inquit, *ad claritatem maxime ſenſuum, & orationis perſpicuitas.* De qua mox. *Facit ipſa ratio diuidendi ſcripta, & diſtinguendi. ita diuidenda ſunt à præceptore vt carpendi, & ad margines notandi neceſſitas nulla relinquatur auditori, diuiſio partim titulorum & inſcriptionum opera procuretur, partim periodos, imò commata, ſingulas ſententias, ſingula argumenta, &c. inchoando à capite lineæ, partim tabularum vt vulgo vocantur opera. Quæ ſcripta ijs præſidijs deſtituuntur, ſunt velunt ædificia ſine feneſtris.* Quam longe abſint huius ætui ſcriptores, aut ſcientiarum profeſſores ab hoc ſcopo quem nobis præſcribit vir ille doctus viderint alij.

Diſpoſitionem proxime ſequitur elocutio quæ non pluris facienda ab vllo artifice ſcientiarum, quam à Philoſopho: cum & ipſe debeat vnãquamque rem ſuo nomine inſignire, ſcientijſque cæteris eloquendi ritè legem imponere, vocabula ad ſenſum verum ſignificandum infectere, & alia emendare pro libidine; dum tamen id fiat ad Ariſtotelis imitationem, hoc eſt modicè, modeſtè, ſapienterque, & à viro præiudicatiſſimo. Magna quippè pars humanæ ſapientiæ in eloquio conſiſtit, in eoque conſulto prouidentia dedit operam, vt qui principes in ſcientijs exiſtere deberent; illi ipſi non ſolum bene ſentirent, verumetiam optimè loquerentur, animique ſui ſenſus exprimerent. Nam eloqui copioſè modo prudenter melius eſt quam vel acutiſſima cogitare, quod cogitatio in ſe ipſa vertitur: eloquentia vero complectitur etiam eos quibuſcum communitate vitæ iuncti ſumus. Fieri è contrario poteſt, vt recte quis ſentiat, & id quod ſentit polite eloqui non poſſit: ſed mandare quenquam literis cogitationes ſuas, qui eas nec diſ-

Digitized by

ponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio & litteris. Huic rei suffragatur vir egregie cordatus Iulius Cæsar Scaliger in suis Commentarijs super libr. Hippocratis de insomnijs: *Clamabunt nunc de nominibus, at nos respondebimus etiam pecudibus res notas esse atque asinis, solius autem hominis interesse recte loqui, est enim instrumentum maximum rationis oratio, cuius pravitate distorquentur ingenia.* Hæc ille. Duplex nihilominus hominum genus in eo nobis opponitur, quodque reprehendendum occurrit. Vnum quidem eorum qui quasi ἀσίσαλον esset bene sentire & bene loqui, consectantur morosum, horridum & spinosum locutionis genus, & superbe reijciunt si quid commodius & fœlicius ab alijs fuerit dictum, importune nobis illud Euripideum obtrudentes.

ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.

Simplex sermo veritatis est.

Itane? sic est etiam ex Scaligero lib. 2. de Plantis: sed locus ex asse legendus, non mutilandus, quemadmodum solent nugipenduli sophistæ, cuius loci sensus ita capiendus. Peripatetica quidem veritas tùm severitas respuit orationis lenocinia; simplicitatem venatur, sed qualis honestum civem decet non villicũ agrestem. Ornatum etiam quærit in sermone: verum quod congruat matronæ non impudicæ meretrici. Aliorum vero ridicula curiositas, quæ in verbis affectatis vndique conquirendis, & in poliendis velut logodædali versantur, atque commissiones componunt. Inanis inquam illa λογοπαίγνια, vel potiùs λεσχήνεια in qua sibi placent, qui relicta rerum cognitione toti verbis adhærescunt, cum rerum prima debeat esse cura, non verborum. Et quanquam ea ducunt splendida sæpè & magnifica ab illa te non abducant. Sicut boni canes non pellem extremam leuiter stringunt, sed ipsam feram prehendunt & mordent: sic te oportet in sensus non in circumdata verba intentum eos captare. Oratio sanè solicita philosophum non decet, itaque præceptori meo maximè probatur Papirius Fabianus à Seneca laudatus tanquam veri philosophi specimen, qui non erat in oratione negligens & sordidus, sed securus. Et quidem si circuntonsa est oratio, fucata, & manufacta ostendit illum cuius est non esse syncerum, & habere aliquid fracti. Non est ornamentum virile concinnitas. Oratio sit igitur non exossis, tenera, delumbis, sed thorosa & quasi mascula.

Sequitur deindè vt è multis pauca carptim seligam de Ioanne Crassotio, quæ ad nostrum institutũ, imprimis autem quoniã iuuat illustrium virorum habitacula nosse, scias eum corpore fuisse vegeto, robusto, optime formato & ad vsum & ad grauitatem, quod neque labores neque vigiliæ continuæ fregerant, neque meditationes Philosophicæ tenuauerant, & quod mirum non tam totum canescentem viridis eruda q; senectus ipsum onerabat quam honorabat. Forma verò fuit mediocri dignitatem magis quam venustatem referente; vt videaris in eo cernendo videre veteres illos Platonas, Zenonas, Socratas, & alios prout ijs efformandis pictura ludit. sed quid forma ad philosophum? raram enim habet forma cum sapientia mixturam.

A corpore nulli fructus, ab animo maximi præsertim de philosophia, quam non à turbidis & cœnosis riuulis, sed à limpidissimis Platonis, Theophrasti,

Digitized by Google

& magni Aristotelis fontibus hausit, in quo præ cæteris intelligendo multam magnamque curam habuit, idque non inuita Minerua cum effecerit acumine mentis, vt qui grauiter olim & neruose differentem audiere, vel nunc eius opera legunt, credant aut Aristotelem Κραστοτίζειν, aut Crassotium Λεπτολίζειν. Licetq; nihil priscis philosophis antiquius habuerit: quippè quorum iudicijs nostrum firmandum, & acuendum arbitrabatur: vt si illi ipsi turpiter & misere in asserendo aliquo lapsi essent, eorum errores moneant nos, ne si in re simili, saltem in dissimili, pari tamen lapsu, id est argumentationum genere hallucinemur. Quod enim contigit magnis ingenijs, & in philosophia exercitatissimis, id nobis aiebat non animaduertentibus euenit: vndè tot in errores turpissimos se præcipites agunt. Itaque cum reuerentia antiquos, sine inuidia tamen recentes legebat, eorumque coniunctionem procurandam affirmabat, quò fit vt priorum inuentis falsis, aut mutilis, aut præposterè traditis posteriores medeantur, & in dies artes locupletentur.

Ad hæc inerat illi ingenium tam ductile, vt nullum disciplinæ genus intactum reliquerit, quod conferat ad ἐγκυκλοπαιδίαν. Nunc ad Stoicorum castra trantibat, nunc antiquæ, modo mediæ, modo recentis Academiæ, modo Pyrrhoniorum. Sed tanquam explorator non transfuga. Solitus enim erat dicere sectam Peripateticam in cuius fastu conquiescebat à miscellaneis, & πολυμαθίαν abhorrere, quàm tantopere iactitant homines confuso nulloque iudicio, quos librorum helluones vocare possis, qui quæ legunt illico transcribunt, nihil apponunt de suo. Noster autem quæ subcesiuis horis varia apis more legerat in merum mel, suumque sibi succum, & sanguinem vertebat ac digerebat. Quare singularis in eo doctrina supereminebat, & in diuersarum rerum assertione monstrabilis, quodque rarum velut alter Hippias, illi moris erat de singulis artibus cum singulis artificibus philosophari. Nihilominus tantam gloriam obducere conatur triplex obtrectatorum genus. Ille etenim duo *mentem* & maximè *memoriam* à discipulis in philosophiæ studio exigebat. Memoriam tabularum præsidio firmabat, in quibus dedit operam, vt mẽbra vno à capite per diuisiones ac subdiuisiones prodeũtia, vnum quasi sub aspectum facile & distincte cadant. Hi contra queruntur istud præsidium vehementer ingeniis obesse, quod iure nec ne faciant prudentes iudicent. Porrò iudicium animi vitam pulcherrimis, atque splendidissimis quæstionibus expolire nitebatur, nihilque inexcusum volebat, quod adminutissimas philosophiæ particulas percipiendas conduceret, quod patefcet legenti eius opera. Isti rursum clamant omnia sic acute subtiliterque perlustrando philosophiam suam obnubilasse, opusque sphinge fore ad assequendam eius intelligentiam. Quibus responsum velim, id si ita est aut cõsulto affectasse obscuritatem, aut mentis infirmitate id feciſſe, quod neutrum probabile: à quo igitur deriuabitur obscuritas cuius impudẽter à sophistis insimulabatur? aut ab ingenij imbecillitate, aut à rebus: non ab ingenio, vt patet: Ergo à rebus. *est enim* ait Tullius, *omnis cognitio multis obstructa difficultatibus, eaque est in ipsis rebus obscuritas.* Iam si quis res ipsas ne attingit quidem clarior fiet fateor: si vero alter differendo conetur explicare, tenebricosus habebitur, non quod reuera sit, sed habita ratione nostri iudiciij imbe-

Digitized by Google

cillitatis. Quare ergo potius obſcuritatem in auctorem quam in res ipſas maligne ſimul & imperite refunditis? Alij ſapientius philoſophiam bonam eſſe, doctam, altam, ſublimem & accuratiſſimam, ideoque contemnendam; quibus reſpondebo nihil vnquam vulgare pretium operæ feciſſe: at quanti tandem ſit excellentiſſimis quibuſque rebus à vitæ ipſius primordijs aſſueſcere? itaque tetrica hæc non niſi barbaris, atque inculcis animis terrorem, ac deſperationis facere opinionem, pro appetentibus vero veritatis tanquam armatas ſtare putent legiones. verum iſti moroſi, delicatioreſque ſemiphiloſophi qui ſeſe in molliſſimi otij nexum dedidere fruſtra ſimul ac turpiter exiſtimant ſapientiæ cumulum ſedentibus atque oſcitantibus ſibi deos ipſos ſuos confecturos. Alij cum nihil poſſunt animo detractum eunt corpori; quibus nitidis, de capſula totis vt ſatisfaciam de tanto philoſopho pronunciabo quod olim de altero Sidonius inter purpuratos, myrrhatos, pumicatos, delibutos, malobatratos venerabili ſqualore pretioſus erat. Hi denique

Quoniam emulari non licet, nunc inuident:
Qui inuident egent, illi quibus inuidetur rem habent.

Vt autem vis eius ingenij melius agnoſcatur, videndum nobis eſt quid in ſingulis philoſophiæ partibus præſtiterit, quamque elaborantiſſimas monimentis cõſignatas reliquerit. Licet nunquam de publicandis ipſis cogitaſſet, qui ſolitus erat dicere ſe tantum radices, ſemina, germinaque prima profiteri: vulgus rerum imperitum fructus pluris facere, quod radices ait ille ſint amaræ, fructus vero dulces. Deindè inter tantam & ſcriptorum & oblatratorum turbam ſilere tutius & latere quam inſcitiam ſuam prodere. præter eius mentem igitur ſua ſcripta dedimus in lucem Logicam ſcilicet, Moralem, Oeconomicam, Politicam, Phyſiologiam & Metaphyſicam; dicere quam omnia ſint accurata ſuperuacaneum fore putaui. Lector diligenter examinet, & mirabitur. Illud tantum monebo nulla his operibus hactenus meliora, limatiora, atque ſublectiora prodijſſe. In Logicæ limine dat ſe contemplandum ſermo de præfando, de arte, de ſex præcipuis argumenti Logici capitibus, quo ſemel quis imbutus poſſit in quamque diſciplinam pro libidine proœmiari; ſi illa ipſa ſit indigeſta concinnum in ordinem redigere: ſi ab alijs conſtructa explorare an ſecundum artis regulas omnia affabre cohæreant. Cui ſubiungendus etiam ſermo de methodis ad rei Logicæ calcem inſtitutus. Deinceps Porphyrij contextum de quinque vocibus reſolutoria methodo explicatum licet animaduertere: tum celeberrimum de Platonicis ideis tractatum, in quo quis Platonem vel æquari vel ſuperari dicat. Diſceptationem de oratione humana in libris de Interpretatione euentilatam, Priorum, Poſteriorum & vlt. loco Topicorum lib. doctiſſimis commentariis illuſtratos. Moralis Philoſophia familiaris, ciuilis cũ Ariſtotelis diligentia, ſuauitate loquendi & mentis acumine certant. In Phyſiologia ſeipſum ſuperauit. Nam præterquam quod totum Ariſtotelis contextum ἀναλυτικῶς quam emendatiſſimum dedit, antiquos in ætiologia, in hiſtoria recentes, rerumque multitudine vincit, in ea rem anatomicam probe tractauit & explicauit: in qua gloriæ partem ſibi vindicat Iacobus Couſinot, qui quidem effecit vt ipſa emendatior & locupletior ad poſteros perueniret.

Quid de Metaphysica? heu bone Deus! quàm stylo accurato, Aristotelis exemplo εὐσυναγώγως, & amica naturæ breuitate exorbitantes recentium ambages, cum facundis veterum inuentis fœcundissimè complexus est.

Postremo finiui paucis de opella mea narratis, cum vidissem præceptorem meum è viuis sublatum, neque ob exanthlatos in obeundis rei literariæ muniis labores vllas ei nænias decantari, tunc cœpi mœrens mecum in animo versare quî possem ipse ego (vt pote cui domi curta supellex) piis eius manibus pompose parentare: dum tamen his in angustiis versarer, pæne animum abiecissem nisi mihi periclitanti suppetias tulisset, suique copiam fecisset Ioannes Vdinetus, quem honoris caussâ nomino, vir vtriusque literaturæ scientissimus, assiduus antiquæ doctrinæ perquisitor, & quod caput est in eo studiorum omnium culmen anteuenit, quod habet huic eminenti scientiæ conscientiam superiorem, vir inquam, cui omnia mea me debere profiteor, & sine quo forsan (absit inuidia verbo) nunquam de Ioanne Crassotio ab inferis reuocando, & in lucem rursum reponendo cogitassem. huius igitur præsidiis refocillatus animus incredibile quanta cum alacritate & ardore pensum pœne desperatum repetii, omnes forulos excussi, libros huic rei necessarios euolui, & inter se compositi, interpolaui. Memorque huius prouerbij, plus oculi quam oculus, Prudentium Constant Lingonensem adolescentem prudentia quam ætate grandiorem mihi socium asciui, qui & mutuas traderet operas, & qualicunque moli sustinendæ sufficeret; vt totum opus diu multumque ante præmeditatum maturius ac limatius posteritatis manibus teratur. Insuper si hæ nostræ lucubrationes (candide Lector) tibi cordi esse nouerimus, confido fore vt mathemata nimirum Arithmetica, Geographica, Optica, Catoptrica, Dioptrica, & breuis Sphæræ tractatus propediem euentilentur. Interim inuidiam neque placare cedendo, neque instando superare volumus, sed contemnere potius quam deprecari: non petimus laudem, non gloriam, non præmium, laborum nostrorum tantum veniam petimus. Vale hoc te tantum monitum volebam. 13. Calend. Octob.

Accipe (Lector benevole) quid sibi velint Compendia literarum quibus in imprimendis his operibus vsi sumus D. vel dilt. significat distingo, C. concedo, N. nego, D. P. distingo propositionem, D. S. distingo sumptionem, D. C. distingo conclusionem vel consequens, T. transeat, R. Respondeo, vel respondetur, &c. .i. id est .1. sæpè primò vel primus, a, um, 2. secundò vel secundus, a, um, & sic de alijs e. g. exempli gratia .n. nempè in h. m. in hunc modum .p. puta .t. text.

Tui progressus amantissimus PETRVS
BVLENGERVS.

APPROBATIO.

NOs ſubſignati Doctores in ſacra Theologiæ facultate Pariſienſi, certificamus nos legiſſe *totius Philoſophiæ peripateticæ corpus abſolutiſſimum auctore Ioanne Craſſotio in alma Academia Pariſienſi clariſſimo nuper Philoſophiæ Profeſſore.* Nihilque in eo opere inueniſſe quod aduerſetur fidei Catholicæ & bonis moribus, ſed omnia vtilia & prælo digna. Datum Pariſijs, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſexcenteſimo decimo octauo, die vigeſimo tertio Septembris.

F. AEG. DE AMORE.

E. DV FRESNE DE MINCE'.

PRIVILEGE DV ROY.

LOVIS par la grace de Dieu, Roy de France & de Nauarre. A nos amez & feaux Conſeillers, les gens tenans nos Cours de Parlemens, Baillifs, Seneſchaux, & leurs Lieutenans, & autres nos Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra, SALVT. Noſtre cher & bien amé FRANÇOIS HVBY, Maiſtre Imprimeur & Marchand Libraire en l'Vniuerſité de Paris: nous a faict dire & remonſtrer, qu'ayant auecques tout le ſoing & la deſpence qui luy a eſté poſſible, recouuré & faict rediger en bon ordre le cours de toute la Philoſophie faicte par defunct IEAN CRASSOT, Profeſſeur en l'Vniuerſité de Paris, auec quelques Inſtitutions: Leſquelles le Suppliant a faict intituler: *Totius Philoſophiæ corpus abſolutiſſimum, &c.* Et les Inſtitutions ſur icelles, *Inſtitutiones ſeptem Philoſophicæ, &c.* Dont il nous a treshumblement fait ſupplier luy vouloir permettre l'impreſſion pour les vendre & diſtribuer, coniointement ou ſeparement, & luy en octroyer nos lettres à ce neceſſaires, humblement requerant icelles. A CES CAVSES, deſirant pour l'aduancement & plus parfaicte cognoiſſance des ſciences, que les œuures dudict defunct

Digitized by Google

GRASSOT, ſoient miſes au iour: Nous auons par ces preſentes permis & permettõs audit expoſant d'imprimer, ou faire imprimeleſdits Traictez de Philoſophie, par tel Imprimeur que bon luy ſemblera, durant le tẽps de dix ans. Pendant lequel, nous auons faict tres-expreſſes inhibitions & deffences à tous Libraires, Imprimeurs, & autres quelcõques, de les imprimer, vendre ny debiter, ſi ce n'eſt du conſentement dudit expoſant, à peine de confiſcation des exẽplaires, & de mille liures d'amende, applicable le tiers à nous, le tiers aux pauures, & l'autre audit ſuppliant. SI VOVS MANDONS, & à chacun de vous enioignons, que de noſtre preſent Priuilege & permiſſion, & du contenu cy-deſſus, vous faictes & ſouffrez ledict expoſant, ou celuy ou ceux qui auront droict & charge de luy, joüir & vſer plainement & paiſiblement, ſans qu'il ſoit beſoing d'autre ſignification de ceſdictes preſentes, que d'en faire mettre vn extraict au commencement ou à la fin deſdits liures. CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR. Donné à Paris le 27. iour de Septembre, l'an de grace 1617. & de noſtre regne le huictieſme.

Par le Roy en ſon Conſeil.

GOISLARD.

Signé en queuë, HVRAVT.

Digitized by Google

Digitized by Google

Philosophia
- Significat complexionem omnium scientiarum theoreticarum & practicarum cuius
  - Definitio vel
    - *Nominis* & est amor sapi- uestigatio
    - *Rei* & est cognitio rerum
- Significat scientiam rerum vt sunt per suas causas, & ea est
  - In omni absolute genere & dicitur sapientia simpliciter.
  - vel in certo genere & dicitur sapientia secundum quid, vt sapiens medicus
  - Causæ efficientes sunt
    - *Remota* admiratio.
    - *Proxima*, eaque
      - Pr
      - mi
  - Diuisio in
    - *Theoreticam* eaque est
      - Metaph
      - Physica
      - Mathem
    - *practicam* quæ est
      - *actiua* quæ
        - ration quæ d
        - morali
        - natural cina
      - *effectiua*
        - opus no
        - Relinqu dup

Digitized by Google

Principalis *inuentor*
) per intellectum
) & *ipsum.*

mum principalis experientia { Imperfecta
perfectaque } scientiam gignit vel
- per viam *resolutionis*, cuius quis causas & principia indagat: vt si quis horologiũ in partes solueret ad percipiendam causam motus horarij.
- per viam *similitudinis* cum experceptâ plurium inferiorum similitudine sunt collecta vniuersalia.
- per viã *separationis* cum homo expertus rem eandem nunc esse calidam, nunc frigidam, nec eam abeunte calore perire, discrimen agnouerit inter substantiam & accidens.
- per viam *compositionis* quâ earum affectus & effectus inuestigamus.
- per viam *proportionis* qua ex rebus clarioribus ad obscuriorum cognitionem peruenimus.

sapientiæ, & proinde causarum in- { simplicium.
mixtorum.

um { humanarum seu corporum
diuinarum { dei
angelorum } &c.

physica { pura { Arichmetica
Geometria
ca
ematica { non pura { Optica
Geographia
Astrologia
Musica.

onalis { sermonem internum, & est dialectica
: dirigit { vel externũ, & est { Grãmatica
Rethorica, eaque est... { oratoria
poëtica
historica

ralis eaque est { Ethica
Oeconomica
Politica
Iurisprudentia

ralis vt medi- { vel dogmatica
a ĉque est { vel parænetica

s non relinquens { saltatoria
citharistica } &c.

quens { laboriosa { agricultura { venatoria
militaris fabrilis } &c.
chirurgia nautica
duplex { non laboriosa { agricultura in patre familias
militaris in rege
fabrilis in architecto

tized by Google

Digitized by Google

IOANNIS

CRASSOTII

CLARISSIMI

PHILOSOPHI.

LOGICA.

TRACTATVS PRIMVS.

VBI

PROLEGOMENA LOGICA PAVLO OPEROSIORA.

IN EVNDEM PRÆFATIO.

LOGICA edisceuda vt bene disseras, seu accommodatè ad veritatis illustrationem. 1.

Sed vt ferè de re alia quauis, quam de ipsa Logica.

Porrò in Logico proœmio verba fiunt de ipsa Logica. 2.

Itaque logicum proœmium non est tãti vsus, quanti à plerisque existimatur.

Certè conditori artis alicuius, præceptori, ac duci, potius quam Tyroni, & discipulo, necessarium est proœmium, quod sit paulò operosius & accuratius. Maximè vero logico in negotio. 3.

Quia { Operosiora prolegomena comprehendi nequeunt, nisi ope Logicæ paulo accuratioris, qua nondum est instructus, qui candidatus Logicæ. 4.
Tyroni sufficit rude proœmium, quale tradidimus in rudimentis, quo intelligas, Logicam talem esse artem.

Digitized by Google

Talem tendere ad ſcopum, atque vſum.
Tali occupari in argumento.

Quale etiam deprehenditur ſufficere in alijs diſciplinis, potiſſimumque in
5. practicis, quando primùm ediſcuntur.

Sed conducibile eſt, vbi ductu præceptoris totam quaſi regionem Logicæ
6. ditionis peragraſti, paulò accuratius & diligentius edoceri.

Quid ſit Logica, quæ illius ratio & conditio, quæ partes, antequam te accingas ad logicas ſcholas diligentius recolendas, & ad accuratius examen rerum logicarum.

Eo conſilio proœmium paulò vberius, & magis elaboratum tradere conamur
7. vbi declarentur quæ ſequuntur.

Logicæ *nomen, exiſtentia, notio.*
Cauſa illius, *genus & natura.*
Affectiones, ſpecies, & partes.

Sed pro ſermonis huius fundamento ponimus, quod traditum in compendijs
8. philoſophicis, ac potiſſimum in primo.

Pro accеſſione futurum, quod tradendum eſt in Methodicis.

CAPVT I.

DE LOGICÆ NOTIONE, exiſtentia, nomenclatura generatim.

ARTICVLVS I.

De notione, nomine, exiſtentia.

Quæ notio?

Logicæ notio depromenda è rudimentis.
Eo nomine intelligitur *habilitas* diſſerendi, & illuſtrãdi veritatem, potiſſimum autem quæ *artificioſa*.

Poteſtne eſſe vlla ars diſſerendi, virtus, et aſſuetudo?

Vbi locus difficultati, quæ vſu poſſit amoueri, & errori, qui obſeruatione, experientia, ratiocinio ſit emendabilis.
Illic locus eſt habitui, peritiæ & arti.
In diſſerendo autem, & intelligendo res ita habet, ergo &c. [primus locus eſt arti.]

A quibus poßidetur Logica?

1. Omnes etiam Idiotæ vtuntur aliquomodo { tum *Dialectica.* / tum *Piraſtica.*

2. Sed omnes (plurimi, vulgus) inartificiosè faciunt:
περαστικῶς quod artificiosè Dialectica, & qui *arte ſyllogiſtica* Dialecticus & Piraſticus ex

Digitized by Google

primo Elenchorum.

Apodictica est operosior, ideo videtur pauciorum.

Sic tamen sentiendum est, etiam eius aliquam peritiam ferè ad omnes pertinere.

Quia vix vllus est qui non exerceat aliquam artem de particularibus, & examinet, licet non componat.

- Logica vna est naturalis, cuius quæritur, qui sint participes.
  - Sunt pauci, si sumatur pro quadam solertia mentis, vt sumi debet.
  - Sunt omnes, si pro mente, aut quouis illius lumine.
- Altera vsu parta, quæ
  - aut artis,
  - aut peritiæ tantum meretur nomen.

Si artis meretur appellationem, ad paucos pertinet.

Si peritiæ tantum, pertinet, ad omnes, eo modo quo peritia loquendi.

Omnes conantur bene differere, & sermocinari, & ab alijs erudiuntur.

Ita fit, vt contrahatur aliquid habilitatis.

Qui fit vt pauci iudicentur Dialecti, Logici?

Fit primo quia Logica minus necessaria est ad differendum, quam architectura ad ædificandum, de qua re postea.

Secundo quia
- Quæ artes exercentur ab omnibus, non denominant nisi insignes: vt Grammatica, Medicina, Logica, &c.
- Logica autem est de genere facultatum, & artium, quæ ab omnibus exercentur,
- Alibi
  - Non tantum, qui artem habet, appellatur talis artifex: p. sartor, sutor, &c.
  - Verumetiam qui tantum peritia valet: vt vulgares Latomi, Fabri, Statuarij.
- In Logico negotio, res aliter habet.

Habilitatem differendi vulgus tribuere solet acceptamque referre
- naturæ bonitati,
- aut arti, quam quis profitetur. p. Medicinæ, Iurisprudentiæ, &c.

Tertio quoniam artifex consueuit appellari à facultate & virtute obsequenti, potius, quam ab imperanti.

Medicus dicitur qui potest curare, mederi.

Potius quam qui potest bene differere de curando.

Sed
- Habilitas exequens alibi retinet nomen, quod vsurpatur de docenti arte. p. nomen sutoriæ, sartoriæ. &c.
- In nostra arte, exequens virtus varias sortitur appellationes. p. Geometriæ, Physicæ, Arithmeticæ, &c.

Esse Geometram
Esse Medicum
Esse Physiologum
} &c. est esse Logicum, saltem partialiter.

Nec tamen putatur esse.

4. 5. ἀπόδειξις.

Digitized by Google

Consulendus sermo de vsu, & necessitate Logicæ.

Nomenclatura Logicæ.

Quot sunt genera nominum Logicæ?

Nominum Logicæ genera duo.

Periphrastica, simplicia.

Hæc { Latina: vt disputatrix, disputatiua, dissertrix, sed parum fœliciter ficta.
Græca: vt Logica, Dialectica, organum canonica, analytica.

Illa { aut sunt figurata, vel tropica: vt quando Logica dicitur Pegasi vngulæ ----- Sylenus Alcibiadis ----- Philosophiæ sepes, murus, testa, mentis humanæ oculus.
aut non, vt quando appellatur

nempe { Ars artium, scientia scientiarum, id est, disciplina faciendi discriminas.
Diligens differendi ratio, modus differendi, magistra differendi.
Veri & falsi disceptatrix, Iudex.
Ars respondendi, & iudicandi, &c.

Logica dicitur ars artium { vt architectura, ars domorum.
potius quam per excellentiam.

Dicitur instrumentum instrumentorum, &c.

Non examinamus nisi nomina præcipua.

Quid in quoque nomine maximè considerandum?

Author, deriuatio, forma vocabuli, & vsus.

ARTICVLVS II.

De nomine Logicæ.

Quis author eius, et origo?

Author fertur Plato: deriuatio à logo.

Qui Logi significatus alieniores ab hoc instituto?

Primus, cum pro fabula vsurpatur.
Secundus, cum pro computatione. (∴)
Tertius, cum pro studijs literarum.
λόγος. Quartus, cum pro Mathematica ratione, & proportione.
Quintus, cum pro energia formali: vt cum dicitur candidi logos.

Qui affines?

Primus, cum pro definitione sumitur logus.
Secundus, cum pro ratiocinio, & argumentatione.
Tertius, cum pro mente, maximè quando ratiocinatur.
Quartus, cum pro sermone, tum interiori, tum exteriori.

A quo Logi significatu Logica?

Primus & secundus sunt iusto angustiores --- ideo dicitur à tertio & à quar-

Digitized by Google

to ſignificatu Logica.

Eſt ars mentis, quæ regit mentem---- ars rationis quæ rationem præceptis inſtruit.

Sed à quarto maximè, quia ferè à materia & à fine quidq; commodiſſimè appellatur, ſecundo de anima cap. 4.

A quo ſermone Logicæ nomen?

Non à ſermone quo vtitur--- quia omnis diſciplina foret Logica, & ſermocinalis, cum ſermone vtatur omnis.

Sed à ſermone, de quo agit, de quo præcipit.

Vnde numeratur inter ſermocinales diſciplinas, vnâ cum Grammatica, Rhetorica, &c.

Præcipit autem de omni ſermone, quatenus conducit ad veritatis illuſtrationem, dum ſumitur Logica pro tota differendi arte.

vt Grammatica de omni ſermone, quatenus eſt capax congruitatis.

Obiectiones.

Prima.

Suus cuique proprius arti ſermo, ergo non omnis Logicus.

D. antecedens. Quo vtatur C. de quo condendo præcipiat. N.

Secunda.

Si omnis ſermo eſt Grammaticus, nullus eſt Logicus: atqui omnis eſt Grammaticus, ergo, &c. [nullus eſt Logicus.]

D. P. ſi omnis & quouis nomine & modo. C.
D. P. ſi omnis quidem, ſed non quouis modo. N.
D. S. ſecundum congruitatem. C.
D. S. ſecundum quamuis differentiam & conſiderationem. N.

Quæ forma vocabuli?

Apud Ariſtotelem tùm adiectiuè, tùm aduerbialiter.

Sed alibi etiam ſubſtantiuè ſumitur Logicæ nomen.

Qui ſignificatus?

Primo Topicorum videtur denotare totam noſtram diſciplinam, quæ vna è tribus Philoſophiæ partibus.

Vt & vulgo problemata illic Dialectica & Philoſophica diuidũtur in Ethica, Phyſica, Logica.

Sed alibi apud Ariſtotelem { Logica ratio ea quæ Dialectica. / Logicè agere, eſt agere Dialecticè, & probabiliter.

Logicum quod rationale.

ARTICVLVS III.

De nomine Dialecticæ.

Quis author? quæ origo?

Ariſtoteles author, ſi creditur Laertio,---- ſed eo nomine vtitur Plato.

Digitized by Google

Deriuatur { à verbo διαλέγεσθαι.
à dialogo, qui terminus quid significet notum est.

Quid διαλέγεσθαι, siue differere?

Platoni est vti ratione, & oratione, vt & Aristoteli primo Elenchorum.

Tumque quatuor sunt modi differendi, *Didascalicus, Dialecticus, Pirasticus, Sophisticus.*

Stoicis bene dicere, consentanea loqui.

Aliquando differere interrogando, & respondendo.

Non raro argumentari, ratiocinari.

Interdum idem atque agere probabiliter.

Quæ forma & figura vocabuli?

Apud Aristotelem { tum aduerbialiter, & adiectiuè legitur.
tum substantiuè in vtroque numero.

Nam { & Dialectica Dialecticæ occurrit.
& Dialectica Dialecticorum.

Qui significatus apud Aristotelem?

Interdum videtur significari tota hæc disciplina apud Aristotelem, vt cap. 4. lib. 13. Metaphysicæ.

Certè ita sumitur vulgo, & apud Ciceronem.

Sed sæpius apud Aristotelem, est sola pars Logicæ posterior, siue illa, quæ in dialogo, & opinione occupatur, sed variè.

Quia { Nunc includit *Pirasticam*, siue tentatiuam: vt cum sermones diuiduntur in *Didascalicos, Dialecticos, Sophisticos.*
Nunc excludit: vt in diuisione posita supra ex primo Elenchorum.

Item { Nunc significat habilitatem *probabiliter* differendi.
Idque { siue communibus & Metaphysicis vtaris rationibus.
siue proprijs particularis alicuius disciplinæ.
p. Sutoriæ, Sartoriæ, Ethicæ, Medicæ, &c.
Nunc tantum habilitatem differendi probabiliter adhibendo rationes communes, & Metaphysicas, vt ab omnibus percipi possint.

Consulendus sermo de diuisione Logicæ.

Et sermo de discrimine eius à disciplinis alijs, ratione appellationis.

Propter quid, & quid Logica. Quid Logica / Quid Dialectica } Platoni, Ficinus docet in Platone suo.

Monitum.

Nomina διαλέγεσθαι & Dialecticæ ferè non sunt coniugata sensu, sed voce tantum.

Digitized by Google

CAPVT II.

DE CAVSIS, GENERE, ET natura Logicæ.

ARTICVLVS I.

De fine & scopo Logicæ.

Quinam hîc quæritur finis Logicæ finis?

Non qui dicitur *finis artificis*, qui singulis artificibus ab ipsis pro libidine præscribitur, ideoque est varius: vt pecunia, gloria, voluptas, τὸ obtemperare paternæ voluntati, &c.

Sed qui dicitur *finis artis*, ad quem per naturam, ars & methodus prona, & contendit.

Hic autem in arte { vel proximus / vel remotus } vt declaratum in elementis Logicis, quorum notitia huc afferenda.

Quinam proximus, & interior Logicæ finis?

Est {
- Primò, bene præcipere per scientiam & artem de differendo, & nosse generatim.
- Secundò, bene applicare præceptum, & nosse sigillatim,
  - per Logicam peritiam {
    - Antequam sermo Logicus componatur.
    - Dum componitur & construitur.
    - Posteaquam est compositus.
- Tertiò, bene ad officium impellere facultatem obsequentem, interuentu voluntatis.

Idque per habilitatem, quæ comprehendi solet nomine peritiæ, logicæ peritiæ.

Eques { præceptum, nouit, applicat. / & incitat ac regit equum.

Qui remotus et præcipuus Logicæ finis?

Si tanquam *practica*, non *effectiua* cogitatur Logica, tum finis vnus. n. bene differere, & intelligere, seu notitia & illustratio veritatis.

Si tanquam *effectiua*, quod moliatur aliquid operis. p. monumenta Aristotelis, Platonis &c. tum finis multiplex.

Nempe {
- Primus, confectio operis. p. definitionis, & diuisionis. Quæ mentis opera, & conceptio *formalis*, cum elocutione aut formatione vocis.
- Secundus, ipsum mentis opus: vt definitio constans ex genere & differentia, & omnino conceptio *obiectiua* potissimum illa, quæ signo expressa: vt animal rationale.
- Tertius, vsus, fructusq; operis, seu veritatis manifestatio, tum nobis, tum alijs facta.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De opifice, & sede Logicæ.

Quænam Logicæ artis efficiens causa?

Habitus procreatur à facultate sua, cui inhæret.
Logica est habitus mentis, & aliquomodo facultatis loquendi, ergo &c.
Spectamus autem maximè habilitatem mentis, & potius quam habilitatem linguæ.

Quis nostræ author Logicæ?

Consulendus sermo apodicticus de origine scientiæ.
Suæ sibi quisque Logicæ est opifex, vnà cum Deo, præceptoribus, & inuentoribus.
Quòquisque se ineptiorem ad bene disserendum sentit, eò se curare diligentius & erudire debet.
Nunquam non extiterunt aliqua præcepta bene differendi. p. bene definiendi, bene diuidendi.
Illa à veteribus tradebantur, cum disciplinis alijs.

Medici veteres docebant bene differere { partim exemplo suo. / partim præcepto.

Sed præceptum illud inculcabant, vnà cum rebus medicis.

Logica ab omnibus { vt exercetur, / ita etiam docetur. { partim exemplo suo. / partim præcepto.

Quis de præceptis Logicis, tanquam legitimæ artis, methodique formam redigendis, primus cogitauerit, dubitatur.

Quibus armis et vijs paratur Logica?

Paratur { natura, seu ingenio, & naturali facultate. / doctrina. / & exercitatione, vt aliæ artes.

Materia { aut omnium communis. / aut paucorum propria. } vt explicatum alibi.

Quotuplex requiritur facultas, seu naturalis facultas?

1. Oportet { *scire* / *velle* / *posse* } regulas differendi exercere.

2. Opus { equite / equo } facultate { imperanti / obsequenti } in omni arte, & actuosa methodo.

Hic

Digitized by Google

Hîc { Obsequens { primaria, est mens tota, quatenus arte conformabilis. secundaria, est facultas alia ad elocutionem necessaria. n.
quando Logica docet bene sentire, & bene loqui.
Imperans { primo, mens *practica* per quam scimus bene disserere, quę q; regit mentem totam: vt oculus vniuersũ corpus. secundo voluntas, per quam volumus ediscere, & bene applicare præcepta, & exercere.

Est ne habenda hîc voluntatis ratio?

Quanquam voluntas nostra auidissima scientiæ est, vt optimæ rei:
Tamen de voluntate in logicis præcipiendum est aliquid.
Voluntatis habenda ratio inter præcipiendum de differendo.
Etenim non satis sumus proni, ad veritatem alteri aperiendam. 1.
Multi victoriæ studio, aut alio vitio abripiuntur ad occultandam veritatem.
Aristoteli Dialecticus animo magis, & voluntate, quam mente, & facultate differt à Sophista, vt & contentiosus. 2.
Dialecticus oppugnare, & agitare quiduis { vt possit. non debet tamen primo Top. 3.
Præterea { alij artifices vitia in alieno opere obseruare possunt, itaut ipsi non admittant talia. 4.
logicus in alieno opere. p. in alieno syllogismo, libro, &c. vitiositatem non potest deprehendere, nisi aliquo modo opus illud fiat ipsius, & menti eius imprimatur.
Itaque voluntas cauere debet, ne mens vitioso habitu inficiatur, --- vt inficiuntur plerique, dum per ludum, & iocum exprimunt sæpius peccata aliena. p. ineptitudinem alienæ locutionis, gesticulationis, &c.
Consulendus sermo de sex capitibus argumenti Logici. *Monitum*

Quid doctrina?

Est { Latè quæuis eruditio facultatis, vt cùm dicitur doceri manus. propriè eruditio mentis. De doctrina alibi.
In doctrina, partes { aliæ doctoris. aliæ discipuli.

Quò pertinet exercitatio?

Ad obsequentem facultatem, ideo in Logica { partim ad mentem: partim ad loquendi facultatem.
Quô facultas obsequens est præcellentior, eô minus eget exercitatione.

De ediscenda Logica.

Est { Logicæ vniuersalis, præcipere de ediscendis methodis. Logicæ eiusdem particularis, & pœdiæ Logicæ, prępipere de ediscenda Logica.
Fructus Logicæ artis corrumpitur plerumque & auertitur, impedicur dis-

Digitized by Google

cendi peruersitate.

Ideo multa præcipienda de officio eius, qui Dialectica imbuitur.

Sed hæc quotidiana voce à præceptore inculcanda, potius quam tradenda semel. Nisi quatenus è communi sermone depromuntur.

Nonnulla tamen monuisse conducibile est. p. de fine, de ingenio, de Doctore, de auditore, & similibus capitibus, quæ ferè implicantur, & sese complectuntur inuicem.

De fine studiorum Logicorum.

Primò, scito studia hæc, vt & cætera suscipienda esse causa pietatis, Reip., tui, & tuorum.

Secundò { commensuranda esse professioni tuæ. / ideo maturè deligendum esse vitæ genus. .p. ciuile, militare, medicum, &c.

Maximè vt eô referas & accommodes exercitationes tuas.

Tertiò, laudem huius disciplinæ { non in notitia præceptorum; / sed in vsu positam:

Qui intelligendus ex compendijs, & sermone de methodo.

Quartò, tria esse quæ artificem differendi præstantem faciant; naturam, doctrinam, exercitationem.

Ideoque eorum procurandam esse coniunctionem.

De ingenio seu natura.

1. Optanda est in discipulo naturæ bonitas. p. solertia naturalis ad inueniendum argumentum.

Sed illa { non à nobis, & nostra potestate. / verum, vt Aristoteles loquitur, à diuina causa.

2. Quando agitur de necessarijs. p. de videndo, de loquendo, &c. non si quis ineptior deprehenditur, ideo dimittendus aliô.

Horat. lib. 1. epist. 1.

Non possis oculo quantum contendere lynceus.
Non tamen idcirco contemnas Lippus inungi.

Vt autem loquendi, ita sentiendi & differendi disciplina, & facultas necessaria est, ijs potissimum, qui volunt occupari in Theologia, Iurisprudentia, Medicina, & rebus Philosophicis.

Itaque nemo Logicæ scholæ aditu prohiberi debet, qui mediocri differendi facultate polleat.

3. Exploranda est tamen auditoris indoles:

4. Præsertimque eius, qui priuatim instituatur.

Primum, vt emendetur arte, si quid occurrit tarditatis & vitij.

Deinde vt { prælectionum modus / præceptiones---- / exercitationis genus---- } ingenio, captuique eius accommodentur.

Digitized by Google

De doctrina.

Doctorum hic genera duo { muti. / vocales. } seu { libri. / præceptores. }

Libri autem ſine magiſtri opera, vix ſufficiunt.

De libris Dialectici auditoris, & diſcipuli.

Seligatur aliquod compendium Logicæ artis, quod ſit fœcundum. 1.

Sed { tam dilucidum, vt mente / tam breue, vt memoria } non difficulter comprehendatur.

Accedat organum Ariſtotelis, non ſine commentarijs præceptoris.

Adiungi poſſunt { Topica Ciceronis. / Agricolæ libri de Inuentione. / Rami Dialectica--- & ſi vis ars Lullij. } 2.

His ſi addis aliquem commentatorem Ariſtotelis, non adiunge niſi vnum aut alterum, eumque illuſtrem. 3.

Fugiantur quicumque Logicam nimis ſpinoſè, anxièque tractant, & quicumque theoreticè potiusquam practicè. 4.

De præceptore.

Præceptorem, non minus quam eruditio commendare debent induſtria, prudentia, fides, & aliqua in docendo exercitatio.

Summa laus magiſtri { præcipere breuiter, & perſpicuè. / idoneoque exemplo præire. }

De auditore.

Accedat auditor mediocri & loquendi & ſentiendi facultate præditus. 1.

Sciat Dialectica eloquentiam { armari, inſtrui. / non labefactari. } 2.

Vocabula tamen diſciplinæ cuiuſque propria, cuiuſmodi ſunt qualitas, materialiter, formaliter, non perhorreſcat, non aſpernetur. 3.

Tum quia ſunt ferè neceſſaria, & plerumque periphraſi non exprimuntur, niſi ridiculè, & obſcurè.

Tum quia quæ latinè parum ſunt ſplendida, ea ferè vſitata & ornata deprehenduntur in vernaculo ſermone, --- vbi excellere non minus vtile, quam in Græcis, Latiniſque litteris.

In oratione quantum amputatur de luxurie verborum, tantum ſententiæ addatur. 4.

Sciat auditor, cur in ſchola Logica multi exiguos progreſſus faciant, id accidere potius animi vitio, & inopia conſilii, quam mentis tarditate, & ad has artes ineptitudine. 5.

Deponantur pueriles nugæ, petulantia, &c. 6.

Præceptori mos geratur, neque iactura temporis vlla ducatur grauior. 7

Temporis autem, quod his impartiaris ſtudijs pars eſt duplex. 8.

Digitized by Google

Vna debetur ſcholæ. j. { audiendis / excipiendis / exercitationibus in ſchola. } prælectionibus.

Altera { Primò, recolendis lectionibus, lectioni Ariſtotelis. / Secundò, priuatæ exercitationi. / Tertiò, meditationi publicæ exercitationis, & confectioni ſyllogiſmorum, qui ſint in ſchola proponendi.

De audiendis prælectionibus Logicis.

ἀκροᾶσθαι Quæ nominantur vulgo lectiones, prælectiones:
Non ſine cauſa nuncupantur acroaſes & auditiones.
Itaque diligentiſſime audiendæ veniunt, potiſſimumque Logicæ.
Primò, quia vox magis afficit, quam lectio: de qua re alibi.
Secundò, quia pluribus verbis ediſſeruntur quæ dictantur paucioribus.
Tertiò, quia quæ paulò difficiliora vix percipiantur.
Quartò, quia paulatim aſſueſcendum eſt, ſemel auditam prælectionem mente capere, & è veſtigio reponere. De qua re in ſermone de memoria.

De excipiendis.

Conſulendus ſermo de ſcholaſticis dictationibus lib. 1. de interpretatione.
Opus eſt emendata & diſtincta ſcribendi ratione.

De repetendis, & recolendis.

1. Ad recolendas prælectiones adhibeatur ſocius, ſaltem vnus, aut alter.
2. Ac primum quidem relegatur tota lectio, quicquid eſt dictatum, & ſcriptum, vt ſi quæ vitia ſcripturæ emendentur.
3. Tum legente altero, ita contende ingenij neruos.
   Vt ex tempore illi reponas, & recenſeas quod prælegit, & è veſtigio interpretis officio fungaris.
   Vt rem auditam ſemel aut iterum referas, doceas.
   Quo genere exercitationis vix vllum praeſtabilius. Conſulendus ſermo de memoria.
4. Sed cauendum ne legatur vno ſpiritu, vnaque vice, niſi quantum mente & memoria aſſequi poteſt.
5. Legendum alternatim, niſi es ſolus.
6. Etiam quando es ſolus, ſatius eſt legere elata vôce, quam ſubmiſſa, vel tacitè.
7. Conducibile titulos, & ſumma recenſere, tenereque capita, antequam ſinguli verſus, ac ſententiæ diligentius excutiantur.
8. Si occurrit dubitatio quam enodare & ſoluere, neque tu poſſis, neque condiſcipulus, referatur in aduerſaria, vt peritior aliquis de illa conſulatur.
9. Dubitandi occaſio, ſi fieri poteſt, ſyllogiſmo comprehendatur.
10. Vtile referri in Enchiridium præcipuas ſententias, omiſſis argumentis & obiectionibus ſaltem leuioribus, vt & operoſioribus diſtinctionibus, vt vbi retuleris, memoriæ mandes vniuerſas, aut ſaltem præcipuas.
11. Sed plerumque Enchiridium totum reuoluatur.
    Tituli repetantur, qui eſſe poſſunt pro Enchiridio.
    Priores prælectiones tanquam lumen, ad poſteriores adhibeantur.

Digitized by Google

Quod si nullum conficis Enchiridium, nullam Epitomen prælectionum: earum chartæ compactæ habeantur, vt in eas, sæpe intuearis, percurrendoque reuoces in memoriam proprias definitiones, ac sententias quas notaueris.

Verum præcipua sit cura compendiorum, & rerum generaliorum. 12.

Quando de vna quæstione sententiæ multæ proferuntur. 13.

Primùm, assuesce candidè interpretari omnia, nihil ponderis alienæ detrahere sententiæ, potius quam næuum in scirpo quærere.

Deinde quod dici commodè videatur, id amplectere.

Et vbi errores deteguntur non minus nota causam, quæ præstantem virum impulerit in errorem, quam erroris refutationem.

Næuus in scirpo nunquam quæratur, nisi pirastice agis.

Potius omittantur multa potissimumque ea, quæ pertinent ad nomenclaturam, & obiectiones, quam nihil memoriæ mandetur. 14. 16.

Esto definitionum diuisionumque studiosissimus, & tenendi ordinis.

De exercitatione Logica.

Practicæ artes ediscendæ { non vt teneantur, / sed vt exerceantur.

Neque peritiam notitia præceptionum facit, sed applicatio, exercitatio.

Si facultas obsequens foret per naturam satis habilis, sufficeret habitu instruere imperantem facultatem.

Sed non est satis, &c.

Itaque Logica exercenda: varium illius vsum docebo alibi. Interim pauca monenda.

Primum.

Semper habe ante oculos illud Poëtæ.

Ingenium sibi quod vacuas desumpsit Athenas,
Et studijs annos septem dedit, insenuitque:
Libris & curis, statua taciturnius exit,
Plerumque & risu populum quatit.

Pudor igitur ab edendo ingenij specimine coram magistro & condiscipulis, neminem deterreat, sed potius acuat curam.

Si æqualium & congerronum vultum perhorrescis, veniat illud tibi in mentem, tandem aliquando tibi ferendum esse conspectum concionis, senatus, principum, acris aduersarij, &c. nisi consenescas in gymnasiorum vmbra.

Cogitaque primo non fieri fabrum, nisi fabricando, necessariam esse exercitationem, condendi & & examinandi sermones Logicos, interrogandi, respondendi, scribendi & agendi.

Secundò, præsto esse in schola præceptoris operam, quæ labantem fulciat, &c.

Tertiò, exerceri quidem ingenia eorum qui spectant decertantium condiscipulorum, peraudiútq; magistri adhortationes, dictata & monita, & omnino exerceri disputationum spectatores ---- sed potissimum tamen & fructuosissime eum qui interrogat, eum qui respondet.

Digitized by Googl

Quartò, cogita mirificam esse vim exercitationis.
Et tandem nandum esse tibi sine cortice.

Secundum.

Materia exercitationis Logicæ, in schola Logicorum depromatur, potius ex categorijs quam aliunde, --- ex Logica ipsa, quam ex præludijs, --- potiusque ex disciplinis alijs, quam ex Logica.

Tertium.

Rerum & sententiarum cura sit prima, secunda verborum.

Quartum.

Ita interroga, vt aliquando respondeas & contra.
Respondere difficilius, fructuosius.

Quintum.

Ita age piraſticè, vt { aliquando Dialecticè. / aliquando Apodicticè.

Sextum.

Teneantur præceptiones, maximeque doctrina de locis, de vsu Logicæ, de methodo.
Quæratur copia definitionum, diuisionum, distinctionum, sententiarum, similitudinum, dissimilitudinum.
Teneantur loci Dialectici omnes, sed frequentetur maximè locus à definitione.

Septimum.

Cogita fore vt modus ille, quo exerceris tibi adhæresçat, itaut exuere illum vix queas.
Quare ad eum modum compone tuam exercitationem, quem non pudeat olim vsurpare.
Caue ne quid contumeliæ, impudentiæ, immodestiæ, incogitantiæ, impatientiæ, rusticitatis, insani clamoris, & ineptiarum tibi irrepat, &c.
Asseratur tamen potius audacia, quam trepidatio.

Octauum.

Obseruentur in sermone quotidiano, & in scriptis alienis argumentationes, & enthymemata.
Assuesce ex enthymemate syllogismum conficere.

Nonum.

Quò te ineptiorem sentis ad hæc præstanda, eò maiori animi contentione in ea incumbe.

Horat. epist. 2. Li.

Incipe discendi rectè, qui prorogat horam:
Rusticus expectat dum defluat amnis, &c.

Sedes & subiectum Logicæ.

Logica { per se sita, in mente practica. / per obsequentem virtutem, & habilitatem;

Digitized by Google

Est { partim & maximè in mente tota, vbi intellectus, scientia, & opinio.
partim in voluntate, vbi affectus bene vtendi præceptionibus.
partim in vi motrice & facultate, per quam eloquimur.

Voluntas } { partim imperat,
Intellectus } { partim obsequitur.

ARTICVLVS III.

DE OBIECTO LOGICÆ.

Quid proponitur Logicæ arti pro materia remota?

Primò, mens ipsa dirigenda, quæ instar equi, vna cum anima & homine.
Secundò, operationes mentis dirigibiles, ad illustrationem veritatis----(directæ pertinent ad proximam materiam.)
Tertiò, & præcipuè idque pro materia remotissima, quæ absolutè dicitur materia remota:
Id quod obijcitur, facultati obsequenti;
.n. intelligibile, siue quiduis, siue quæstio.
Nimirum, si spectetur Logica, quatenus docet bene sentire.
Quod si consideretur, quatenus doceat tum bene sentire, tum bene eloqui:
Tunc adiungenda facultas loquendi cum actionibus eius & obiecto.

Quot modis assignatur proxima Logicæ materia, quæ sit adæquata?

Aut proponitur per membra, & per partes.
Vt si, *de definiendo, dividendo, argumentando*, & de componendis methodis, eam præcipere dicas.
Si de intuendo, proponendo, & argumentando.
Si de mente, & eius fine, obiecto, virtutibus, actionibus, & operibus.
Aut vno communi, & generali termino exprimitur, vt debet per methodorum leges.

Tum { aut obiectum propositum pro adæquato affirmatur in recto casu de omnibus, quæ in Logica tractantur.
Et dicitur obiectum *communitatis*:
vt ens Logicum, ens rationis, res Logica, &c.
Non secus atque dicitur res Geometrica, res militaris, &c.
aut de omnibus, sed partim in recto, partim in obliquo casu.
Et dicitur obiectum *attributionis* & *causalitatis*.

Vt syllogismus, Logica oratio, recta mentis operatio.
Non secus atque magnitudo pro Geometria, naturale corpus pro Physiologia.

Quid proponi solet pro proxima materia artis?

Vel actio recta obsequentis facultatis, vt bene agere:
vt recta ædificatio, legitima curatio.

Digitized by Google

Conceptio recta, operatio mentis idonea ad veritatis illustrationem.
Vel opus rectum, probus effectus operationis:
vt bonum ædificium, probus calceus, bona nauis &c. Logica oratio, si accipiatur pro conceptu obiectiuo.
Vel commune aliquid, quo coerceatur vtrumque illud, cum cæteris ad artem pertinentibus:
vt ens sutorium, res militaris, &c.
Res Logica, ens Logicum, ens rationis, ens rationale.

Quæ sententiæ vulgatiores de Logicæ proximo obiecto?

Pro variis Philosophorum factionibus, varia assignantur pro obiecto Logicæ. p. terminus, syllogismus, argumentatio, functiones mentis, sciendi modus, ens rationis, secundæ intentiones, instrumentum cognoscendi, &c.

Vnde opinionum tanta discrepantia?

In organo Aristotelis licet intueri materiam, & argumentum Logicæ.
Vnde igitur sententiarum discrepantia de Logicæ obiecto?
R. Prodijsse primò ex distinctione materiæ artis.

Est { proxima / remota } { totalis / partialis } { præcipua / secundaria } { *attributionis.* / *communitatis.* }

Secundò, ex eo quod non omnes consentiunt, de legitimi obiecti notis & conditionibus.
Tertiò, ex eo quod, non est satis enumerare singula.
Sed omnia sunt reuocanda ad vnum commune caput.

Idque { partim per rectum / partim per obliquum } casum, vt nonnulli volunt.

Quartò, ex eo quod, aliud spectare Logicam, aliud perfectissimam Logicam.
Aliud Logicam, quæ coercetur organo Aristotelis.
Multi non tam considerant Logicam, quam Logicam conclusam organo. p. illi qui pro obiecto proferunt syllogismum, aut argumentationem.
Quintò, ex distinctione orationis, in mentalem, scriptam, vocalem.
Sextò, ex ambiguitate definitionis, diuisionis, & similium terminorum Logicorum, quæ proponetur infrà.

Quare Logica dicitur explicare ens rationis, quatenus facit ad intelligendam rationem bene disserendi?

Quoniam artes videntur potissimum occupari, in docendo τὰ esse, & τὰ entia, quæ ipsæ faciunt, & omnino τὰ esse facultatis obsequentis ea, quæ efficiuntur à facultate obsequenti.
Architectura. e. g. docet τά esse domus, columnę, fenestræ, &c. τὸ esse domum, τὸ esse fenestram.
Mens & ratio in Logico negotio, est facultas obsequens:
Quare Logica debet docere τὸ esse, & ens rationis.
Vt ens sutorium adæquatè comprehendit omnia, quæ docentur à sutore, itemque ens sartorium, &c.
Ita ens Logicum, ens rationale, comprehendit quicquid in Logica docetur.

Cur

Cur non ſatis probatur pro obiecto ens rationis?

Primò quia ferè accipitur pro mero ente rationis.

Multa in Logica docentur, quæ non ſunt merum ens rationis: vt mens, actio mentis, virtus mentis.

Secundò, quia vt non accipiatur pro mero ente rationis, ----prædicatur tamen in recto caſu de omnibus, quæ in Logica traduntur.

Non autem partim in recto partim in obliquo caſu.

Quid ergo videtur probabiliſsimè deligi?

Intellectio, ſeu conceptio & oratio, quæ per ſe ſit manifeſtatrix veritatis, ſeu Logica oratio, quatenus hinc intelligitur rectè differendi, & intelligendi ratio.

Quid ita?

Primò, quia hîc occurrunt omnes legitimæ materiæ notæ, adæquatio offenditur.

Cætera huc reuocantur { partim per rectum / partim per obliquum } caſum.

Nam {
- Vnum *genus* proponitur, cuius ſpecies ſint definitio, diuiſio, &c.
- Principia habentur: vt termini, propoſitiones, & cauſæ orationis Logicæ.
- *Proprietas*: vt claritas, prędicabilitas, repugnantia, conſecutio, &c.
- & idonea differentia, idoneum *quatenus*.

}

Secundo quia {
- Logica ſuis tenetur legibus, de delectu *proximi obiecti*.
- pro diſciplina practica ſeligenda eſt recta opera, rectum opus, potius quam quid commune.

}

Tertiò, quia genus commune ad quod proximè referuntur præcipuæ ſpecies, quæ in arte explicantur, videtur deligendum pro obiectu adæquato, & primario.

Porro definitio, diuiſio, & argumentatio cum methodo, ſunt præcipuæ ſpecies, quæ conſiderantur in Logica, reuocantur autem ad Logicam orationem, tanquam ad genus.

Quartò, quod ars inter docendum facit, illud inter docendum tradit, --- artifex docet quod facit.

Quintò, proximum obiectum differre à remoto debet.

Vt actus, ſiue energia, differt à potentia.

Vt ædificium differt ab ædificabili, intellectio ab intelligili.

Diuiſio huius ſententiæ.

Quænam animi notio, & conceptio accipienda pro obiecto proximo?

Præter habitualem conceptionem, de qua non eſt controuerſia, notio & conceptio animi occurrit duplex.

Digitized by Google

Nempe { *Formalis*, quæ animi concipientis actio & notio quædam.
Obiectiua, quæ res concepta, aut quid rei conceptæ.

Omnino definitionis, diuisionis, propositionis, & similium Logicorum præter vim habitualem, duplex est sensus.

Nam { vel sumuntur pro mentis *opera*, & sunt conceptio formalis & actio quædam, sed includens metaphoricam passionem.
vel pro mentis *opere*, & sunt conceptio obiectiua.

Definitio e.g. nisi est habilitas & virtus definiendi.

Vel est actio mentis connectentis genus cum differẽtia, passioue illi respondens, siue τὸ definire, & τὸ definiri.

Vel est opus quoddam mentis, per illam operam compositum ex genere & differentia.

Sensui { priori est ens rei, ens reale.
posteriori est ens rationis, sed latè sumpto nomine entis rationis.

Porrò { vt Architectura docet { tum ædificationem,
tum ædificium.
ita Logicus docere debet { tum formalem,
tum obiectiuam } conceptionem.

Sed { per obiecti leges requiritur *vnitas*.
ex duabus seligenda est vna pro argumento principe, & primario: ad quam per obliquum casum referatur altera, seu quæ alteram complectatur, sed per obliquum casum.

Hinc sententiæ duæ ex superiori prodeunt.

Prior eorum est, qui pro obiecto habent functionem mentis.

Propositionem, definitionem, & consimilia Logica vocabula interpretantur de mentis opera.

Posterior eorum, qui interpretantur de mentis opere, de enterationis, de conceptu obiectiuo potius, quam de mentis opera.

Ideo sumunt pro obiecto Logicæ, *conceptionem obiectiuam*, qua illustretur veritas.

Parum refert, vtram opinionem amplexeris.

Reuocat { prior obiectiuam conceptionem ad formalem, tanquam effectum ad efficientem causam: vt ædificium ad ædificationem reuocatur.
posterior formalem ad obiectiuam, tamquam medium ad finem, eo modo quo ædificatio reuocatur ad ædificium.

Monitum Sed nemo pro obiecto primario & adæquato, videtur sumere conceptionem habitualem, & virtutem mẽtis, quamquam videtur posse vsurpari eodem iure, quo nonnulli pro obiecto Philosophiæ moralis, habent virtutem moralem.

Vtra è duabus sententijs verisimilior & congruentior Arist.

Posterior, primò quia artes solent seligere, potius opus quam operam.

Scientiæ, artes, & methodi, quarum molimur constructionem, tanquam ædificia potius, quam tanquam ædificationes à mortalibus concipi solent.

2. quia facilius imaginamur opus, quam operam.

Digitized by Google

Secundò quia ex ſpeciebus argumenti Logici; quæ ſunt definitio, & diuiſio, &c. licet æſtimare genus.

Definitio autem ab Ariſtotele tractatur, potius, tanquam opus, quam tanquam opera, ſiquidem actio mentis non componitur ex rebus ipſis & ſubſtantijs.

Actio mentis non reciprocatur cum re definita, non eſt idem quod definitum.

Porro definitio, quæ in organo tractatur, dicitur componi ex rebus ipſis, genere & differentia, &c. reciprocatur cum definito, &c.

Proinde nomine definitionis non intelligitur illic opera:
Sed accipiendum opus.

Syllogiſmus, qui in organo tractatur, componitur ex propoſitionibus & terminis, qui perſonaliter ſignificant res non notiones rerum.

Obiectio.

E duobus, quod eſt ſolidius, realius, verius, id videtur facilius intellectu:
Atqui verior eſt mentis opera, quam mentis opus; conceptio formalis, quam obiectiua: ergo explicatu facilior,— ideoque potius ſeligenda pro obiecto & argumento.

D. P. { Si vtrumque incurrat per ſe in ſenſum & intelligentiam, C.
Si vnum per ſe, alterùm per aliud, N.
Si vtrumque per aliud, N. tunc enim quod facilius comprehenditur clarius.

D. S. { Ratione relationum, & ſecundarum intentionum, quæ ſunt affectiones rei conceptæ, quatenus concipitur, C.
Ratione rerum, quæ concipiuntur ratione primariæ conceptionis, & primæ intentionis, N.

N. G. quia { actio mentis analogiæ beneficio concipitur à nobis per ædificationem, aliaſque ſimiles operas exteriores.
conceptio obiectiua, partim per res conceptas, —partim per ædificium & externum opus, quod cognitu facilius nobis, quam operatio.

Conceptio obiectiua, quæ proponitur Logicæ, eſtne primarium, an ſecundarium ens rationis?

Eſt primarium: quoniam eſt idem quod res concepta, eſt inſtar ædificij.
Sed eſt affectum ſecundariò. p. ſubiectione, prædicatione, anteceſſione, conſecutione, &c.

Eſtne exterior, an interior conceptio & oratio?

Interior, ſi Logica docet tantum bene ſentire.
Exterior & vocalis, ſi bene ſentire, & bene loqui.

Cur quidam Logicæ pro materia proponunt ſecundas intentiones?

quia { Secunda intentio & affectio rei conceptæ, quatenus concipitur.
ars maxime occupatur in exponendis ſui operis affectionibus illis, quæ

Digitized by Google

conueniunt ipſi per artem : vt architectura in affectionibus domus , quæ excitantur per architecturam.

Monitum.

Conſulendus ſermo de obiecto mentis , de materia methodorum & artium, de opera, de opere.

ARTICVLVS IIII.

De genere , & natura Logicæ.

Monitum.

Diſtinctio Logicæ virtutis ponetur infrà.
Loquimur hîc de imperanti, & docenti Logica.

Quotuplex conceptio?

Eſt triplex : habitualis, formalis,& obiectiua.

Quot modis ars & methodus , vt Logica conſueuit concipi ?

Obiectiua. 1° { tanquam acies quædam inſtructa, & ordinata rerum conceptarum.
tanquam congeries conceptionum obiectiuarum.
tanquam ens quoddam per accidens ex varijs cognitis rebus , ſed conſpirantibus ad vnum finem coarceruatum.

Formalis. 2°. Tanquam præceptionum & notionum formalium, quibus res illæ declarentur.

Habitualis. 3°. Tanquam virtus mentis, per quam notiones illæ efformantur , tanquam congeries præceptionum & notionum habitualis.

Ex tertio ſignificatu intelligitur ſecundus & contra.

Ex quo genere Logica dum ſumitur pro tertio ſignificatu ?

Citra controuerſiam eſt è numero habituum bonorum , & laudabilium , qui pertinent ad mentem , & dianoëam.

Quotuplex habitus mentis laudabilior?

Prima diuiſio ex apodicticis.

Eſt { Semper verus , vt { intellectus,
{ ſcientia.
Aut non ſemper dicens verum, vt opinio , fides.

Secunda ex ſecundo poſteriorum.

Eſt { ex principijs ſine probatione , & dicitur intellectus.
cum probatione { mendacio obnoxius, & dicitur opinio.
verior { ars, ſi circa geneſim.
ſcientia, ſi circa ens.

Digitized by Google

Tertia ex ſexto Ethicorum.

Eſt { Simplex virtus mentis; n. intellectus, ſcientia, opinio.
Eſt { Compoſita { ſapientia, ex intellectu
Compoſita { prudentia, } ex opinione } & ſcientia.
Compoſita { techne&ars, }

πίχπ.

Ex quo genere virtutum dianoëticarum, Logica?

Scientia videtur, ſi conſideretur prima diuiſio.

Et quidem Ariſtoteli primo Rhetoricorum analytica eſt ſcientia.

Sed ſcientia & diſciplina practica, in opinionem deſinit, terminatur.

Techne & ars, ſi ſecunda diuiſio.

Et quidem circa geneſim magis occupatur, quam circa id quod iam eſt.

Ars item, ſi tertia diuiſio excutiatur, conſideretur.

Quia virtus mentis practicæ, quæuis, præter prudentiam Ariſtoteli eſt ars.

Et quidem apud Ariſtotelem, qui *arte ſyllogiſtica* Dialecticus, opponitur Dialectico inerti carentiue arte, primo Elenchorum.

Quotuplex ars?

Eſt { Vna, quæ contrariorum ſcientia, ſed non contrariorum eſt [ars]
Eſt { vt ethica quę eſt { ſcientia bene & male viuendi.
Eſt { vt ethica quę eſt { ſed ars tantum, & habitus bene viuendi:
Eſt { & analytica, quæ ſcientia ſciendi, & ignorandi.
Eſt { Altera, quæ eſt contrariorum ſcientia, & contrariorum ars, & appellatur dynamis.

Ex hoc genere Rhetorica, & Dialectica.

Quid tandem Logica, quæ nuncupatur docens?

Eſt ſcientia Logorum. n. eorum, quibus illuſtratur veritas.

Scientia, & ars componendi, & examinandi Logicas orationes, & doctrinas.

Definitio accuratior ex genere & cauſis contexenda. Conſulenda rudimenta.

Obiectio.

Idem non eſt ſimul ſcientia, & ars, D. { eodem modo, C. 2.
Idem non eſt ſimul ſcientia, & ars, D. { diuerſo, N.

Scientia rerum intelligitur ex 3. de anima, cap. 8. Logica eſt Logorum. 2.
[ergo Logica non eſſe ſcientia.]

Reſpond. { Logon eſſe rem, ſi pragmatos [rei] & Logicæ nomen ſumitur πραγματικῶς.
Reſpond. { Scientiæ nomen illic latè vſurpari, pro quauis methodo & diſciplina. 3.

Scientia verſatur in vno genere.

R. Logicam verſari in oratione Logica, aut in doctrina, &c.

Dialectica nullo certo genere continetur, primo Rhetoricorum.

D. { ſi ſpectetur materia remota, C. 4.
D. { ſi proxima, N.

Etiam remota, inquies, debet eſſe certa.

Digitized by Google

D. { Si certam interpreteris, quæ certo aliquo consideretur modo, & certa cum differentia.p. tanquam probabilis, C.
Si interpreteris particularem, non autem ad omnia se se extendentem, N.

5 Scientia est virtus mentis epistemonicæ, quæ Theoretica.

ἐπιστημο- D. Si sit vna, & mera scientia, C. Si scientia tendens ad opinionem, vt ars &
νικὴ. prudentia, N.

Scientifica. Scientia, inquis, non videtur esse debere, nisi mentis epistemonicæ.

D. { Si vocetur epistemonica, quod sit scientiæ sedes, C.
Si quod scientia delectetur, vigeatque per scientiam: vt mens practica per opinionem, N.

Obiectio ex secundo Metaphysicæ, textu quarto.

Qui scit propriè; ille intuetur causam per se.
Logicus non videtur intueri causam per se, [ergo Logicus non dicitur propriè sciens.]

Sumptio. Etenim Practici ex Aristotele, & si considerent τὸ *quomodo habet* [res] tamen non considerant causam per se, secundum ipsam:
Sed ad aliquid [comparate] & ad [nunc] [pro certo tempore.]
Logicus autem est Practicus, vt & Ethicus, Medicus, Architectus, &c. ergo
Logicus non scit propriè, ideoque Logica non est propriè scientia.

Solutio.

D. P. { Si causam secundum se, siue secundum ipsam interpreteris causam per se primo ------ aut per partem saltem, N.
Si interpreteris propter ipsam & absolutè, non autem comparatè, & ad aliud .p. propter aliquem vsum, vt τὸ secundum ipsam referatur ad τὸ considerant, C.

D. S. { quatenus tendunt & incumbunt in applicationem, atque vsum per peritiam, C.
quatenus per artem & scientiam occupantur in genere & præcepto vniuerso, ~~N. vel distinguo, vt supra.~~

Practici demonstrant potius per partem, quam per causam, quæ sit per se primo causa, vt constat ex apodicticis.

Obiectio ex primo Rhetoricorum.

Si quis Dialecticam propriè, & Rhetoricam, non tanquam dynames & facultates, sed tanquam scientias conatur fabricari, & construere: Non videt, [non deprehendit] illarum [n. Dialecticæ, & Rhetoricæ] naturam se dissoluere, destruere.

Quòdita ratiocinando & sic sentiendo, transeat à facultatibus communibus, à methodis communibus, ad scientias [vulgares & particulares] quę sunt rerum subiectarum quarundam [.j. proprij & particularis, & determinati pragmatos, & argumenti] non autem *logorum* & orationum.
Ergo Dialectiça, de qua illic loquitur Aristoteles, non est scientia.

Solutio.

Quomodo differat De Dialectica propriè dicta loquitur Aristoteles, [non de Logica tota.]
Ea autem aut consideratur quatenus [tanquam virtus *præcipiens*] occupatur in

Digitized by Google

tradenda ratione, *interrogandi, respondendi, opinandi.*

Quo sensu est scientia & ars { non tamen rerum, / sed logorum.

Aut quatenus est dexteritas disputandi probabiliter de rebus omnibus, maximè autem per communes, & metaphysicas rationes.

Quo sensu { Nec est scientia, nec certi & particularis generis. / Sed opinio quædam, habilitas quædam, & dynamis opinandi, differendi de rebus omnibus.

Omnino, inquis, Dialectica non est scientia, & ἐπιστήμη.

D. { Scientia logorum & orationum, N. / Scientia de genere earum, quas Aristoteles vocat *quasdam*, quæ sunt determinatæ, scientiæque rerum, C.

Logica tota à proprie dicta Dialectica, vide initiũ præfationis Logicæ, similque libraria Topicorum præludia.

Obiectio ex secundo Metaphysicæ, cap. tertio.

Cupiunt alij accuratè doceri, alij exemplis, & poëtarum testimonijs.

Quare oportet antequam doceas didicisse quomodo singula sint probanda: .j. tenere modum docendi ac probandi,---- quia absurdum est simul quærere scientiam, & scientiæ sciendiue modum.

Hinc syllogismus, & obiectio.

Qui consultò quærit scientiæ sciendiue modum, is nondum scientiam quærit.

Porrò qui Logicam quærit, is consulto quærit scientiæ modum.

Quocirca scientiam non quærit, proindeque Logica non est scientia.

Solutio.

D. P. { Scientiam cuius vnius componendæ modum quærit, vt quæri consuevit in prolegomenis, C. / Scientiam & doctrinam simpliciter, & aliquam ex scientijs, N.

D. S. { modum sciendi solas res Logicas, N. / modum scientiæ, ἁπλῶς & generatim, C.

Monitum de superiori testimonio.

Primò, hîc est sensus: Logica tradenda ante, & extra disciplinas, methodosque alias.

Secundo, { manifestè scientiæ, & sciendi nomen illic latè vsurpatur pro methodo & doctrina, siue sit propria, siue non. / quare qui respondent Logicam non esse propriè scientiam, non ideo effugiunt vim testimonij.

Nam Logica omnium iudicio scientia est, si latè vsurpetur scientiæ nomen.

Consulenda præfatio moralis, & sermo de practicis disciplinis.

CAPVT III.

De partibus speciebusque Logicæ.

ARTICVLVS I.

Quotuplex Logica, & illius virtus?

Quot modis cogitatur Logica?

Cogitatur { primò, tanquam obiectiua / secundò, tanquam formalis / tertiò, tanquam habitualis } vt iam significatum.

Quotuplex Logica virtus?

Diuisio prior.

Logica { vna est naturalis / altera acquisita } quæ intelligitur ex opposita.

Acquisita { vna ad *obsequendum* instituta, quæ est in mente obsequenti, & aliquomodo obsequenti facultate. / altera verò, ad *præcipiendum* & imperandum.

Quænam in mente obsequenti Logica virtus?

Est { generatim { intellectus / vel scientia / vel opinio } vt { dictum, / dicendum. / speciatim dynamis opinandi de rebus omnibus per rationes communes, quæ appellatur Dialectica.

Aliæ virtutes obsequentes vt Geometria, Physiologia, vix appellãtur Logica, Dialectica ----- licet sint Logica virtus.

Quotuplex imperans virtus, quæ sit Logica?

Est vna in voluntate, per quam fit vt ad vsum potius quam ad abusum habilitas Logicæ mentis referatur ---- altera in mente *præcipientis*, quæ in triplicem distinguitur.

Διάνοια. δογματικὴ. παρευρετικὴ.

quia { Prima est habilitas cognoscendi generatim præcepta. / Et hęc est ars, & dianœa --- diuiditurque in dogmaticã & præceptiuã. / Secunda cognoscendi singula ---- & applicandi præcepta Logica, --- quæ dicitur Logica experientia, Logica peritia, pœdia Logica. / Tertia dexteritas impellendi intellectum obsequentem: / Quæ comprehendi solet nomine peritiæ.

Quotuplex requiritur virtꝰ ad bene disserẽdũ de rebus Physicis?

Requiritur { vna ad imperandum, quæ nuncupatur Logica. / altera ad obsequendum, quæ nuncupatur Physiologia.

Quare

by Google

Quare { *scientia* / *ars* } *requiritur* { *ad bene pingendum vna,* / *ad bene differendum duplex?*

Quia { Vtrobique { requiritur duplex virtus, imperans, obsequens. / imperans, appellatur ars, aut scientia. }
sed { In differẽdo obsequẽs, est quędam scientia, aut ars & methodus. / In pingendo, in ædificando, obsequens habilitas, quæ in manu residet, non appellatur ars aut scientia, nisi metaphoricè & analogicè. }

(··)

Posterior diuisio.

Logica diuiditur in { docentem / vtentem } vt & artes alię.

Monitum.

Consulendæ & applicandæ nostro negotio variæ diuisiones artis, quæ proponuntur alibi.

Ars { integra / mutila } { composita / simplex } { theoretica / practica } { dogmatica / paranetica }

Item { destituta demonstrationibus / instructa demõstrationibus } &c.

ARTICVLVS II.

De vtentis docentisque Logicæ dfferentijs.

Quid Logica vtens?

Interdum sumitur pro virtute Logica obsequenti, cuiusmodi est Physiologia, Geometria, &c.

Tumque { latè pro quauis. / strictè pro illa, quæ appellatur dynamis Dialectica. }

Interdum & rectius sumitur pro dexteritate mentis imperantis, per quam impellit non sine ope voluntatis, facultatem obsequentem .n. mentem cum facultate eloquendi.

Quid docens Logica?

Est habilitas apprehendẽdi, & comprehendendi, sive dijudicandi, tum regulas bene differendi, tum quæ necessaria ad illas intelligendas.

Quæ celebriores eius partitiones, diuisiones?

Prima.

Logica { vna naturalis quæ { solertia quædam mentis. / potius quam mens. } / altera vsu parta, quæ { aut ars propriè. / aut peritia tantum. } }

Digitized by Google

Secunda.

Et in Logica { pars { parænetica tradit regulas.
Et in arte alia { pars { dogmatica declarat quæ necessaria ad intelligendas regulas.

Tertia.

Præcipimus de intuendo, proponendo & argumentando. (.·.)

Quarta.

Loquimur de rebus præceptis, de præceptionibus, & de vocibus.

Quinta.

Cura { vna circa verba
altera circa significatus } apud Stoicos. (.·.)

Sexta.

ἀναλυτικὴ διδασκαλικὴ ἀποδεικτικὴ διαλεκτικὴ τοπικὴ.

Pars { generalis quæ appellatur Analytica prior.
specialis { vna de scientia, quæ dicitur didascalica, apodictica, analytica posterior.
altera de opinione, quæ dicitur Dialectica, Topica.

Sed rectum, est iudex sui & obliqui: ex scientia æstimantur, quæ pertinent ad opinionem.

Præcipit { analytica { prior de *doctrina*, & de *sermone* generatim.
posterior de *scientia*, & *perpetuo sermone*.
Dialectica autem de *opinione* & *dialogo*.

Et Analytica posterior, & Dialectica vtroque sermone vtitur.

Sed { delectatur { Dialectica, *dialogo*.
Apodictica, perpetuo sermone.
præterea Apodictica quando scientiam assequi nequit, diuertit ad opinionem.

Septima.

Sermones Logici sunt varij.

Sunt { laudabiles, qui { *Didascalici*, *doctrinales*, apodictici.
Dialectici.
Piraslici, tentatiui.
vitiosi, qui { *Pseudographi*, qui opponuntur Didascalicis.
Sophistici & apparentes, qui Dialecticis.
Litigiosi, & contentiosi, qui Piraslicis.

ψευδογράφημα. Pseudographi sermones, & pseudographemata sunt falsæ descriptiones, & demonstrationes.

Octaua.

Pars { vna de inueniendo, de argumento inueniendo, quæ à Stoicis dicitur omissa.
altera de iudicando, siue de disponendo, in qua Stoici operosi.

Digitized by Google

In omni arte præcipiendum est de forma & opere.

Materia { non semper occurrit ea qua est opus.
& cum occurrit, internoscenda est.

Cura inueniendi { quæstiones, minor.
probationes, maior.

Monita circa diuisionem.

Obiectum idem variarum capax diuisionum, & partitionum. 1.

Primaria partitio, & ordinatio scientiæ & methodi alicuius, non nisi ab vna diuisione repeti potest. 2.

Qui Logicam partitur in duas partes { per inuentionem, (·.)
per iudicium:

Is { non partitur per tres mentis operationes. ∴
non per doctrinam, scientiam, opinionem.
non per dogma, & parænesim, &c.

Methodorum concinnatio pendet ab arbitrio humano magna ex parte. 3.

Sed non temerè mutanda œconomia disciplinarum, quæ arbitrio communi definita. 4.

Materia non intelligitur nisi ex forma. 5.

Quia hæc est finis: materia, *& materia apta* idem. 6.

Non si quid prius inuentum, ideo prius docendum.

Si quid commune dispositioni cum inuentione, ideo videtur explicandum. 7.

Peripateticus ferè prius agit de construendo syllogismo, quam de inuenien- 8.
do; de forma, quam de materia.

Non diuidit & partitur, sed subdiuidit Logicam per formam materiam, per 9
dispositionem & inuentionem.

Nona.

Primò, principia Logicæ orationis declarantur. (·.)

Secundò, definitur, illustratur proprietatibus, diuiditur.

Tertiò, singulæ species declarantur, quæ sunt definitio, diuisio, & argumentatio & methodus.

Decima. ¶

Logica { Ars *simplex*, si doceat bene sentire.
Ars *composita*, si bene sentire, & bene loqui.

Vndecima. (·.)

Logica { seiungitur à disciplinis alijs.
vel cum ijs coniungitur, vt coniungebatur à veteribus.

Digitized by Google

Duodecima.

Comparatur { exemplo / præcepto / vtroque } vt & aliæ artes. (..)

Præceptiones { aut nudæ traduntur, / aut probationibus astruuntur. (..)

Tertia-decima.

Sex sunt præcipua capita argumenti Logici, quæ indicantur alibi.

Quarta-decima.

Logica { vel est Logica princeps, aut primaria. (..) / vel est soboles, aut propago: vt Rhetorica, Poëtica.

Quæ Logicæ simplicioris soboles?

Sunt { Logica Peripatetica, quæ sermocinalis. / Grammatica veterum, quæ enarrat Poëtas. &c. (..) / Rhetorica veterum, cum Poëtica.

Vnde veterum Rhetorica?

Primò à Logica, maximeque à Dialectica, idcirco dicitur Dialecticæ soboles, primo Rhetoricorum.
Secundò à Grammatica.
Tertiò à simplici arte ornandi orationem. (..)
Quartò ab arte excitandi & sedandi affectum quo regatur homo.
Quintò denique apodictica.

Decima-quinta.

Logica { vel vniuersalis, & tradit omnes sermonum Logicorum formas & characteres pro materia quauis. / vel particularis, & ab Aristotele videtur significari nomine podiæ, & eruditionis.

Quanquam fortè id nomen ad totam Logicam extendit.

ARTICVLVS III.

De particulari Logica, deque arte opinandi.

Quotuplex Logica particularis?

Est { vna, pro certo indiuiduo prospiciendo, inspiciendo, explorando. / .p. pro vno Aristotelis libro examinando, pro Ludouico erudiendo. / sed doctrina de indiuiduo traducitur ad speciem. / altera, pro certa specie, aut certo genere formæ, operisue & materiæ.

Digitized by Google

P. { formæ & operis : vt si præcipias de definiendo, aut tantum de syllogismo.
materiæ: vt si priuatim præcipias de constituenda Theologia, Iurisprudentia, &c.

Hinc Logicæ legales, Logicæ Theologicæ, Logica Philosophica.

Quando autem Logica priuatim traditur in gratiam certæ alicuius disciplinæ constituendæ: p. medicæ artis, aut Theologiæ, aut Iurisprudentiæ. &c.

Tum {
1. communia præcepta illustranda sunt exemplis repetitis ex materia, in qua occupatur illa disciplina: p. ex legali argumento.
2. è communibus præceptis, quæ illic explicatiora, visitatiora, diligentius explicanda.
3. si materiæ ingenium priuatam quandam postulat rationem Logicæ tractationis, ea declaranda.
4. propriorum terminorum constituendæ quædã classes, & categoriæ.
5. enitendum est vt propria quædam constituatur locorum ratio.
6. si qui errores eô facilè irrepunt à sermone, vel aliunde, id declarandum.

De arte opinandi.

Quotuplex ars opinandi?

Prima diuisio.

Est { Vna tantum opinandi.
altera opinandi, & præterea interrogandi, & respondendi.

Secunda.

Triplex ars opinandi videtur posse cogitari,

Vt {
1. sit ars communis opinandi generatim.
2. ars opinandi per rationes proprias scientiarum & methodorum. p. per medicas, &c.
3. ars opinandi per rationes communes & depromptas, è priori Metaphysicæ partes.

In Dialectica & Topica Aristotelica traditur ars opinandi, sed potissimum per rationes communes.

Quia Dialecticus vult agere apud omnes, & intelligi ab omnibus: quod fieri nequit nisi consectetur tum communia vocabula, tum communes rationes.

Termini qui proprij disciplinarum particularium, non intelliguntur, nisi à paucis.

Non omnes callent quamlibet artem & disciplinam.

Ex doctrina de scientia comprehenditur { tum totum negotium opinandi, tum & maximè opinandi per proprias rationes.

Quotuplex Dialectica?

Vna est quæ specie tenus Dialectica, & dicitur *Sophistica* aut contentiosa.

Digitized by Google

Altera quæ verè non ſpecie tenus Dialectica eſt.
Sophiſta definiendus potius *electione*, quam *ſcientia* & dynami.
Sophiſta qui *vult* fallere potius, quam qui nouit.
Dialecticus à Sophiſta animo & electione potius, quam ſcientia differt.
Differunt Dialecticus & Sophiſta *dexteritate* applicandi præcepti, & impellendi mentem obſequentem, potius quam habilitate præcepti comprehendendi.
Itaut Dialectica degenerare poſſit in Sophiſticam.
Vt prudentia degenerat in calliditatem.

Quotuplex Dialectica laudabilior?

Eſt { vna quæ ſpeciatim dicitur Dialectica.
quæ recta quaſi via, & ſeriò contendit ad probabilitatem, indaginemque veritatis.
conſectatur quæ probantur *omnibus*, aut *plurimis*, &c.
vbi commune opus interrogantis & reſpondentis, indago veritatis.
altera quæ dicitur Piraſtica, tentatiua.
Ea ferè vtimur in ſcholaſticis diſputationibus.
Conſectatur quæ probantur ab aduerſario.
Tendit ad ingenij acumen, & examen, indeque appellatur.
Tendit ad veritatem oppugnandam, ſed ludicrè, vt ſeriò tueri diſcas.

1. Oportet perſuadere poſſe contraria, primo Rhetoricorum.
Sed { non vt vtrumque ſeriò faciamus --- non enim oportet ſuadere turpia.
at { primò, ne ignoremus quomodo res habet.
ſecundò, vt ſi quis improbè vtatur talibus ſermonibus, ſoluere poſſimus.

2. Dialectica { vel vtitur ſermone perpetuo.
vel dialogiſmo, ſiue interrogatione & reſponſione.

3. Dialectica, vel diſtinguitur à *tentatiua*, & piraſtica.
Vel ſumitur ita latè vt piraſticam complectatur.

4. Dialectica { vel agit tantum in vnam partem,
vel in vtramque.

Sola Logica inter artes ratiocinatur in contrariam, & in vtramque partem.
Quia { aliæ artes remotum ſuum obiectum elaborant variè, p. addendo, demédo, &c: Sed non ratiocinando, verũ mouendo, aut appetẽdo, &c.
nulla ars tendit in vtramque partem, de proximo ſuo obiecto.
Sola Logica cogitur conficere vitioſa opera.
Quia { omnis artifex debet internoſcere vitioſa opera.
artifices alij in operibus alienis, vitia obſeruare poſſunt, --- ideo rarò conficiunt vitioſum opus de induſtria, nec niſi vt diſcipulum erudiant.
Logicus non poteſt in alienis, niſi efficiantur quaſi ipſius propria, & menti eius imprimantur.

Digitized by Google

Dialectica { vel traditur eo modo, quo tradita deprehenditur ab Aristotele in Topicis.
vel alio.p. quando loci Dialectici exponuntur, & traduntur ad Ciceronis imitationem.

Monitum primum, de Dialectica Topica.

Dialecticæ, quæ libris Topicis, & Elenchorum traditur, inuentorem se gloriatur Aristoteles, vt constat ex fine Elenchorum, & initio Topicorum: vbi inquit propositam sibi inuenire methodum, &c.

Sed { Primò quia anteà ferè exemplo tantum insinuabantur præcepta huius generis.
Secundò quia nondum dispositæ erant à quoquam, & in methodi redacta formam..
Tertiò quia vix credibile est ante Aristotelem, vllum cogitasse de tradendis locis, eo modo, quo traditi sunt ab Aristotele.

Omnino vix vlla extabat, ac ne vix quidem Dialectica talis qualis continetur libris Topicorum.

Monitum secundum.

Vocatur ea Dialectica, Dialectica particularis.

1. quia { primario videtur constructa ad Philosophiæ subsidium, & examen; ideoque quæstionibus applicatur Philosophicis ab Arist. licet secundario non referatur.

2. quia per se est ars { non generatim opinandi,
sed tantũ probabiliter interrogãdi & respõdendi.

3. quia non docetur in Topicis structura syllogismi probabilis, sed inuentio tantum, & elocutio.

4. quia more cytharœdorum tradit præcepta omnia, n. reuocando omnia ad pauca exempla philosophica, vt Cytharœdi suas præceptiones conferunt, saltem præcipuas, in paucas cantilenas.
Qui docendi modus videtur esse vetustissimus, sed variabilis. quia varij varia exempla pro libidine seligere deprehenduntur.

5. quia primario tendit ad propositiones, in quibus subiectum sit terminus communis.

Itaque videtur particularis quædã Dialectica { tum ratione formæ,
tum ratione materiæ.

Videtur esse Dialectica quædam Philosophica, seu primario constructa in gratiam Philosophiæ.

Monitum tertium.

Dialecticæ huius Aristotelicæ scopus, videtur varius.

Est { primarius disputare Dialecticè, aut Piraſticè, idque aduersus Dialecticum, Piraſticum & Sophistam.
secundarius perpetuo sermone agere in vtramque partem, vel in alteram tantum.

Digitized by Google

Est { primarius Philosophicas maximeque quatuor tractare quæstiones.
{ secundarius tractare alias.

Est { primarius agere probabiliter.
{ secundarius erudire se ad agendum accuratius.

Est { primarius ratiocinari probabiliter.
{ secundarius alias probabilis Logicæ orationis formas componere, & examinare.

Sexta diuisio Dialecticæ.

Dialectica { vel agit tantum de argumentando probabiliter, probabiliterque respondendo.
{ vel docet construere & examinare omnes probabilis orationis formas. p. definitiones, diuisiones, argumentationes, & methodos, licet breuiores.

ARTICVLVS IV.

De Proœmijs, siue Prolegomenis.

Quid methodi Proœmium?

Videtur esse Logicus sermo, quo ratio consilij authoris, aut componendi artem aliquam methodumue, aut partem eius, vel tradendi saltem, declaratur, aperitur.

Quotuplex Proœmium?

Præfationes { quædam pertinent ad totam methodum,
{ quædam ad partem tantum, & his scatent Aristotelis opera.

Monita Logica passim occurrunt de re aliqua definienda, diuidenda, &c. Quæ referenda sunt ad specialem artem, & pœdiam definiendi, &c.

Proœmiũ { nunc construitur ab ipso authore libri, methodi, &c.
{ nunc ab alio apponitur .p. ab interprete.

Proœmij forma { vel est simplicior.
{ vel composita è simplicioribus.

Quotuplex simplicior forma Proœmij?

Est { vna *alienior*, vbi traduntur quæ pertinent ad methodum Logicumue aliud opus, sed per accidens tantum: vt vita authoris, operis occasio, dedicatio & consimilia.
{ altera est *congruentior*, & quasi germana atque legitima, quæ solet proponendæ methodi aut disciplinæ declarare nomenclaturam, causas, naturam; partes & affectiones, aut saltem aliquid ex illis consectatur, quæ per se conueniunt proponendæ methodo.

Quæ

Quis Proœmiorum posterioris huius generis finis?

Est { præuidere methodum & orationem Logicam ad quam accedas.
præuisione { excitari ad eius studium,
ad vsum instrui.

Quid argumentum, siue obiectum?

Vel illa ipsa singularis methodus & oratio est, quę composita aut componenda vocatur: vt Physiologia Aristotelis, libri de anima, partitiones Ciceronis, &c.

Vel vltima quædam species Logici sermonis, quæ illo singulari opere exprimitur, tanquam exemplo & specimine.

Argumentum, e. g. præfationis in Physiologiam Aristotelis, est Physiologia, vel Physiologia Aristotelica.

Est-ne necessarium ita præfari?

Præceptori, & conditori operis, necessarium est ita prafari, saltem apud se.

Nam { artifex & omnino causa quæuis dianoëtica debet prospicere & præuidere opus, quod molitur, e. g. talem domum construendam.
authores verò methodorum, & præceptores dianoëticè machinantur libros, artes, methodos, sermones Logicos.

Discipulo non ita est necessarium vt à præceptore, & à libro, doctrina menti eius imprimatur.

Nam manifestò imprimi potest menti eius tanquam ceræ molli, sine præfatione & præuisione discipuli.

Ei tamen necessarium aliquo modo.

Primò, vt consulto potius ad vnam accedat, quam ad alteram disciplinam.

Secundò, vt traditam comprehensamque dijudicet.

At inquis, hoc requirit { non præuisionem, præfationem. *Obiectio.*
sed explorationem, & examen.

R. Notitiam per quam prospicitur opus faciendum, non differre natura & definitione ab ea, per quam inspicitur dum fit --- aut factum exploratur, --- sed tempore tantum.

Quis talium opifex Proœmiorum?

Logicus vnus cum præsidio Grammaticæ, & interdum Rhetoricæ artis --- seu in Logicam ipsam, seu in methodum aliam quamuis præfatio instituatur.

Etenim cuius est artificis inspicere generatim per artem vniuersalé, opus & operam. p. domum & ædificationem, vestem, & confectionem vestis, calceum, & confectionem calcei, &c.

Eiusdem est per peritiam & per specialem, ac particularem artem intueri certam & singularem operis formam.

Digitized by Google

seu { per peritiam certum singulare & individuum opus. p. hãc vestem, hanc domum, hanc nauim, &c. prospicere faciendum, inspicere dum fit, factumque explorare, examinare.
per specialem & particularem intueri certam & singulariem speciem *operis*. & *materiæ*. p. pallium, vestem, &c.

Est autem Logici vnius practicè agere per artem vniuersalem de componendis artibus, libris, methodis, & orationibus Logicis.

Ergo { per peritiam Logicam debet prospicere, inspicere & examinare hanc & illam orationem Logicam.
per particularem artem debet agere de hac & illa specie orationis Logicæ, &c.

Nonne proœmium pars est methodi eius cui præfigitur?

Non est magis quam inspectio domus est pars domus.

Ars & methodus explicatio est non sui, sed obiecti.

Arithmetica { est doctrina numerorum.
non eius virtutis animi, aut notitiæ, quæ vocatur Arithmetica.

Ergo videntur hallucinari, qui artis definitionem & diuisionem putant esse ipsius artis partem principem & essentialem.

Nonne saltem est pars communis operis?

Domus { & construenda prospicitur, præuidetur.
& dum struitur, inspicitur.
& constructa, exploratur.

Nemo tamen vnum composuit opus { partim ex domo,
partim ex inspectione & exploratione domus.

Quia hęc { non habent se vt linum & linum,
sed sunt maximè dissentanea, diuersa & vix commiscibilia.

At multi ex methodo & ex proœmio, quod est veluti inspectio, vnum componunt opus. p. vnum librum.

Idque { tum quia disciplinarum constitutio, compositio, partitio ferè est arbitrij & ingenij humani opus:
tum quia vt aurum cum argento, ita notitia vnius rei non difficulter permiscetur cum notitia alterius.

Certè { non modo authores solent toti methodo, operi, & libro præponere præfationem.
verum etiam varijs Logicis monitis suas interserunt commentationes, vt concludantur præcedentia, prospiciantur subsequentia.

Peripatetici proœmiorum amantes & epilogorum.

Digitized by Google

ARTICVLVS QVINTVS. ET VLTIMVS.

De Logicis præludijs.

In diſciplinis tradendis quot vſurpantur proœmiorum genera?

Tria { quædam vniuerſo præponuntur operi, vt præfatio in totam Logicá.
quædam ſingulis quaſi membris, vt proœmium in Iſagogen.
quædam denique membris interſeruntur ad iudicandam præcedentium rerum, cum ſuccedentibus connexionem.

Quibus modis efformantur?

Aliquãdo rudius delincantur, vt factum eſt in rudimentis: aliquan do accuratius elaborantur.

Accuratiorem rerum Logicarum tractationem à Prolegomenis, tanquam ab exordio inchoare, eſt-ne neceſſe?

Neutiquam, quia vt inſpectio domus non eſt pars illius:
Ita proœmium non eſt pars illius methodi & diſciplinæ, in quam præludas.

Nonne ſaltem conducibile eſt præponere præfationem?

Conducibile eſt, ſi modo id modicè, & tempeſtiuè fiat.

Adornandumne aliquid in totam Logicam præfationis?

Minimè, quia rudior è compendijs depromi poteſt.
Accuratiorem moliri, & tradere, non ita tempeſtiuum.

Cur intempeſtiuum?

Primò, quia rudior Tyronibus pro tempore ſufficere poteſt, vt ſufficit in aliarum diſciplinarum limine.

Vniuerſum genus accuratiorum proœmiorum non ita eſt neceſſarium, potiſſimum cum traduntur diſciplinæ practicæ.

Longè ſatius inculcare præceptiones, & diſcipulum ad vſum erudire, quam proponere altercationes de arte ipſa.

Secundò, quia cauendum eſt ne auditor ſalebroſis, neque ita vilibus diſceptationibus non modo detineatur, verum etiam auertatur propter aſperitatem à ſtudio artis.

Tertiò, quia difficile eſt in Logicam accuratam præfationem ita inſtruere, vt à Tyrone ſine magno temporis diſpendio, ſine multiplici digreſſione & anticipatione, probè comprehendatur.

Quid ita?

Primò, quia difficile eſt accuratè ſpeciem enarrare, niſi prius ſit comprehendatur genus.

Logica, quæ eſt argumentum Logicæ præfationis, vna eſt de methodorum, ac ſcientiarum genere.

Porrò doctrina de methodis & ſcientijs non traditur, niſi in Logicæ penetralibus.

Digitized by Google

Secundò quia Tyrones quæ de Logica dicuntur propter experientiæ defectum, non rectè apprehendunt, & imaginantur.

Nonne talis præuidenda Logica Vniuersa qualis est efformanda, ideoque proœmio accuratiori opus?

Præceptori est, discipulo non est.

Quia ferè vnus architectus mente comprehendit formam, ideamque totius ædificij.

Quæstiuncula.

Nonne saltem vt architectus carptim & sigillatim fabris & operarijs insinuat formam singularum partium conficiendi operis: Ita præceptor singularum partium rationem discipulo aperire debet, antequam communi eas moliantur opera?

Responsio.

Respondeo id videri aliquomodo conducibile. p. vt accendatur studium, &c. sed non esse necessarium, quia mens discipuli conformatur à præceptore, vt vas à figulo.

Suntne futura vsui apud discipulos accuratiora prolegomena, post accuratam artis traditionem?

Sunt, quoniam methodi non comprehenduntur probè, nisi post primam traditionem examinentur diligentius, recolanturque sæpius.

Præfationes à perito artis melius percipiuntur.

Vt sermones de Roma ab ijs qui spectarunt Romam.

Nonne suaue est philosophari de re ipsa?

Est, quia methodi sunt velut ædificia aspectu iucundissima.

Sed Logica sui amore non contabescit.

Logicæ decertationes debent institui, potius de materia quauis, quam de Logica ipsa.

CAPVT IIII. & vltimum.

De varijs Logicæ notis, & attributis.

ARTICVLVS I.

De Logicæ, ad Philosophiam, affectione.

Est ne Logica Philosophiæ pars?

Philosophia est cœtus quidam scientiarum, quæ necessariæ iudicentur ad bene, beatèque viuendum.

Sed arbitrio humano excitatur, ideoque varius pro varijs ingenijs & arbitrijs.

Digitized by Google

Hinc fit vt Logica si. { alijs intra } { Philosophiæ septa.
{ alijs extra }

Aristotcles primo Topicorum videtur facere { partem Philosophiæ, cap. 11.
{ licet adiumentum Ethicæ, Physicæ.

Et quidem partem fecit, si creditur Laërtio, vt & ferè Stoici.

Et meritò, quoniam est virtus per se necessaria ad procurandam naturalem fœlicitatem hominis.

Si virtus obsequens est Philosophiæ pars: vt Ethica, Physiologia, &c.--- cur non, quæ imperat, sit Philosophiæ pars?

Videtur { pars, quatenus imperat disciplinis necessarijs ad beatitatem,
{ neutiquam pars, quatenus imperat motiuis disciplinis --- nisi secundum quid, vt & ipsæ motiuæ disciplinæ.

Logica { docens intra Philosophiæ septa saltem hoc nomine.
{ applicans { non modo per Philosophicos sermones,
{ verum etiam per quosuis alios qui componantur accommodatè ad illustrationem veritatis.

Obiectio.

Philosophaturo analytica necessaria, --- ergo non est Philosophiæ pars. 1.
R. negando, C.

Intentiones secundæ sunt quid leue, D. { si spectetur entitas, C.
{ si vsus consideretur, N. 2.

Instrumentum non est pars rei, quæ instrumento vtitur. 3.
N. quia corpus est instrumentum hominis.

Instrumentum non est pars operis, quod ipso elaboratur. 4.
Philosophia est opus elaboratum Logica, tanquam instrumento, ergo &c.

D. S. { reliqua à Logica Philosophia, C.
{ tota, N. nisi eo sensu quo Logica necessaria ad Logicam.

Pars nunquam tam latè patet, atque totum.

Logica funditur per totam Philosophiam, ergo. [,s,] 5.

D. P. { Intensiuè simul, & extensiuè, C.
{ extensiuè, N. nam anima equi, e. g. tam latè extenditur, atque equus.

D. S. { si spectetur Logicæ vsus, C.
{ si præceptiones, N.

ARTICVLVS II.

De vnitate Logicæ.

1. Quæritur vtrum methodus sit quid vnum, & quomodo.

Digitized by Google

2. vtrum' methodi habitualis partes coeant in vim & qualitatem, quæ sit propriissime vna.

Quæ quæstiones Theoreticæ, vt sequentes Practic

3. Vtrum Analytica & Dialectica coeant in vnam artem.
4. Vtrum prior & posterior analytica?
5. Vtrum omnino sit vnica differendi ars?
6. cur { ad pingendum sufficiat ars vnica? / ad philosophandum de moribus requiratur duplex?

Sed hæc { partim arbitraria, / partim explicata: / partim theoretica, & nihil huc facientia.

ARTICVLVS III.

Nonne neutra Logica?

Sine Logica Practica, an Theoretica?

Non est, si neutram interpreteris eam quæ { neque speculatiua, / neque latè practica.

Est, si practicam disciplinam, eam quæ refertur ad fugam accipias & [moralem] electionem accipias, quam Aristoteles primo Ethicorum, interpretatur Ethicam.

Logica { non est neque Ethica, neque Physica, / sed est quid neutrum & synergon, siue adiuuans.

Practica-ne Logica?

Qui practicam negant de nomine certant, nam confitentur eam tradere præceptiones exercendas.

Practica est practicè tractanda, ac tradenda ne corrumpatur.

Habet geminam facultatem, geminum finem, & cæteras disciplinæ notas.

Nonne pars illius, quæ Dogmatica est, ea Theoretica?

Absolutè non est.

Comparatè est. n. si conferatur cum parænetica.

Obiectio.

Quæ scientia conquiescit in cognitione, tanquam in vltimo fine, ea est Theoretica: vt doctrina de cœlo, de cœli motu.

Atqui Logica est scientia conquiescens in cognitione.

Nam { proximus noster finis est nosse generatim & sigillatim orationes Logicas. / remotus & præcipuus est bene intelligere, cognoscere res omnes.

Ergo Logica videtur esse Theoretica.

D. P. { si in cognitione sui obiecti cognoscendi, C. / sin autem in cognitione rerum aliarum, distingo.

Digitized by Google

Quia { theoretica more aliarum methodorum non eſt,
theoretica eſt, eo modo quo aliæ artes ſunt *motiuæ*, vel appetitiuæ.

Nam { artifices alij practici ſciunt { aut *mouere*, aut *viuere*, appetere, &c.
at Logicus *ſcit ſcire, nouit noſſe*, contemplatur contemplationem, ſpeculatur ſpeculationem.

Architectus ſcit ædificare, Logicus ſcit ſcire.

D. S. { in cognitione ſui obiecti proximi, N.
in tractatione obiecti remoti, quæ eſt cognitio quædam, C.

D. C. { Theoretica propriè, eo modo quo Phyſiologia eſt Theoretica, N.
Theoretica eo modo quo ſartoria eſt motiua, & moralis eſt appetitiua, C.

Ars eſt { architectura mouendi, ideo motiua:
moralis appetendi, ideo appetitiua:
Logica contemplandi, ideo contemplatiua poſſit appellari.

Eſtne ſimul Theoretica, & Practica?

Si denominatio ſumatur à facultate obtemperanti:

Tum { vt ars pingendi poteſt appellari manuaria, propter manum obſequentem,
Ita Logica Theoretica ſimul & Practica.

Quoniam { imperat vtrique menti,
eſt ars intelligendi, tum theoreticè, tum practicè, ſeu condendi diſciplinas theoreticas & practicas.

Quod ſi denominatio repetitur à facultate, cui inhæret tanquam in ſubiecto, diſtinguendum.

Nam { ſi continetur finibus officij ſui, practica eſt, & practicè tradenda, vt omittatur quicquid ad praxim nihil facit.
ſed ferè per ingenij noſtri conditionem, & ſciendi cupiditatem, fit, vt practicis annectatur aliquid, quod ſit merè theoreticum.

Medicus dum de plantis agit propter ſanitatem, ſolet non pauca tradere quæ ad ſciendi cupiditatem faciant, non ad ſanitatem.

ARTICVLVS IV.

Eſtne iucunda Logica, vtilis?

Nihil { iucundius / vtilius } quam ſapere { tum ſibi, / tum alteri. } [¿,] *De vſu & neceſſitate*

Logica autem eſt ars ſapiendi.

Digitized by Google

Estne Logica Logicæ vtilis?

Est, primò quia pars posterior inseruit priori, & contra. (5)
Ars definiendi inseruit definiendo syllogismo, &c.
Ars syllogismi valet ad ratiocinandum de definitione, &c.
Secundò quia pars vna inseruit sibi dum tractatur, traditurque sæpius.
Ars definiendi vsurpatur ad definiendum definitionem, &c.

Quî fit vt credatur minus necessaria Logica suum ad finem, ad bene differendum, quam aliæ artes ad suos fines. p. quam architectura ad bene ædificandum?

Fit, quoniam quatenus & quo nomine necessaria est, non creditur tamen plerumque necessaria. *per errorẽ.*
Quoniam multa Logicam artem, aut peritiam saltem habent, qui tamen habere non creduntur, nec denominantur Logici:
.n. quia Logica est de genere artium quæ exercentur ab omnibus, nec denominare solent.
Logica non solet denominare nisi insigniores.
Omnino multi Logici qui non creduntur, nec dicuntur Logici.
Fit etiam, quoniam reuera minus est necessaria.
Sine errore Etenim dum mens configuratur more mollioris ceræ à rebus obiectis & præceptoribus:
vt interdum egeat arte aliena, arte præceptoris, non tamen eget arte sua, nisi fortè ad iudicandum & ad examen operis.
Sed longè plus requiritur artis ad confectionem examenque operis, quam ad examen solùm.
Mens duobus configuratur modis, &c.
Manus pueruli vix eruditur & ægrè operâ magistri ducentis ipsam:
Mens tua facilius eruditur à præceptoribus, etiam te inuito.

Manus { vt eruditur à te & à magistro, / vix tamen eruditur à materia. } (·.·)

At mens tua eruditur { non modo à te & à præceptore, / sed etiam & maximè à rebus obiectis. }

Est ne necessaria Logica?

Vt mens formetur ope aliena & apprehendat:
Non videtur requiri ars Logica:
Nisi fortè in libris & in præceptore, quasi in annulo & sigillo.
Nisi fortè vt mentem reddat subactam, molliorem, dociliorem.
Dum mens reponit quæ accepit aliundè, magis requiritur memoriæ bonitas, quam ingenij acumen.
Vt autem iudices, coniungas & seiungas apprehensiones ritè & accommodatè,

Digitized by Google

datè, vt examines tum tuo & alieno marte factas apprehenſiones, videtur Logica conſiderari eo modo quo artes aliæ ſuos ad fines.

Saltem eo quo, quæ ab omnibus exercentur.

Cur videntur minus neceſſariæ artes quæ ab omnibus exercentur?

Primò quia per errorem multi in eo genere ſunt artifices aut periti ſaltem, qui non creduntur eſſe; multi ſunt Grammatici, qui non habentur pro Grammaticis.

Secundò quia vix probantur niſi paulò accuratiora, ideo plus requirunt habilitatis.

Cur pauci videantur Logici, quæſitum alibi.

Logicus creditur { non qui poteſt bene differere de certo argumento, / ſed qui bene de rebus omnibus.

Eſtne Logica Logicæ neceſſaria?

Eſt ferè eo modo quo diſciplinis alijs.

Principio Logica rudis mentis ope comparatur.

Deinde vna pars Logicæ inſeruit alteri.

Præterea vna pars ſibi inſeruit, quando tractatur ſæpius.

Sanè inſtrumenta operibus ſolent eſſe rudiora.

Quibus magis neceſſaria Logica?

Quò quis plus habet acuminis naturalis, eò minus requirit Logicæ artis, & peritiæ.

Quò magis iudicio eget diſciplina ad quam contendas, eò magis neceſſaria Logica.

Vtra ars magis neceſſaria?

Dialectica magis quam apodictica.

Artifices ſcientiarum pauci, opinionum omnes.

Quomodo neceſſaria?

Neceſſaria non vt differas, ſed vt expeditè, perſpicaciter, & ſine errore.

Nemo ſcit, niſi ſciat ſe ſcire.

Concluditur aut ex quauis propoſitione quæuis, --- aut certa tantum non quæuis.

Si *certa*, oportet noſſe quænam ex qua concludatur, quod non fit niſi per Logicam.

Si *quauis* ex quauis licebit ſic ratiocinari & concludere,
Sol lucet, ergo Logica eſt neceſſaria.

Obiectiunculæ.

¶ 1.

Veteres Philoſophi nullas differendi tradebant leges.

D. { exemplo, N. / vocali præcepto { extra alias diſciplinas, C. / in tradendis alijs diſciplinis, N.

Digitized by Google

2. Imperiti videntur ſeruare definiendi ,diuidendi, & argumentandi regulas citra præſidium artis.

D. { paucas & in paucis facilibuſque argumentis, C.
{ omnes & in omni genere materiæ, N.

3. Facilia non egent arte, bene differere homini eſt facile: ergo, &c. probatur ſumptio.

4. Naturalia munera ſunt facilia, vt volare, ſerpere, &c.

D. { Si res eſt in perfecto ſtatu, C.
{ Si corrupta eſt, vt natura noſtra, N.

5. *Ars mechanica* ſeu conficiendi machinas & organa, non videtur neceſſaria ijs artificibus, qui vtuntur inſtrumento. p. ſutori, ſartori, &c.

Atqui Logicâ eſt ars mechanica ſi conferatur cum Iuriſprudentia, Phyſiologia, &c. ergo [Logica non videtur neceſſaria ijs ſcientijs.]

R. ad propoſitionem non videri.

Quia pauci multis vtuntur machinarum generibus.

Pauciores conficiunt ſua inſtrumenta , ſed ab alijs accipiunt artificibus.

Ad examen inſtrumenti minus requiritur virtutis quam ad confectionem.

Ad S. R. multum eſſe diſſimilitudinis inter Logicam & mechanicam.

Primò quia mechanica facit inſtrumentum ferè ſine ope artis, quæ confecto vtitur.

Niſi quatenus { inſtrumento fit inſtrumentum.
{ quædam artes mixtæ, quę faciunt inſtrumentum, vtuntur inſtrumento.

Secundò quia ars quæque è motiuis paucis vtitur organorum formis & generibus.

Methodus quæuis iuſtioris magnitudinis vtitur ferè omni genere inſtrumentorum Logicorum.

Ideo ſi quis artificioſè pingit, &c. non ideo ſculpere & ædificare poteſt.

Contra ſi quis ex ingenti & indigeſta mole moralium ſcientiarum conſtruere poteſt moralem methodum, idem & Phyſiologiam poterit.

6. In Parmenide Dialectica vocatur *garrulitas*.

D. { propter vanitatem artis, N.
{ propter clamorem tyronum ſeſe exercitantium, C.

Hinc vicus noſter ſtramineus confragoſus Petrarchæ, cuius temporibus tradebantur illic Philoſophica.

7. Septimò de Rep. vetamur attingere Dialecticam ante 30. annum.

R. { 1°. fortè eo nomine ſignificari Metaphyſicam.
{ 2°. non accedere nos ad artificem ſaltandi, antequam ſaltandi facultas ſit paulò validior.
{ 3°. Socratem pertimeſcere abuſum Logicæ.

Et vereri ne adoleſcens inſtructus facultate quiduis probandi , quiduis ſuadendi, propter ingenij leuitatem, confidentiam, pertinaciam, ſaniores refellat opiniones, & Remp. peruertat.

Sed dandam eſſe operam ne quis abutatur Dialectica.

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

De Doctore, & de Logica.

A quibus docetur Logica?

Vt ab omnibus exercetur, ita docetur partim exemplo, partim præcepto.

Quî fit vt pauci videantur et nominentur Logici?

Fit, primo quia Logica est de genere facultatum & artium, quæ ab omnibus exercentur, nec solent denominare nisi insignes.

Secundò quia propterea habilitatem quamuis differendi vulgus tribuere solet arti, quam quis profiteatur. p. Theologiæ, medicinæ, &c.

Vel naturæ bonitati.

Tertiò quia artifex consuevit appellari à facultate exequenti & obsequenti, potius quam à docente.

Medicus dicitur qui potest curare, potius quam qui bene differere de curando.

Porrò habilitas exequens aliquod retinet nomen, quod vsurpatur de docenti arte. p. nomen sutoriæ, sartoriæ, &c.

In nostra vero arte exequens virtus varias sortitur appellationes. p. Geometriæ, Physicæ, &c.

ARTICVLVS VI.

De Logico ratiocinio, & confectione operis.

Cur sola Logica inter artes ratiocinatur in contrariam partem et in vtramque?

Quia aliæ artes remotum suum obiectum elaborant variè. p. addendo, demendo, sed non ratiocinando, verum mouendo, appetendo: Dialectica autem ratiocinando.

Nulla ars tendit ad ratiocinandum in vtramque partem de suo proximo obiecto.

Cur sola cogitur conficere vitiosa opera?

Quia omnis artifex debet internoscere vitiosa opera.

Porrò artifices alij in operibus alienis vitia obseruare possunt.

Ideo rarò conficiunt vitiosum opus.

Nec nisi vt erudiant discipulum. p. saltatores, citharœdos, &c.

Logicus non potest in alienis, nisi efficiantur ipsius, & menti eius imprimantur.

Cur Dialectica consectatur communia?

Quia vult agere cum omnibus ---- non omnes intelligunt propria scien-

Digitized by Google

tiarum particularium vocabula, communia omnes norunt aliquo modo.

ARTICVLVS VII.

De ſimplicitate & compoſitione.

Unde coaluit Logica?

Ex ſimplici arte bene diſſerendi, & ex arte bene loquendi.

Quæ Logicæ ſimplicioris ſoboles?

Logica hæc ſermocinalis ---- Grammatica veterum, quæ Poëtas enarrat, &c.
Rhetorica veterum cum poëtica.

Unde veterum Rhetorica?

Primò à Logica, ideo dicitur ſoboles Dialecticæ.
Secundò à Grammatica.
Tertiò à ſimplici arte ornandi orationem.
Quartò ab arte excitandi, & ſedandi affectum, quo regatur homo.
Quintò à politica.

ARTICVLVS OCTAVVS ET VLT.

Quæ ſunt præcipua capita Logici argumenti?

Sunt { finis, facultas, obiectum, habitus, opus } de quare in rudimentis.

Finis Logicarum Præfationum.

Digitized by Google

TRACTATVS II. ET VLTIMVS.

DE SEX PRÆCIPVIS ARgumenti Logici Capitibus.

SEV

DE FINE, FACVLTATE, OBIECTO, actione, virtute, opereque Logicis.

SECTIO PRIMA.

DE FINE ET NATVRALI facultate Logica.

CAPVT I.

De naturali facultate Logica ἁπλῶς.

Quæ huius notio?

FACVLTATIS Logicæ notio repetatur è rudimentis [Logicis.]

Cur hanc consideramus?

Quo iure Ethicus de appetitu agit ---- eodem Logicus de mente, & de facultate Logica.

Turpe Logico ignorare Logicam facultatem, cum equestris disciplina diligenter perscrutetur equorum naturam, ingenia, & conditiones.

Eius rei cui medearis rudi notitia opus, vt colligitur ex primo Ethicorum---

Logica autem medetur menti, [ergo facultatem suam, quam regendam suscipit, debet nosse.]

Qui nauim regit, eam nouerit oportet: vt equum qui curat equos &c.

Omnino ars quæuis nosse ruditer & practicè debet facultatem quam guber-

Digitized by Google

nandam ſuſcipit: vt ars militaris, ingenium militare, militarem facultatem.

Etenim { non ſatis eſt præcipere de opere,
{ ſed præcipiendum etiam de opera, quæ maximè æſtimatur ex facultate & materia.

Si pro vario modo & captu facultatis cui præcipias, præcepta ſunt inflectenda, temperanda—ſane in illius cognitionem diligenter eſt incumbendum. Atqui, &c.

Obiectio.

Quicquid traditur à præceptore Logico pro officio, id reuocabile ad *opus Logicum*, ad *ens rationis*, ad *mentis operationes*. Atqui mens & Logica facultas eò non reuocatur. [Ergo citra ius ſuum de ipſa facultate Logicus agit.]

D. S. { quod ſit Logicum opus, C.
{ quod ſit principium Logici operis, &c. N.

Quid Logica facultas?

Propriè eſt mens ſola noſtra.

Latius autem eſt facultas, quæ homini conceſſa à natura ad intellectionem exercendam, aut dirigendam & iudicandam per intellectionem: vt mens, ſenſus, & aliquomodo voluntas.

Sed maximè facultas humana, critica, i. iudicatoria, apprehenſiua.

De rationali alibi. [.n. ad tertium de anima & inferius.]

Quid criterium & quotuplex?

κριτήριον. Criterij definitio, & diuiſio repetatur aliunde.

Quid facultas critica naturalis?

Eſt potentia naturalis per quam animal propriè cognoſcit, apprehendit, iudicat, vnde fit vt propriè appetat, dolcat, gaudeat, &c.

Quid ipſam mouet?

MOVET { partim obiectum. i. illud quod cognoſcitur: vt color.
{ partim ſignum, cuius definitio ponitur alibi. [n. in compendio Logico, Metaphyſ. & de Interpretatione.

a. *Vt imago Cæſaris in me. te tua.*

b. *Vt imago Cæſaris mar more hoc an ſẽ commone factorum ſeu admonitorium & recordatiuũ eſt vel endeicticum, indicatorium demonſtrationum, vt videre eſt ad libros de Interpretatione.*

Quotuplex ſignum?

Eſt { formale a. } { naturale } { monitorium } &c.
{ materiale b. } { arbitrariũ } { indicatorium }

Quotuplex facultas critica in animali?

Vna eſt *corporea*, quæ appellatur ſenſus.

Et eſt communis homini cum belluis.

Niſi quod ſenſus aliter in homine, aliter in bellua habet.

Dantur belluini inſtinctus.

Dubitatur verum in belluis aliqua inſit ſenſus ſpecies, quæ in homine non reperiatur.

Digitized by Google

Altera eſt *incorporea*, quæ propria hominis, vel communis homini cum intelligentijs. n. meris.

Veracior-ne mens quam ſenſus?

Mentem ſenſui { quidam præponunt / quidam poſtponunt } ratione certitudinis.

Optima eſt ſocietas vtriuſque. [conſulendi ſermones Methaphyſici de dijudicatione rerum.]

Sunt qui ſenſui } nimium fidant: (··)
Sunt qui menti }

CAPVT II.

De Senſu & Voluntate, deque vi loquendi.

Quid ſenſus?

Eſt { aliquando ipſum ſentire, ipſa ſenſio,
aliquando ſenſualitas, ſiue ſenſus cum appetitu ſenſitiuo.
aliquando facultas quæuis apprehenſiua, & critica.
nunc facultas critica, corporea, quæ communis homini cum belluis.

Quo nomine ſenſum humanum conſideramus?

Conſideramus { non vt ſibi eſt, ſibi inſeruit,
ſed vt menti, cuius regimen ſuſcipimus.

Cur ſpectamus ipſum?

Quia mens pendet à ſenſu, tanquam à ianua.
Mens initio inſtar puræ chartæ, vbi nihil eſt annotatum.
Quæ exponuntur ſenſui, ope eius, ſui ſpeciem & imaginem in mente exprimunt.
Quicquid ſentias id velis nolis imprimitur menti.
Quicquid eſt in intellectu [obiectiuè] id in ſenſu fuit [per ſe, vel per aliud.]
Scientia omnis ab experimento.
Ideo quicumque à primo ortu ſenſu aliquo caret. p. aſpectu, eum ſcientia carere aliqua neceſſe eſt.
Senſus porrò fallax. Ideo aduertere oportet rationem & modum erroris, ne decipiamur.
Quicumque indiget inſtrumento, quod errori ſit obnoxium, debet quantum licet emendare illud, & erroris modum indagare.

Quomodo mens à ſenſu pendet?

Ab aſpectu, vel alio exteriori ſenſu primæ impreſſiones, tum in ſenſu interiori, tum in mente, vnde & motiones in appetitu.
Ab interiori ſenſu & à mente quatenus fungitur officio ſenſus, [.j. quatenus

Digitized by Google

sentit se intelligere]perceptio impressionum & affectuum nostrorum.
Memoria nostra acceptas impressiones & imagines seruat.
Mens eas variè separat, miscet, inflectit tum cum ratiocinio, tum citra.
Quia potest ferè pro arbitrio *abstrahere & complecti*, seiungere & coniungere.
Eadem mens non sine memoriæ ope ratiocinatur.
Ex sensu *obseruatio* --- hinc memoriæ rei *obseruatæ*.
Ex memoria & obseruatione eiusdem rei sæpius iterata nascitur experientia.
Ex experientia & vniuersali *Platonico* vel *Peripatetico* initium artis, & scientiæ
----vt docetur in Analyticis.

In quo maximè videntur discrepantes eiusdem speciei sensus?

Potissimum in percipiendo { tum suauitatem / tum insuauitatem } vt experientia docet.

Idque { siue belluini cum belluinis / siue humani cum humanis / siue belluini cum humanis } conferantur. (..)

Consulenda rudimenta. [Ethica.]

Vnde hoc nascitur?

Ex eo quod res quæque sentit non alienam, sed suam sibique factam impressionem & affectionem percipit.
Porrò quod blandè afficit vnum animal propter commensurationem ---- id acerbè alterum propter incommensurationem, vel indifferenter, vel quasi indifferenter.

Idem sensus { nunc vno / nunc altero } afficitur modo, propter variationem.

Cur non videtur tutum assentiri sensui?

Consulendi modi epoches Pyrrhoniani cum solutione. [in Analyt. libris.]
1. quia iudicat aliter homo, aliter bellua.
2. quia non fidendum homini, quia homo ab homine dissentire deprehenditur.
3. quia idem numero sensus pro vario temperamento organi aliter atque aliter afficitur: vt gustus, mens.
4. quia etiam cum eodem est temperamento variè iudicat, si mutatur organi constitutio alia. p. motus, quies.
5. quia etiam sine tali varietate, variè fit iudicatio, si variatur obiecti distantia, dispositio, collocatio.
6. quia etiam citra hanc varietatem varia est apparentia, si mutatur rei compositio & simplicitas.
7. quia etiam citra hanc varietatem collatio rei cum rebus varijs, variam facit iudicationem.
8. quia res obiectæ sunt instabiles, & concluſæ & coagmentatæ ex varijs particulis, & momentis.

9. quia

Digitized by Google

9. quia medij.p. vitri colorati varietas variat phantaſiam.
Omnino ſenſus vnus deprehenditur diſſentire tum à ſeipſo, tum ab alio eiuſdem ſpeciei atque generis.

Quid maximè reſpondendum?

Exponimus alibi inter explicandum Pyrrhonios modos [vide locum ſupra citatum.] ſenſus vnus vt viſus, alterius ope, p. tactus deprehenditur.
Errant ſenſus varijs modis, ſed conſtanter, ideo locus eſt obſeruationi & præcepto.
Similiter ſenſus affecti conſentiunt, ſi modo medium & obiectum ſint eodem diſpoſita modo.
Mendaci haud tuto crede, niſi ſcias quando ſit verax, & quando ſit fallax.
Quotuplex ſit ſenſus, quid requiratur vt tuto ſenſui fidas, explicatur alibi.n. [locis citatis.]

Quot ſunt genera rerum quæ exteriori ſenſu dicuntur percipi, & omnino ſentiri?

Quædam propriè ſentiuntur: vt aduſtio manus, [impulſio, color internus, color parietis.]
Quædam non tam ſentiuntur, quam beneficio memoriæ & ratiocinij ex ſenſione colliguntur: vt grauitas, leuitas, &c.
Qui calor in nobis ab igni excitatur, eum propriè ſentire videmur.
Qui ab igni in ferro procreatur, eum non videmur propriè ſentire, ſed cogitare talem qualis eſt noſter.
Dolorem tuum & affectus tuos deprehendis.
Alienum ex tuis æſtimas, vt alienam viſionem ex tua, &c.
Senſus rei abſentis vel præſentis.

De loquendi facultate.

Declaramus alibi { quæ ſint humanæ locutionis fundamenta, quæ facultates naturales requirantur ad loquendum.

De Voluntate.

Voluntas { vt imperet ſibi, & ſenſitiuo appetitui, videtur egere habilitate. vt menti, & motrici facultati, virtute indigere non videtur, cum ſit ſatis prona ad vtrique imperandum.

Niſi quatenus vtraque referenda eſt ad honeſtatem & moralem finem.
Hinc in Logicis præcepta quædam de voluntate, ſed è prudentiæ penu---- quia prudentia cauere debet, ne abutamur artibus, quæ per ſe & natura ſua ſunt indifferentes.
Vetat Logicus quæ clariſſima, & quæ recepta religione reuocare in dubitationem, niſi in Piraſticam.
Vetat contumeliam, impudentiam, &c. ſed prudentiæ ope.
Conſulatur ſermo de exercitatione Logica, ſtudijſque Logicis. [Initio ferè præfationis Logicæ.]

Digitized by Google

CAPVT III.

De humana mente, & fine eius.

Quid mens humana?

Anguſtè dum opponitur memoriæ, eſt facultas ſpiritalis, per quam intelligimus, apprehendimus, iudicamus, ſed citra recordationem.
Latè potentia ſpiritalis, per quam intelligimus, apprehendimus, iudicamus, meminimus.

Quomodo appellatur?

Mens & intellectus, quatenus apprehendit, intendit, intelligit.
Dianœa, quatenus coniungit notiones.
Logos & ratio, quatenus poteſt ratiocinari, ac diſcurrere.

Qui finis humanæ mentis?

Finis { *cuius*, ſeu finis cui, eſt ipſe animus & homo.
propter quem, eſt obiectum congruens, maxime verò quod eſt veriſſimum. n. Deus.
quo, diuturnus & rectus mentis vſus, intelligere, & intelligendo regere.

Hominem intueri Deum, eſt ſcopus vltimus. (,ſ)
Conſulendi ſequentes ſermones.

Obiectio.

Habet ſe { vt oculus noctuæ ad ſolem:
ita mens noſtra ad res diuinas, primo Metaphyſicæ.
Ergo Deus non eſt conuenientiſſimus humanæ menti.
D. A. { ratione difficultatis, quæ occurrit in primis perceptionibus, C.
ratione deprauationis, quæ conſequatur perceptionem, N.
Quia { oculus noctuæ corrumpitur à ſole.
oculus animi perficitur & acuitur cognitione Dei.

Quod-nam organum?

Cerebro tanquam organo mens videtur vti.
Neque hoc impedit immortalitatem eius. Conſulendum caput de ingenijs, & libri de anima.

Diuiſiones mentis alieniores à noſtro inſtituto.

Eſt { pars vna mentis noſtræ, quæ dicitur *intellectus agens*, cuius munus eſt formare imagines rerum, ſed ſpiritales.
altera quæ dicitur *patiens intellectus*, cuius eſt imagines eas ſuſcipere, & per eas intelligere.

Digitized by Google

Vis { vna mentis noſtræ, per quam eſt ſimilis ſenſui exteriori communi:
Exteriori in futura vita.p. dum anima Diui Petri cernit ſolem.
Communi ſenſui etiam in hac vita dum ſentit & percipit ſe intelligere, & voluntatem mouere.
altera per quam phantaſiæ & memoriæ belluinæ magis eſt ſimilis, & deprehendit etiam abſentia.

Diuiſiones congruentiores.

Mens { aut communis, vulgaris ordinarijque captus.
aut inſigniter hebes.
aut heroïca,& ſupra communem & ordinarium captum. p. Homerica, Ariſtotelica, &c.

Mens eſt theoretica ſiue contemplatiua, ſpeculatiua, vel practica.
Mens intuetur, proponit, ratiocinatur.
Eſt { vna vis mentis per quam cognoſcit ſpiritalia, & res vniuerſales.
altera per quam res ſingulares corporeas, quæ *cogitatiua* dicitur.
Quam diuiſionem non omnes probant.
Mentis eſt inuenire,inuenta iudicare, & memoria complecti.
Vires mentis ſunt,*phantaſia rationalis,iudicium,& memoria.*

CAPVT IIII.

¶ De ſecunda diuiſione. ¶

Quæ officia mentis?

Eſt { vnum intelligere vt intelligas,intelligere animi gratia.
alterum intelligendo regere, ſeu intelligere vt regas.

De Theoretica & Practica.

Facultates excellentes, & ſibi & alijs ſufficiunt.

Eſt in nobis { vna perſona mentis,
altera perſona *Regina* mentis.

¶

Oculus videt { nunc, vt videat.
nunc, vt regat,e. g. pedem viatoris, Latomi manum, &c.

Quotuplex ergo mens?

Eſt { vna quæ dicitur *Theoretica*, ſiue contemplatiua, ſpeculatiua, &c.
quieſcens quod non moueat, non regat.
epiſtemonica, ſcientifica, quod ſcientia delectetur, potius quam opinione.
altera quæ dicitur *Practica*, ſiue actiua,actuoſa ---*mouens, Logiſtica, Doxaſtica, Stochaſtica, Opinatrix, Coniecturalis*, quia opinione magis quam ſcientia viget.

Theoretica eſt per quam intelligimus animi gratia,ſeu vt intelligamus .p. quã-

Digitized by Google

do Philosophamur de motu cœli, & illius efficiente causa.

Practica est per quam intelligimus vt agamus, & regulam aliquam exerceamus: vt in sutoria, sartoria, &c.

Quæ discrimina ratione finis quo?

Finis { theoreticæ vnus. n. veritas, notitia veri.
practicæ duplex { interior / exterior } vt intelliges ex rudimentis [Logicis.]

Contendit potissimum { ad scientiam, *theoretica*. / ad opinionem, *practica*. } [consulit.

Theoretica consulit sibi, Practica facultati obsequenti, potius quam sibi

Quæ ratione facultatis & virtutis?

Eget { *theoretica* sensu & suis virtutibus ad officium faciendum.
practica præterea facultate obsequente & virtutibus ipsius.

Efficimur { sapientiores quiescendo .j. vtendo *mente theoretica*.
prudentiores mouendo .j. vtendo *mente practica*.

Est cum sensu in methodo { *theoretica*, vna facultas, & vna virtus. / *practica*, gemina facultas, gemina virtus, &c.

Quæ ratione obiecti?

Theoreticæ menti quiduis proponitur, obijcitur.

Potius tamen { necessarium quam contingens.
vniuersale quam singulare.
diuinum quam humanum.

Practicæ, non nisi contingens, nec quiduis:
Sed tantum quod ab homine liberè immutari potest.
Potiusque singulare quam vniuersale.

Disciplinæ { theoreticæ vnicum / practicæ duplex } obiectum.

Nulla-ne necessitas apud practicos in obiecto singulari?

Est, quoniam artes dicuntur esse eorum, quæ eueniunt semper aut plerumq;
Contingentia non facit artem nisi desinat, & terminetur in aliquam necessitatem, aut quasi necessitatem .p. in hunc sensum.
Si hoc fiat semper, illud eueniet aut plerumque saltem.
Non est ad artem accommodata propositio si instituatur in hunc modum.
Si hoc fiat, fieri poterit, vt illud eueniat casu.
Si iter faciam, fieri poterit casu, vt in latrones incidam.
Est igitur necessitas aliqua, sed hypothetica & pendens à suppositione.
Causarum cœtus, conuentus, & applicatio pendet à nobis.
.p. quod tale pharmacum, tali corpori, tali modo admoueatur.
Sed quod ex tali effectu & conuentu, talis effectus oriatur .p. sanatio, &c.

Digitized by Google

Id { non est in nostra potestate, non fortuitum & arbitrarium.
{ sed est perpetuum, aut frequens saltem.

Quando sic ratiocinaris { si hoc fiat hoc prodibit.
{ atqui hoc fit.
{ ergo hoc prodibit.

Necessitas est in maiori propositione, contingentia in minori.

Quæ ratione notionum, & characteris discrimina?

Theoretica melior disciplina, quo vberior, subtilior, accuratior.
Practica quod est ad vsum accommodatior.
Ideo quo rudior viciniorque sensui. Quia praxis occupatur in singularibus.
Cognoscitur domus & hæc domus.
Sed per se non fit, nisi hæc domus.

Quæ practica notio?

Practica notio quæ ad praxim accommodatior, siue vtaris ipsa, siue non.
Theoretica contra habet. Finis metitur res.

CAPVT V.

De vltima diuisione.

De Phantasia, Iudicio, & Memoria.

Vbi-nam hæ vires?

Quatuor alueolis cerebrum nostrum distinguitur, vt expositum in rudimentis.
In his statuuntur hæ tres vires.
Sed quo sint pacto sitæ, vix liquet.
Nisi quod memoria in posteriori parte cerebri vigere deprehenditur.

Quid Phantasia rationalis?

Est vis imaginandi spiritalis, per quam apprehendimus res tanquam more aspectus, & quasi pingimus sed verbo mentis, & imagine actuali.

Quid Iudicium?

Est innatum mentis lumen, quo dijudicamus imaginata, inferimus, assentimur, dissentimus, & cohibemus assensionem.

Quid humana memoria?

Aliquando sumitur pro recordatione.
Nunc est facultas spiritalis, per quam recordamur & reminiscimur.

Quomodo iuuantur hæ vires?

Iuuantur { directè arte Logica, arte memorię, exercitatione & virtute propria.
{ indirectè { 1. arte medica & obstetricia, per cerebri & organorum idoneam constitutionem.
{ 2. morali disciplina, quia sedatione perturbationum

Digitized by Google

mens acuitur & probitate conciliatur præſidium primæ cauſæ.n. Dei.
In maleuolam animam non introibit ſapientia.

Qui aculei mentis?

Quo quiſque melius à natura eſt informatus, eò maiori accenditur ſtudio diſcendi, cognoſcendi.
Eo ſtudio mens angitur, quando non potitur.
Angor ille, ſpes & cupiditas commouent mentem --- vt & æmulatio, gloria, vtilitas, voluptas, præſtantia, & obiecti congruitas.
Conſulenda rudimenta.

De Memoria.

Quæ officia memoriæ?

Eſt { primùm admittere imaginem rei, quæ cognoſcitur.
secundùm conſeruare illam, vt ſpeciem parentis tui.
tertiùm reponere illam cum eſt opus, aut per illam recordari, vel reminiſci.

Quid mirabilius in primo munere?

1. Tanta imaginum multitudo per penetrationem, citra confuſionem, turbationem.
2. Coniunctio poſterioris imaginis cum priori ſimili iam admiſſa, quando res vna eademque videtur iterum, vel conſimilis.
3. Intentio imaginis admiſſæ per ſuſceptionem ſimilis. p. quando lectio vna recitatur ſæpius.
4. Intentio quæ procuratur per recordationem, cum ſæpius vna eademque veteris imagine----vnde fit vt ſomnia memoriæ proſint.
5. Illud quod quę *ſimul* ingrediuntur in memoriam imagines ſibi aliquo modo agglutinentur, vt quandam ſocietatem contrahant. De qua re poſtea.

Quid in ſecundo?

1. Illud quod imagines niſi recolantur quaſi ſitu obſoleſcunt, quaſi ſponte inducuntur, obliterantur.
   De qua re nonnulli imprudenter conqueruntur aduerſus naturam. Nam niſi id euenſiret, hominum conditio miſerrima foret.
   Quia { dolorum quam voluptatum vehementiores, crebrioreſque ſenſus.
   recens doloris ſtatus perſeueraret ac duraret.
2. Illud quod audita melius quam lecta hærent. De qua re alibi, & omnino fœlicius per ſenſum ſuum recolantur imagines. p. opticæ per vilium, quam per alienum.

Quid in tertio?

Primùm quod plerumque nouimus aliquid. p. de quo interrogemur, eſſe in memoria noſtra, cum tamen non occurrat nobis dum conamur reuocare, vt e. g. nomen alicuius.

tized by Google

Secundùm quod inter perueſtigandum aliquid in memoriæ theſauro, quaſi certatim ſe ſe nobis inſpiciendas imagines offerunt, & quas non quærimus, quaſi manu mentis abigere conamur.

Tertiùm quod occurrunt, quæ non quæruntur.

Quartùm quod imago recens percepta ſimilem ſui quæ in memoria antè exarata eſt, ſuſcitat.

Exſuſcitat autem { nunc quidem planè & omnino. / nunc ſecundùm quid tantum, vt cum intueris aliquem ex amicis, qui diu abfuit.

Quintùm quod quando imagines duæ ſimul & eodem tempore, temporiſue puncto ſunt inſinuatæ in memoriam per vnum ſenſum aut per duos: vt imago canis, & imago heri, imago rei, & imago nominis----ſi vna earum excitetur, ipſa alteram excitat, exſuſcitare ſolet.

Sextùm quod quæ imagines ſimul, ſed conſequenter capiuntur, ſe ſe videntur trahere: ſed itaut prior dum excitatur, excitet poſteriorem non contra.

Niſi fortè perreminiſcenti .m & ægrè.

Pater reducit in memoriam *nolter* non contra.

Septimùm quod imago quædam, ſi talis ipſam præcedat, reuocat talem ſubſequentem.

Si præcedat alia, reuocatura eſt aliam.

Omninoque prima imago iuuat non modo ſecundam, verum etiam tertiam, quartam, quintam, & ſic deinceps.

Quarum rerum demonſtrationes vix vllæ, niſi à fine repetitæ.

[Nimirum, quia homines loqui non poſſent, cum nihil memoriæ mandauerint, cũ imagines confusè ſeſe dum opus non eſſet offerrent, cũ quo ordine creditæ non reponerentur, quod que nihil nos nec ſciuiſſe nec audiuiſſe putaremus, ſcilicet dum noua imago non coiret cum præcedenti, quę omnia in tribus memoriæ muneribus obſeruata ſi aliter euenirent, præcellens locutionis munus, ideoque ciuilem ſocietatem funditus euerterent: hæc olim ratiocinabatur præceptor.]

Monitum.

Omittenda hîc quæ pertinent ad naturam imaginis, quæ mirifica eſt.

Oportuit ipſam eſſe formale ſignum.

Si ſentiretur notitia ipſius, interturbaretur notitia rei, &c.

Quid officit memoriæ?

Primò cerebri ineptitudo.

Secundò cruditas ventriculi & res cæteræ, quibus cerebrum vitiatur, & redditur ineptius.

Tertiò ſenſuum & mentis hebetudo, auocatio.

Quartò negligentia, nam niſi exerceantur imagines, obſoleſcunt.

Quintò perturbatio ordinis, neglectus artis.

Quibus iuuatur rebus?

Iuuatur contrarijs, & memoriæ arte.

Digitized by Google

Quis modus exercitationis?

Parum refert ad memoriæ probitatem quanam ratione ipsa exerceatur,---- si modo validè exerceatur.

Sed refert ad mentem, & ad vsum memoriæ in rebus retinendis, recolendis, non in admittendis.

Quæ præcipua fundamenta vulgaris memoriæ artis?

Primùm quod res in memoriam solet redire cum eo, cum quo illi est mandata.

Primaque res in memoriã reuocat secundam, verum etiam quartam, quintam, &c.

Prima non modo res secundam iuuat, verum etiam tertiam, quartam, & sic deinceps.

Secundùm quod licet aliqua edisscere vno ordine, & deinde altero inuerso, & omnino pluribus ordinibus.

Tertiùm quod licet aliqua comprehendere non modo ordine, verum etiam numero.

Quartùm quod licet memoriæ quædam altissimè imprimere.

Licet seligere signa quæ facillimè occurrant.

Vt nonnulli seligunt aciculas ad negotium & recordationem, & obuio constituunt, infiguntque loco.

Porrò, si ordinatissima locorum, signorumque distinctorum variorumque ne sit confusio, series memoriâ optimè comprehendantur, ---- singulisque locis singula quorum meminisse velis, applices & concredas, futurum videtur vt locorum quisque in memoriam reuocatus, reuocet quod concreditum.

Per naturam { signa ita facilè reuocantur in memoriam, vt reuocata facilius reuocent quod concreditum est, quia sæpius audiendum, quam loquendum.
signa reuocantur ab eo qui loquitur in auditore.

Quo pacto fœlicius intenduntur imagines?

Imago fœlicius intenditur per sensum suum, quam per alienum.

Imago e. g. caloris melius intenditur & acuitur, dum tactu calorem deprehendis quam cùm peroculos, & conspectum candentis ferri refrica- memoria caloris.

Permanentia fœlicius memoriæ mandantur, quam successiua.

Quæ deligenda signa?

Ea quæ facilius memoriæ mandantur, tenacius hærent, & fœlicius reuocantur.

Sed tertia conditio præcipua est. (..)

Vtiles quædam præceptiones.

1. Iube tibi animum contendenti aliquid prælegi, recitari quod ex tempore ijsdem verbis, eodemque ordine à te reponatur.

Id quotidiè sæpiusque fiat, itaut in dies verborum referendorum augeatur numerus. --- Consule sermonem de recolendis Logicis prælectionibus.

Vbi

Digitized by Google

Vbi profeceris si sententia integræ concionis & orationis dum habetur capienda est, & memoriæ mandanda. 2.

1. Fac vt sententiarum deprehendas capita & argumenta, eaque numeres.

2. Vt sæpius & per interualla celeri animi motu repetas, recolasque capita eorum quæ antecesserunt.

3. Vt id maximè facias, quando quiloquitur, aut legit, versatur in faciliori notiorique tibi argumento.

Sum tibi author vt principio quamque sententiam, quam tibi recitandam 3.
cures, pronuncies ter aut quater, antequam recitetur alia.

Item vt interdum iubeas aliquid tibi iterum atque iterum recitari vt repo- 4.
nas.

Item vt sententias plures .p. tres, quatuor, quinque, aut plures quas iam seorsim reposueris, iubeas recitari simul, vt statim coneris ipse referre simul. 5.

Item vt vocaliter legas idque elatiori voce. Consulendus sermo de doctrina. 6.

Sic habeto memoriam diligentissimè colendam esse & à teneris annis locupletandam esse, quia senectute vis illius eneruatur.

Frustra te legere, nisi memoriæ mandes.

Quominus memoria vales, eô diligentius colendam esse. 7.

Memoriæ varietas.

Memoria admittit { facilè / difficulter } retinet { fideliter / infideliter } offert { liberaliter. / malignè. }

Ex quarum differentiarum permixtione nascitur magna memoriæ varietas.

Prima & fœliciſſima facilè admittit, pertinaciter retinet, liberaliter reponit.

Secunda quæ tenax est, & liberalis, licet admittat difficulter.

Tertia quæ facilè admittit, & difficulter reponit, &c.

Bonitas memoriæ ab arte, & cultu, vel à natura, &c.

Quæ à natura, præcellentior.

Heroicæ vires nunquam à solo cultu, sed ab acumine naturæ, vel à cultu & acumine naturæ.

CAPVT VLTIMVM.

De Ingenijs hominum.

Quid ingenium?

Alibi indoles cuiusque rei ------ hîc cœtus iudicij, phantasiæ & memoriæ; Indoles mentis.

Varia-ne ingenia?

Ingenia hominum varia esse deprehenduntur.

Digitized by Google

In plerisque viget vna tantum è facultatibus propositis.
In paucis duæ.
In paucissimis tres excellunt .n. in heroïbus.
In plurimis iacent, & languent vniuersæ.

Respublica est quid dissimilare, ideo varia esse hominum ingenia decuit:
Vt sint proniores hi ad praxim, illi ad theoriam, quidam ad vnam artem, quidam ad aliam.

Æqualia-ne?

Inæqualia, quia e. g. in duobus vbi emineat memoria, vnus altero fœlicior.

Quæ ingenia hominum, ad quas artes procliuiora?

Memoria dicitur plurimum indigere Grammatica, Historia, Geographia, Arithmetica, Theologia Positiua, et doctrina legum.
Imaginatiua, Eloquentia, Poëtis, Ars militaris, Medicina practica, Politica, Physica & Theologia scholastica &c.
Iudicio Dialectia, &c.
Consulatur liber qui inscribitur Examen ingeniorum.

Cur cognoscenda hæc varietas & inæqualitas?

1. Vt si liceat, nihil inuita Minerua moliamur.
In deligendo vitæ genere sequamur naturæ propensionem.
2. Vt si fortunæ & conditionis ratio aliò nos vocat, de ingenio iuuando, & emendando cogitemus.
3. Vt præceptor captui discipulorum sese accommodet atque vtilitati, necessitati, vt sermo accommodetur ingenio auditoris.

Aristoteli delectantur { nonnulli syllogismis, / alij fabulis Poëtarum, testimonijs, &c.

4. Vt diligenter excolatur facultas quæ infœlicior, quæ magis necessaria.

Aristoteli nati { quidam ad imperandum / quidam ad seruiendum } vt significatum alibi.

Valent alij ingenio, alij robore corporis, &c.

Vnde varietas & inæqualitas ingeniorum?

Ad vsum Reipublicæ tanquam ad finem refertur.
Prodit: liquando si quibusdam creditur ab animarum inæqualitate, sed reclamant alij.

Prodire ferè creditur ex constitutione cerebri.j. { temperamento. / figura. / & modo, seu magnitudine & paruitate.

Obiectio. Genus, ætas, valetudo, regio, tempus, sexus, cibus, & consimilia: pariunt illa quidem, varietatem, & inæqualitatem, tum ingeniorum, tum singularum facultatum. p. memoriæ:
Responsio. Sed non nisi inducendo variam, & inæqualem cerebri constitutionem.

Digitized by Google

De Temperamento.

Temperamentum cerebri, Medicorum arte iuuari poteſt.

Iudicium acuit { nonnihil *frigus* primo de partibus.
plurimum *ſiccitas*.

Ariſtoteli melancholici ſapientiſſimi, ſenes iudicioſi.

Memoriam iuuat *humor*, ſed natiuus, genuinus, & paulò calidior, ideo pueri memoria valent.

Sed diſtinguenda genera memoriæ.

Imaginationi amiciſſimus calor, maximè ſi paulò ſiccior. (6,)

Ideo imaginatione valent phrenetici, vt & ebrij, ſanguinei.

De modo ſeu magnitudine, & paruitate.

Modus cerebri { arte vix emendabilis.
arte vix procurabilis.

Niſi quod ex ſermone de vxoris delectu, deque cibi ratione huc transferri aliquid poteſt. [Conſule auctoris ipſius politi. articulum tertium de re gamica, ſiue coniugali.]

Res ſe habet { vt dum confertur ſpecies cum ſpecie. p. homo cum leone. e.g. ratione fortitudinis, &c.
ita dum cõfertur indiuiduum cum indiuiduo eiuſdem ſpeciei.

Si e. g. leo eſt animal ex omnibus robuſtior, quia extremitates habet grandiores.

Sanè indiuiduum quo extremitates habet, eô robuſtius.

Iam homo ingenio & ſolertia cæteris videtur præſtare animantibus:

Quia cerebri præſtat magnitudine.

Ergo inter ipſos homines qui plus habent cerebri, ſi cætera ſint paria, iudicandi ſunt ingenioſiores, longiuſque abſunt ab inſaniæ periculo.

De figura.

Figura cerebri cranijque varia.

Optima iudicatur, quæ inſtar hemiſphærij, cuius latera duo molliter compreſſeris.

Quæ ad conum accedit, vt quæ capitis Therſitici valdè improbatur.

Porrò tenera puerorum capita per artem obſtetriciam configurari poſſunt.

Idque itaut conſuetudo tandem in naturam abeat. De qua re alibi.

De tota conſtitutione.

Inſtrumentum terminos habet magnitudinis, paruitatis; & omnino eget commenſuratione.

Magnitudo cerebri, calor, humor, &c. ſunt inſtrumenta.

Ergo vt probetur paulò maior calor, &c. non probatur maximus, &.

De facienda ingeniorum coniectura per phyſiognomiam, alibi.

Digitized by Google

SECTIO SECVNDA.

DE OBIECTO LOGICÆ FACVLTATIS.

CAPVT I.

De doctrina huius generis.

Cur Obiectum mentis explicamus in Logicis?

Responsio.

1. Via vt inductione patet, omnis artifex de materia sua remota, verba facere debet ac solet inter præcipiendum: vt sutor de corio, sartor de panno.
   Qui de forma agit, eidem de materia agere licet, secundo Physicorum.
2. Quod indagandum, cognoscendum est.
3. Præterea quando occurrit sponte, interñoscenda est materia.
4. Varia materia, variè pro ingenio vario elaboranda, etiam quando forma imponenda eadem.
   Aliter fit ex ære statua, aliter ex gypso.

Consulendus sermo de categorijs & compendiarius. (,‘,)

Monitum Obiectum, inquiunt nonnulli, non est pars artis.
R. notitiam obiecti partem esse artis ----non obiectum.
Nisi ars sumatur { non pro virtute quadam. / non pro formali quadam conceptione. / sed pro obiectiua, pro conceptis rebus, de qua re alibi: [Initio Logicarum Præfationum.]

Quomodo explicanda hîc materia mentis?

Est { non omnino accuratè & theoreticè. / sed modicè ruditer, & practicè.

Nec nisi ratione differentiarũ, quæ variant { vel inuentionis / vel elaborationis } logicę modũ.

n. { 1. vt reuocetur ad pauca, & designata genera. / 2. vt declarentur differentiæ, quæ variant elaborationem Logicam, & præcepta Logica.

Digitized by Google

Differt-ne Logicus in hoc negotio ab alijs artificibus?

Consentit.p. quia ruditer, modicèque agit, nec nisi duplici declarato nomine.

Dissentit, quia alibi materiam nosse, non est inuenisse, nec inuenisse est elaborasse.p.ceram,marmor,aurum, &c.

In Logica materiam { nosse,est iam inuenisse. / inuenisse,est iam aliquomodo elaborasse.

Logico sufficit materia, quæ sit in mente obiectiuè.

Alij artifices materia egent,quæ sit in natura rerum, non in sola mente.

Logicus materiam sibi quærere debet nisi à sensu offeratur---- plerisque artificibus materia suppeditatur ab alijs.

CAPVT II.

De obiecto mentis generatim, deque signo.

Quid obiectum mentis?

Est { strictè quod mentem & intellectionem terminat,& intelligitur. / latè quod mentem mouet aut terminat.

Mouere mentem est signorum.

Quotuplex obiectum mentis?

Est { *mouens tantum*:vt imago patris in mente pueri. / *terminans tantum*: vt Petrus qui cognoscitur, conceptio obiectiua. / *mouens & terminans*: vt fumus, hedera.

Terminare hic est rerum quæ cognoscuntur.

Terminus intellectionis { non vltimus qui significat:vt hedera. / vltimus,vltimatusue, qui non significat.

Res eadem nunc pro vltimo termino, nunc pro non vltimo.

Monitum.

Quid signum, quæ signi differentiæ, virtutes, quæ necessitas,vtilitas,& vnde significandi vis, alibi exponitur.[n. ad librum primum de Interpret.]

CAPVT III.

De obiecto terminante, quod dicitur obiectum ἁπλῶς.

Quid proponitur menti pro materia obiecta?

Memoriæ proponitur quod disci potest, quod recordabile, & quod reminiscentia comprehensibile.

Phantasiæ quod imaginabile.

Iudicio quod dijudicabile.

Digitized by Google

Omnino menti ens proponitur { non quatenus ens. / sed quatenus intelligibile.

Idque { siue verum / siue falsum } { siue vniuersale / siue singulare } { siue sensibile. / siue insensibile.

Sed falsum non nisi per verum intelligitur: vt tenebræ per lumen.
Aristoteli prudentia, quæ virtus est mentis, versatur circa singularia.

Intelligibile in hac vita nihil homini nisi sensibile { vel per se. / vel per aliud.

Quomodo id intelligibile intelligendum hic?

Non nisi { quatenus internoscendum est, & in genera quædam distinguendum. / & quatenus illustrare potest aut illustrari, tenendæque sunt differentiæ, quæ variant modum intellectionis, tractationis, & elaborationis Logicæ.

Quotuplex genus differentiarum intelligibilis?

Vnum est earum, quæ non videntur variare modum intellectionis:
Vt quod res vna sit candida, altera nigra, &c.
Et hoc non tenetur explicare præceptor Logicus, nisi fortasse vt materia internoscatur.
Alterum earum quæ variant, &c.
Tum quædam comparationem indicant: vt quod res sit simplicior, clarior &c.
----Quædam non: vt quod sit certa, absoluta, &c.

Omnino { quædam communiores, quas maximè consectamur. / quædam specialiores, quas infiniti foret laboris persequi.

Quæ principes differentiæ intelligibilis, quæ variant Logicæ tractationis modum?

Sunt, absolutio & relatio, claritas & obscuritas.

Et aliæ quæ ferè positæ { partim in rudimentis Logicis, Metaphysicis. / partim ad Categorias, vbi diuisiones termini à materia repetitæ.

Successiua difficilia comprehensu, & fallacia.
Ens per se secernere ab ente per accidens, haud semper facile. Quando duo sunt simul, non satis intelligimus quo quasi glutine vtatur natura ad res coniungendas.
Simplicius dicitur dupliciter, vt significatum alibi. [in libris methodicis.]

Coniungere { facilè quæ natura coniunxit. / difficilius quæ disiunxit, si cætera sint paria.

Similia facilè in vnam notionem cocunt.
Sed similitudo imponit dum ignorantur differentiæ.

Digitized by Google

Quærendæ { similitudines in maximè dissentaneis quando periculum à dissimilitudine.
differentiæ in simillimis, vbi periculum à similitudine.

Vniuersale facere facillimum, sed tale difficilimum, de qua re alibi: [tractatu de vniuersalibus.]

Imaginatur genus hic per vnam speciem, hîc per alteram, vt speciem hîc per vnum, hic per alterum indiuiduum.

Sed species magis à specie differe solet, quam indiuiduum ab indiuiduo.

Ideo plus erroris in conceptione generis.

Accidentia, vt sunt per substantiam, ita per substantiam exponuntur.

Differũt tractationé { absolutũ / relatum } { causa / effect° } { sensibile / insẽsibile } { principiũ / prĩcipiatũ } &c.

Obiectum { vel est obiectum adæquatum, quod proponatur iustę methodo: vt numerus Arithmeticæ.
vel non, vt calor, frigus, &c. De qua diuisione alibi.

Quæ principes ex necessarijs, vt internoscatur materiei genus?

Sunt tum superiores & affines, tum quæ tradi solent in categorijs.

CAPVT IIII.

De frequentia, raritate, consuetudine.

Quomodo fit admiratio?

Cum percipitur aliquis effectus, & tamen ignoratur causa, & possibilitatis modus, nasci consuecuit admiratio, sed maximè cum concipitur primum, & cum rarò.

Vnde admiratio?

Cur miremur, & non miremur, causa est frequentia, raritasque sæpius, & magis quàm res ipsa. 1.

Lumen vibrari mẽmento quis miratur quis crederet, nisi deprehendisset?

Quis miratur solem, quis Lunam, &c. 2.

Non videtur in puncto loci posse contineri corpus, itaut partes sint extra partes. At quando densatur magis atque magis, non ideo fit vlla penetratio. 3.

Propterea neque facienda est, si densetur infinitè.

Procuratur { rarefactio sine inanitate.
& condensatio sine penetratione.

Corpus non occurrit quod sit politum simul totum in quoq; è duobus locis. 4.

At { effectum decet respondere causæ, & est modus rei.
& Deus est imitabilis, quatenus est in pluribus locis.

Digitized by Google

Consulendus sermo de incremento hominis.
Corpus intra corpus aliud non apparet.
5. Calor intra calorem inuenitur, imo & intra frigus inimicum. (,<,)
Et producere volenti Deo, non magis resistit aliquid quam nihil.
6. Credibiliora quædam generatim, quædam speciatim.
Multa sunt de quibus si interrogemur generatim aliter sumus responsuri, atque si sigillatim: vt e.g. si in hunc modum interrogeris.
Est-ne facilius per datum interuallum momento temporis transmittere procreatum aliquid. p. trabem, columnam, calorem, numerum---quam facere, vt illud idem spatium momento repleatur consimilibus rebus, sed ab vna creata recenter procreatis?
7. Quod verissimile est dum intuemur vnam speciem, non est dum alteram.
Multa putamus nos sentire, quæ non sentimus tamen.
8. Consuetudo institutaque patria faciunt, vt multa alioquin absurda creditu, pro veris habeantur.
9. Omnino temerè concepta opinio de alicuius fide, probitate, amore, eruditione, facit vt authoritati testimonioque eius assentiamur.

CAPVT V.

De congruitate & intelligibilitate.

Quot modis dicitur res menti congruentior?

Dicitur { aut quia notior, clarior, facilior comprehensu.
aut quia mentem magis perficit si comprehendatur, quo sensu præcellentiora, congruentiora, diuina congruentissima.

Quot modis res dicitur intelligibilior?

Dicitur { rarò quia sit verior, plus habeat veritatis, ideoque & entitatis.
quo sensu Deo nihil intelligibilius.
sæpius quia facilior cõprehensu, magis perspicua, clarior aut notior.

Notior autem { actu, quia magis perspecta.
potestate, quia facilius percipi & cognosci potest.

Quid perspicuitas?

D. { in notitia & intelligentia est veluti claritas profluens ex intelligibilitate, vel ex intellectiuitate, vel ex vtraque.
in re obiecta est magna intelligibilitas, facilitas τῶ intelligi.

Quot modis res dicitur notior, clariorue menti?

Vt dies { absolutè magis est aspectabilis quam nox.
noctuæ tamen minus:

Ita notius & clarius in negotio Logico dicitur dupliciter.

Nempe

Digitized by Google

Nempe { notius *ratione sui* secundum se, secundum naturam, secundū mētem: quod paucioribus & vilioribus essentiæ momentis absoluitur & gradibus, & quod prius per naturam: vt paries quàm domus, & causa quàm effectus, &c.
notius *ratione nostri* secundum quid, secundum sensum:
quod facilius in sensum, & rudem incurrit comprehensionem, aut omnino in comprehensionem secundum sensum:
vt si quid è longiori, aut pari interuallo deprehendatur facilius.

Sed idem aliquando { & secundum nos / & secundum se } clari°, vt nubes quã futura pluuia.

Et varietas ingeniorum facit, vt dispar iudicium de claritate sit ferendum.

Nam per naturam { proniores { hi ad eloquentiam. / hi ad Philosophiam. } / aptiores { hi ad mathemata, &c. } }

Vnde æstimatur quod nobis notius?

Vel ex facultate viri iudocti, rudique & confusa notione, vt in superiori diuisione.
Vel ex facultate viri eruditi, & distincta perfectaque notione.

Tum { vt per se sana & salubria, sunt viro sano salubriora:
ita quæ per se sunt clara, ea sunt clariora, notiora viro erudito. n. in eodem genere rerum.

Quomodo vniuersale singulari notius?

Est { secundum se notius quatenus est quid simplicius, plus in homine essentiæ, quam in animali.
secundum nos notius quatenus est quid confusum --- plures obtinens notas, & quatenus gradus communiores facilius sensu comprehenduntur.

Vnde colligitur homo, colligitur & animal, non contra.
Eminus facilius deprehendimus aliquid esse animal, quam esse quadrupes; & esse quadrupes quam esse lupum: facilius constat de gradu generico, quam de specifico.

Monitum.

Notior res dicitur dupliciter. n. actu & potestate: actu quæ magis perspecta, potestate quæ facilius cognosci potest.

Vnde ordiendum?

Progredi à rebus quæ sunt notiores secundum nos, ad res manifestiores per *naturam*, via est, & quasi assuetudo à natura insita.
Ex rebus perspectis progrediendum ad ignotas.
Non possumus iudicare de rebus ignotis nisi ex perspectis, vt de perspectis.
Hinc fit vt ferè aliena è nostris æstimemus: vt dolorem belluinum è nostro.
Sed quæ perspecta nobis, ea variè immutamus, *abstrahendo*, *complectendo*, *inferendo*, vt rerum aliarum notiones efformemus. p. Dei, animi, mentis, &c.

Digitized by Google

Nihil in mente, niſi ope ſenſus alicuius.

Omnino qui te doceat, debet vſurpare, quæ noſti, vt formet in mente tua notionem rei quam nondum noueris. p. animantis, plantæ alicuius & concluſionis.

vt Medici deprehenduntur facere, dum peregrinam quandam plantam deſcribunt per noſtrates.

vt faciunt qui ſyllogiſmi ope perſuadent tibi aliquid.

Nam ſeligunt duas propoſitiones quæ tibi ſint perſpectæ, & ita diſponunt, vt mens tua etiam tacentibus ipſis efformet concluſionem.

Ergo diligenter explora quid ille nouerit quem ſuſceperis erudiendum concione, lectione, vel alio modo.

Vnde difficultas?

Quædam difficilia comprehenſu propter eſſentiæ tenuitatem: vt motus, materia prima, τὸ εἶναι in loco, motus localis, &c.

Quædam propter ſublimitatem: vt Deus, Angelus, &c.

Quædam quouis alio modo, aut quamuis aliam ob cauſam. p. quod non incurrant in ſenſum, aut non ſint menti noſtræ commenſurata.

Difficultas { partim à penuria experientiæ { partim à rebus
partim prodit aliundè { partim à mentis hebetudine, ineptitudine.

Deus pro ſua ſapientia mirificè temperauit, quæ pertinent ad intellectum hominis:

1. vt nos duceret quaſi manu ad videndum ſe, qui ſcopus noſter:

2. ſubduxit penè omnia & præcellentiſſima quæque ſenſui:

ne ſi ipſe ſolus, aut ferè ſolus eſſet inſenſibilis, nullus eſſe crederetur: de qua re alibi. [Sermone de Deo in Metaphyſ.]

Non cuiuis rei indidit ſenſum, nec cui indidit quemquem indidit.

2. ferè quæ clariſſima ſunt apud nos ſi conſulatur ſenſus --- ea ſi mens conſideretur, incurrunt in obiectiones ſolutu difficillimas: vt e. g. motus localis.

Et quæ clariſſima ſunt ſecundum mentem & demonſtrationem: vt diametri incommenſurabilitas, & decreta Mathematicorum plurima, prima fronte iudicantur incredibilia.

3. quædam facilia ſunt oppugnatu, quædam propugnatu, &c.

4. Deus facit vt experientia noſtram peruicaciam & incredulitatem plerumque vincat, ne pertinaciter propter inopiam experientiæ noſtris ſuſpicionibus adhæreſcamus.

Monitum.

Deus plures conſtituit rerum, belluarumque ordines.

Fecit, vt quædam ſenſuum numero ſuperarent alias.

Fecit, vt homo ſuperaret belluas apprehendendi facultate.

Fecit, vt quidam naſcerentur cæci, quidam ſurdi, &c.

vt homo homini ingenio, ſcientiaque præſtaret.

Digitized by Google

Fecit aliquid homine præſtabilius, quod intucatur ea quæ nos latent.
Si quis quia non ſentit vim magnetis, putet nullo eam ſenſu, nullo intellectu ab Angelis intelligi, ſentiri, &c.----perinde facit, atque ſi cæcus quia non percipit lumen, ſibi perſuadeat lumen eſſe nihil, aut nullo ſenſu comprehendi.
Sed hæc vt Logica ſint, tractari poſſunt, quando agitur de notitia Dei.
Fecit Deus vt mortales deprehenderent immenſo à nobis ſtellas diſtare interuallo, &c. vt ſupra nos crederemus eſſe aliquid nobilius nobis, &c.
Conſulendus ſermo de notitia Dei [in Metaph.]

CAPVT VI.

De Obiecto integræ artis, ſcientiæ & methodi.

Quotuplex affertur obiectum methodi?

Affertur { vel latius, vt cum Arithmetica dicitur verſari in quantitate.
vel anguſtius & partiale, vt cum Phyſiologia dicitur occupari in explicandis animalibus.
vel totale & adæquatum, quod ambitu ſuo complectitur, quicquid traditur in methodo, aut ſcientia, & diſciplina iuſtæ magnitudinis, nihilque præterea: vt numerus in Arithmetica.

Quot modis adfertur adequatum?

Vel eſt *obiectum communitatis*, & affirmatur in recto caſu de rebus omnibus in ſcientia contentis:
vt ens Phyſicum, ens Logicum, res Logica, res ſartoria, negotium militare, &c.
Vel dicitur *obiectum attributionis* & cauſſalitatis, eſtque obiectum maximè idoneum, & legitimum.
Id vero affirmatur { in recto caſu de præcipuis rebus.
in obliquo de alijs.
Vt corpus naturale in Phyſiologia, oratio Logica in Logicis.
Eſt { corpus naturale, tum aër, tum arbor, &c.
corporis naturalis magnitudo, calor, &c.
Vel denique, ſed rarò eſt collectiuus terminus, qui non affirmatur de ſingulis rebus, niſi in obliquo caſu, vt *mundus*, ſi conferatur cum rebus Phyſicis.

Quot exprimitur vnumquodque modis?

Vel exprimitur ſine quatenus, ſine idoneo conſiderationis modo:
Et vocatur obiectum materiale: vt corpus naturale.
Vel exprimitur cum modo conſiderationis, cum idoneo *quatenus*, cum idonea doctrina. p. in h. m.
Corpus naturale, quatenus naturale, proponitur Phyſico, &c.
Oratio quatenus congrua, proponitur Grammatico, &c.

Digitized by Google

Quæ ſunt notæ & conditiones præcipuæ legitimi obiecti?

Sunt, *æqualitas*, ſiue adæquatio ------vnitas generica, vel analogica cum ſpeciebus, principium, proprietas, & modus, ſiue obiecti differentia, ſiue quatenus.

De æqualitate.

Obiectum { neque minus latè / neque latius } quàm methodus patere debet, vt nec ſenſibile obiectum quàm ſenſus.

De vnitate generica, vel analogica.

Artes & methodi naturam imitantur, & proportione reſpondent quinque ſenſibus.

Ergo vt natura pro obiecto vni ſenſui propoſuit. p. viſui, auditui, &c.
non vnam vltimam ſpeciem. p. candorem, dulcedinem, calorem, &c.
ſed vnum genus. p. ſaporem, ſonum, odorem, &c. Aut etiam aliquid proportione vnum. p. viſibile quod complectitur varia, & varias pertinentia ad categorias:

Ita quæ doctrina & diſciplina eſt iuſtioris magnitudinis, vt Arithmetica, &c.
ea pro obiecto habet { vel vnum genus, vt Arithmetica numerum. / vel aliquid quod ſit vnum per proportioné, vt ſanũ.

Hinc fit vt obiectum ſpecies obtinere debeat.

De principijs.

Requiruntur { tum principia illa, quæ dicuntur *Axiomata*, / tum principia ſimplicia illa, quæ ſint elementa, aut partes & cauſæ, vnde obiectum componatur, aut prodeat.

Corpus naturale ſuas habet cauſas, ſua principia, materiam & formam. &c.

de quibus principijs obiectum ſolet affirmari in obliquo caſu.

De proprietate.

Proprietates requiruntur, quia in demonſtratione docetur proprietas conuenire ſubiecto: vt viſus animali oculato. &c.

Proprietates generaliores, ſpecialiores.

De differentia et formalitate obiecti.

Quia res eadem varijs artificibus & methodis cernitur propoſita: vt ſermo Grammatico, Rhetori, Dialectico.
Lapis Architecto, ſtatuario, &c.

Oportet ſignificare quomodo, quo iure, & nomine, ad quamque referatur methodum.

Is modus, dicitur dfferentia, obiecti ratio conſiderationis, & poteſt appellari *τὸ quatenus obiecti.*

Sermo proponitur Grammatico quatenus congruus, &c.

Is modus dũ adijcitur materiali obiecto, facit obiectũ quod formale obiectũ.

Digitized by Google

Quotuplex differentia obiecti?

Vna eſt quæ petitur ab obiecto tantum, & dicitur *formalitas* obiecti : vt congruitas ſermonis, naturalitas corporis.

Altera quæ à mente, aut affectione eius ad materiam naturalem & ſenſibilem, & hæc appellatur abſtractio obiecti. De abſtractione ſcientiarum alibi. [in Metaphyſ. præludijs.]

Priorem ſunt qui putant debere eſſe vnam quandam conditionem, quæ, eam ſecundum vltimam ſpeciem, inueniatur in omnibus obiecti partibus.

Ita ut naturalitas e. g. ſit vltima quædam ſpecies, viſibilitas, conditio quædam vltimæ ſpeciei.

Sed nullo ſatis idoneo argumento id firmant.

Quotuplex obiectum legitimum?

Duplex. n. Theoreticum, & Practicum.

SECTIO TERTIA.
DE MENTIS OPERATIONIBVS.

CAPVT I.

De nomine, natura, cauſis & conditionibus.

Quænam Actio, functioue Mentis?

VT ſentire eſt ſenſus, & memoriæ admittere imagines, &c. Ita mentis eſt intelligere, concipere, cogitare, intueri.

Quæ notionum mentis appellationes?

Sunt { quædam communiores: vt νόημα, noëſis, animi pathema, notio, conceptio, dianœa, intellectus, intelligentia, intellectio, cogitatio, ſententia, animi ſenſum, & c. νόημα. νόησις. διάνοια.
quædam propriæ, & ſpecialiores: vt fides ab authoritate, ſcientia, ratiocinium, &c.

Eſt-ne intelligere, an vero pati?

Videtur eſſe vtrumque, ſed quæſtio Theoretica eſt. [Igitur ab inſtituto noſtro aliena.]

Quid intellectio?

Eſt quaſi impreſſio, quæ fit in mente à re obiecta, ſpecieue eius, itaut res apprehendatur.

Digitized by

Quis ſcopus intellectionis?

Nunc cum Deo, & nobis, veritas, notitia veri.
Nunc præterea opus, &c. [i. opera, vel effectus operæ.]

Quid obiectum?

De obiecto mentis ſæpius loquuti ſumus & loquuturi in Phyſicis.
Quæritur quidnam ſit obiectum primum, quid primum cognitum, quid cognitu facillimum, &c.

Quinam opifex?

Deus, mens ipſa, & imago intentionalis.
Intelligere ſolemus per phantaſmata, quæ percellunt etiam inter dormiendum.
Poſſimusne intelligere in hac vita, ſine phantaſmate Phyſici quærunt.

Quæ partes?

Partes perfectæ intellectionis ſunt { apprehenſio, dijudicatio.

ἐποχὴ. *Suſpenſio aſſenſus.* Dijudicatio ad tres pertinet mentis operationes, ſed potiſſimum ad ſecundam, & tertiam.
Eſt vna priuatiua dijudicatio cum fit Epoche---- altera poſitiua cum aſſentimur imaginationi & inclinamur.

Aſſenſus quid? Aſſenſus { nunc tantum: inclinatio certa, nunc quæuis.

Fides { nunc aſſenſus quiuis, potiſſimum ſi mentis: nunc aſſenſus dubius: nunc aſſenſus propter authoritatem { ſiue ſit dubius, ſiue non.

Gradus { quatuor aſſenſus / quinque intellectionis } poſitiui rudimentis [Logicis.]
Sed forſan ſecundus, tertiuſque geminari poſſunt propter certitudinem, & incertitudinem.

Quæ vitia? quæ virtutes?

Conſulantur rudimenta Logica [virtutes ſunt veritas, perſpicuitas, certitudo, celeritas, ſimplicitas, fœcunditas, &c.]
Dignitas æſtimatur ex virtutibus & cauſis, potiſſimumque ex obiecto.
Satius diuina ruditer noſſe quàm accuratè Mathematica.
Credibilitas à perſpicuitate, vel à probatione.

Digitized by Google

Fallacitas ab obiecto, à sensu, à mente ipsa.
De certitudine alibi.
Vitia ex virtutibus comprehenduntur, & contra.
Quot sit modis falsa intellectio, explicatur alibi: [nempe, in lib. Metaphysicis.]

Potest oratio { dissentire à mente, dissentire à re, dissentire ab arte.

CAPVT II.

Quotuplex humana intellectio?

Prima diuisio.

Mens { vel configuratur ab obiectis, proindeque à sensibus, *memoria*, præceptoribus, estque instar cerei pomi: hinc noëma naturale Stoicorum. vel se ipsam liberè configurat, potissimum in iudicando, & est instar pomi naturalis: hinc noëma artificiosum.

Se ipsam mens configurat, diuellendo quæ coniunxit sensus, coniungendo quæ seiunxit, proponendo, inferendo.

Secunda.

Mens abstrahit, complectitur, facit vtrumque, facit neutrum.

Tertia, quarta, quinta.

Intellectio { directa { visiua { comprehensiua, / non comprehensiua.
reflexa { abstractiua

Intuitiua } intellectio { nunc prima mentis operatio, & opponitur propositioni, argumentationi.
Visiua } { nunc intellectio rei tanquam præsentis, & opponitur abstractiuę intellectioni.

Abstractiua { si opponitur complexæ, est abstracta:
si visiuæ, est intellectio rei tanquam absentis, vt dum Regem absentem cogitamus.

Comprehensiua { nunc iudicatio certa & explorata,
nunc ea notio, quæ assequitur quicquid in re est, quæ adæquatur rei, quo sensu Deum apprehendimus, non comprehendimus.

Digitized by Google

Sexta, ſeptima, octaua.

Eſt { certa / incerta } { vera / falſa } { affirmans / negans } idque { vel propriè. / vel minus propriè. }
9. 10. 11. 12.

Item { euidens / vel obſcura } { velox. / tarda. } [{ facilior / difficilior } { ſimplex. / compoſita.
13. 14. 15.

Eſt { credibilis / vel incredibilis } { omnino, / aut ſecundum quid. } { rei ſpiritalis. / vel corporeæ.

16.

Item { rei ſingularis. / vel rei vniuerſalis.]

Monitum.

Aliæ diuiſiones repetantur è rudimentis. [Logicis.]

Quot modis dicitur ſingularis intellectio?

Duobus, vel quia obiectiuè ſingularis: vt notitia hominis per quam cognoſcitur Deus-----vel ſubiectiuè, vt cognitio per quam Socrates philoſophatur de virtute.

Quæ ſubiectiuè ſingularis, ea obiectiuè { vel ſingularis. / vel vniuerſalis.

Conſulenda doctrina de mente, & de virtutibus mentis.

Cuius eſt rei intelligentia quæ ſingularis obiectiuè?

Noui & volo tum cibum, tum hunc cibum.

Omnino quæ ſubiectiuè eſt ſingularis actio, mentis, & voluntatis, ea ſubiectum habere poteſt, tum *ſingulare*, tum *vniuerſale*: aliæ actiones ſi ſunt ſingulares ſubiectiuè nequeunt eſſe vniuerſales obiectiuè, video hoc Cœlum, non Cœlum, facio hanc domum, non domum.

17. 18.

Eſt { neceſſaria. / impoſſibilis. / contingens. } { intuemur. / proponimus. / argumentamur.

Diſcimus aliunde, docemus alios, docemus nos. Studemus & intelligimus legendo & audiendo, meditando, ſentiendo & aliter. Quæ ſingula peculiares dicuntur poſtulare præceptiones.

19. 20.

Eſt { opinio. / ſcientia. / intellectus. } { à probatione. [/ ſine probatione.

{ Theoretica, / Practica: } ſiue relinquat opus, ſiue non.]

Quid

Quid opinio?

Nunc intelligentia quæuis.
Nunc intelligentia incerta, assensus mentis cum formidine.
Nunc assensus incertus, sed à probatione tantum, aut saltem aliunde quàm à testimonio.
Nunc intelligentia cum assensu aliquo, sed rei quæ potest aut saltem potuit habere aliter vt cogitatio pluuiæ præteritæ, [aut præsentis.]

CAPVT Vltimum.

De doctrina, & disciplina.

Quî ista differunt?

Ponitur { à quibusdam { doctrina in doctore. / disciplina in discipulo. } *Didascalica.*
ab Aristotele vtraque in discipulo, vt res vna eademque sit vtraque.

Sit didascalia quatenus pendet à doctore.
Sit matheſis quatenus in discipulo est. *Matheſis.*

Quid prænotio?

Quid prænotio, exponitur in rudimentis, & in apodicticis.

Quid doctrina?

Nunc eruditio quæuis facultatis, quæ sit habitus capax, quæuis assuefactio.

Nunc eruditio facultatis apprehensiuæ { siue sit humana. / siue belluina. }
Nunc eruditio dianoëticæ facultatis, quæ fiat ope signi alicuius.
Consulendi sermones apodictici.
Dociles animantes debent valere { tum phantasia. / tum memoriâ. }
Docilitatis fundamenta intelligenda sunt, ex sermonibus de signo, de memoria, &c.

Quotuplex doctrina dianoetica?

Docemus { aut accurate. p. mathematicorum more. / aut ruditer, populariter veluti typo, consectando similitudines, & per exempla. } *Prima.*

Eruditio { vna publica est & quasi politica. / altera domestica, & priuata, de qua re decimo Ethicorum. } *Secunda.*

Aperimus alteri { sensa animi, verbo, scripto, alio signo. / res conceptas. }

Digitized by Google

item { nunc signo.
nunc ipsas, simile suè exhibendo.

Tertia. Docere verbo, quam scripto conducibilius, de qua re alibi. [n. ad lib. de Interpret.]

Quarta. Scriptura tamen est opus { propter absentes.
propter memoriæ imbecillitatem & fluxum vocis.

Docemus { nunc vnum tantum.
nunc simul plures, vt in scholis & in concionibus: quæ docendi rationes valdè sunt discrepantes.

Priuata illa institutio multis præceptis continetur, sed exemplo facilè insinuari potest.

Præceptorum præcipuum munus sese accommodare captui & fini.

Quinta. Mens { aut exemplo, obiecti exhibitione docetur, eruditur.
tum { quod docet non necessario nouit.
res ipsæ nos erudire possunt.
aut aliquo signo, de signo sæpius.

Sexta. Est { vna theoretica doctrina per quam mens eruditur, sed non instruitur adregendum.
altera practica, vbi mens debet ita informari, vt erudiatur facultas obsequens.

Hic opus { exemplo.
præcepto, quod { singulare.
vniuersale, siue demonstratur, siue non.

Præcepta communia { aut pauca. { aut methodicè disponuntur,
aut plura, tumque { aut non.

Exemplum { in magistro.
in discipulo.
vel in alio { est verum.
vel verbis tantum adumbratum, vt fere in scholis medicorum.

Optima practicæ eruditionis ratio { tum generali,
cùm præcepto { tum particulari subiungitur,
exemplum tum præceptoris, tum discipuli, vt in pingendi arte.

Hinc gradus secundarij multi.

Si exempla rara, periculosa, operosa, oportet ea signis & verbis adumbrare, vt in arte militari, in politica, in practica, &c.

De practica disciplina sæpius.

Digitized by Google

SECTIO QVARTA.

De Virtutibus & Habitibus dianoëticis.

CAPVT I.

De toto genere habituum mentis, deque vitio.

Monitum.

EX habitu comprehenditur actus,& contra.
Consulendi sermones de habitu.
Non loquimur de habitu repræsentatiuo,siue de specie intelligibili.
Memoria dum exercetur,deprehenditur contrahere quandam dexteritatem, de qua re supra.

Quotuplex habitus mentis?

Est { firmior / infirmior } { naturalis / non naturalis } { apprehensiuus / diiudicatiuus } { laudabilis. / vitiosus. }

Est {
- Aut naturalis insitusue à natura i. ortu.
  - tum
    - non dicitur absolutè { habitus / virtus / vitium } sed { naturalis habitus. / naturalis virtus. / naturale vitium. }
    - Dicitur { laudabilis & naturalis virtus: vt astutia,solertia,sagacitas inueniendi argumenti,naturalis intellectus,vt synderesis, poëtica naturalis,&c. / vitiosus & naturale vitium: vt hebetudo mentis,ineptitudo ad poësim, stupiditas & imprudentia naturalis. }
- Aut diuinitus & miraculo animo nostro insitus.
- Idque { siue sit alioquin parabilis industria nostra,vt donum linguarum. / siue non, vt fides christiana. }
- Aut denique industria humana comparatus, vt logica, arithmetica, &c.

Digitized by Google

Eſtque { apprehenſiuus / diiudicatiuus } { Vitioſus / laudabilis } et varius pro varietate artium & ſcientiarum.

Naturalis acquiſito potentior eſt, vt naturalis bonitas memoriæ, &c. vt colligesex 3. topicorum.

Opus { mentæ & facultate, vt capias artem. / facultate, & naturali facultatis acumine & virtute, vt excellas in arte & ſcientia.

Quare dicitur poëta naſci, orator fieri? etc.

Quia quæritur artifex, qui probetur ſaltem aliquo modo.

In poetica & ſimilibus artibus, quæ referuntur ad luxum, non ad neceſſariũ vſum, non probantur opera niſi quæ ſint valdè elaborata.

Valdè inquam elaborata, ſi collatio fiat cum operibus neceſſariæ artis.

Non probatur artifex niſi qui excellit.

Mediocribus eſſe poetis ..... non licet.

Satius eſt habere parietes minime pictos, quàm rudibus & ineptis figuris atque imaginibus diſtinctos.

Vt autem *emineas* & excellas in arte aliqua:

Maximéque in operoſa, quæ difficulter ediſcatur, vt in poëtica:

Præter facultatem, facultatem naturalem, ad tyrocinium afferendum eſt acumen naturale, quod appellatur naturæ virtus.

Potiſſimum ſi deficiat præceptorum opera.

Poëtica vero multiplicem ob cauſſam eſt operoſa, & difficilis.

Nam præter quam quod eſt quaſi princeps inter artes, quæ ad luxum referuntur, non ad neceſſarium vſum.

1. opera eius difficilia ſunt, etiam ſecluſa ratione luxus.
2. Eſt ſoboles artium difficilium.
3. pauciſſimi ſunt, qui docent poëticam, vt pauci qui politicam.

Rhetoricam autem & Dialecticam docent omnes, partim præcepto, partim quotidiano & ordinario exemplo.

Et ipſæ magis referuntur ad vſum neceſſarium.

Quotuplex vitium mentis?

Duplex { aut prauitas in voluntate, & electione oritur, potius quàm à mente ipſa: vt in Sophiſtica, & calliditate. / aut à mente, & generatim poteſt appellari ignoratio, ſtupiditas, hebetudo, inertia, ineptitudo, &c.

Laudabilior { in moralibus qui errat nolens & imprudens. / in artibus aliis, & in rebus merè dianoeticis, qui ſciens & volens.

Cõſulendi ſermones de ignoratione, & falſitate. [vide morale rudimentum.]

In ſimplici apprehenſione non eſt propriè error, ſi tollas omnem coniunctionis rationem.

Apprehende { et niuem → non errabis niſi coniungas. / et nigredinem → verum dices, ſi diuellas.

Abſtrahentium non eſt mendacium.

Digitized by Google

Id est { Qui abstrahit, non ideo errat, quod abstrahat.
Cognoscere vnum, omittendo alterum, non est errare, alioquin perenniter sensus erraret. *Obiect.*

Oportet rem cognoscere vt est, ne incurrat in mendacium.

D. { Hoc sensu, quod nihil ipsi affingatur alienum, C.
Hoc sensu, quòd cognoscas cum ipsa, quicquid cum ipsa est, N.

Alioquin semper hallucinaretur sensus.

CAPVT II.

De toto genere virtutum mentis, & plerisque illius differentijs.

Quid virtus dianoëtica?

Est habitus mentis verax, habilitas mentis, cuius ope intelligimus melius, facilius.

Virtute { à morali appellamur boni absolutè, & boni viri.
à dianoëtica dicimur { docti, eruditi.
& boni secundum quid. p. boni architecti, boni Physici, &c.

Quæ caussa eius efficiens?

Est { Præcipua { Vniuersalis, Deus cum Angelis.
Particularis, homo, animus, & mens.
Instrumentaria { Primò cerebrum, & illius dispositio.
Secundò memoria, & sensus.
Tertiò obiectum cum imaginibus.
Quartò assuetudo & doctrina.
Quintò { pietas, quæ primæ caussæ conciliat opem.
probitas, quæ iuuat mentem potissimum moralem, maximéque, temperantia.

Inter sensus, principes duo, si consideretur scientiæ comparandæ ratio.

Vtilior { Visus, vt nostro marte erudiamur.
Auditus, vt opera aliena instituamur.

In cera quæ ducitur, fingitur, requiritur non ars, sed mollities, facilitas, ductilitas.

Requiritur { In auditore plus facultatis } vt mens auditoris accipiat idoneas impressiones.
In eo qui lòquitur plus artis }

similis { Præceptor figulo, citharædo, &c.
Auditor ceræ, cytharæ, & aliis musicis instrumentis.

Digitized by Google

Quomodo comparatur?

Comparatur
- tum velis, nolis, & citra conatum noſtrum:
- dum mens figuratur à re obiecta & memoria.
- dum concluſio velis nolis, in mente tua excitatur.
- tum marte noſtro, & conatu, habetque opus natura, doctrina, exercitatione.

doctrina
- Inuitus aliquis fit eruditus.
- Inuitus vix quiſquam efficitur temperans, fortis.

Manus pueri
- & à puero ipſo mouetur.
- & à magiſtro ducitur, ſed ægrè & infrequenter.

Mens
- & à nobis eruditur.
- & ab obiectis ſenſibilibus, ſine præceptorum ope.
- & à præceptore
  - tum nouas ſpecies imagineſque exhibente.
  - tum ſignorum opera, commouente imagines eas, quæ in diſcipuli memoria latent, varieque eas coniungendo, diuidendo.

Qui ſcopus, quod obiectum?

Facultas & virtus eius
- & ad eundem finem referuntur. p. viſus, & perſpicacia ad bene videndum.
- & occupantur circa materiam eandem.

Tyroni & magiſtro eadem materia proponitur. p. corium, pannus, &c.

Sed plures virtutum mentis differentiæ & appellationes, quam ipſius mentis & facultatis.

Vnde generales habitus mentis?

Ab vniuerſali quieſcente in anima, &c.

Ab inductione, memoria, experientia, obſeruatione & ſenſu. De quibus rebus apud Ariſtotelem in apodicticis.

Experientia
- Nunc periculum factum, τὸ facere periculum.
- Nunc obſeruatio iterata ſæpius, & memoriæ mandata, aut habitus qui inde naſcitur.

Quotuplex virtus dianoëtica?

Conſulendæ diuiſiones & partitiones virtutum dianoëticarum poſitæ in rudimentis, & in prolegomenis, dum indagatetur logicæ genus.

Item diuiſiones functionum mentis.

Virtus dianoëtica eſt
- totalis
  - apprehenſiua
    - naturalis.
    - acquiſita.
  - dijudicatiua
    - naturalis.
    - acquiſita.
- partialis
  - apprehenſiua
    - naturalis.
    - acquiſita.
  - dijudicatiua
    - naturalis.
    - acquiſita.

Eſt
- Vna per quam bene dubites quæ initium philoſophiæ.
- Altera per quam bene dubitationem ſoluas.

Eſt
- Vna, cuius imago quædam eſt in belluis, vt prouidentia, prudentia, & ars.
- Altera, cuius in belluis nulla eſt imago, vt ſapientia.

Eſt
- Vna, cuius eſt virtus. i. quæ virtute alia eget ne ipſa abutaris, vt ars, &c.
- Altera, cuius non eſt virtus, vt prudentia.

Digitized by Google

CAPITA PRÆCIPVA.

Variæ obiectiones.

ἰσχὺς.

Habitus ille qui appellatur dynamis & ischys, omittitur. 1.

Respondeo reuocari ad artem, opinionem, peritiam.

Peritia omissa.

Respondeo reuocari ad artem & opinionem. ¶ 2. εὐβουλία σύνεσις γνώμη.

Eubulia, Synesis, Gnome } &c.

Respondeo esse prudentiæ particulas. (·.) 3.

Synderesis. 4.

Respondeo esse intellectum quendam naturalem & acquisitum.

Experientia, & obseruatio. 5.

Respondeo reuocari ad intellectum & opinionem.

Doctrina, Disciplina } Respondeo { vel esse nomen commune relatiuum. 6.
vel significare habitum mentis cum probatione.

Solertia. Respondeo esse promptitudinem inueniendi argumenti quæ reuocetur ad scientiam & opinionem. 7.

Methodus. Respondeo esse commune nomen quo significantur artes, scientiæ & disciplinæ iustæ magnitudinis. 8

Selecta obiectio.

Si quid diuiditur nunc in tria tantum membra, aut in quatuor tantum, nunc in eadem tria, aut in eadem quatuor, sed adiectis tribus alijs:

videtur { In priori diuisione aliquid deesse, deficere.
Aut in posteriori aliquid supereße, redundare.

At verax habitus mentis, siue ille qui verum dicit, siue semper, siue non, videtur ita diuisus ab Aristotele.

Etenim diuiditur { Nunc in opinionem, intellectum, & scientiam.
Nunc in opinionem, intellectum, scientiam & artem.
Nunc in opinionem, intellectum, scientiam, sapientiam, prudentiam & artem.

Porro opinio & intellectus manifesto sumuntur in Ethicis, vnde tertia diuisio depromitur, eodem sensu quo in apodicticis, vnde priores duæ.

Scientiæ definitionem in Ethicis iubere videtur Aristoteles nos repetere ex Analyticis.

Ergo aliqua ex propositis diuisionibus vitiosa est, vel duæ, vel omnes.

Solutio prior.

Sunt qui fatentur trimembrem illam diuisionem mutilam esse, eodemque iure & quadrimembrem.

Et sane Aristoteles primo Posteriorum post illius trimembris traditionem, negotium diuidendi dianoeam in intellectum, scientiam, &c. alio remittit.

Sed à diuisione mutilata argumentum quis ferat?

à diuisione illa argumentatur Aristoteles, cum de notitia principiorum agit.

Præterea probatione stabilitur ea diuisio.

Digitized by Google

Solutio posterior.

Vel proponuntur tantum simplices formæ virtutum mentis.

Tumque { si scientiæ nomen complectatur tum theoreticam, tum practicam, sunt tantum tres habitus mentis n. intellectus, scientia, opinio. si scientia sumatur tãtum pro theoretica, sunt quatuor; intellectus, opinio, scientia, & ars.

Vel proponuntur tum simplices, tum compositæ, & sunt sex.

Et quidem sapientia ex scientia & intellectu diserte componitur, lib. eth. 6. c. 7.

Practica mens dicitur versari in singularibus.

Ideo prudentia & ars non scientiam tantum, sed etiam opinionem continent.

De opinione, fide, &c.

Nomine opinionis, fidei, & existimationis, promiscuè hic accipiatur habitus mentis verus (siue sit semper verus, siue non:)

Qui versatur circa ea, quæ possunt aut potuerunt aliter habere, ideo per naturam suam est fallax & incertus.

De practica doctrina.

Practica doctrina { Generatim, quæ tendit ad tradendas regulas: siue sit dogmatica, siue paræneticа, & præceptiua. Propriè, quæ proximè tendit, quæ parenetica, & præceptiua.

Sed quando artificum, vt architectorum, medicorum, pictorum, gubernatorum, &c.

dicũtur esse { Quidam theoretici, qui theoriâ valent. Quidam practici. Quidam theoretici simul & practici.

Tunc practica vis & virtus mentis videtur continere solam peritiam, cum vi impulsiua.

Vt practica virtus mentis videatur tripliciter dici,

Nempe { Communissimè vt complectatur dogmaticam, paræneticam, cum peritia impulsiua. Generatim vt contineat paræneticam cum peritia, & impulsiua dynami. Propriè vt sit tantum peritia, cum impulsiua dynami.

Monitum.

De scientia in apodicticis.
De sophia in præfationibus & sexto Top.
De intellectu, seu principiorum intellectu, sæpius.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT III.

De techna siue Arte.

ARTICVLVS I.

Notio, nomenclatura, & causſæ aliæ ab obiecto.

Qui significatus artis?

Ars } In opere forma artificiosa, vt figura statuæ.
Techna } quod in opere ab artifice.
In opifice sumitur { pro actu & artificiosa opera. τεχνη.
pro habitu quodam & facultate naturali, vel acquisita.

Tum { Primò causſa dianoëtica, quæ per mentem operatur: vt Deus, homo, Angelus.
2. Aliquando quæuis humana virtus: vt temperantia.
3. Quæuis mentis virtus, maximè si sit iustioris magnitudinis: vt Arithmetica.
4. Virtus practica { Siue sit mentis, Siue corporis, vt habilitas & dexteritas manus.
5. Virtus mentis effectiua, non practica propriè.
6. Virtus mentis practica, sed quæ non sit dynamis, ischys, nec vsurpatur in vtramque partem.

Effectiua { Nunc quæuis practica, præter moralem. tumque logica est inter virtutes effectiuas.
Nunc motiua: vt cytharistica, sartoria, &c. ¶
Nunc tantum motiua, quæ relinquit opus: vt sartoria.

Quid ars quarto significatu?

Est { Nunc virtus practicę mentis alia à peritia, & impulsiua dynami, per quã mens mouet facultatem obsequentem.
vt cum { artifices opponuntur peritis.
ars dicitur contineri scientia licet rudiori, & peritia opinione.
Nunc virtus quæuis practicę mentis, vt includat peritiam & dynamin impulsiuam.

Tunc { vel est habituale præceptum ad aliquem finem, maximè autem singulare, & per causam comprehensum. *Collectiuè.*
vel est habitualis & ordinata collectio perceptionum, & præceptionum, quæ simul exercentur ad aliquem finem, siue abutaris, siue non. *Distributiuè.*

Hinc diuisio artis { In vtilem, cuiusmodi est Logica. ¶
In noxiam, cuiusmodi Sophistica.

Digitized by Google

Vnde appellantur artifices?

Singulæ artes appellationem trahunt ferè à fine, & proximè à natura, vt logica, veſtiaria, &c.

Porro { Quiſque vulgo appellatur artifex, technites.
Et talis artifex. p. ſartor, latomus, medicus, &c.

Potius à virtute obſequente & impulſiua dynami, quàm à virtute præcipienti.

A potentia potius & facultate, quàm à notitia.

Architectus qui poteſt ædificare, potius quam qui nouit ædificare.

Et tamen Ariſtoteli ars continetur ſcientia, & generali notitia, potius quam opinione, vnde exercitatio prodit.

Sed tunc ars opponitur peritiæ.

Poteſt-ne eadem virtus eſſe, et ars ſimul, & ſcientia, & habitus?

Idem habitus mentis eſt ſimul ars & ſcientia.

Verum { Non ſcientia theoretica, non ſcientia pura;
Sed ſcientia quæ tendat ad opinionem & praxim.

Licet conferatur { aliter per artis / aliter per ſcientię } nomen, &c.

Scientia { Contrariorum eſſe ſcientia poteſt.
ſed { Non eſt contrariorum habitus.
Nec contrariorum ars, niſi ſit ars ea quæ vocatur dynamis.

Quæ cauſſæ, quæ virtutes in arte?

In arte { Geminus finis / Gemina facultas / Geminum obiectum / Gemina virtus } de qua re in rudimentis logicis & paſſim.

Sed quo plus in artifice eſt virtutis imperantis potiſſimumque impulſiuę ..... eo minus requiritur virtutis obſequentis.

Magna vis artis & impulſiuę habilitatis.

Hinc fit vt peritiſſimus pictor, qui nunquam ſiniſtra manu penicillum vſurpauit ad pingendum, poſſit tamen fœliciter pingere ſiniſtra.

Quot nominum genera in quaque arte?

Sunt { Communia, vt lignum, lapis.
Propria, vt columna, ianua, &c.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De Obiecto artis.

Quotuplex materies obijcitur arti?

Duplex pro duplici facultate { remota pro obſequenti. / proxima pro imperanti.

Quotuplex remota?

Eſt { Vna remotiſſima, quæ abſolutè dicitur remota: eſtque illud quod obijcitur facultati obſequenti, vt menti intelligibile; appetitui appetibile, &c.
Altera autem remota non remotiſſima:
quæ { partim facultas obſequens cum ſubiecto eius. / partim functio eius, ſed quatenus indifferens, dirigibilis, dirigenda.

Quomodo vocatur proxima?

Materia cognoſcenda, materia præceptorum, ſubiectum proximum artis, &c.

Quidnam eſt?

Eſt id quod intelligendum venit vt comprehendatur modus bene agendi, vt ſciamus bene agere, & per ſcientiam poſſimus.

Quotuplex eſt?

Vel eſt inadæquatum, ſiue latius pateat, ſiue anguſtius.
Vel adæquatum ..... tunc quod eſt generale aliquid & vniuerſum, quod proponitur adæquatè artifici præcipienti explicandum, vt ratio bene agendi, & facilè comprehendatur.

Vnde deprehendimus quænam ſit proxima materia præceptorũ?

Ex fine & officio præcipientis artis, & præceptorum.
Etenim materia, & materia, ad finem apta idem, vt vel pueri norunt.
Ideo quænam ſit ſeligenda materia comprehendimus ex fine.

Quid officium artis dum præcipit?

Quod ars facit dum exercetur, id ipſum docere debet, & non aliud per ſe.
Facit autem bene agere, ars non facit vt agas, ſed vt benè.
Ergo ars docere debet τὸ bene agere, eupraxiam. εὐπραξία.

In quo poſitum τὸ bene illud, ſeu illa virtus actionis?

Eſt { non in eſſentia actionis / non in eo quod agas } alioquin quicumque agit bene ageret.
Sed in modo actionis, in eo quod certo agas modo.

Quid ergo docet quiſque artifex dum præcipit?

Declarat { modum bene agendi. p. bene ſaltandi. / Idco & modum malè agendi, quia ſcientia contrariorum eadem.

Digitized by Google

Sed explicatur { Virtus vt eam perſequamur. / Vitium vt fugiamus.

Vitium præceptor docet, ſed mentem imperantem non facultatem obſequentem.

Vnde dignoſcitur agendi modus?

Modus actionis propter tenuitatem intelligi nequit, niſi cum re aliqua coniungatur.

Ita autem comparatum eſt vt res intelligatur maximè ex ſuis cauſſis, & effectis.

Ideo intelligendus eſt illinc agendi modus, vt ędificandi, ſaltandi, &c.

Illinc deprehendis { Quomodo agatur aliquid. / Quomodo agi poſſit. / Quomodo agi debeat.

Alia ſigna ſunt momenti leuioris, vt locus, tempus, &c. & ad ſuperiora reuocantur.

Modi autem illius { Effectus, eſt opus quando occurrit. / Cauſſæ & principia ſunt finis, facultas, & habitus, materia remota, & actio.

Quare vt percipiatur modus agendi, iudicatio repetenda à ſex illis capitibus, ſi ſex occurrunt, aut à quinque ſaltem, n. quando non occurrit opus.

Sed ea capita & momenta ſeſe implicant & complectuntur, propter conditionem relatorum.

Ideo ad vnius explicationem reliqua poſſunt, ſolentque adhiberi.

Ex ſingulis quid maximè intelligatur, declaratum in rudimentis.

Vnde in artibus commodiſſimè intelligitur agendi modus?

Commodiſſimè ex capitibus illis vniuerſis.

At ſi conferantur ſingula capita, §

Tum { Commodiſſimè ex opere & effectu. p. ex ędificio. / Secundum opus ex opera. p. ex ędificatione. / Secundum operam ex virtute.

Quid tandem ſeligitur in arte pro materia proxima præceptionum?

Si ſigillatim proponas, ſeliguntur ſex illa capita aut quinque, ſin autem vnum ad caput omnia reducantur propter obiecti methodici leges:

Tum { Raro virtus ſeligitur, vt à quibuſdam in negotio morali. / Sæpius { Vel opus ſeligitur pro principe materia, quæ complectatur cętera, vt ędificium. / Vel opera ſiue operatio: vt ędificatio. p. quando non occurrit opus, vt in arte ſaltandi: Et quando pluris fit opera quam opus: vt in negotijs moralibus. / Vel commune aliquid quod vniuerſa illa capita cõplectatur in recto caſu.

Digitized by Google

Huius generis res sutoria, res militaris, ens fabrile, ens rationis,&c.

Vel sanè { ars occupatur in explicando ente suo.
{ ars docet maximè τὸ esse quæ ipsa facit: de qua re alibi.

Quomodo differre solet proxima materia à remota?

Vt actus à potentia, ædificium ab ędificabili.

Quodnam seligendum opus, quænam opera?

Rectum opus, imò rectissimum: quia proponenda optima.

Recta operatio & directa, imò rectissima non dirigibilis, quia ars docet bene agere, & eupraxiam: definimus, & proponimus rectissimas actiones, vt in logica optimas definitiones, &c.

Obiectiunculæ.

Recta actio non eget arte. D. { si sit in τὸ' esse suo, C.
{ si sit tantum in τὸ cognosci, N.

ARTICVLVS VLTIMVS.

Celebriores diuisiones & partitiones Artis.

Prima.

Ars, scientia, & methodus tripliciter cogitatur.

n. { 1. tanquam conceptio formalis.
{ 2. tanquam habitus & qualitas, & dexteritas concipiendi:
{ 3. tanquam conceptio quędam obiectiua, vt sit obiectum artis notitia comprehensum, e.g. domus explicata per sua principia, per se, suas species & proprietates.

Quando artes dicuntur doceri, vide quinam significatus sit accipiendus.

Nam docetur sensu { alio habilitas.
{ alio actio.
{ alio res concipienda, aut concepta.

Secunda.

Ars sæpè ponitur { vel in actu
{ vel in habitu } omissis rebus conceptis.

Tertia.

Vt virtus mentis, ita ars est naturalis vel acquisita.

Quarta.

Ars includit peritiam, vel excludit.

Quinta.

Artis pars { vna dogmatica
{ altera paræneticа } Etiam quando omittitur peritia.

Digitized by Google

Quarta-decima, quinta-decima.

Sunt { quædam *domina*, vt ars militaris.
quædam *miniſtra*, vt ars equeſtris.

Sunt { quædam architectonicæ, vt architectura, politica.
quædam non, vt lanificium.

Sexta decima.

Requirit experientiæ { aut plus, vt medica, militaris, &c.
aut minimum, vt ſartoria, ſutoria, &c.

Septima-decima.

Sunt { quædam coniecturales: vt militaris, medica.
quædam certiores: vt ars pingendi, &c. vbi finem aſſequitur qui officium facit.

Octaua-decima, & viceſima.

Quædam neceſſariæ, quædam minus neceſſariæ.

Referuntur { quædam ad luxum.
quædam ad vſum alium à luxu.

Viceſima prima.

Quaſdam caſus imitari & aſſequi poteſt, vt artem medendi, nauigandi, &c.
Quaſdam vix poteſt.

Viceſima ſecunda, & tertia.

Sunt { quædam operoſiores } docentur { quædam ab omnibus.
quædam minus operoſæ } { quædam à paucis.

Viceſima quarta.

Quædam ad quas ſufficit naturalis facultas.
Quædam ad quas requiritur præterea acumen facultatis.

Viceſima quinta.

Ars { vt ſit ſcientia contrariorum. p. bene viuendi & male viuendi.
non tamen ſolet eſſe ars & aſſuetudo contrariorum, niſi cum dicitur dynamis, iſchys, & facultas.

Ergo { quæ propriè ars, erudit tantum ad alteram partem facultatem obſequentem. p. ad conſtruendum, non ad diruendum: ad laudandum, non ad vituperandum.
quæ dicitur facultas, ea ad vtraque. p. ad laudandum & vituperandum, rem eandem ſuadendum & diſſuadendum vt Rhetorica & Dialectica.

Viceſima ſexta.

Sunt { ſermocinales, quæ agunt de ſermone.
reales aliæ.

Digitized by Google

Vicesima septima.

Ars { aut versatur tantum in vniuersis & est scientia rudis,
aut descendit ad res singulares, componiturque ex scientia & opinione.

Vicesima octaua.

Ars diuidi solet in vtentem & docentem, sed ambiguè.

Vtens { nunc habilitas obsequentis facultatis, vt dexteritas manus in pictore, &c.
nunc habilitas imperantis facultatis per quam præceptum applicatur, & dynamis impulsiua per quam impellitur facultas obsequens.

Vicesima nona, & trigesima.

Ars { liberalior / illiberalior } mouet { mentem. / appetitum. / Vim motiuam, tumque { vel nos. / vel nos, & aliud.

Subdiuisio Artium quæ occupantur externa in materia, proponetur alibi.

SECTIO QVINTA
ET VLTIMA.
De Logico opere.

CAPVT PRIMVM.
De Opere, deque opere rationis.

ergon.

Quid ergon, siue opus?

Latè { Vel opera, vt ædificatio.
Vel effectus, vt ædificium.

Hic effectus operationis, vt domus, paries.

Quod discrimen inter fabrile ens et fabrile opus?

Primum discrimen, quod ens fabrile latius patet.....secundum quod res dicitur ens dum refertur ad essentiam suam ..... opus & pragma dum ad opificem & causam.

Quid

Quid opus pro effectu?

Est { Generatim, effectus quiuis: vt carina, puppis.
propriè, effectus iustæ magnitudinis, & qui sufficiat ad finem assequendum, vt nauigium, carina.

Item { communiter effectus quiuis.
propriè effectus realis, permanens, sensibilis, vt calceus, domus, &c.

Qui gradus operum præcipui?

Primus quando opus est { tum per se reale / tum per se permanens / tum per se sensui expositum } vt vestis, calceus.

2. quando est *reale & sensibile* per se, sed non permanens nisi fortè per aliud: vt cantilena per notas musicas.

3. quando est quid reale sed { nec permanens / nec sensibile } nisi per aliud, vt sensa animi.

4. quando est quid reale & permanens, sed non sensibile per se: vt iustitia.

5. cum per se { neque est reale / neque permanens / neque sensibile } vt chimæra, hippocentaurus.

Quid opus logicum, siue rationale?

Est { nunc ipsa mentis actio.
nunc quiuis effectus mentis: vt chimæra, scientia, & domus.
nunc conceptio obiectiua siue exprimatur signo, siue non.
nunc conceptio quæ sit idonea ad veritatis illustrationem.

Est-ne logicæ id proprium inter artes, quod considerare debeat opus rationis, et ens rationis?

D. { secundum genus non videtur esse. n. quod opus aliquod debeat exponere.
Quia omnis ars occupatur in explicando suæ facultatis obsequentis opere: vt architectura in exponenda domo.
omnis considerat potissimum τὰ esse, quæ ipsa facit. De qua re alibi.
secundum speciem videtur esse. n. quòd considerare debeat *opus rationis.*

n. vt considerat { ethica, opus appetitus.
ars motiua, opus motiuę facultatis.

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

De Ente rationis, deque mero ente rationis.

Quid Ens logicum, siue ens rationis?

Dicitur { tum generalissimè / tum generatim / tum propriè } de qua re in rudimentis Logicis.

Quotuplex ens rationis secundo significatu?

Est { vel non merum ens rationis: vt homo cogitatus.
vel merum & purum ens rationis. n. illud quod ita est in mente per cogitationem & obiectiuè, vt nequeat esse in natura rerum, cuiusmodi est chimæra, consulatus, seruitus vrbana, &c.

Præterea { vt in natura rerum duo ostenduntur, substantia, & accidens:
ita ens rationis duplex existit:

n. { *Primarium*, quod prima est intentio.
Secundarium, quod secunda intentio.

Primarium est illud ipsum quod cogitatur, quodque per sui notionem est in mente: dicitur in scholis intentio prima obiectiua:

estque { nunc quid reale, vt domus cogitata.
nunc merum ens rationis, vt chimæra cogitata.

estque { vel propriè primarium / vel latè tantum } de qua re infra & in rudimentis.

Secundarium est propriè pars affectioue rei cognitæ quatenus cognoscitur resiliens ex conceptione prima obiectiua, siue proprietas ea cognoscatur, siue non.

Appellatur autem secunda intentio obiectiua, vt subiectio, prædicatio, &c.

Porro { omne secundarium potest euadere primarium latè.
non autem contra.

Subiectio { est prima intentio in priori / est secunda intentio in posteriori } sequentium propositionum.

Subiectio est relatio ..... homo est animal.

Quot sunt in rebus proprietatum genera?

Sunt { reales, vt eloquentia / rationales, vt consulatus } Ciceronis.

Digitized by Google

Quid merum rationis ens?

Quod ita in mente per cogitationem & obiectiuè, vt neque sit, neque possit esse in natura rerum, saltem tale quale cogitatur ..... quod non est particeps realis entitatis, aut non illius quæ affingitur ipsi per conceptionem.

Quare dicitur ens, dicitur esse, dicitur aliquid?

Quia intelligitur vtcumque, proindeque aliquomodo est particeps intelligibilitatis & veritatis..

Cur dicitur absolutè ens?

Quia { ipsum est ens rationis ἁπλῶς nihil præterea.
ens reale { quoduis potest obijci menti, ideoque esse ens rationis generatim sumptum.
sed ab esse nobiliori appellatur.

Quotuplex purum ens rationis?

Est { vel secundarium, vt subiectio, vniuersalitas, abstractio, &c. 1.
vel primarium, tumque varium quia variè concipitur.
p. tanquam substantia: vt hippocentaurus.
Tanquam quantitas, vt inane spatium.
Tanquam qualitas, facultas, vt authoritas consulis.
Tanquam relatio, tanquam actio, &c.

Occurrit { vnum quod neque est, neque videtur esse posse citra cogitationis operam, vt chimæra.
alterum quod videtur esse citra cogitationis operam, nec reuera 2.
est, aut non ita est, vt eiusmodi esse sit verum & reale.
Vt e. g. esse cæcum esse consulem, &c. esse tenebrosum.

Esse tenebrosum { non est propriè habere, non est propriè esse. 3.
sed potius est non esse præditum luce, cum esse decet.

Merum ens rationis { vel fundamentum habet, vt prætura.
vel non habet, vt chimæra. 4.

Est { vel negatio, vt non candidum.
vel priuatio, aut quasi priuatio, vt cœcitas, inanitas.
vel relatio, vt seruitus agri.
vel aliter habens, vt chimæra.

Est { solitarium. 5.
vel adiunctum { enti reali, 6
aut enti rationali.

Consulendus sermo metaphysicus de compositione.

Digitized by Google

CAPVT III.

De Intentionibus primis & secundis.

Ad quid pertinet intentio?

Ad voluntatem, vt in morali disciplina.
Ad localem motum, vel affectum quendam subsequentem, vt quando vires dicuntur intendi, intensæ.
Ad graduum penetrationem: vt cum opponitur extensioni, remissioni.
Ad mentem, vt hic, & vt nonnulli volunt ad facultatem criticam.

Quid intentio prima, quid secunda?

Quibusdam { prima intentio est opus propositum menti, & arti; vt calceus, vestis, &c.
secunda intentio est effectio operis, vt symmetria domus, relatio columnæ ad trabem.

Sed hoc sensu futurum est, vt artifices omnes occupentur in explicandis intentionibus.
Rectius intentio accipitur pro conceptione animi, potissimumque pro obiectiua.

Quotuplex conceptus animi?

Vnus est *formalis*, qui est ipsa mentis operatio.
Verum { non quatenus est actio & operatio.
sed quatenus rem conceptam menti cognoscenti repræsentat, terminatque aliquomodo notionem mentis & per eam intenditur.
Vt cogitatio de lapide, quatenus lapidem repræsentat.
Alter dicitur *obiectiuus*, estque { res cogitata, siue concepta.
aut affectio quæ innascitur illi per conceptionem & cogitationem formalem, modumue eius.
Dicitur { ille conceptio formalis, intentio formalis.
hic intentio obiectiua, conceptio obiectiua, & absolutè intentio.

Cur vterque conceptus dicitur intentio?

Quia videtur esse id quod intenditur à mente, terminat notionem mentis & cogitationem.

Quid intentio absolute, seu intentio obiectiua?

Apud logicos intentio prima & secunda dicitur dupliciter.
Minus propriè est vox ..... vel affectio vocis ea que grammatica.

Digitized by Google

vt intentio { Prima sit vox, vt homo, animal.
Secunda affectio vocis, potissimum autem quæ quia rationale, vt genus, declinatio, &c.

Propriè autem intentio est conceptio formalis, vel obiectiua.

Obiectiua { Non est actio, per quam mens intendit.
Non eadem quatenus repræsentat, quatenus est verbum mentis, aut cordis.
Non passio fictitia & imaginaria per quam intenditur res.
Non imago illa, quæ dicitur intentionalis.
Verum id quod ita intenditur à mente, vt sit in mente obiectiuè.

Quotuplex intentio obiectiua?

Est { Vna quæ propriè est conceptio obiectiua, & dicitur *prima*. vt substantia est propriè ens. n. id quod intelligitur, vt cœlum cognitum, Deus cognitus.
Altera quæ dicitur *secunda*, proportione respondet accidenti:

Hæc autem est affectio rei conceptæ, quatenus concipitur, aut tali concipitur modo: vt generalitas, specialitas, complexio, &c.

Quo pacto intentiones obiectiuæ sunt in animo, & in mente?

Prima videtur illic esse per imaginem sui.
Secunda quandiu secunda, per modum, & confirmationem imaginis eius quæ repræsentat primam intentionem.

Quotuplex est in mente imago eiusdem rei?

Est { Vna habitualis, quæ durare potest in memoria. n. species intentionalis, intelligibilis, &c.
Altera actualis, quæ est conceptio formalis per verbum mentis, per verbum cordis.

Fiunt-ne liberè intentiones?

Formales fiunt interdum liberè; interdum non.
Sed illinc videntur necessario prodire obiectiuæ, potissimum autem quæ secundæ.

Quod maximè insigne discrimen inter has differentias, primam & secundam?

Hoc quod { Non omnis prima potest secunda esse, est ens rationis merum.
quæuis secunda { est ens rationis purum.
potest euadere prima, licet non propriè prima.

Nempe, quia quæ secunda, potest cognosci per reflexam cognitionem, p. in hunc modum.

Subiectio, est relatio quædam.
Abstractio, videtur esse quædam priuatio.

Digitized by Google

Quid prima intentio obiectiua?

Prima intentio { Generatim quicquid cognoscitur.
vt ex. gr. { Deus cognitus
Generalitas cognita.
Chimæra cognita.
Propriè quæ ita prima est, vt nequeat secunda esse: vt animal cognitum, chimæra cognita.

In quibus intentionibus explicandis occupatur Logica?

Occupatur { Tum in formalibus, tum in obiectiuis, quia docet operam, opusque mentis.
Sed potius in obiectiuis, quam in formalibus, vt declaratum est in prolegomenis.

Quia definitio, diuisio & alij termini logici consimiles vsurpantur potius pro obiectiua, quam pro formali conceptione in logicis:

Et in secundis potius quam in primis, quoniam artifices diligentius exponunt affectiones operis, quam opus ipsum.

Affectio tamen propter opus explicanda.

Vnde seges captionum quæ offenduntur in hocce libro?

Ex eo maximè quod secunda intentio dum ipsa cognoscitur, euadit prima, & velis, nolis, nanciscitur aliquas proprietates & affectiones ex ijs, quæ dicuntur secundæ intentiones logicæ.

Animal quod est intentio propriè prima, dum concipitur, acquirit aliquid secundariæ intentionis. p. generalitatem, abstractionem, consecutionem, &c.

Hæc autem affectio postea cognoscitur per reflexam cognitionem in h. m.

Generalitas opponitur specialitati.

Subiectio aduersatur prædicationi.

Posito antecedenti ponitur consequens.

Ideoque { Euadit prima intentio licet non propriè prima.
Nanciscitur secundarias quasdam intentiones & affectiones:

n. eomodo quo apud Grammaticos sunt { Nomina,
Et affectiones nominum. p. casus, genus, numerus, &c.

Quæ ipsæ dum nominantur, nanciscuntur aliquas affectiones, nam, e. g.

Genitiuus casus est nominatiui casus, masculini generis, singularis numeri, &c.

Masculinum genus est neutrius generis, non masculini, &c.

Singularis numerus est singularis numeri, vt & pluralis numerus, &c.

Exempla quædam captionum logicarum.

1. Genus non est species. Atqui genus est genus.
Ergo genus non est species, proindeque non est species vniuersalis.

Digitized by Google

Id de quo prędicatur genus eſt ſpecies, non genus ſummum. 2.
Atqui genus prædicatur de ſubſtantia, de quantitate, &c. in h. m.
Subſtantia eſt genus, quantitas eſt genus.
Ergo ſubſtantia non eſt genus, ſed ſpecies.

Indiuiduum non prædicatur de multis. Indiuiduum eſt indiuiduum. 3.
Ergo non prædicatur de multis. Ideoque non ſunt multa indiuidua, ſed vnicum indiuiduum.

Species non eſt genus. Atqui ſpecies eſt ſpecies.
Ergo ſpecies non eſt genus, etiam quando refertur ad vltimam & interiectam.

Vniuerſale non eſt indiuiduum. Atqui hoc vniuerſale, vt animal, eſt vniuerſale.
Ergo hoc vniuerſale non eſt indiuiduum, non eſt vnum numero genus.

Proinde { Vel eſt genus ἀπλῶς, & generatim.
Vel quędam ſpecies generis.

Exempla captionum grammatico in argumento.

Mus rodit: mus eſt ſyllaba. Ergo ſyllaba rodit.
Indeclinabile non declinatur. Atqui indeclinabile eſt indeclinabile.
Ergo non declinatur.
Verbum coniugatur non autem propriè declinatur.
Atqui verbum eſt verbum.
Ergo debet coniugari, non autem declinari.

Solutio.

Poſteriores obiectiones ſoluuntur per diſtinctionem ſignificationis in materialem & perſonalem. p. in hunc modum.

D. { P. { Si mus ſumatur perſonaliter, C.
Si mus ſumatur materialiter, N.
S. { Si mus ſumatur materialiter, C.
Si mus ſumatur perſonaliter, N.

D. P. { Si indeclinabile ſumatur perſonaliter pro rebus ſignificatis. p. pro aduerbiis, coniunctionibus, C.
Si pro ſe ipſo & materialiter, N, &c.

Priores & quæcunque ſunt affines ſoluuntur per primo intentionaliter, & ſecundo intentionaliter, aut ad h. m. & ſenſum.

D. P. { Si genus ſumitur pro animali, pro colore & ſimilibus alijs primis intentionibus, quæ ſunt genera, C.
Si ſumatur pro ſe ipſo, pro hocce termino, genus, qui ſignificat formaliter quandam ſecundam intentionem, N.

Monitum.

Dum ſoluis captiones huius generis, propone exemplum grammaticæ captionis, vt reſponſio tua ſit illuſtrior & credibilior.
Vt indeclinabile dum pro ſe ſumitur, declinabile eſt:

Digitized by Google

Et maſculinum genus eſt neutrius generis.

Ita individuum dum ſumitur pro hoc termino individuum, eſt communiſſimus terminus, non autem proprium nomen.

Quotuplex prima intentio obiectiua.

Eſt { Vna interior / Altera exterior } vt ſignificatum ſæpius.

Monitum.

De ſermone exteriori, de ſigno, de ſymbolo, & ſigno conceptionis, de ſigno vocali, de locutione, de ſermone ſcripto, de ſcholaſticis dictationibus, de collatione ſermonis cum ſcripto, deque alijs conceptionum ſignis, partim in rudimentis, partim ad libros de Interpretatione.

FINIS.

IN ISAGOGEM

Digitized by Google

IN ISAGOGEN PORPHYRII, BREVIS ET RVDIS COMMENTARIVS CVM APPENDICIBVS.

PAVCVLÆ QVÆSTIONES DE PROOEMIO.

HACTENVS quasi factum Philosophiæ tyrocinium, nunc veritati militandum: vt error debelletur adeundus Porphyrius, qui nos ad Imperatorem Philosophicum Aristotelem deducat: militiam hanc nostram Deus secundet.

Huius Isagoges quæ occasio?

Quæ Aristotelis obscuritas Trebatium Ciceronianum deterruit à legendis Topicis:
Eadem fuitin causa cur Chrysaorius nobilis Romanus adolescens non intelligeret Categorias, cumeas legeret absente præceptore Porphyrio, ideoque postularet Isagogen & introductionem.

Qui Scopus?

Scopus.

Explicare quid sit Genus, quid sit Species, quid Differentia, quid Proprium. &c.
Et ita sternere aditum primum ad Categorias Aristotelis: Deinde ad doctrinam definiendi, diuidendi, argumentandi.

Quis Author?

Author.

Malchus, cui deinde nomen Porphyrij fuit à vestis purpureæ vsu.
Et quidem erat oriundus, vnde laudatissima purpura.
Is primum cultor nostræ religionis fuit: Deinde verò desertor & oppugnator.
Professione Philosophus, secta Platonicus.

Digitized by Google

Peripateticorum tamen non ignarus dogmatum, è quibus hunc librum cõcinnauit & Commentarium in Categorias: Sed ita vt deprehendatur alicubi scripsisse, non vsque quaque peripateticè. p. in sermone de mixtione specierum.

Quis titulus?

Inscriptio Liber hic in scholis solet appellari de quinque vocibus, quia in eo declarantur quinque communia Categorematα, communiumue Categorematum Genera. ab Authore inscribitur, *Isagoge, Introductio.*

Cur Isagoge sine additamento, non Isagoge in Categorias, vt ab alijs secernatur Introductionibus?

Sunt qui aiunt differentiam illam [in Categorias] appositam fuisse ab Authore,, sed incuria Librariorum excidisse:

Alij omissam ab authore de industria.

Cur de Industria omissa?

Primò quia satis nouerat Chrysaorius quò introduci concupisceret.

Secundò quia differentia illa in præfatione satis exprimitur.

Nonne proba sequens coniectura?

Quæ doctrina est introductio in totam Logicam, ideoque introductionum Philosophicarum prima, ea potest *antonomasticè* appellari introductio.

Atqui hic liber, est doctrina huius generis. [Ergo recte introductio sine additamento indigitari potest.]

Responsio.

Neutiquam, quia Porphyrij opinione non est prima.

Quid ita?

Quia si putasset primam, Chrysaorij institutionem in Philosophicis, inde fuisset auspicatus.

Quæ materies obiecta?

Obiectum. Genus, species, differentia, proprium & accidens.

Nonne Obiectum reuocare ad vnum Caput est necessarium?

D. est, cum agitur de tota aliqua arte, integraque methodo: Non est quando agitur de libro vno qui sit pars artis & methodi, licet sit conducibile.

Quomodo hîc inuenitur vnum commune Caput?

Si ex quinque illis exprimatur communitas & similitudo.

Id verò deprehenditur commune, quod eorum vnumquodque *est vniuersale, &c.*

Vniuersale igitur est materia libri huius, eaque adequata.

Quo nomine considerandum?

Quatenus. Ex eo quòd inseruit Categorijs *vt significat* Porphyrius ipse, *inseruit autem* tum quatenus *subijcitur*, tum quatenus *predicatur.*

Digitized by Google

Meminit-ne Porphyrius vniuerſalis?

Meminit Cap. de genere, Cap. 6.

Logica-ne hæc doctrina?

Eſt, vt patet ex argumento, charactere, & ſtylo.

Commoda-ne?

Commoditas patebit ex Porphyrij prefatione: multoque magis ex vſu ipſo.
Multi nihilominus hunc librum inſectantur.
Sed contemnendi, primò quia non proferunt commodiorem 5. categorematum explicationem.
2. quia nonnulla non habent pro Peripateticis, quæ Peripatetica ſunt in hoc libro.

Obiectio circa commoditatem doctrinæ.

Nullus fingi poteſt proprij vſus in Categorijs. 1.
N. quia vt ſagis diſtinguuntur milites: ita proprietatibus, genera & ſpecies. 2.
Color profertur tanquam exemplum accidentis (5. predicabilis) occurret autem tanquam genus (candoris) in categorijs.
D. in ſua C. in aliena N.
Non tribuitur (inquis) alienæ categoriæ per nomen coloris, ſed per nomen colorati, nix non eſt color, ſed colorata. 3.
R. non difficulter fieri per conuerſionem abſtracti in concretum. 4.
Riſibile eſt ſpecies, ergo non eſt proprium.
D. eius rei cuius eſt ſpecies C. ſui ſubiecti N. 5.
Collatio per quam affectio aliqua ſiue accidens, vt color, riſus, comparatur cum ſubiecto, non habet locum in categoria: Ergo 4. & 5. predicale nihil faciunt ad intelligendas categorias.
D. Ant. in categoria componenda C. in deſignanda N.
Proprietas & accidentia non componunt categoriam, ſed deſignant genera, ſpecies & indiuidua; vnde Categoria coagmentatur.
In commentario categoriarum, recenſentur quatuor ſignificationes, proprij à Porphyrio: ſed non dicitur illic eſſe quartum genus categorematis: ergo neque hîc debuit dici. 6.
N. C. quia poſteriores curæ & cogitationes debent eſſe accuratiores.
N. item Ant. quia tertius proprij modus illic eſt omiſſus. 7.
Differentia Porphyrio non eſt reciproca.
R. nec Ariſtoteli eſſe, de qua re alibi.

Quæ partitio?

Primo loco prefatur Porphyrius.
Secundo exponit 5. categoremata totidem capitibus.
Tertio inter ſe confert vndecim collationibus.

Obiectiuncula prima.

Oppoſita pertinent eandem ad ſcientiam & artem : vniuerſale & ſingulare opponuntur: ergo, &c.
R. non pertinere ad eandem partialem.

Secunda.

Logicus Indiuidui rationem tradere debet, quia neceſſaria eſt ad intelligendas categorias, diſſerendum eſt de ſingularibus.
R. non quæri quid Logicus præſtare debeat, ſed quid Porphyrius polliceatur.

Tertia.

In vna eademque diſciplina non debet res vna tractari ſæpius; porrò in Topicis tractantur Genus, Differentia, &c. Ergo non debent hîc inculcari.
D. P. vno eodemque nomine, C. diuerſis nominibus & rationibus. N.
D. S. Ratione inuentionis argumenti & ſyllogiſmi, quæ traditur illic, C.
Ratione prędicationis & ſubiectionis, N.

In Proœmium Porphyrij, ſumma.

Doctrina de genere, differentia, ſpecie, &c. *neceſſaria* eſt ad percipiendum Ariſtotelis *Categorias*.
Et eadem eſt vtilis [imo neceſſaria] ad definiendi, diuidendi, argumentandi artem: ideo tradenda eſt, ſed tradenda Iſagogicè, Logicè, Peripateticè, i. breuiter, ruditer & congruenter Ariſtoteli.
Quare prætermittendæ ſunt quæſtiones difficiliores de [rerum potiſſimum naturalium] generibus ac ſpeciebus (quoduis vniuerſale genus vel ſpecies) maximeque tres.
Prima vtrum ſint nuda notio [vt Stoicis placuit.]
An verò aliquid ſubſiſtens [in natura rerum, vt Platoni & Ariſtoteli.]
Secunda vtrum ſint corpora [vt Peripatetici volunt.] an vero aliquid corporis materiæque expers [vt Plato æſtimauit.]
3. Vtrum ſubſiſtant in rebus ſingularibus & ſenſibilibus [vt Peripatetici volunt.]
An verò extra, [vt credidit Plato.]

Annotatiunculæ in Proœmium.

Neceſſarium.

Non neceſſarius hic liber, ſed ille vel conſimilis doctrina.

Ad Categoriarum.

Categoriæ notio repetatur è compendijs.
Rei poſitæ in categoria, p. hominis, candoris, duplex habitudo.

Digitized by Google

n. { vna est veluti consanguinitatis:
hinc genus, species, differentia, indiuiduum, homogeneum.
altera veluti affinitatis & amicitiæ:
hinc subiectum, proprium & accidens.

Tibi quidem.

Ex Ammonio. σύντομος παράδοσις.

Isagoge est σύντομος παράδοσις compendiaria institutio, qua difficiliorem ad doctrinam aperitur via: ergo difficilioribus illic abstinendum quæstionibus.

Ac primum.

Monitum primum.

Ex Ammonio.

Est aliquid in sola notione, vt hippocentaurus: aliquid constitutum in natura:

Hoc { corporeum & compositum ex corpore, vt Bucephalus.
incorporeum { siue sit extra corpus & materiam, vt Angelus, idea Platonis,
siue intra, vt anima rationalis.

Monitum secundum.

Annulus vnus habeatur pro sigillo, & multis ceris signa multa imponantur consimilia.

Hæc similia deprehendens complectere vna communi notione, hinc forma triplex excogitatur, & triplex vniuersale.

Vniuersale ante multa tanquam annulus, vt ipse equus: *vniuersale* in *multis* tanquam signa multa, multæ figuræ ceris impressæ, vt vniuersi singulares equi. Idea. Idos.

Vniuersale *post multa*, tanquam expressa notio, vt impressio equi in mente. Idea stoica.

De generibus.

Quæritur non quid sit *generalitas, specialitas.*

Sed quid res quæ dicitur genus aut species, vt animal, homo.

Quoduis vniuersale, est genus vel vltima species, vt significatum in rudimentis.

An cohæreant?

1. quæstio.

Quæritur vtrum quæ vocantur genera & species, maxime autem rerum naturalium, vt animal, planta, sint aliquid subsistens, siue cohærens extra cogitationem in natura rerum:

An verò sint nuda animi conceptio.

e.g. vtrum equus vniuersalis sit forma quædam naturalis & realis, ante multa & in multis.

R.

An tantum imago quædam omnium equorum mente conformata: Plato & Aristoteles aiunt esse aliquid subsistens.

Digitized by Google

Ille ante multa tanquam annulum.

Hic *in multis* tanquam figuras ceris impreſſas: Antiſthenes & Stoici notionem tantum.

Vtrum corporea ſint?

2. quæſtio. Vbi poſueris genera, ſpecieſque rerum naturalium, eſſe aliquid reale & ſubſiſtens.

Quæritur ſint ne corpus & quaſi ſtatua, nauis, &c.

An tantum forma corporis, materiæque expers, vt quaſi figura.

c. g. vtrum equus vniuerſalis ſit anima quædam corporis expers, an verò anima cum corpore.

Plato autumabat eſſe formam ſolam.

Ariſtoteles contra, eſſe hoc in hoc, certam formam in certa materia.

Et num auulſa?

Quæritur [controuerſia eſt inter Platonem & Ariſtotelem,] vtrum genera & ſpecies ſubſiſtant extra res ſingulares ac ſenſibiles, an verò tantum in ipſis.

Vtrum e. g. communis natura equi ſubſiſtat in mundo intelligibili extra Bucephalum, & alios ſenſibiles ac corporeos equos, vt annulus extra ceras.

An verò tantum in ijs, nec niſi cogitatione ab illis ſeparetur.

Plato volebat cohærere extra ſingularia & ſenſibilia.

Ariſtoteles, intra ſingularia, vt Bucephalum, Rhœbum, Seianum. &c.

Eſt aliquomodo poſt ſingularia. n. ratione abſtractionis.

Prius ſunt equi ſingulares & ſenſibiles, vt hic & ille: quam communis natura equi inde per cogitationem auellatur, conformetur.

Degenere. # IN CAPVT DE GENERE.

Summa.

Hic generis triplex ſignificatio.

Sumitur
- 1. pro gente .f. familia vel natione.
- 2. & antiquius pro principio gentis, geneſeos ſiue ſit parens, vnde familia: ſiue patria, vnde natio.
- 3. pro genere Logico quæ ſignificatio vtrique ſuperiori eſt affinis.

Definitio
- prior hæc: genus id cui ſubijcitur ſpecies,
- poſterior hæc: genus id quod prædicatur de multis ſpecie differentibus.

Explicatio
- prior fit per diuiſionem dicti ſeu Categorematis,
- poſterior per diſtinctionem generis à reliquis Categorematis.

Digitized by Google

Annotatiunculæ.

Nam genus.

1. *significatio.*

Genus primo ſumitur pro [gente] multitudine eorum qui primo ad vnum principium ſunt affecti. n. ad patrem aut ad patriam.
Secundo ad ſeſe inuicem, indeque appellantur conſanguinei, conterranei.
Tertio habent inde commune nomen, vt Herculei, Borbonij, Græci.

Dicitur etiam alio modo.

2. *ſignificatio.*

Genus ſecundo ſignificatu ſumitur pro principio gentis & geneſeos, ſiue ſit parens vt Hercules, ſiue patria, vt Græcia.

Iam etiam alio modo.

3. *ſignificatio.*

Genus primo ſumitur pro gente, ſecundo pro principio capiteue geneſeos & gentis, quæ ſignificatio eſt origine prior, quia caput Gentis præcedit Gentem.
Tertio coque Philoſophico [& Logico] ſignificatu & ſenſu genus dicitur id cui ſubijcitur ſpecies, vt animal cui homo & bellua. *Prior definitio.*

Nam & initium.

Cur ſic vocatur.

Genus [Logicum] eſt principium [quoddam materiale] eorum quæ ſunt in ipſo. p. omnium animantium: ideo conſentit cum ſecundo ſignificatu.
Continet vniuerſam inferiorum multitudinem: ideo cum primo.

Idque hoc modo definiunt.

Poſterior definitio.

Genus deſcribitur, id quod prædicatur de differentibus ſpecie in τῷ quid eſt.

Eſt eorum enim quæ dicuntur.

Explicatio per diuiſionem.

Categorematum, ſeu Prędicamentorum & Dictorum:
Quædam dicuntur de vno tantum, & ſunt Indifferentia, Singularia, vt Socrates.
Quædam de pluribus, vt Genus, Species, Differentia, &c.

Genera autem ab ijs differunt.

Ab indiuiduo differt Genus, quia hoc dicitur de multis, &c.
A Specie [vltima] quia Genus dicitur de multis ſpecie differentibus:
Species nonniſi de differentibus numero.
A Proprio, quia Genus dicitur proxime de multis ſpeciebus: proprium de vna tantum ſpecie, vt riſibile de homine.
A Differentia & Accidente, quia Genus prędicatur in τῷ quid eſt.
Differentia & Accidens in τῷ, quale quid eſt, aut quomodo habet.

Digitized by Google

IN CAPVT II.

De Specie.

Monitum.

Summa colligatur ex titulis margini impositis.

Summa & Interpretatio.

1. *significatio.* Idos siue species primo significatu est forma, figura, facies, vultus, vt cum dicitur Idos dignum principatu.

Vocatur etiam.

2. *significatio.* Idos & species hoc in loco & secundo significatu est id quod [proxime & recta] subijcitur generi, vt homo animali.

1. *definitio.*

Quod si speciei.

Comparatio circa definitionẽ Qui circulum admittit in definiendo. j. qui definit definiens, per definitum definit vitiosè.

Iam qui genus definit per speciem, posteaque speciem per genus, ille definit circulariter. Ergo definit vitiosè.

R. D. P. in absolutis, C. vt si definias hominem per animal, & animal per hominem.

In relatis & respectiuis, N. definiendus filius per patrem & contra.

N. C. quia genus & species sunt correlata.

At (inquis) differentia videtur speciei prȩponenda, quia pars per naturam est prior quam totum, ergo præposterus ordo.

Occupatio circa ordinem. D. A N. { si spectetur species, quatenus componitur ex differentia, vt homo ex rationali, C. / sin autem quatenus est [principium] correlatum generis, & quatenus prædicatur in quæstione, quid est, quæ præcedit τὸ quale est, N.

2. *definitio.*

Speciem etiam definiunt.

Species est quod subijcitur generi, & de quo Genus prædicatur ad quæstionem quid est, vt homo & bellua, de quibus prædicatur animal, &c.

Rursus hoc modo.

3. *definitio quæ speciei vltima.* Species nõ quȩuis. Sed vltima tãtum definitur, id quod prædicatur [proxime] de rebus numero differentibus, vt equus de hoc & illo equo.

Quid hinc sciri potest?

Gradus categoriæ. In vna Categoria præter indiuidua, quæ non cadunt in scientiam graduum genera tria obseruantur; summus, intermedius, infimus.

Porrò

Digitized by Google

Porro { Vnum est summum. n. genus generalißl. seu primum, vt substantia: plurima sunt infima, species infimæ prope innumerabiles. Multa sunt intermedia, seu interiecta & subalterna, vt animal, arbor, &c.

Differentia graduum.

Intermedia { dum conferuntur, cum superioribus, sunt species. quando cum inferioribus, sunt genera.

Inter primum autem.

In summo genere { Vna tantum collatio [synonyma] qua confertur cum inferioribus. Et vna appellatio. n. generis.

Differentia graduum.

In subalterno duplex collatio diuersa:

n. { Vna per quam appellatur genus. Altera vnde vocatur species.

In infima specie, duplex collatio & comparatio:

Sed neutiquam diuersa [saltem si spectetur appellatio:]

Nam confertur, & cum genere, & cum indiuiduis:

Sed ambarum collationum ratione appellatur species.

Est species tum animalis tum Platonis.

Indiuidua & atoma quæ subijciuntur speciebus vltimis, neque sciri, neque numerari possunt: Ideo quando à summo genere. p. à substantia, diuidendo per specificas differentias, scientia vltimam ad speciem progressa est, in his conquiescit. p. in homine, in equo.

Inuti. { nec scitur nec numeratur.

Accaquidem.

Versamur per categorias ascendendo, & descendendo.

Qui ascendit, componit, [ex partibus subiectiuis vniuersale] p. ex hominibus hominem, ex homine & bellua animal, licet partiatur integrum in partes integrantes, speciem in genus & differentiam, hominem in animal & rationale.

Qui descendit diuidit [non partitur] vniuersale. p. in hunc modum.

Substantia { Incorporea, vt Angeli { incorruptibilis & cœlestis. Corporea { simplex { corruptibilis & elementaris, vt equus. Mixta { Inanimata, vt lapis, metallum. Animata { insensibilis, vt arbor. sensibilis, vt homo, bellua.

Primum quidem.

Definitur { Subalternum genus quod ita est genus, vt sit species. Summum primò, quod est genus & numquam species. Secundò quod supra se nullum habet genus.

Diuisio generis & speciei.

Subalterna species definitur, quæ ita species, vt possit esse genus.

Vltima { Primò quod ita est species, vt non sit genus. Secundò quod ita est species, vt in species diuidi non possit. Tertiò quod prædicatur (immediatè) de multis numero tantum à se inuicem differentibus.

Digitized by Google

Ac in ortus quidem.

Dissimilitudo. In (genealogia) & gente (omnes qui cognomines) vt omnes Herculei, omnes Borbonij, ad authorem vnum referuntur. p. ad Herculem, ad Robertum Claromontanum, Borbonium, sed non possunt res omnes, (licet habeant communem appellationem rei, entis), &c. ad vnum primum genus reuocari.

Verum decem constituuntur Categoriæ, & decem prima genera.

Nam si quis.

Occupatio. R. Omnia (inquis) sunt. j. possunt reuocari ad ens. Ergo ad vnum caput. D. ad vnum homonymum, C. ad vnum synonimum. N. quia τὸ ens homonymus, est terminus.

Sed cum quid genus.

Differentia graduum. In categoria, superiora seu vniuersaliora prædicantur (generatim) de inferioribus: non contra, ex. gr.

1 Regula.
Omnis homo est animal. Omne animal viuit.
Non omne animal est homo. Non quidquid viuit est animal.

2. Regula. Prædicanda { Aut paria de paribus, vt risibile de homine (reciproca de reciprocis.) / Aut maiora [seu communiora] de minoribus, vt animal de homine.

3. Regula. De quocumque prædicatur Inferius, prędicatur & superius.
[j. quidquid prædicatur de superiori, prædicatur de inferiori]
Animal prædicatur de homine, qui superior Socrate:
Ergo animal de Socrate prædicatur, prædicariue potest.

Et indiuiduum.

1. Definitio individui. Indiuiduum est, id quod prædicatur de vno tantum eorum, quæ *secundum partem* (:j. singularium. p. in huncce modum.)
Sophronisci filius est Socrates.
Hic quem intueris, est pater meus.
Rex Galliæ est Ludouicus.
Quem intuor, ille est aduersus quem dixi testimonium.

Indiuidua autem.

Diuisio individui. Proprium. Demonstratiuum. Hypotheticũ Vagum.
Indiuiduum { *Proprium*, & definitum, vt Socrates. / *Demonstratiuum*, seu ex demonstratione, vt hic philosophus. / *Hypotheticum*, seu ex suppositione, vt Sophronisci filius.
[Omittitur *vagum* indiuiduum, vt quidam philosophus.]

Quæ Indiuidua nominantur.

2. Definitio individui. Indiuidua sic appellantur, quoniam singulare, constat ex [multis] *proprietatibus* [& *affectionibus*] quæ in alio vniuersæ simul reperiri *eadem* [specie] non possunt.

Ex. gr. fieri non potest, vt quæ tibi conueniunt *affectiones*, illæ eædem secundũ *speciem* popularem reperiantur omnes in re vlla alia singulari.

Si tamen istæ affectiones diuidantur, sigillatim alibi inueniri possunt. p. ca-

Digitized by Google

dem ætas, eadem patria, idem locus, &c.

At hominis communis.

Proprietates ſpeciei. p. hominis, inſunt vniuerſę multis indiuiduis. p. Socrati & Platoni, per regulam tertiam. *Diſſimilitudo Vniuerſalis, & indiuidui.*

Quare & indiuiduum.

[Totum { *Integrum* in obliquo / *vniuerſale* in recto } caſu, de parte prædicatur. *Totum* { *Integrum. Vniuerſale.*

Caput eſt hominis: animal eſt hominis.
Homo eſt animal. Socrates eſt homo.

Porro quando *genus*, vt animal; & ſpecies, vt homo, inter ſe conferuntur:

Genus eſt { *pars* ſpeciei, ſed integrans / *totum* ſpeciei, ſed vniuerſale, potiuſque { totum *in ſpecie*, / quam *totum ſpeciei.*

[Nam fit { Homo ex rationali, & animali: ſpecies ex genere, & differentia. / Animal ex omnibus animalibus, genus ex ſpeciebus.]

Species eſt { *Pars generis*, [ſed ſubiectiua, quæ reſpondet vniuerſali.] / *Totum generis* [ſed integrum.]

Porphyrio { Genus eſt *totum* duntaxat. n. vniuerſale. / Indiuiduum, *pars* duntaxat. n. ſubiectiua. / Species autem partim *totum* vniuerſale, partim *pars.*

Plus continet { *Poteſtate* genus, quam ſpecies, quia illud continet poteſtate quidquid inferius. / *Actu* ſpecies, quam genus, quia hæc præter genus continet actu aliquam differentiam. *Pluſue in genere quam in ſpecie.*

Ita tamen vt.

[Ariſtotel. { Pars { non modo eſt pars *totius.* / verum etiam eſt *totius.* } *Diſcrimen integri & partis.* / Totum { eſt totum *partium*, vel in partibus. / ſed non eſt *partium.* }

Dicimus ex. gr. { Caput eſt caput hominis, pars hominis. / Et caput eſt hominis. }

Verum { Homo eſt totum capitis. / Sed homo non eſt capitis. }

Conſimiliter { ſeruus { eſt ſeruus Domini. / et eſt Domini. } / Dominus { eſt ſerui dominus. / ſed non eſt ſerui. } }

Verbum *ſum es eſt*, quando genitiuus ei adiungitur, poſſeſſionem arguit.

Porphyrio { Species eſt pars ſui generis, vt homo animalis. / Species eſt totum, non indiuidui, ſed in indiuiduo.

Digitized by Google

Totum { Vniuerſale eſt totum in quaque partium, vt totus homo in Socrate.
Integrum eſt totum in omnibus partibus, non totum in quaque partium. Nam ex. gr. domus non eſt tota in pariete.

De toto vniuerſali, & integro, in metaphyſico compendio.

IN CAPVT DE DIFFERENTIA.

Diuiſio.

Variæ hic diſtinctiones, variæ definitiones

Pars prior, vbi diſtinctiones variæ, & vna definitio.

1 *Diſtinctio.* Differentia dicitur communiter, &c.

Differentia dicitur *communiter*, *propriè*, *propriſſimè*.

[Differentia *communiter* eſt accidens, ſeparabile, diſtriminans.]

Differentia { *Communis* eſt quo res differt à ſe, vel ab alio, vt ambulare: Quæ differentia *ſemper ſpectatur in altereitatibus*, & [varietatibus] τῷ *quomodo habere*.
Propria eſt *inſeparabile* accidens, quo res differt à ſe, vel ab alia, [ſiue ſit propriũ quarto modo] vt riſibile [ſiue commune, vt cicatrix.
Propriſſima, ſeu maximè propria, eſt differentia ſpecifica, cum alterum ab altero [non aliquid à ſeipſo] differt. j. qualitas *eſſentialis*, qua ſpecies efficitur, & diſtinguitur, vt rationale: homo ex. gr. differt ab equo, qualitate *rationalis*, *rationis*.

Omnino igitur.

Quid generatim differentia. Differentijs tribus id commune, quod earum quæque facit ἕτεροῖον ſeu diſſimile illud in quo eſt.

Sed hoc intereſt.

2 *Diſtinctio.* Quæ *communes* differentiæ, & quæ *propriæ*, faciunt tantum ἀλλοῖον [non ἄλλο] faciunt rem *alio modo* habentem, non vero *aliud*, aliamue.

ἀλλοῖον. Nam ex. gr. quia ſedeo, non ideo ſum aliud à me ipſo ſtante.

ἄλλο. [Proprietates { Non faciunt rem aliud eſſe.
Licet aliquando declarent eſſe aliud, vt riſus, hinnitus.]

Quæ proprijſſima differentia facit, ἄλλο, ſiue aliud.

Obiectio. At inquis, quæ differunt proprietate, vt homo & equus, ſunt neceſſario *aliud*, atque aliud.

Ergo quædam propriæ differentiæ, vt riſibilitas, hinnibilitas, faciunt aliud.

R. Negatur conſecutio, quia { arguunt quidem interdum *aliud*.
ſed non faciunt *aliud*.

Ita fit.

3 *Diſtinctio.* Differentia { Quæ facit ἄλλο, aliud. j. proprijſſima, ea nominatur *ſpecificæ*, [diuiſiua generis].
Quæ vero facit tantum ἀλλοῖον. j. communis & propria, nomi-

Digitized by Google

natur differentia ἀ πλῶς, [*tout simplement.*] propter ignobilitatem, non propter excellentiam.

Ac in ijs quidem.

4 Distinctio

Differentiæ
- Specificæ
  - et *ad definiendum* valent, [& componendum speciem:] quia definitio ex genere, & differentia essentiali coagmentatur.
  - et ad diuidendum, quia genus diuiditur per oppositas differentias, vt numerus per par, & impar.
- reliquæ vero, seu quæ faciunt tantum ἀ λλοῖον, siue communes, & propriæ differentiæ, valent tantum ad efficiendam dissimilitudinem, & mutationem, τῦ *quomodo habet*, non autem compositionem specierum, & diuisionem generum.

Ergo vt paulo altius.

5. Distinctio cum subdiuisione.

Differentiæ
- Quædam sunt *separabiles* à subiecto, sine pernicie eius, [& sunt *communes*,] vt valere, ægrotare.
- Quædam *inseparabiles*, quæ
  - vel per se [primo modo τῦ per se, seu essentialiter] ineſt, [n. *propriissima*,] vt rationale, & mortale. — *Subdiuisio quæ pro diuisione.*
  - vel per *accidens* tantum. [n. *propria.*]

vt similitas, Aethiopem esse atrum.

Ponuntur
- illæ in *logo* & ratione, seu definitione essentiæ, & faciunt ἄ λλο, aliud.
- hæ vero non item.

Deinde quæ vi sua.

6. Distinctio

Differentiarum
- quædam suscipiunt *magis & minus.*
- quædam non suscipiunt.

Differentiæ
- *Propriissimæ*, & essentiales, quę per se conueniunt, non suscipiunt *intensionem, & remissionem*: vt nec genus. i. non prædicantur secundum magis, & minus.
  e.g. Aristoteles non est magis rationalis, quam vnus alius homo.
  vnus numerus, non est magis numerus, & par, quam alius, &c.
- *propriæ*
- *communes*
  - non tamen quæuis, intendi possunt & remitti, non tamen quæuis.

datur nigro nigrius, iusto iustius, &c.

Rursus ex ijs.

Subdiuisio propriissimæ.

Differentiæ essentiales
- aut *diuisiuæ* generum sunt.
- aut *effectrices* specierum, specificæ:

i. duo, sunt munera cuiuscunque proprijssimæ differentiæ:

n.
- prius *diuidere* genus, vt par, & impar numerum diuidunt.
- posterius *componere*, distinguereque speciem.

Ideo vna eademque differentia est diuisiua, & specifica.

Sed non secundum eandem comparationem.

Digitized by Google

Eſt { *diuiſiua*, ſi conferatur cum diuidendo genere, vt bipes cum animali: par cum numero.
ſpecifica, ſi cum ſpecie, quam componit, p. cum homine, aquila, &c.

Differentia vt { bipes / impar } dicitur differentia { tum generis vt animalis / tum ſpeciei vt hominis } ſed cum ambiguitate.

Nam videndum eſt { vtrum ſit illius, tanquam generis: vt ſi bipes dicatur differentia animalis. / an vero ſit illius, tanquam ſpeciei: vt quando bipes dicitur differentia hominis.

Vbi ha differentiæ

Gradus categoriæ { *ſummus, diuiſuas* tantum differentias habet, vt ſubſtantia [Porphyrio,] animatum, inanimatum.
Infimus *ſpecificas* tantum, vt homo, rationale, & mortale.
ſubalternus, vt animal { *ſpecificas*, vt ſenſitiuum, viuens. / *diuiſuas*, vt rationale, irrationale.

Quoniam igitur.

Nomenclatura. Res non appellantur ab officio quouis.

Omnes eſſentiales differentiæ, ſolent appellari ſpecificæ, quamuis etiam pro officio debeant diuidere.

PARS POSTERIOR.

Vbi definitiones variæ. hanc autem definiunt.

1. definitio quæ ſpecifica.

Διάφορα Differentia { [eſſentialis { ſiue ſubſtantiue / ſiue adiectiue } efferatur] } eſt *id quo genus ſuperatur*, [ſecundum actum & eſſentiam] *à ſpeciebus* [aut ſaltem ſpecie vna,] vt rationalitas, rationale.
Homo enim ſuperat animal, quod ſit [*actu* & eſſentialiter] rationalis: animal, non ſit [niſi *poteſtate* tantum] rationale.

Nam animal.

Occupatio prior. Genus videtur continere differentias, quibus diuiditur (vt animal τὸ rationale & irrationale, bipes, &c. quia alioquin, ex nihilo prodirent.)
Ergo genus non videtur ſuperari à ſpecie, per differentiam.
[Altera ex parte contraria,] incompatibilia nequeunt ſimul conſiſtere.
Differentiæ, quibus diuiditur genus, ſunt *contrariæ*, [& incompatibiles, vt par & impar.]

Occupatio poſterior. Ergo nequeunt conſiſtere ſimul, proinde genus non videtur ſimul eas continere.

Digitized by Google

R. { contraria posse simul esse, *potestate*, non vero *actu*.
genus, non actu, sed potestate tantum continere differentias diuisiuas:
[n. eo modo, quo figuras artificiosas continet informis cera.] *Resp.*

Differentia est quæ de multis.

Differentia [essentialis, elata adiectiuè, siue tertium prædicabile.] *est* [vniuersale] *quod prædicatur* [immediatè & essentialiter,] *de multis specie-bus*, [aut saltem de vna,] *in quæstione, qua quæritur, qualis res sit*, [vt bipes de homine, de aquila, &c.] 2. *definitio quæ tertii vniuersalis.*

[Quæ definitio logica, & commodissima.]

Nam res omnes.

Componitur { vt corpus [naturale] ex materia, & forma: p. homo ex corpore, & animo.
ita species, ex genere & differentia: homo ex animali, & rationali. } *Collatio, & analogia.*

Ergo { genus, materiæ naturali
differentia, formæ naturali
[species compositio { naturali / artificioso } proportione respondet.

Differentia est id.

Differentia [*essentialis* { vel abstractè / vel concretè } elata] *est id quod per naturam aptum est ad secernenda*, [essentialiter] *quæ genere consentiunt*: vt rationalitas, rationale, &c. 3. *definitio quæ specifica.*

Homo eiusdem est cum equo generis: secernitur ab equo, quia homo est rationalis: equus non item.

Differentia est.

Differentia [generatim] est id, quo quidque, [i. aliquid] *differt* [communiter vel propriè, vel propriissime.] 4. *definitio quæ generalis.*

Sed illud intelligendum.

Si accuratius exquirantur, quæ pertinent ad differentiam, [accuratam] sanè differentia huius loci, propria, & accurata *Quæ differentia huius loci*

est { non quiduis quod distinguat res positas sub eodem genere.
sed quod [præterea] { & confert { ad *esse* [i. essentiam.] / ad *quod quid erat esse*. [i. definitionem.] }
et est pars rei, quam distinguit ab aliis. }

Quamobrem.

Differentiæ specificæ sunt, quæ faciunt alteram [aliamue] speciem, & assumuntur ad componendum τὸ quod quid erat esse, [*l'estre qu'estoit vne chose.*] 5. *definitio quæ specificæ.*

Digitized by Google

Aduerte duo ista disrepare. n. { quid est. / quod quid erat esse.

Differentia { non prædicatur ad quæstionem *quid est*, nisi iungatur generi. / prædicatur tamen *essentialiter*, & in esse quod quid est.

τὸ τί ἐστι. τὸ τί ἐν εἶναι.

Monita.

AD IDEM CAPVT DE DIFFERENTIA.

Differentia autem.

Primum. Communis differentia sic appellatur { 1. quia est vulgaris differentia. / 2. quia est commune accidens.

Propriè.

2. Propria differentia latius patet, quam proprium quarto modo.

Etenim proprium { quarto modo *quod, vni, soli, & semper* conuenit. / hîc quoduis accidens inseparabile, siue sit quartum, siue quintum prædicabile.

Cæcitas.

3. Cæcitatem interpres posuit pro *cæsitate* colore euc cæsio : nisi mutauerit exemplum,

Omnino.

4. Quæ communem definitionem nanciscuntur, ea { vel synonyma / vel analoga } sunt.

Atqui tres species differentiæ (sic loquitur Porphyrius,) sunt eiusmodi:
Ergo differentia generatim sumpta, est terminus synonymus vel analogicus.

Per se.

καθ' αὑτὸ Per se { primo *inest* definiens definito, vt genus, & differentia essentialis speciei. / secundò *inest* definitum definienti subiecto, vt risus homini: par numero. / tertiò *est*, [non inest] substantia, vt petrus, animal. / quartò *inest* ideneus effectus idoneæ causæ, vt moriens iugulato, vel cum architectus ædificat.

Sed illud intelligendum.

Ratio, essentia, esse, esse quod quid erat &c. videntur significare idem.
Sed differunt τὸ quid est, & τὸ quod quid erat esse.

IN

Digitized by Google

IN CAPVT QVARTVM.

De Proprio, seu proprio quarto modo.

De propriè.

Summa.

Proprium τὸ ἴδιον dicitur quatuor modis.

1. Quod *vni soli*, non autem omni totiue speciei conuenit: vt homini medéri. i. mederi arte, &c. — *Soli non omni.*
2. Et minus propriè, quod *omni totiue* speciei conuenit: sed non soli. Vt homini esse [naturæ propensione] bipedem. — *Omni non soli.*
3. Quod *soli & omni*, totiue speciei conuenit: sed non semper, vt homini canescere in senectute.

Canes & equi *albescunt* aliquo modo, sed numquam plane canescunt. — *Soli omni non semper.*

Morbus & intemperies corporis, possunt accelerare senectutem & canitiem, non est litigandum de exemplis.

4. Quod *soli, omni*, totiue speciei [aut generi) & *semper*, accidit, vt homini ridere. i. ridere potestate, habere ridendi facultatem. — *Soli, omni, semper.*

IN CAPVT QVINTVM.

De Accidente, seu communi accidente prædicabili.

Accidens vero est.

Accidens est quod *adest*, & *abest*. [i. affirmatur, & negatur, siue verè, siue falsò,] *absque subiecti interitu*, vt sedere, currere, stare. — 1. diuisio.

Cuius genera duo sunt.

Accidens duplex { separabile, inseparabile } nam { quoduis cogitatione est separabile. / non quoduis reipsa separabile, citra perniciem rei subiectæ. — Definitio.

Separabile [hic quod perire potest sine interitu subiecti] vt stare. *Inseparabile est*, [quod perire non potest quin subiecti ruinam trahat,] vt album si cum niue conferatur, nigrum si cum coruo.

[Nigror est quidem accidens categoricum seu oppositum substantiæ, sed non est quintum vniuersale, nisi efferatur adiectiuè, niger, nigra, nigrum.

Inseparabile { tum quod nullo modo separari potest. / tum quod non potest nisi difficulter, vt morbus penè insanabilis.

Digitized by Google

[De coruis albis lege Aristotelem. 5. de generatione animalium cap. 6. Senecam epist. 59. & geographos recentiores.]

Definiunt.

2. definitio. Accidens est quod potest *inesse & non inesse*, vt sedere, currere.

Item.

3. definitio. Accidens [vniuersale] quod neque est genus, neque differentia, neque species, neque proprium & tamen semper, [quandiu naturaliter existit] conuenit rei subiectæ.

IN TERTIAM LIBRI PARTEM.

Præfatiuncula.

3. pars. Vniuersalia { hactenus exposita sunt sigillatim. / Deinceps conferentur { primum omnia 5. cap. 6. / deinde vero bina reliquis capitibus sequentibus.

Ex qua combinatione orientur decem comparationes, non plures: eas intelligere licet ex combinatione quinque digitorum.

Conferam { Pollex quater. n. cum indice, cum maximo, cum medico, cum auriculari. / Index ter. n. cum maximo, cum medico, cum auriculari. / Maximus bis. n. cum medico, cum auriculari. / Medicus semel. n. cum auriculari digito.

In quaque comparatione vniuersalium ponitur { primum similitudo. / deinde dissimilitudo.

IN CAPVT VI.

Collatio 5. Vniuersalium.

Consensus.

Consentiunt 5. categoremata, quod eorum vnumquodque prædicatur de *multis*, idque citra ambiguitatem.

Quare differunt?

Quia { genus, differentia } de pluribus *speciebus*, & indiuiduis prædicantur. / species [infima] de *indiuiduis* tantum. / proprium de *specie* & *indiuiduis*. / accidens { primum de indiuiduis, deinde de speciebus } vt currere de Socrate & homine.

Digitized by Google

Genus
Differentia } ideo conueniunt indiuiduis, quia conueniunt ſpeciei.
Proprium

Socrates ideo { eſt animal, eſt rationalis, ridere poteſt } quia homo { eſt animal, eſt rationalis. ridere poteſt.

Accidens contra conuenit { ſpeciei / generi } quia indiuiduo conuenit.

Ideo e.g. { homo / animal } { ſedet, amat, currit } quia Socrates { ſedet, amat, currit } &c.

IN CAPVT SEPTIMVM.

Collatio generis cum differentia.

Conſenſio?

Conſentiunt genus & differentia tribus nominibus.

1. quia { et genus continet immediatè plures ſpecies; vt animal, hominem & belluam. / et differentia, item, [licet non quæuis] continet plures: vt bipes hominem, aquilam, &c.

2. quia quidquid dicitur { de genere / de differentia } prædicatur etiam de inferioribus.

3. quia { ſublato genere / ſublata differentia } tolluntur *inferiora*.

Quidquid non eſt animal, non eſt homo.
Quidquid non eſt bipes, non eſt aquila.

Diſcrimen.

Differunt, & diſtinguuntur ſex nominibus.

1. Quia dicitur { genus de *pluribus ſpeciebus*, quàm differentia. / diffentia de *paucioribus ſpeciebus*, vt bipes.
2. quia genus continet differentias, differentia in genere continetur.
3. quia genus non eſt prius differentia. Differentia poſterior per naturam.
4. quia prædicatur { genus in *quid eſt*. / differentia vero *in quale*.
5. quoniam vnius ſpeciei, vt hominis { vnum eſt genus [proximum] vt animal terrenũ. / differentiæ multæ vnius ſpeciei, vt bipes, rationale, &c.
6. quia genus *materiæ*, differentia *formæ* reſpondet.

Digitized by Google

IN CAPVT VIII.

Collatio generis cum ſpecie.

Conſenſio.

Conueniunt genus, & [infima] ſpecies tripliciter.
1. quia dicuntur de multis.
2. quia per naturam ſunt priora ijs de quibus prædicantur.
3. quia ſunt quid totum.

Diſcrepantia.

Differunt ſex nominibus genus, & ſpecies [infima.]
1. quia { genus continet ſuas ſpecies. / ſpecies genere continetur tanquam vniuerſaliori.
2. quia genus tanquam materia ſubeſt differentiæ, ſpecies non item.
3. quia genus [per naturam] prius ſpecie, ſpecies poſterior genere.
4. quia genus dicitur de ſpeciebus ſynonymè, ſpecies non dicitur de genere.
5. quia { genus ſuperat *poteſtate* ſpeciem, quam complectitur. / ſpecies ſuperat *actu* genus [quia continet actu differentias.]
6. quia genus nequit eſſe infimum: ſpecies nequit eſſe ſupremum.

IN CAPVT IX.

Collatio generis cum proprio.

Conſenſus.

Genus & proprium tribus nominibus ſimilia ſunt.
1. quia vtrumque ſequitur ſpeciem. i. poſita ſpecie ponitur:
Petrus eſt homo: ergo { eſt animal. / eſt riſus particeps.
2. quia vtrumque prædicatur *æqualiter*, non ſecundum magis, & minus.
3. quia vtrumque prædicatur ſynonymè [.i. vno eodemque ſenſu.]

Diſſenſio.

Differunt autem & diſſimilia ſunt quinque nominibus.
1. quia genus prius eſt proprio: proprium poſterius genere.
2. quia genus dicitur de ſpeciebus: proprium tantum dicitur de *vna ſpecie.*
3. quia genus non reciprocatur: proprium cum ſpecie reciprocatur.
4. quia conuenit { genus *omni*, non ſoli. / proprium *omni, ſoli & ſemper.*
5. quia { ſi tollitur genus, vt animal, tollitur proprium, vt riſibile. / proprio ſublato, non tollitur genus.

Digitized by Google

IN CAPVT X.

Collatio generis cum accidente.

Similitudo.

Genus & accidens ſimilia ſunt, quia de multis prędicantur. ¶

Diſſimilitudo.

Diſſimilia autem quatuor nominibus.

Primò, quia genus eſt ſpecie prius:	Accidens poſterius.
Secundò, quia genus dicitur æqualiter:	Accidens plerumque ſecundum magis, & minus.
Tertiò, quia genus prius eſt indiuiduo:	Accidens poſterius indiuiduis, in quibus ineſt.
Quartò, quia genus prædicatur in quid:	Accidens in quale.

IN CAPVT XI.

Collatio differentiæ cum ſpecie.

Conſenſio.

Conſentiunt hæc duo. Primò quia dicuntur æqualiter, non ſecundum magis & minus.

Secundò, quia ſemper inſunt, conueniunt non ſecus atque genus, & proprium. j. *neceſſario* conueniunt.

Diſſenſio.

Differunt, & diſcriminantur quatuor modis.

Primò, quia differentia prædicatur in *quale*; ſpecies in *quid*.

Secundo, quia differentia dicitur de multis ſpeciebus; ſpecies de ſolis indiuiduis.

Tertiò, quia differentia prior eſt ſpecie: ſpecies poſterior.

4. quia { Differentia vna cum altera coniungitur & miſcetur; p. bipes cum rationali, mortali, &c. ad componendam ſpeciem. Species cum ſpecie non coniungitur. p. homo cum equo, ad ſpeciem nouam procreandam.

Obiectio.

Aſinus & equa coniunguntur ad mulum procreandum.

Ergo è duabus ſpeciebus mixtis & coniunctis, prodit tertia ſpecies diſparata.

Reſponſio.

D. P. { Aſinus *certus*, ſeu ſingularis, pariterque *ſingularis* equa, C. Aſinus *ſpecialis*, & equæ ſpecies, N.

Digitized by Google

Nego Conſ. quia coniungitur { Non ſpecies, cum ſpecie. / Sed indiuiduum, cum indiuiduo.

Monitum.

Quæ hic ponitur obiectio de equa & aſino vnde procreatur mulus, & quæ à Porphyrio prolata eſt, ſolutio à nobis expendetur in appendice, cap. de ſpecie.

IN CAPVT XII.

Collatio differentiæ cum proprio.

Conſenſio.

Conſentiunt { Primò quia prædicantur de pluribus. / Secundò quia ſemper *adſunt* [& neceſſario conueniunt.]

Diſcrimen.

Differunt { Primò, quia differentia dicitur de multis ſpeciebus: proprium de vna. / Secundò quia differentia cum ſpecie non reciprocatur: proprium contra.

IN CAPVT XIII.

Collatio differentiæ cum accidente.

Similitudo.

Similis differentia { Accidenti, quia dicitur de pluribus. / Inſeparabili accidenti, quia ſemper conuenit.

Diſcrimen.

Differunt differentia & accidens, tribus nominibus.

Primò quia { Differentia continet ſpecies, tanquam quid vniuerſalius; non continetur à ſpecie, tanquam pars *ſubiectiua*, ſed tanquam *integrans*. / Accidens { Partim *continet*, quia extenditur ad plures ſpecies: vt candidum ad hominem, niuem, marmor, &c. / Partim *continetur*, quia vna ſpecies extenditur ad plura accidentia. p. homo ad album & nigrum.

Marmor candidum minus latè patet { tum quàm marmor. / tum quàm candidum.

Secundò quia differentia non capit magis & minus: accidens contra.

Digitized by Google

Tertiò quia { Differentiæ contrariæ non miſcentur, vt bipes, & quadrupes.
Accidentia contraria miſcentur, vt calidum & frigidum.

IN CAPVT XIIII.

Collatio ſpeciei cum proprio.

Conſenſus.

Conſentiunt { Primò quia reciprocantur, vt homo & riſibile.
Secundò quia æqualiter dicuntur non ſecundum magis, & minus.

Diſcrimen.

Differunt ſpecies & proprium, [quod vltimæ ſpeciei proprium] quatuor nominibus.

1. quia { Species poteſt eſſe aliorum genus. n. quę interiecta.
Proprium non poteſt eſſe proprium ſpeciei alterius.
2. quia Species prior eſt proprio: Proprium poſterius.
3. quia Species ſemper actu adeſt: Proprium ſæpe ſola poteſtate, vt τὸ ridere.
4. quia alia eſt ſpeciei definitio: Alia proprij.

Cęterum confertur hîc ſpecies etiam quæ ſubalterna.

IN CAPVT XV.

Collatio ſpeciei cum accidente.

Conſenſus.

Similia ſunt ſpecies & accidens, quia prædicantur de pluribus.

Diſcrimen.

Differunt {
1. quia ſpecies prędicatur in quid: Accidens in quale.
2. quia res vna vnius eſt ſpeciei: Accidens plurium, vt Socratis, Bucephali.
3. quia ſpecies eſt prior: Accidens poſterius ſpecie.
4. quia ſpecies dicitur æqualiter: Accidens inæqualiter conuenit.

IN CAPVT XVI.

Collatio proprij cum accidente inſeparabili.

Conſenſus.

Similia { primò quia neutrum eſt ſeparabile [ſine interitu ſubiecti.]
secundò quia vtrumque *ſemper* adeſt saltem ex quo tempore adeſſe cœpit.

Digitized by Google

Diffensio.

Differunt { 1. quia proprium vnius eſt ſpeciei: Accidens [ſæpe plurium.]
2. quia proprium reciprocatur: Accidens non item.
3. quia proprium [ferè] dicitur ex æquo: Accidens [ferè] capit magis & minus.

Protulimus ſatis { tum communitatum / tum proprietatum } quamquam non protulimus oẽs.

Separabile accidens facilius diſtinguitur à proprio.

Monita quædam.

1. Species in hac collatione, ferè non vſurpatur niſi pro *vltima.*
2. Proprium accipiendum, quod ſit proprium *quarto modo.*
3. Accipiendum proprium, quod ſit *vltimæ ſpeciei* proprium.
4. Vulgo { differentia reciprocatur cum vna ſpecie, vt rationale, cum homine.
ſpecies habet, vt vnicum genus, ita vnicam differentiam.
Porphyrio { differentia pluribus ſpeciebus immediatè conuenit, vt bipes homini & auibus.
multiplex differentia adiungenda generi, vt componatur ſpecies.
5. Ex 5. gladiatoribus non proueniunt niſi decem gladiatorum paria.
6. Notandæ formulæ quibus exprimuntur communitates, & proprietates quinque vniuerſalium, quas vbi comprehẽderis non erit magnopere laborandum de collatione percipienda.

Quæ ſunt principes formulæ huius generis?

Sunt *prædicari* de *pluribus*: prędicari tantum de *indiuiduis.*
Prædicari de *ſpecie* vna, de multis, de pluribus, de paucioribus.
Prædicari *in quid*, prędicari *in quale*, & quomodo habet. ¶
Prædicari *æqualiter*, prædicari *ſecundum magis*, & minus.
Prędicari *ſynonyme*: prædicari *prius de ſpecie*, quam de indiuiduis & contra.
Eſſe *conſequens*: eſſe *prius*, eſſe *poſterius* geneſi.
Continere, contineri: continere plura, pauciora.
Continere actu: continere poteſtate.
Conuenire *omni*, *conuenire ſoli*, conuenire *ſemper* ¶
Conuenire *omni*, *ſoli*, *ſemper*: Reciprocum eſſe.
Eſſe quid totum: ſuperari actu: ſuperari poteſtate:
Adeſſe actu, adeſſe poteſtate: reſpondere materiæ; reſpondere formæ, miſceri non miſceri: diſtingui definitione.

Finis Analyſis Iſagoges Porphyrianæ.

PRO-

Digitized by Google

PRO APPENDICE,
AD ISAGOGEN ET
INTERPRETATIONEM EIVS.
BREVES DVO TRACTATVS DE TERMINIS VNIVERSALIBVS.

Nempe { *Prior de toto genere vniuerſalium, deque Ideis, Stoicis, Platonicis:*
Poſterior de ſingulis quinque vniuerſalibus Peripateticis.

TRACTATVS PRIOR.
DE VNIVERSALI, DE IDEA STOICA, DE PLATONICA.
Et de Vniuerſali Peripatetico.

Sectio { *Prior de vniuerſali, de Idea Stoica, Platonica.*
Poſterior de vniuerſali ad mentem Peripateticorum.

SECTIO PRIOR.
De Vniuerſali, de Stoico, de Platonico.
CAPVT PRIVS.
De vniuerſali, deque Idea Stoica.
ARTICVLVS I.
De Diuiſionibus terminorum à Forma, & Notione repetitis.

Quæ ſunt Diuiſiones Terminorum à Notione, & Forma Logica repetitæ?

ILLÆ, quæ abſoluuntur per varietates & differentias, quæ conueniant terminis, per Logicam elaborationem, per *τὸ cognoſci*, tanquam ſecundæ intentiones, maxime autem ad abſtractionem, complexionem, & aliam quamuis collationem.

Quæ-nam huius generis celebriores diuiſiones?

Illæ, quæ poſitæ in Rudimentis, & quæ affines.

Terminus { abſtractus / concretus } { abſolutus / connotatiuus } { categorematicus / ſyncategorematicus.

Item { ſingularis / communis } { repugnans / non repugnans } { argumentum, / non argumentum:

Item { antecedens / non antecedens } { conſequens / non-conſequens } &c.

Quî fit vt iſtarum pleræque videantur à materiâ repetitæ?

Vt { forma artificioſa. p. figura / opus artificioſum. p. ſtatua } eſt { partim à natura, / partim ab arte }

Quia { ſecundum poteſtatem & principium prodit à natura, / ſecundum entelechiam & abſolutionem, pendet a parte, & ab artifice:

Ita ſecundæ intentiones, & formæ Logicorum operum, quia non fiunt, niſi ex materia idonea, congruenti, conuenienti, non ex quauis:

videntur prodire { partim à natura, & rebus quæ cogitantur, / partim à mente & cogitatione.

Monitum.

De { concretis / abſtractis } { abſolutis / connotatiuis } loquemur in Anteprædicamentis.

Illic de ſynonymis, homonymis, & analogis, deque indiuiduis.

De alijs differentijs paſſim, & per occaſiones.

ARTICVLVS II.

De vniuerſali communi, communiterue ſumpto.

Quæ communiſſima notio vniuerſalis?

Communitas Ammonio, *vnitas* in pluribus.

Vniuerſale, quod ita *vnum*, vt ad omnia pluraue pertineat.

Quod ita vnum, vt ſit in toto, ſit in omni.

Quæ appellatio?

Vniuerſale dicitur Catholicum, quod de toto, quod de omni, vniuerſale, vniuerſum totum, omne, generale, commune τὸ καθόλου, τὸ κατὰ παντὸς, quod in omnibus, quod in pluribus, ὅλον.

Digitized by Google

Distinctio prior.

vniuersale { Interdum generale, quod in omnibus speciebus: tumque species vltima dicitur singulare quid, & particulare,
Sæpius quicquid vnum, & in omnibus multisue.

Distinctio posterior.

vniuersale { compositum, & complexum enuntians, vt e. g. vniuersalis argumentatio, definitio, propositio vniuersalis, quæ multipliciter dicitur vniuersalis, de qua re primo libro de Interpretatione.
simplex quod { vel signum / vel causa / vel prædicatum } seu { in significando, / in causando, / in prędicando. }

Compositum.

Id. { argumentatio, vt e. g. *barbara, celarent*, quæ concludit vniuersalem propositionem.
propositio { generatim, quæuis de *omni* aut de *nullo*. j.
A. vel E.
propriè, illa tantum quæ habet tres conditiones. j. quæ est primo de omni vel de nullo, 2. per se, 3. primo. vt omnis homo ratiocinatur, omne animal sentit.

Signum.

Signum vniuersale id quod cum sit vnum, etiam numero multa repræsentat.

vt { 1. species & imago equi quæ in memoria tua.
2. formalis notio puta equi, verbum quoddam mentis, per quod concipitur equus.
3. pictura generalis vt terminus communis scriptus.
4. commune nomen, vt homo.
5. gestus qui significet multa.

Causa vniuersalis.

Causa vniuersalis { generatim, quæ cum vna sit, ad multos, aut omnes effectus pertinet, vt visus ad visiones.
propriè quæ cum sit vna etiam numero, pertinet ad effectus *specie* differentes, & ad plures causas inferiores & subiectas, vt sol ad equos, arbores, herbas, &c.

Categorema, seu prædicatum vniuersale.

Prædicatum vniuersale est terminus expers puræ ambiguitatis, qui aliquo modo multis inest, & de multis *diuisim* prædicari potest.

Diuisio.

Dicitur { vel in obliquo casu, vt Deus de creaturis, homo est Dei, arbor est Dei, &c.
vel in recto casu, tumque { analogans, / aut synonymum.

Digitized by Google

Analogans { sine attributione, vt fons, oculus.
cum attributione { primi generis, vt sanus,
secundi vt salubris. }

synonymum { complexum, vt homo pius, animal rationale, & definitiones aliæ:
simplex, vt animal rationale, homo pius.

Obiectiones.

1. Vniuersale in repręsentando cur omissum?
R. quia reuocatur ad vniuersale in significando.

2. Cur vniuersale in essendo?
R. quia { vel non datur,
vel reuocatur ad vniuersale in prædicando.

Quæstio. Nonne definitio compositum vniuersale?
R. D. { est compositum, si cum termino } conferatur.
{ est simplex, si cum propositione }

De quo vniuersali agimus?

De categoremate communi, simplici, ac synonymo.
Cum occurrit commune nomen, quod sit expers ambiguitatis, p. homo:
Quæritur { primum, vtrum eò nomine significetur vnum aliquid commune multis, vtrum detur vniuersale:
deinde quid sit illud commune, & cuiusmodi.

Quid Catholicum & vniuersale?

Primò quòd est generale, non speciale, non indiuiduum.
vt { quando vniuersalis differentia opponitur singulari,
singulare vsurpatur pro vltima specie.
Secundò quod ita vnum, vt ad omnia pertineat.
Tertiò quod ita vnum, vt pertineat ad plura, siue multa.
vt vniuersalitas sit { multitudo cum vnitate,
vnitas quædam cum multitudine.

Digitized by Google

¶ ARTICVLVS III. ¶

De Terminis Vniuerſalibus.

Quid Terminus Vniuerſalis?

Latè eſt terminus *diuiſim* communis multis, citra meram homonymiam: vt homo, animal, fons, fundamentum, ſalubris, ſanus, bonus, &c.
quo ſenſu comprehendit terminos *analogicos*.
Propriè eſt terminus ſimplex, communis *diuiſim* & expers ambiguitatis, vt genera, ſpecies, differentiæ.

Quid hic ſignificatur nomine vniuerſalis?

Natura communis, vera, aut ſaltem ita cogitatione alioue modo repreſentata, & quæ exprimatur, & primario ſignificetur ijs vocabulis, quæ apud Logicos *ſynonyma* & vniuocã nuncupantur, vt natura humana communis vera, aut repreſentata ſaltem.

Datur-ne quiddam eo modo vniuerſale?

Dari, multi ſunt Authores: multis probatur modis.

Probatio prima.

Si datur ſcientia [de creaturis] datur etiam & vniuerſale, quia ſingulãris creatura comprehendi ſcientiâ nequit.
Datur autem ſcientia, dariue poteſt, cum ſciendi appetitus detur in nobis, qui naturalis, proindeque minime iners, & otioſus.
Ergo habetur vniuerſale.

Secunda.

Maior Socrati, cum Platone, quàm cum bellua intercedit naturæ affinitas. Maior tamen nulla fingi videtur poſſe, ſi commune auferatur: j. niſi aliquid dicatur eſſe Socrati commune cum Platone, non cum bellua.
Ergo datur commune quiddam.

Tertia.

Eſto hæc propoſitio. Omne pomum eſt fructus.
Huic { vel ſubijcitur vna ſola notio, & natura pomi:
vel tot ſubijciuntur quot vnquam poma extiterũt, extant, extareque poſſunt.
Atqui nõ tot, quot extant, extiterunt, extare poſſunt: nè videlicet ea propoſitio dicatur proximè comprehendere innumerabilia, quæ ingenio humano comprehendi nequeunt: quanquam cur difficilius proximè, quàm remotè? certè ſaltem remotè comprehendit innumerabilia.
Ergo ſubijcitur illi vnica natura pomi.
Sed ea quamuis vna, quadrabit multis, imò innumerabilibus:
Erit igitur vniuerſalis, ſeu vna in multis, &c.

Quænã à Peripateticis cogitãtur dũ auditur terminº ſynonymº?

1. *Vox communis*, quæ eſt ſignum vniuerſale, ſed arbitrarium poſitiuum: non

Digitized by Google

ſine conceptione vocis,& verbo cordis.

2. rei *notio*, & conceptio formalis, quæ ſit communis: atque hæc eſt quoddam verbum mentis, & ſignum naturale in nobis, eſt ſignum *à rebus* expreſſum,& poſt rem.

3. *natura communis*, quæ pertineat ad multa ſingularia, vt natura humana communis.

4. *multa naturæ particulares*, vt multi ſingulares homines.

Quotuplex à Philoſophis concipitur natura communis termino ſynonymo ſignificata?

dupl. { vna, quæ typus & opifex aliarum ſimilium, eaſque præcedat, vt equus Idealis, ipſe equus ſenſibiles equos, & dicitur vniuerſale *ante multa*:
altera, quæ reſideat in multis ſingularibus, nec niſi cogitatione ab iis ſeparetur: vt natura equi, quę reperitur in Bucephalo, & alijs ſimilibus equis ſingularibus, licet ſine illis cogitetur: & eſt vniuerſale *in multis*, & aliquo modo *poſt multa*.

Quid maximè quæritur de tertio gradu?

Primò quæritur vtrum ſit concedendus tertius ille gradus.

Vtrum quæ dicuntur naturæ comunes, vt equus communis, ſint *nudæ notiones*, ſint tantum natura, cogitatione picta, non vera.

An verò ſint quid aliud, & ſubſiſtens, ſeu cohęrens in natura rerum: de qua re in negotio Peripatetico.

Vbi aſtruxeris tertium gradum aduerſus Stoicos:

Sequuntur quæſtiones duæ poſitæ à Porphyrio: de quibus certamen inter Platonem & Ariſtotelem.

Quot ſunt ergo celebriores ſententiæ de vniuerſalibus?

Prima eſt Stoica, cum appendice. j. opinione Nominalium. j. eorum qui, quia vindices aſſertoreſque vocabulorum in hoc negotio, appellantur in ſcholis *Nominales*, quorum Ochamus princeps. *post multa.*

Secunda Platonis, cui vniuerſale inſtar *annuli*. *ante multa.*

Tertia Ariſtotelis, cui vniuerſale tanquam *ſigilla multa*, ceris impreſſa: figuræ multæ ceris impreſſæ. *in multis.*

Vniuerſale

Quid quæritur in ſcientia rei creatæ pro obiecto?

Vnum aliquid vnde omnia quæ ſunt ſimilia intelligi poſſunt, quia mens noſtra innumerabilia ſimul comprehendere non videtur poſſe.

Stoici porrò non poſtulant, niſi quandam picturam communem.

Plato vocat nos ad typum perfectiſſimum, ad cuius ſimilitudinem creaturæ ſunt elaboratæ.

Peripateticus ad aliquam rem, aliquaſue res, è ſingularibus ſimilibus, vnde exprimatur ſimilitudo, fereque potius ad aliquid viliſſimum, quàm ad præcellentiſſimum, de qua re poſtea.

Digitized by Google

ARTICVLVS IIII.

De vniuerſali Stoico.

Ex 4. de placitis Philoſophorum Plutarchi.

Quid Noëma ſiue Notio, &c?

Eſt impreſſio alicuius rei, in animo rationali (conceptio formalis) vt e. g. mea cognitio tui, quatenus eſt imago tui, teque mihi repreſentat.

Mens noſtra initio quomodo habet?

Stoicis [vt & Peripateticis, non tamen Platoni] eſt inſtar *puræ chartæ*, vbi nihil annotatum: aliquid annotationis, ſeu impreſſionis, & *Noëmatis* fieri poteſt.

Quotuplex illic Noëmatum, & Impreſſionum genus apud Stoicos?

Notionum atque annotationum duplex eſt genus:

nempe { *Naturalis*, quæ fit per ſolum ſenſum, appellaturque *prænotio*, vt conceptio gallinacei oui in mente pueri:
Artificioſa, quæ fit adhibita diſciplina, vt cũ prænotiones (anticipatæ notiones) plures à nobis connectuntur, quibus efficiatur propoſitio, ratiocinatio; vt conceptio aurei montis.

Quid Idea Stoica, ſeu vniuerſale apud Stoicos?

Idea. i. communes formæ, quæ ſignificantur vocabulis citra ambiguitatem communibus [ſynonymis] ſunt duntaxat *prænotiones*, conceptuſque naturales, ijque *formales* non obiectiui.

Sunt formales, & naturales animi conceptus, qui ſine ſui variatione repreſentant multas naturas ſimiles.

Exempli gratia: equi in mente tua expreſſa notio, eſt natura equina communis, & vniuerſalis, quę cum ſit vna, plurium tamen eſt imago.

Vnde exprimitur Idea Stoica?

Exprimi poteſt ex re vna ſingulari i.p. Idea equi ex Bucephalo vno.

Neque propterea magis ſignificabit, & repreſentabit illam, vnde eſt expreſſa, quàm cęteras conſimiles.

Peripatetici quidem requirunt & exigunt omnium ſimilium rerum inſpectionem: vt exprimatur natura communis.

Cur his Stoici picturis vtuntur?

Quia mortales ſolent ſignis, & picturis vti, ad repreſentationem rerum.

Cur Stoici non admittunt naturas vniuerſales?

Quia quicquid occurrit in natura rerum, eſt ſingulare, eſt *hic* & *nunc*.

Natura Socratis non videtur eſſe poſſe natura Ariſtotelis.

Digitized by Google

Monita.

Primum. Conceptio { *formalis*, est actio per quam mens concipit,
obiectiua, est res ipsa, quæ concipitur, aut affectio eius tanquam concepta.

2. Stoicis tres gradus { *nomen commune*, vt nomen homo,
notio communis, vt conceptio hominis,
nuturæ particulares, vt multi homines.

Peripateticis quatuor, vt declarauimus art. 3. superiori; addunt *naturam communem.*

3. Noëma Stoici non secernunt à phantasmate humano.

4. Noëma Stoicis { non species intelligibilis, quæ manet in memoria,
sed ipsa *animi actio.*

5. Nomina signa { & *cognitarum* rerum.p. hominum sunt,
& *passionum*, seu conceptionum formalium.

6. Sed significare solent { rem conceptam *personaliter*,
conceptionem rei, non personaliter, de qua re ad l. 1. de Interpretatione.

7. Me loquente, percipis { & res de quibus loquor,
& vnà sententiam meam.

Ergo nomina communia significare possunt conceptum illum Stoicum.p. nomen *homo*, humanitatem mente expressam, notionemue humanitatis.

8. Nomen homo sumi { solet { pro *voce ipsa.*
pro re *significata*, animali rationali.
non solet pro notione hominis.

9. Eiusdem rei apud Stoicos.p.equi, ideæ plurimæ, propter varietatem hominum, temporum, &c.

10. Præcellentissima vniuersalium, vt homo vniuersalis, equus vniuersalis, non videtur fieri posse, nisi per noëma artificiosum, *abstrahendo, complectendo*, de qua re lib. 1. Compendij Logici.

ARTICVLVS V.

De Vniuersali ex mente Nominalium.

Quid vniuersale apud Nominales, vt equus vniuersalis?

Est { non natura, & essentia vlla vera, quæ sit in pluribus indiuiduis. p. Bucephalo, & alijs equis: nisi pictura sumitur pro natura.
Sed { signum rerum cognitarum, quod multa similia personaliter significat, & sine sui variatione.
seu commune nomen citra ambiguitatem, aut communis animi conceptio, quæ sit *formalis* [vniuersale Stoicum.]

Quotuplex

Digitized by Google

Quotuplex apud ipſos?

Eſt { vnum *poſitiuum*. n. vox communis, quæ ex hominum inſtitutione ſignificat *perſonaliter* vniuerſalem conceptum, & multa ſingularia.
alterum *naturale*, n. conceptio communis, quæ naturaliter, & perſonaliter ſignificat multa ſingularia ſimilia, vt humanitas Socratis, cogitatione expreſſa.

Quid poſitiuum vniuerſale?

Vox communis, quæ ex hominum inſtitutione ſignificat tum conceptum vniuerſalem, tum etiam & perſonaliter multa ſingularia ſimilia, quæ cõmuni reſpondent conceptioni, vt nomen equus.

Quid naturale vniuerſale?

Eſt idea Stoica, ſeu conceptio communis, quæ ſine ſui variatione æqualiter, immediatè, naturaliter, & perſonaliter, repræſentat plures naturas ſingulares ſimiles.

Quotuplex poſitiuum vniuerſale?

Eſt { *præcipuum*, vox communis articulata, quæ ex hominum inſtitutione ſignificat tum conceptum formalem, tum etiam perſonaliter multa ſingularia, quæ communi reſpondent conceptioni, vt nomen equus.
minus præcipuum, ſcriptura, geſtus, & aliud conſimile ſignum.

Diſſentit-ne hæc opinio à Stoica?

Differt { 1. quia { Stoici apertè fatentur diſſentionem ab Ariſtotele. / Ocham ſententiam ſuam contendit Peripateticam eſſe.
2. quia { apud *Nominales*, duplex vniuerſale, *naturale*, *arbitrarium*. / Stoici nomine vniuerſalis, non feruntur comprehendiſſe nomina.

Paulo diligentior ſententiæ huius explicatio.

Quid ſignum perſonale?

Signum quod vſurpatur pro re ſignificata, vt pro principe legatus, & cui tribuuntur, quæ tribuenda erant rei ſignificatæ.

Quotuplex rerum conceptarum ſignum perſonale?

Alijs vnicum, nimirum *commune nomen*, (cum ſimilibus ſuis.)

Nominalibus { vnum *naturale*. n. notio formalis, cum imagine dianoetica, quæ rem conceptam repreſentat naturaliter.
alterum *poſitiuum*, & arbitrarium. n. *vox*.

Eſt { vel *ſingulare*, vt quod repræſentat Deum vel Socratem.
vel *commune* & vniuerſale, quod ſine ſui variatione repreſentat multa, vt commune nomen, communis conceptio.

Quid repræſentat commune nomen?

Repreſentat { partim communem conceptionem formalem. p. conceptum hominis.
partim res multas conceptione illa repreſentatas.

Digitized by Google

Significat-ne vox communis personaliter conceptum formalem, & nō cogitare?

Apud Peripateticos saltem anios à Nominalibus neutiquam significat

Nam { dixeris { equus est vox, nomen; sumendo pro *voce.* / equus est substantia, animal; sumendo pro *re.* } / non dixeris equus est quoddam cogitare, sumendo equum pro conceptu formali. }

Sed apud assertores sententiæ nominalis, distinguere possis.

Etenim { per se sumptam conceptionem animi [formalem] significat verum non personaliter. / eandem tamen significat personaliter, quatenus est ipsa conceptio vsurpanda *personaliter*, pro pluribus naturis singularibus. }

Sed sanè præter mortalium consuetudinem.

Vnde exprimitur conceptio communis?

A re vna singulari, aut à paucis.

Quî ergo communis?

Quia imago, non magis repræsentat illud vndè est expressa, quam cætera similia.

Est-ne conceptio formalis signum personale?

Apud alios Peripateticos non est. Apud Nominales est.

Speciali homini (qui pictura hominis) deferimus, quæ singulis hominibus deferenda erant.

Examen vtriusque sententiæ superioris, Stoicæ & Nominalium.

Vocabula etiam Aristoteli signa sunt ac symbola.

Idque { tum pathematum animi. j. conceptuum [formalium.] / tum rerum, & conceptionis obiectiuæ. }

Nec dubium quin termini communes conceptum communem significare possint, si detur vllus.

Datur autem conceptus communis, quia vnus atque idem sine sui variatione multa repręsentare deprehenditur.

Sed primò nomina sumuntur potius pro rebus cognitis, quam pro notionibus, ideoq; nomen *homo* præter conceptum illum aliquid significare debet.

Secundo in nomine { aliud phātasma & imago in sensu, / aliud noema & imago in mente; } confunduntur tamen à Stoicis.

Tertiò imago vnius rei, puta equi, in mente duplex:

n. { Vna quæ est *qualitas*, & seruatur in memoria abeunte actu, vocaturque *species intelligibilis.* / Altera quę est *actio*, nimirum notio ipsa cognitæ rei quatenus hanc repręsentat, vocaturque *verbum mentis*: quę non satis secernuntur à Stoicis. }

Digitized by Google

Præterea conceptus ille Stoicus ſignum quoddam eſt ſignificans naturaliter.

Idque { ſiue ſumatur pro imagine habituali, quæ in memoria recondi-tur. / ſiue pro actuali, cognitione ipſa.

Ergo ſupereſt quærendum Stoico quidnam conceptu illo ſignificetur, vtrum ex. gr. omnes homines ſingulares, an Idea Platonica, an vniuerſale Peripateticum.

Iam etiam præcellentiſſima vniuerſalium, vt homo vniuerſalis, equus vniuerſalis, non videntur fieri per noema naturale, ſed per artificioſum, abſtrahendo, complectendo.

Etiam ſi vniuerſalis nomine intelligatur conceptio communis.

CAPVT POSTERIVS.

De Vniuerſali Platonico, ſeu Idea Platonis.

De Idea Platonica.

ARTICVLVS I.

Doctrinæ elementa, & ſumma.

Rerum quot genera apud Platonicos Pythagoricè Philoſophantes?

Duo { quædam artificioſæ, aut induſtriæ humanæ opera, vt domus, nauis, &c. / quædam non, quæ vel *numeri*, elementum-ue, aut effectus numeri vel quaſi numeri ſunt: ideoque ex numeris intelliguntur.

Quænam hoc in poſteriori genere maxime conſideranda?

Primò *monas*, ſiue vnitas. n. ipſum bonum, ſiue deus, qui non tam Idea, quam fons idearum: vna cum paritate, & imparitate.

Secundò *numerus*, & id quod quaſi numerus:

n. quidquid fluit à Deo immediatè. j. ſine ope Ideæ, aut alterius effectricis cauſſæ.

Idque { ſiue ſit Idea { ſiue ſit quid corporeum, vt cœli. / ſiue non ſit { ſiue ſit quid incorporeum, vt Ideæ, & dij minores.

Tertiò *logos*, ſiue ratio, & habitudo numeralis. n. quod à numero prodit, immediatè, vt equus, calor, ab ipſo equo, &c.

Quartò *harmonia*, & ſymmetria reſiliens ex logis, vt congeries rerum, quæ ſunt in Bucephalo.

Digitized by Google

Quotuplex hinc mundus?

Triplex { *elementaris*, vbi terra, aqua, aër. &c.
cœleſtis, vbi Sol, Luna, Mercurius, &c.
ſupercœleſtis, vbi exemplaria rerum naturalium.

Quid exemplar?

Exemplar eſt id, ad cuius ſimilitudinem de induſtria elaboratur aliud.

Quotuplex?

Eſt { internum / externum } { æternum / caducum } { formale / obiectiuum } { vnicum / multiplex } { efficax / inefficax }

item { naturale / dianoeticũ } { potestate / energiâ } { effectus naturalis / effectus artificioſus } { corporeum / incorporeũ }

item { intra opificem, / extra opificem, } &c.

Quæ ſumma doctrinæ Platonis de Ideis, & exemplaribus operum naturæ?

Præter res ſingulares, quæ ſenſui & corruptioni obnoxię ſunt, & ſunt innumerabiles, vnius generis, perenniterque fluunt, ſi creditur Platoni, Heraclyto. p. præter noſtrates quercus, fagos, canes, elephantos, &c.

Alias cogitabat Plato, æternas, incorporeas, inſenſibiles, permanentes, ſingulares tamen, quę illarum forent cauſſæ effectrices, & exemplaria, quęq; ſcientiâ comprehenderentur. p. vnum equum incorporeum, incorruptibilem, &c. qui per ſe foret equus, cuiuſque participatione reliqui equi excitarentur & ſubſiſterent. Conſulenda Logicæ 3. Inſt. lib. 2.

Quot effertur modis nomen commune apud Platonicos?

Duobus { vel pręponitur ei particula *ipſe*, *a*, *um*. In hunc modum: ipſe equus, ipſe elephas.
vel non, vt cum dicitur, equus, elephas.

Quid ſignificat?

Significat { priori modo — *Idea*m. j. typum, & exemplar.
poſteriori — *Idos*. j. opus, aut formam operis.

Quomodo iſta comprehenduntur?

Subiacet { Idea ſcientiæ, & intelligentiæ.
Idos opinioni tantum.

Quid Idea?

Eſt typus, & exemplar rei faciendæ.

Quotuplex?

Eſt { artificioſa, rei artificioſæ, vt ipſa domus.
mathematica, rei mathematicæ, vt ipſe circulus.
naturalis, rei naturalis, vt ipſe equus.

Digitized by Google

Hæc autem dicitur idea ἁπλῶς, per excellentiam, & idea diuina.

Quid verè idea, ſeu idea rerum naturalium?

Eſt { typus faciendæ rei naturalis in diuina mente.
Deus quatenus à creatura aliqua, aut re naturali eſt imitabilis.

Quid idea ex mente Platonis?

Interpretatio { vna eorum, qui Platonici nuncupantur.
altera Ariſtotelis & plerorumque Peripateticorum.

Quid Platonicorum interpretatione?

Eſt *exemplar* illud æternum, in diuina mente conſtitutum.

Quid Ariſtotelis interpretatione?

Eſt typus aliquis, & ſingularis, alius à Deo ipſo, incorporeus, & æternus tamen, eiuſdem cum re procreandâ ſpeciei & definitionis, quo Deus & natura vtitur (vt nos annulis) ad rerum naturalium, quæ recenter procreantur, generationem.

Ipſe equus, eſt vnus aliquis equus, incorporeus, [quia anima equi deſtituta corpore] & immortalis, [quia per ſe eſt equus,] & cuius [tanquam typi efficacis,] participatione reliqui equi, ſunt equi.

Datur-ne idea pro quauis ſpecie rei naturalis?

Ex Platonicorum interpretatione datur.

Deus imagines habet omnium rerum faciendarum.

At ex interpretatione Ariſtotelis, non quarumuis datur.

Quia { quædam ſpecies non propagantur recenter, vt Sol, Luna, & pro iſtis nulla conſtituta idea.
quædam contra, vt equus, canis, & pro iſtis conſtituta idea.

Si figura ſemel facienda, ad illam effingendam non efformamus annulum, aut ſimilem typum.

ARTICVLVS II.

Nomen, notio, diſtinctio.

Nomen ideæ ἁπλῶς.

Exemplum Platonicum vocatur *idea, idos*, genus, vniuerſale, ſubſtantia ſeparata, ſubſtantia intelligibilis.

Sed { apud Platonem / apud Ariſtotelem } promiſcue { idea / idos } pro illo *exemplari* ſumitur.

Apud Senecam autem { idea eſt forma exemplaris. / idos eſt forma operis. }

Digitized by Google

Quæ ab idea prodierunt, ſunt *ſingularia ſenſibilia* [corruptioni obnoxia.]

Nomina ſingularum idearum.

αὐτός. Significant { ideam ipſe equus, ipſa domus, & ſimilia. / idos equus, domus, & ſimilia.

Diſtinctio Idearum.

Idea { naturalis eſt æterna, & vnica / mathematica æterna & multiplex / artificioſa caduca & multiplex } vnius ſpeciei, & definitionis.

Pariter idos corruptibile & multiplex, vt multi ſenſibiles equi.

De ideis mathematicis.

Quia comparatur { circulus cum circulo / cubus cum cubo } &c. in mathematicis;

Ideo Platonici putarunt illic requiri plures ideas eiuſdem definitionis p. multos ipſos circulos:

vt ſit { vnicus ipſe equus, vnicus ipſe elephas. / multiplex ipſe triangulus, ipſe Rhumbus, &c.

Ideæ iſtæ Mathematicæ apud Ariſtotelem, appellantur *Mathematica vſia*, [eſſentiæ, ſubſtantiæ.]

Interiectę dicuntur { inter ideas [naturales.] / et res ſenſibiles [corruptioni obnoxias.]

Quia ſunt { ſimiles { ideis [naturalibus] propter æternitatem. / ſenſibilibus rebus } propter multitudinem. / diſſimiles { ideis naturalibus / ſenſibilibus propter æternitatem. }

Obiectio.

Maior eſt idearum numerus, quam ſingularum rerum ſenſibilium, 13. metaphyſicæ. c. 1.

Ergo non ſtatuitur vnica idea in quaque ſpecie.

D. An. { quod plures vnâ conſtituit Plato eiuſdem definitionis & naturæ, N. / ſi valeat ratio Platonis, quæ petitur à communione nominis, C.

Nam { ſi quia hominis nomen eſt mihi tecum commune, nos habemus communem ideam &c. / pari iure cum ſit mihi commune cum ipſo homine, ego & ipſe homo. }

ſortiemur aliam communem ideam, & ſic deinceps in infinitum.

Notio rudis naturalis ideæ.

Idea eſt ſubſtantia quędam incorporea, & æterna, ſeu eſſentia, &c. quæ per ſe eſt per ſe eſt intelligibilis: cuiuſque imitatione aliæ ſunt, & ſunt intelligibiles, &c.

Digitized by Google

Distinctio ideæ Diuinæ.

Idea { vel est omnium *princeps*, & est ipsum bonum, seu idea boni, quæ tamen non tam idea naturalis, quam fons idearum, & rerum cæterarum.
vel *non est princeps*, tumque ruditer finitur in hunc modum:

Est essentia quædam, singularis, æterna, incorporea, insensibilis, similis tamen rebus sensibilibus, & caducis aliquibus, & eiusdem cum illis definitionis, quæ per seipsa est, quæque est caussa, & exemplar rerum caducarum consimilium, vt ipse equus: accuratior mox ponenda definitio.

Ipsum bonum [vt Deus] nulli rei definitione est simile.

Idea { generatim, vel idea boni, seu ipsum bonum; vel typus, quo natura vtitur: vt ipse equus, ipse elephas.
propriè typus, quo natura vtitur ad procreationem rerum corruptibilium.

ARTICVLVS III.

De Caussis quæ Platonem impulerunt ad Idearum astructionem.

Quid impulit Platonem ad constituendas Ideas?

Impulit { ad tali modo astruendas, *institutio* ipsius, de qua infrà.
ad astruendas { maxime { *scientia* & intelligentia rerum. / *generatio* rerum naturalium. } } nominis *communio*, non temeraria. / *similitudo* rerum.

Institutio.

Perennem fluxum, & mutationem rerum naturalium hausit *Plato ab* Heraclito & Cratilo. 13. *Metaphy.*

τὸ *vniuersale* pro scientia à Socrate, qui primus conatus est demonstrare vniuersum genus.

Separationem vniuersalis, à rebus singularibus sensibilibus non à Socrate, cui vniuersale non separatur: Sed à mathematicis per abusum.

Exemplar ab artificibus, à Trismegisto, &c.

Elocutionem per numeros, à Pythagoricis. 13. *Metaphy.*

Ab eisdem *numerorum imitationem*, non participationem.

Probatio à communione nominis.

Nisi frustra nomen *equi* est commune pluribus, equus significat vnum aliquid, commune ipsis. n. communem naturam equi.

Atqui non frustra. Ergo:

Digitized by Google

Porrò nulla eſt ſenſibilis natura equi,quæ ſit communis.
Ergo agnoſcenda aliqua inſenſiblilis.

A ſimilitudine rerum.

Datur ſimilitudo: Ergo identitas in pluribus, & aliquid quod ſit vnum & in multis.
Quidquid tamen eſt apud nos,id vnum in vno, multiplex in multis,&c.

A ſcientia.

1. Quidquid ſcitur,comprehenditurque intelligentiâ , & ſcientiâ, id conſtans æternumque eſt, & neutiquam mutabile.
Atqui ſcitur equus, canis,calor,&c.
Ergo datur aliquis conſtans, permanens & immutabilis equus,&c.
Et tamen ſingularium rerum & ſenſibilium, quæ ſunt apud nos, nihil eſt niſi caducum,& fluens fluminis inſtar.
Ergo datur alibi aliquis equus conſtans,ſingularis, & immutabilis.
2. Res ita habet vt ſcitur, quia eſt vera ſcientia quæuis :
Scitur autem equus ſeparatus à Bucephalo,& reliquis ſenſibilibus equis.
Ergo datur aliquis equus auulſus,&c.
3. Scientiæ ſub eſt aliquid verum,
Et tamen nullis in hoc ſenſibili mundo exiſtentibus phœnicibus, ſcitur tamen phœnix.
Ergo tunc datur vetus aliquis phœnix,&c.
4. Deus ſemper intelligit res naturales.
Ergo ſemper earum imagines,& ideas præſentes habet.

A generatione.

1. Deus & natura non *temerè* agunt: [ſed *dianoeticè*.]
Ergo habent exemplaria rerum faciendarum.
2. Materia eſt informis, per naturam ſuam.
Ergo formam, & characterem ex ſe non fundit, ſed aliunde accipit.
Vnde autem niſi à typo , & exemplari?
3. Proles plerumque parente ſuo eſt imperfectior , vt integra , mutilato parte.
Ergo parens,non eſt vera illius cauſſa, ſed quis alius homo.
Hîc autem non occurrit apud nos. Ergo alibi cogitandus.
4. Simile non generatur niſi à ſimili.
Ergo mus ponendus aliquis, qui progeneret eos mures,qui naſcantur putrefacta ex materia: non apud nos: ergo alibi.
5. In longa ſerie propagationis,&generationis hominum,equorum,canum, elephantorum,&c. poſtrema primis reſpondent,atque ſimillima ſunt.
Ergo non eſt exemplar primum ſecundi, ſecundum tertij,& ſic deinceps, ſed omnia ſimilia fiunt ad exemplar vnum,& commune.
6. Quæ valdè degenerant tandem ſterilia fiunt,imò breui.
Porrò ſi primus homo facit ſecundum,ſecunduſque tertium,& ſic deinceps; iam pridem homo valdè degeneraſſet.
Ergo iampridem homo ceſſauiſſet, hominumue generatio,

Cur

Cur aſtruitur ſumptio?

Quia frequenter effectus ſuperatur à ſuâ cauſâ efficiente:
Non ſolet, nec poteſt, eam ſuperare bonitate, generoſitate.

ARTICVLVS IV.

Quarum rerum, operum-ue naturalium ideæ.

Quarum rerum ideas debuit poſuiſſe Plato?

Omnium creaturarum debuit, ſi collocauit ideas in diuina mente:
Non omnium debuit, ſi cogitauit ideas, tanquam annulos creatos quibus vtatur Deus & natura.

Eſt { aliqua creatura, vbi nulla recens, & naturalis propagatio: cuiuſmodi ſunt cœli, & *dij minores*, [ſiue angeli,] atque hic non eſt opus typo externo.
{ aliqua, quæ contra habet, vt equus, elephantus, &c. & in hoc genere videntur requiri typi, qui ſint inſtar annulorum.

Platoni { *homo* nihil eſt eſſentialiter, præter *animum*.
{ animi noſtri non propagantur, neque creantur recenter: ſed migrant à corpore in corpus.

Ideo { homo videtur eſſe ex priori creaturæ genere.
{ ipſe homo parum eſt idoneum ideæ exemplum.

Quarum rerum idea ad Ariſtotelis interpretationem vſurpata?

Prima propoſitio.

Idea eſt rerum *corruptibilium*: non *æternarum*.
Quæ non fiunt à natura, non egent typo naturali.

Secunda propoſitio.

Naturalium eſt rerum: non rerum *præter naturam* vt prodigiorum.
Etenim ſi natura prodigiorum haberet typos, ea intenderet, nec prodigia forent.

Tertia propoſitio.

Naturalium: non *Mathematicarum*, non artificioſarum.
Si natura haberet domorum typos, & clypeorum, aliquando faceret domos, &c.

Quarta propoſitio.

Abſolutarum rerum vt canis, caloris, frigoris, &c.
Non τῶν πρός τι *ad aliquid, ſiue* relatorum: vt ſimilitudinum.
Relationes ſunt potius appendices operum naturæ, quam naturæ opus.

Digitized by Google

Quinta propoſitio.

Speciorum vltimarum vt equi, non *graduum ſuperiorum.*

Natura ſi ſeorſim haberet typum animalis, faceret animal, quòd neque eſſet homo, neque bellua.

Sexta propoſitio.

Totalium rerum, vt equi: non *partium* ſeorſim, vt capitis.

Alioquin natura caput equi aliquando procrearet, ſine equo.

Septima propoſitio.

Rerum vbi *nec prius, nec poſterius*: Non autem *aliarum*, vt numerorum, vbi binarius præcedit ternarium.

Etenim { quæ eodem typo procreantur, eiuſdem videntur ordinis, & dignitatis. / Itaque non videtur illic inueniri prius & poſterius, vt inuenitur in gradibus ſequentibus.

Clypeus, pictura clypei, oratio de hac pictura clypei,

Vbi { vnum eſt prius / alterum poſterius } à priori, poſterius pendet.

Octaua propoſitio.

Rerum præcellentium: non *vilium*. i. earum quæ ita ſunt affectæ, vt à naturâ ſine typi ope procreari poſſint. p. feſtucarum & cadauerum.

Fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora.

ARTICVLVS V.

Variæ Idearum notæ, & collationes.

Notæ à ſcientia petitæ.

Prima. Per ſe ſubeſt { *idea* intelligentiæ, definitioni, ſcientiæ. / *idos*, corruptibile, opinationi, ſoli.

2. Idea dicitur cauſſa notionum, quæ finguntur à Platone noſtris impreſſæ animabus, antequam in corpora infundantur.

Si quid imaginum in belluis à primo ortu. p. ad mellificium, nidificationem, &c. id ab idea pari iure videtur repetendum.

quanquam homines, ideam habere non videntur: ſed pendere tantum ab ipſo bono, more cœlorum, de qua re ſuprà.

4. eſt { ipſum bonum inſtar, *Solis*, per ſe intelligibile, vt ſol per ſe aſpectabilis. / idea naturalis inſtar rei, quæ à ſole illuſtratur. / idos inſtar *panni*, qui noctu à lucerna illuſtratur.

Digitized by Google

5. vt { ſol perſtringit oculum, præ ſplendore nimio.
quæ à ſole ipſo illuſtrantur, vt ignis, & interdiu colores, probe conſpiciuntur:

Hallucinamur circa ea quæ à lucernis illuſtrantur, vt circa colores nocturno tempore:

Ita mens { ipſum bonum nequit comprehendere.
circa ideam verſatur, citra errorem, maximè dum exuta corpore.
aberrat circa idos, & ſingularia corruptibilia.

6. Idea à rebus ſingulis differt { non definitione.
ſed perpetuitate ſola.

7. Res ſenſibiles participes { vt idearum,
ita & definitionum.

Obiectiunculæ.

Idea incorporea eſt
1. } ergo diſcrimen non à ſola æternitate.
idos corporeum eſt

R. Platoni, corpus { non eſſe de natura, & partem.
ſed eſſe domicilium tantum.

2. Ipſe equus eſt intelligibilis per ipſum bonum quod rebus omnibus largitur veritatem, intelligibilitatem.

Ergo idea naturalis non eſt per ſe intelligibilis.

D. { ſi conferatur cum ipſa domo. C.
ſi cum rebus corruptibilibus, quibus largitur incorruptibilitatem, N.

Vnitas.

Vnius definitionis vnica & ſingularis idea. p. vnus ipſe equus : fruſtra ſit, &c.

Perennitas.

Aeterna idea, quia perennis illius vſus.

Aeterna { quia nunquam interitura eſt.
non quia non prodierit ab ipſo bono, & ipſa infinitate.

Artifices ſi vtuntur typis, eos componunt ex materia maximè durabili: forma vt talor, &c. ſi detur ſine materia forſan naturaliter corrumpi nequit.

Incorporeitas.

Idea incorporea, quia neque in corpore eſt, neque ex corpore componitur naturali.

Incorporea { quia materiâ naturali caret.
non quia ipſa infinita: de qua re poſtea.

Digitized by Google

Idos corporeum { quia in corpore eſt. / non quia componatur ex corpore.

Idea per ſe: idos ab idea.

1. Idea per ſe eſt in ſuo genere, cætera ſimilia per ipſam.
Ipſe equus per ſe equus, reliqui per ipſum equum.
2. Idea eſt modus & menſura [materiæ exemplariter, efficaciter.]
3. Idea eſt exemplar, idos illius imitatio.
Idea eſt effectrix cauſſa τῆ εἰδῶυς.
Ipſe equus generat equos, vt ſigillorum formas annulus.

4. Corruptibilia ſunt, id quod ſunt { non ſola imitatione / ſed etiam participatione } ideæ, platoni.

Pythagoræ tamen { non participatione / ſed imitatione } numerorum, ideæ numeri.

Quia participatur idea, ideo videtur quibuſdam ex Platonis mente eſſe forma, & eſſentia rerum corruptibilium.

Sed videtur participari { potius more efficientis cauſſæ. / quam formæ, materiæ.

Primò, quia videtur à Platone collocata { non in rebus ſingulis. / ſed in cœlo aut ſuprà.

2. Quia vis illius ſpargeretur, eneruaretur.
3. Quia eſſentia rei corruptibilis æterna foret.
4. Quia eſt ſimilis annulo, &c.

Participari videtur idea { vt à ſigillis annulus. / non vt à liberis parens, qui largitur aliquid ſui.

Ita participatur, vt non participetur æternitas.

Omnia { Pythagoræ { vel numeri / vel numerorum imitationes. / Platonicis { vel numeri, aut vnitas. / vel numerorum participationes.

Nonne idea eſt eſſentia rerum ſenſibilium?

Quæritur vtrum idea Platonis { det formaliter eſſe ſuis operibus. / ſit de eſſentia eorum. / de illis prædicetur.

(Loquimur de idea explicata ad mentem Ariſtotelis.)

Non eſt veriſſimile eam fuiſſe Platonis mentem. n. quod idea ſit natura & eſſentia rerum ſenſibilium.

1. Quia repugnat notis, quæ colliguntur ex Ariſtotele, dicitur enim idea *præter ſingularia*, [ſeparata] eiuſdem definitionis, differens ſola perpetuitate, &c.
2. Quia eam ſententiam tribuere illi non videtur Ariſtoteles.

Sunt tamen, qui aliter ſentiunt.

Digitized by Google

Obiectiunculæ.

Idea vniuerſale. D. { in cauſſando efficaciter, & ſingulariter, C. 1.
in prædicando, per rectum caſum, N.

Niſi idea inſit rebus ſenſibilibus, non ducet nos in earum cognitionem. 2.

Nego quia { non modo indiuiduum ex ſpecie deprehenditur:
verum etiam ſimile ex ſimili, res exemplo, & imagine.

ARTICVLVS VI.

Idearum cauſſæ, & locus.

Finis.

Finis hîc duplex potiſſimum { *procreatio* rerum corruptibilium.
ſcientia & intelligentia rerum.

Ex re ſtabili, intelligitur ſimilis quæ agitatur.

Opifex.

Ab ipſo bono { quædam mediatè producunt; vt ſenſibiles equi.
quędam immediatè, vt { Ideæ,
res aliæ ęternæ, &c.

Principium ex quo.

Materia à Platone dicitur infinitum, regio, non ens, &c.
Suum ideis principium materiale videtur eſſe apud Platonem. p. ipſa infinitas.
Primò quia infinitum poſuit Plato in ſenſibilibus, & in aliis (intelligibilibus)
3. phy. t. 25. Formæ & numeri (Ideæ) in materia, 4. phy. t. 259.

2. quia { ideæ procreatæ ab ipſo bono.
per veterem philoſophiam, nihil ex nihilo.

Locus.

In *cælo* ideæ, aut nullibi 3. phy. t. 26.

Nullibi forſan, quia { ſupra cœlos in mundo Intelligibili.
extra cœlum non eſt locus, 1. de cœlo text. 100.

Negatur tamen lib 3. phy. extra cœlum quidquam poſuiſſe Plato.
Forſan quia dum poſuit ideas, poſuit nihil.
Materia tamen locus In Timęo. Ideæ in materia tex. 18. 4. phy.

Monitum.

Quęras ſitne binarius ille, & materia ſuperioris ordinis, pars idearum, an duntaxat receptaculum, vt credibilius.

Obiectio.

Idea ex Materia quadam: Ergo non eſt Platoni immaterialis.

Digitized by Google

D. { quod nulla conſtet ex materia, C. [etiam in Angelis, Theologorum multi materiam cogitarunt.]
{ quod non conſtet ex noſtrate, quæ eſt principium corruptionis, N.

[Apud Platonem materia duplicis generis conſtituitur,

n. { vna quæ ſit ſuperioris ordinis quæ non eſt obnoxia corruptioni, vt materia idearum, Angelorum, quam imaginatur, quia credebat ex nihilo nihil fieri.
{ altera quæ ſit infetioris ordinis, & corruptioni obnoxia, vt materia noſtra.]

ARTICVLVS VII.

Genus & Natura.

Ex quo rerum genere Jdea?

Platonicè { ipſum bonum eſt — *vnitas, μόνας.*
{ Idea eſt — *numerus.*
{ Idos eſt — *ratio numerica.*
{ congeries τῶν εἰδῶν, — *concentus quidam, & harmonia.*
{ cœtus Idearum — *mundus intelligibilis* [& ſupercœleſtis.]

Cur ipſum bonum vnitas?

Quia eſt inſtar ſolis. Sol in mundo vnus.

Cur Jdea eſt numerus?

Quia proximè fluit ab vnitate. Peripateticæ ſpecies rerum ſunt ſicut numeri.

Cur Jdos ratio, & habitudo numerica?

In hunc modum. Quia quod à numero proximè fluit, videtur numerica ratio, & relatio: vt 2. ſe habent ad 4. Ita. 3. ad 6.

Cur Bucephalus quaſi harmonia?

Rerum congeries illa quam vulgus habet pro Bucephalo, videtur concentus quidam, quia componitur ex rationibus, analogicè, aptè & harmonicè coagmentatis. p. natura equi, calore, frigore, &c.

Quanquam dubium ideaſne accidentium poſuerit Plato.

Quid Jdea?

Ex Plutarcho 1. de Platicis Philoſophorum.

Idea eſt, *vſia, incorporea, ſubſiſtens, non per ſe, ſed in notionibus Dei quæ effigiat materias informes, ac demonſtrat,* [.i. ſcire facit.]

Quia ſenſibilia & caduca non ſciuntur niſi per aliud.

Ex Alcinoo & Seneca epiſt. 38.

Idea, eſt eorum quæ naturaliter fiunt, *exemplar æternum, incorporeum, infatigabile.*

Idos eſt forma ab exemplari ſumpta, impoſitaque operi.

Digitized by Google

Idea { est extra opus / & ante opus } Idos in opere.

Ex varijs locis Aristotelis, & interpretum.

Idea [naturalis] est *numerus, & exemplar æternum, incorporeum, absolutum, perfectum, per se cohærens* [extra Deum & sensibilia] *earum rerum naturalium, quæ oriuntur, & intereũt, & in quibus nihil prius, nihil posterius, per se intelligibile, causſa* [fortasse tamẽ non essentia] *rerum singularium, corruptibilium, & ab ijs differens perpetuitate,* [non definitione] *solitariumque aliquid, vt ipse equus.*

Quid vere Idea?

Deus ipse, quatenus se intelligit, hoc vel illo modo imitabilem, communicabilem.
Exemplar naturæ procreandæ in diuina mente.
Sed tale exemplar, non est operi simile, nisi per proportionem, vt typus domus, qui in mente architecti, domui exteriori.
Tale exemplar necessarium ad quoduis naturale opus.
Creatura similis Deo proportione, non synonymè.

ARTICULUS VIII.

Est-ne Idea exemplar internum, aut externum, ex Platonis mente?

Sententia prior.

Tanquam externa exemplaria, Ideas videtur cogitasse Plato, vt sint imagines in diuina mente, quæ sit mundus intelligibilis, ex Plutarcho, 1. de Placitis, Clemente Alexandrino, Diuo Augustino, &c.

Posterior.

Tanquam *externa exemplaria* Ideas videtur finxisse Plato, ex Aristotele, Alberto, D. Thoma, Scaligero, &c.
Tanquam aliud à diuina notione.
Tanquam perfectissima quædam opera, Dei; quæ sibi seposuerit:
Idque { non tantum veluti exempla, quæ intueatur. / sed etiam tanquam typos, quibus effingat consimilia.

Discrimen.

Secundum priorem interpretationem, Idea est quid *diuinum*, sed nulli creaturæ deleganda.
Secundum posteriorem est quid persimile *animalibus Mahumedis* deliratione, in cœlo conformatis.
[Fingit enim in cœlo gallum gallinaceum, quo cantante, reliqui canent: videtur hoc depromptum ex scholis Platonis.

Digitized by Google

Vtra ſententia veriſimilior?

Fortè poſterior, ſeu Ariſtotelica Idearum interpretatio.

Primò, quia Ariſtoteles repudiat imagines conſtitutas in mente, cauſſæ dianoeticæ. p. Idealem domum. Acerrimus eſt Idearum Platonis oppugnator.

Secundò quia { notæ Idearum, quæ colliguntur ex Ariſtotele, non conueniunt internis Ideis. / in memoria tam recenti, non eſt credibile diſcipulum præceptori voluiſſe imponere, aut per viginti annos Ariſtotelem præceptoris mentem non potuiſſe aſſequi.

Obiectio.

In Timæo & 1. de Rep. Ideas in mente videtur ponere Plato.

R. { externa exemplaria internis indigere, ne natura dicatur temerè agere. / perijſſe Platonis ſcholas, vnde manifeſtius doctrina Idearum comprehendi poteſt.

ARTICVLVS IX.

Poſſibilitas, inſufficientia, oppugnatio.

Poßibiliſne Idea illa talis qualem Plato effinxiſſe dicitur?

Conditiones *Idearum* multæ, ſed hæ principes.

1. quod ſit *forma ſine corpore*, eiuſdem tamen definitionis, &c.
2. quod donetur *perpetuitate*.
3. quod ſit *exemplar* in cœlo, aut ſupra cœlum.
4. quod *efficiens cauſſa* ſimilium rerum.
5. à nonnullis additur. n. quod *ſit de eſſentia* rerum ſenſibilium.

Sed videtur addi præter Platonis mentem. Nihil opifex ſui.

Tres priores conditiones poſſibiles Deo: Maximè ſi loquamur de formis permanentibus.

Quarta item poſſibilis. Si modo Deus facere poteſt, vt res cauſſet efficaciter, illic vbi non eſt, neque per ſe, neque per virtutem à ſe diffuſam, de qua re alibi.

Quintam ad conditionem quod attinet, duo ſunt aſſerenda.

n. { Formam non *informare*, niſi vbi eſt præſens. / fieri poſſe, vt vna eademque numero forma. p. vnus candor, conſtituatur eodem tempore in corporibus ſexcentis.

Concluſio.

Idea ad mentem Ariſtotelis explicata, vt ſit ficta, citra neceſſitatem & præter naturæ vires. Forſan tamen non impoſſibilis, ſi conſideretur potentia Dei abſoluta.

Sufficiunt-ne

Digitized by Googl

Sufficiunt-ne Ideæ Platonicæ ad negotium ſcientiarum?

Neutiquam { primò quia non aſtruuntur pro rebus omnibus, quarum ſcientia quæratur:
secundò quia comprehendere illas vix præſentis vitæ.

Quot modis Ideas oppugnat Ariſtoteles?

Multus & frequens Ariſtoteles in oppugnatione Idearum. Quadruplex oppugnationis ratio:

Nam { aliquando apponit ſententiæ verioris lucem:
aliquando diruit fundamenta Idearum .j. argumenta quibus aſtruuntur:
aliquando piraſticè Platonem ſuis ipſis armis & coniecturis impetit:
aliquando denique dialecticè oppugnat ſententiam Platonis, & producit incommoda & abſurditates, quibus obnoxia eſt.

Exempla quædam euerſi fundamenti.

1. Materia mutuatur *formam* ab opifice.
2. Effectus reſpondet cauſæ { non ſemper ſynonyma ſimilitudine:
ſed plerumque analogica tantum, vt cum à Sole procreantur mures.
3. Generat { mutilus, non mutilum: } &c. quia forma integra, integræ
{ claudus, non claudum. }
partes nobiles, & principes .p. caput, cor, hepar, &c.
4. Scientia eget vniuerſali, ſed non ſeparato à rebus ſingulis.

Res { eſt vt ſcitur } D. { hoc ſenſu quòd nihil rei, quæ ſcitur, effingatur alienum. C. } Obiectio.
{ ſcitur vt eſt } { hoc ſenſu, quod nihil omittatur, quod ſit ipſius, vel cum ipſa, N. } Reſp.

Abſtrahentium non eſt mendacium. j. qui abſtrahit, cognoſcitue vnum ſine alio coniuncto. p. frigus ſine candore, non ideo mentitur.

Spectandus opifex { non tam qui per partem generat:
quàm qui per ſe primo.

Animal mutilum { non per ſe totum generat effectum integrum:
ſed per partem integram, parteſue integras.

Exempla tertij generis.

1. Quia res ſcitur, Idea eget. Ergo egent numeri, relata.
2. Si Ideam non habet numerus, cur Idea eſt quidam numerus?
3. Si Idea exemplar, cur artifices non imitantur?
4. Si tenetur multitudo ſimilium rerum, cur augetur adiectione Ideæ?
5. Si Idea eſt effectrix cauſa, cur quieſcit?

Digitized by Google

6. Si { essentiæ / nominis } similitudo & societas.
equus & ipse equus non habent secundam Ideam communem.

Exempla quarti generis.

1. Omnis numerus, par vel impar, substantia, neque par, neque impar.
2. Mortale & immortale differunt, genere, specie.
3. Homo etiam à Platonicis definitur animal rationale, & immortale. Ergo ea definitio in Ideam non cadit.
4. Ex duabus rebus, quæ sint actu, non fit tertia.

Monitum.

Vocare nos videtur Plato { non ad *naturam communem*: / sed ad *singularem vnam excellentem*, in quam intuemur.
Simile ex simili intelligitur, quod mouetur ex eo quod quiescit.

SECTIO POSTERIOR,

DE VNIVERSALI AD MENTEM PERIPATETICAM.

CAPVT I.

De Doctrina, Nomenclatura, distinctione.

Ad quas Methodos pertinet doctrina de vniuersali?

AD Metaphysicam, Physicam & Logicam: sed diuerso sensu.

Ad quid maxime?

Primò. Ad *materiam*, siue ad rem, quæ dicitur vniuersalis.
2. Ad *formam*, seu vniuersalitatem.
Denominãs. Ad *compositum* ex vtraque, cuiusmodi est animal rationale, spectatur nix,
3. candor, & nix candida.
Vniuersale.

Digitized by Google

Monitum.

Tria illa capita complectuntur, & implicant ſeſe, itaut vnum ex alijs intelligatur. 1.

Aliquid proponi poſſet, quod ſit inſtar doctrinæ communioris. 2.

Quomodo vocatur vniuerſale?

Nomenclatura repetatur ex priori Sectione, Cap. priori, Art. 2.

Quomodo ſignificamus aliquem terminum ſumi vniuerſaliter?

Idem iudicium eſt de cęteris terminis, qui poſſunt communiter vſurpari, atque de vno. e. g. de equo.

Quando autem ſignificamus equum ſumi & conſiderari vniuerſaliter:

Conſueuimus loqui in hůcce modum: equus ſimpliciter, omnino, ἁπλῶς. equus generatim, ipſum equorum genus, equus omnis, equus communis, equus cunctim & generatim, equus vniuerſalis, &c.

Qui primam & communiſſimam animam dicit, non-ne dicit animam in genere?

Neutiquam: ſed tantum *primam*, & communiſſimam *ſpecierum anima*.

Motus primus, & communiſſimus, non eſt motus in genere, ſed prima & communiſſima ſpecierum motus.

Pariter figurarum prima, & communiſſima eſt, &c.

[*Non-ne vere anima in genere eſt prima & communiſſima?*

Diſt. { ſi comparatio inſtituatur tantum inter ſpecies animæ, vt extra Logicas ſcholas inſtitui ſolet, non eſt:
ſi comparatio inſtituatur abſolutè, ita vt etiam ſuperior gradus conferatur cum inferioribus, eſt.

Sed loquendi ſpectanda eſt conſuetudo.]

Quæ notiones, & definitiones vniuerſalis?

Vniuerſale definitur quod eſt in pluribus. Prima.

Quod per naturam poteſt inęſſe multis, ſeptimo Metaphyſicæ. 2.

Quod per naturam poteſt prędicari de multis, libro de Interpretatione. 3.

Quod dicitur, prędicaturue de multis, Porphyrio. 4.

Quod dicitur de ſubiecto inferioriue, ex Antepręd icamentis. 5.

Quod in omnibus, aut de omnibus, primo Poſteriorum. 6.

Vniuerſale quieſcens in animo, ſecundo Poſteriorum capite vltimo. 7.

Notio rudis repetatur ex compendijs.

Exiſtentia.

Datur aliquid cui conueniant propoſitæ deſcriptiones.

Datur ſimilitudo, quæ eſt identitas in multis.

Poſſibile id cuius cupiditas eſt naturalis: porrò ſcientiæ cupiditas eſt maximè omnium naturalis.

Quare ſcientia eſt poſſibilis.

Digitized by Google

Id verò possibile, sine quo haberi nequit, quod possibile, vt scientia.
Scientia nequit haberi, sine vniuersali, quia omnia singularia præter Deum possunt haberi aliter, potuerunt, possunt, poterunt.
Quod est vnum, & in multis, illud est vniuersale.

Equus { est in multis, quia in Bucephalo & alijs:
est vnum aliquid, quoniam similia sunt aliquomodo vnum:

Seu vniantur per naturam, seu tantum per cogitationem.
Ergo datur equus vniuersalis.
Consulatur sequens caput. [..]

Distinctio.

Physicum vniuersale vocant, *quod est* in pluribus.
Metaphysicum illud, *quod potest* inesse pluribus.
Logicum autem, *quod potest prædicari* de multis, ex quacumque tandem disciplina depromatur.
Nam res vna eademque, aliter tantum atque aliter considerata, vt equus triplex, triplicem sortitur appellationem.

Equus. e. g.

Physicum dicitur vniuersale, quatenus citra cogitationis operam pluribus inest. p. huic, & illi equo.
Metaphysicum, est Physicum illud, sed posteaquam cogitatione à pluribus auulsum.
Logicum est Metaphysicum illud, sed quatenus de multis prædicari potest.

Vniuersale Peripateticum, est-ne in multis, an post multa?

In multis ante cogitationis separantis operam.
Quia non existit separatum à singularibus, non existit *præter* singularia in natura rerum.
Post *multa* nihilominus dicitur, & *quid posterius*, rebus [singularibus.]
Animal vniuersale nihil est, aut quid posterius: primo de animo, cap. 1. n. quatenus abstractum per cogitationem.

Est-ne in animo, an extra animum?

Physicum videtur esse posse extra animum.
Metaphysicum, & Logicum non potest esse, nisi per Physicum.

Monitum.

Caue ne Physicum vniuersale capias pro eo, quod pertineat ad Physiologiam.

Digitized by G

CAPVT II.

De vniuersali materialiter, seu materia & denominato Vniuersalis.

ARTICVLVS I.

¶ Quid sit, an sit? ¶

Quid vniuersale materialiter?

Sensus quæstionis.

Quæritur quid sit illud cui tanquam materiæ & subiecto conuenit hæc affectio *vniuersalitas*, eo modo quo ebori candor, Socrati singularitas: Quid sit. e. g. animal illud, quod appellatur commune, & vniuersale. [*Sententia Ochami prima parte. cap. 13.*]

Sententia Nominalium.

Vniuersale materialiter, non est res, & natura communis, quæ sit in pluribus:

Sed { *vox communis*, vt nomen animal:
{ *aut conceptio communis.* De qua re supra: [Sectione priori, cap. prioris, Art. 5.]

Sic sentit Ochamus, cum tota Nominalium secta.

Hi volunt haberi, & audire Peripatetici. ¶

Sententia vulgatior.

Vniuersale *materialiter*, non est commune nomen, non communis notio, siue τὸ concipere commune:

Sed natura, quæ vtrique respondeat nomini videlicet conceptionique communibus sit vna & in multis.

Eaque { nunc *realis*, vt natura humana communis:
{ nunc *rationale* aliquid, vt communis cõsulatus, chimæra ἁπλῶς.

Natura humana primùm sine controuersia est in Petro & in Paulo, ideo est in multis.

Deinde videtur aliquomodo *vna & indiuisa.*

Quia similia creduntur aliquomodo *vnum*: ¶

Vt similiora magis vnum, magis vnitas.

Et proinde apud Peripateticos celebriores admittuntur quatuor gradus.

Commune nomen, communis notio, communis natura, multa particularia.

Confirmatur hæc sententia: Primò quia Aristotelis animal vniuersale non est *extra* & *præter*, non *ante* singularia: [Nomen verò conceptusque potest esse extra, & præter res singulares.]

Secundò quia, quod scitur, illud vniuersale.

Tertiò quia substantia diuiditur in primam & secundam, idest vniuersalem. 3. *de anima*

Quartò quia Aristotelis sensus est rei vniuersalis, &c.

Digitized by Google

Quintò quia vniuersale dicitur esse æternum & immutabile [vbique, non nomina & conceptiones.]

Obiectiones.

1. Quod significat, illud est signum: substantia secunda *significat quale*, ex capite de substantia in Categorijs. Ergo est signum.
2. Quodnam verò nisi vox aut conceptio?

D. S. { quatenus spectatur vt voce circumuestita, C.
{ si spectetur sola. N. tunc est *quale* aliquid, non autem *significat* quale.

N. C. Quia etiam *prima* dicitur significare, hoc aliquid, quam tamen esse naturam nemo inficiabitur. Valeant vniuersalia, quia sunt cantilenæ, inanis locutio, poëtica metaphora.

3. D. Platonica concedo; Socratica, & Aristotelica, N.

Vniuersale, est quid *posterius* [rebus singulis] colligitur ex primo de anima, cap. 1. Ergo videri possit esse nomen, vel conceptio.

D. A. vt res. N. vt res abstracta, C.

[Id est { quatenus abstractum à rebus singulis, vel Metaphysicum, C.
{ quatenus Physicum in singulis, N.

D. Item { vniuersale formaliter, seu ratione vniuersalitatis, C.
{ vniuersale materialiter, N.]

4. Quicquid est prçter Deum, id producitur. §

Iam quicquid rei producitur, est quid singulare.

D. si per se producatur, vt Socrates, Bucephalus, C.

Si per aliud tantum, vt homo per Socratem, N.

Graduum quot sunt genera in natura rerum obseruanda?

Quidam neque sunt, neque esse possunt *vniuersales*, vt Deus, Lentulus, Lentulitas.

Quidam iam sunt, aut saltem esse possunt *vniuersales & communes.*

Horum,

Quidam neque sunt, neque esse possunt *genera*, sed tantum *vltimæ species*, vt candor, homo, equus, calor, frigus:

quia alioquin progrederemur in infinitum.

Quidam iam sunt *genera*, aut saltem esse possunt, non sunt, neque esse possunt vltima species, nisi *perfectionis* & essentiç, aliquid adijciatur.

Quid gradus vniuersalis?

Generatim est natura quæ afficienda est vniuersalitate.

Siue sumatur tota, vt natura humana.

Siue partialis tantum, vt natura humana Socratis.

Propriè est essentia numero vna, cui similes aliæ possunt assignari -- seu essentia quç euasura est vniuersalis, si coniungatur cum cæteris in eam incurrentibus definitionem, --- vt candor Socratis, animalitas Socratis.

Digitized by Google

Quæ-nam eſt ſufficiens materia vniuerſalis?

Gradus vnus cum cæteris quibuſuis conſimilibus, ſiue ſint, ſiue tantum eſſe poſſint.

Non autem gradus quiſque numero vnus, qui ſimiles ſortiri poſſit, vt ſola natura humana Platonis.

Quid ita?

Quoniam alioquin tot efficerentur, & eſſent vltimæ ſpecies, quot individua, tot genera, quot ſpecies.

Nam. e. g. mea natura humana fieret quędam ſpecies hominis, & tua conſimiliter, &c.

ARTICVLVS II.

Eſt-ne vniuerſale corporeum, an incorporeum?

Quid hîc corporeum & incorporale?

Materia ipſa naturalis, vt corpus meum.

Quod compoſitum ex materia & forma, vt Bucephalus. ¶ Primò.

Quod educitur è materiæ poteſtate, vt calor, anima equi. 2. 3.

Reſponſio ad quæſtionem.

Eſt corporeum, quando omnia ſingularia ſunt corporea, vt animal, calor, planta, &c.

Incorporeum, quando omnia ſingularia incorporalia, vt Angelus, mens, animus noſter.

Indifferens, quando partim corporeum, partim incorporeum.

Obiectiunculæ.

[Quicquid eſt in noſtro animo id ſpiritale & incorporeum.

Atqui omnia ſunt illîc vniuerſalia, poſſiunt-ue eſſe: Ergo, &c.

D. P. { ſi eſt per præſentiam ſui & ſubiectiuè, vt mens, virtus, C. / ſi obiectiuè tantum aut per imaginem ſui, N. ¶

D. S. obiectiuè, C. ſubiectiuè, N.

Quicquid mentem, rem ſpiritalem mouet, ſpiritale eſt.

Cœlum dum cognoſcitur eam mouet: Ergo ſpiritale eſt.

D. P. { ſi per ſe mouet, vt Deus, voluntas, imago intellectiua, C. / ſi per aliud tantum, N.

D. S. per ſe. N. per imaginem ſui, concedo.

Corpus nunquam eſt in alio corpore: ¶

Animal eſt in equo, qui eſt corpus.

Animal igitur non eſt corpus: ſed res incorporea.

D. P. { à quo realiter differat, vt homo in pariete, C. / cum quo ſit realiter idem, vt animal cum Bucephalo, N.]

Digitized by Google

¶ ARTICVLVS III. ¶

Eſt-ne præter ſingularia?

Vniuerſale eſt-ne in natura rerum præter ſingularia, & extra ſingularia, et ſeparatum?

Neque eſt, neque eſſe poteſt.

Quia ea eſt mens Ariſtotelis paſſim. p. capite de ſubſtantia, primo Poſteriorum cap. 6. & 17. primo Metaphyſicæ, cap. 2. & 6.

Secundo quia, quicquid exiſtit ſeorſim, eſt *hîc & nunc.*

Tertio quia Architectus nouit tum domum, tum hanc domum:
Sed non facit niſi hanc domum.

Quarto quia eſſentia rei non eſt extra rem.

[Si natura vniuerſalis cohæreret ſine vlla ſingulari, profecto excitaretur à Deo ſine vlla ſingulari.

At verò nequit in eum modum procreari, proindeque non exiſtit præter ſingularia.

Si homo poſſet cohærere in natura præter ſingulares homines, animal præter hominem & belluam, non valeret argumentum ductum à remotione omnium partium, ad totius remotionem.]

Obiectio.

Vniuerſalia ſunt æterna. Ergo extiterunt ante ſingularia.

D. A. pro tempore, *negatiuè*, C. *poſitiuè* N. de qua re poſtea.

Non intereunt. D. per ſe C. per ſingularia N.

Prius poteſt cohærere in natura ſine poſteriori:
Vniuerſale eſt prius, quàm ſingulare: [Ergo poteſt cohærere ſine poſteriori.]

D. ſi ſit prius ſecundum tempus, C.
Si dumtaxat ſecundum naturam,

D. S. ſecundum naturam C. ſecundum tempus,

D. { quàm omnia ſingularia, N. ¶
{ quàm vnum { ſi ſit primum, N.
{ niſi ſit primum, C. ¶

Sed tunc præcedit vnum ſingulare per aliud.

Poteſt-ne ſaltem in animo & cogitatione cohærere præter ſingularia?

Poteſt præter ipſa, aut ſaltem præter ipſa diſtinctè cognita.

Primò. Quia eſt quid origine prius.

2. Quia omnes mortales quando eminus intuentur canem, aut lupum, &c. prius norunt eſſe quadrupedem diſtinctè, quàm eſſe lupum.

Dum

Digitized by Google

Dum tamen cognoſcitur vniuerſale, cognoſcitur etiam ſaltem confusè aliquid ſingulare.

Quia ſingularia includuntur in vniuerſali.

Dum cognoſcitur vniuerſale, cognoſcitur-ne quoduis ſingulare?

D. aut adhibetur explicitè vel implicitè ſignum totius generis. p. cum dicitur omnis homo, omnis triangulus, & tunc *ſingularia* omnia comprehenduntur ſecundum quid & confusè.

Non tamen omnino & ſimpliciter, vt conſtat ex primo Poſteriorum.

Innumerabilia nemo diſtinctè comprehendit.

At quando non adiungitur, non omnia comprehenduntur, alioquin non fierent propoſitiones particulares. n. I, & O.

CAPVT III.

De Vniuerſalitate.

ARTICVLVS I.

Notio, conditio, exiſtentia.

Quid hîc ſignificatur nomine vniuerſalitatis?

Forma & affectio, per quam aliquid. p. homo, eſt vniuerſale. j. vnum de multis [prædicabile] vnum in multis ſynonymè, & diuiſim.

Aliquid in homine reperiri poteſt, nec tamen in Socrate, per quod homo eſt quid *vnum*, & nihilominus ad multa pertinens.

Quæ conditiones?

Prima occurrit { vnitas cum multitudine. / multitudo cum vnitate.

Omnes mortales, quæ ſunt vnius eiuſdem ſpeciei, aliquo modo pro vno habent, & eodem.

Dicitur recuperaſſe quod amiſerat, qui aliquid ſimile comparauit.

Secunda eſt prædicabilitas in recto caſu, cum ſynonymia, & diuiſione.

De prædicatione in Logico compendio.

Tertia eſt ſimplicitas: ſed tantum pro ſimplici vniuerſali. p. pro genere vel ſpecie:

Non autem pro compoſito. p. pro definitione.

Exiſtentia.

Si datur vniuerſale, concedenda eſt vniuerſalitas: [Atqui datur vniuerſale. Ergo, &c.]

Obiectiones poſtea proferendæ, diluendæ.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Variæ ſententiæ de genere vniuerſalitatis.

Ex quo genere entium vniuerſalitas?

Eſt-ne quid abſolutum, an reſpectiuum?

Videtur natura vniuerſalitatis, & vniuerſalis contineri quadam relatione: vt patet ex doctrina de relatis.

Itaque apud eos qui præter diuinas relationes nullam admittunt, quæ ſit *realis*, neceſſe eſt vniuerſalitas cenſeatur intèr *rationales proprietates*, inter entia rationis.

Apud alios quæritur

Sit-ne vniuerſalitas, affectio realis, an rationalis, & cuiuſmodi?

Monitum.

1. Multa repetenda è compendiis, vt ſermo ſequens comprehendatur.
2. Potentia negatiua dicitur *non repugnantia*, nec inſinuat perfectionem.
3. Denominatio interna, vel externa.

Prima ſententia.

Vniuerſalitas in rebus. p. in animali, in homine, in colore, in candore, &c.

Interne ſcitur, diſtinguiturque à ſingularitate:

Sed non efficitur mente, & cogitatione.

Ideo videtur eſſe proprietas *realis*, quando eſt in reali ente, p. in animali.

Licet non poſſit eſſe niſi rationalis, quando eſt in ente rationis. p. in chimera, in conſulatu, &c.

Secunda ſententia.

Vniuerſale, vt animal, homo, citra mentis operam & realiter, eſt *vniuerſale in phyſico ſtatu*:

Sed non in *Metaphyſico*, & Logico.

Vniuerſale exiſtit citra cogitationem formaliter vniuerſale phyſico modo:

Quia eſt *vnum*, & in multis ſingularibus:

Sed non eſt *aliquid*; à ſingularibus.

Tertia ſententia.

Vt animal eſt rationale, vel irrationale: numerus par, vel impar, &c.

Tripliciter tamen conſideratur.

Primò vt animal. Secundò vt rationale. Tertiò vt irrationale.

Ita { animal vel eſt in ſingularibus .p. in Petro, in Bucephalo:
tum citra mentis operam.
tum per mentem aliquando dum cogitatur.
Vel exiſtit extra ſingularia:
Licet non niſi per mentis & cogitationis operam.

Digitized by Google

Et tamen { Primò ſecundum ſe conſideratur quatenus eſt animal.
Secundò quatenus in ſingularibus, & in natura rerum.
Tertiò quatenus extra ſingularia, per mentis operam.

Porrò ſecundo nomine eſt quid ſingulare, non vniuerſale.

Primo eſt vniuerſale, per *non repugnantiam*. []

Tertio eſt propriè vniuerſale.

Quarta quæ affinis.

Natura quæ dicitur vniuerſalis, vt animal, tribus conſideratur modis.

.n. { ſecundùm ſe. p. vt animal.
cum ſingularitate. p. vt animal ſingulare.
cum vniuerſalitate. p. vt animal vniuerſale.

Primo modo eſt *indifferens*, eſt vniuerſalis *poteſtate*, etiam in compoſito ſenſu, , & tamen ſingularis licet *negatiue*.

Animal manens animal eſſe vniuerſale poteſt.

Animal ſingulare poteſt eſſe vniuerſale: Si tamen deſinat eſſe ſingulare.

Secundo { eſt ſingularis actu, energia, & de facto.
vniuerſalis { non actu & energia.
at poteſtate { non tamen in compoſito ſenſu.
ſed tantum in diuiſo.

Tertio modo. n. dum conſideratur generatim, cunctim, vniuerſim, eſt quid vniuerſale propriè actu, & formaliter:
ſed non eſt niſi dum generatim conſideratur.

Ideo vniuerſalitas pendet à mente, & cogitatione.

Eſt à mente { coniungente res ſimiles. [..]
diſiungente res diſſimiles.

Omninoque vniuerſalitas eſt *proprietas rationalis*, non realis:

Idque { ſiue tribuatur rei veræ. p. animali.
ſiue fictitiæ. p. chimæræ, conſulatui.

Fundamentum tamen illius in reali énte, p. in animali, cum tribuitur, inuenitur citra mentis operam, aut exiſtit ſaltem.

Alioquin non potius { ex animali genus / ex homine ſpecies } efficietur, quam contra.

Quinta ſententia.

Vt viſio { quamquam denominat [extrinſecè] parietem, paries dicitur viſus:
non eſt tamen in pariete, ſed in oculo:

Ita *vniuerſalitas*, ex. gr. animalis, eſt affectio *realis*, vnde res generatim cognita nominatur *vniuerſalis*.

Sed in mente eſt, & inhæret formali conceptioni, non autem cognitæ rei & obiectiuæ conceptioni.

Digitized by Google

Ab ea dicitur { intrinsecè mens generatim cognoscens. / extrinsecè res vniuersaliter cognita, vniuersalis.

Monitum circa hanc sententiam.

Examen superioris sententiæ.

Saue vt { vitio est in oculo, non in pariete. / visibilitas nihilominus in pariete:

Ita { licet statuas in mente generalem, & communem intellectionem, / nihilominus in re, quæ intelligitur generatim, statuenda est communis intelligibilitas, seu opportunitas per quam possit cognosci generatim, vniuersè.

ARTICVLVS III.

Variæ hypotheses ad dijudicationem controuersiæ.

Prima.

Controuersia potius est theoretica, quam practica:
Varia eius dijudicatio non variat præceptiones Logicas.

Secunda.

Vniuersalitas, vel à natura, vel à mente, vel ab vtraque.
Si penderet à mente sola, homo pro arbitrio tuo foret genus, aut species.

Tertia.

Si quis opificium, & confectionem vniuersalitatis, tribuit naturæ soli, non ideo artificem sermonum, & methodorum multum iuuat.
Nam vt fiat à natura, nihilominus *mente*, & industria nostra internoscenda est.
Non est facilius factam à natura *internoscere* vniuersalitatem ..... quàm *facere* ex materia occurrenti.
Nec est difficilius hominem specialitate, per cogitationem induere, quàm deprehendere in ipso specialitatem, quam natura excitauerit.

Quarta.

Quæ ingenij nostri est infœlicitas peruersa, in hoc negotio vt astruatur *vniuersalitas*, proinde satagimus, atque si propemodum foret impossibile, destruere singularitatem.
Ex altera parte quando agitur de principio indiuiduationis, & de astruenda *singularitate*, laboramus perinde, atque si vniuersalitas foret astructu facillima, destructu difficillima.

Quinta.

Quicquid sentias, caue ne tot astruas vltimas hominis species, &c. ..... quot sunt singulares homines eiusdem naturæ & definitionis.

Digitized by Google

Sexta.

In categoria { qui ascendit, componit / qui descendit, diuidit } ex Porphyrio.

Qui nouit vniuersum genus. p. triangulum, nouit aliquomodo *omnia* singularia, licet non plane, & omnino, ex primo Posteriorum.

Septima.

Animal ante mentis operam, nisi iam est genus, habet opportunitatem, & potentiam, per quam potest esse genus.

Sed neque est, neque esse potest vltima species.

Nisi { Quid adijciatur. p. rationale. / Quid abijciatur. p. animalitas belluæ.

Natura hominis neque est genus, neque esse potest.

Nisi { quid abijciatur. p. rationalitas. / quid adijciatur. p. animalitas belluæ.

Sed est, vel esse potest vltima species.

Ideo nisi ante mentis operam ineſt *generalitas*, & *specialitas*, saltem ineſt ad vtramque opportunitas, & potentia.

[Vt è quouis ligno non fit Mercurius; Ita non fit ex equo genus.

Alioquin si per errorem Deus conciperetur tanquam genus, Deus fieret genus, &c.]

Octaua.

Quando occurrunt duæ sententiæ oppositæ, & nihilominus probabiles, fere diuidendum est.

Nona.

Quærat Metaphysicus, vtrum humana natura, quæ nunc est mea, possit, potuerit esse alterius. p. Platonis, eadem numero.

Non tamen si mea natura euadat Petri: ideo futura est vniuersalis.

Nam tribuetur multis, siue diuisione sui.

Decima.

Similia, etiam innumerabilia, cogitatione complecti, & confundere facillimum, vt secernere difficillimum.

Undecima.

Dantur, darique possunt in natura rerum, sexcenti gradus, qui sunt simillimi, p. innumeri candores.

Duodecima.

Similia nisi sunt *vnum* in *natura rerum*: sunt saltem *vnibilia*.

Quia per cogitationem vniri possunt.

Decima-tertia.

Vnitas imperfecta est sola rei *indiuisio* in se.

Vnitas perfectior { tum *indiuisio* in se. / tum *diuisio* à quouis alio [vt manus abscissa.]

Digitized by Google

Decima-quarta.

Vnitas graduum genericorum, & ſpecificorum duplex:

n. { vna dicitur *formalis*, per quam eorum quiſque eſt vnus. p. per quam humanitas mea, eſt vna indiuiſa in ſe, & hæc multiplex, pro multiplicitate indiuiduorum.
{ altera per quam omnes gradus ſimiles, ſimul collecti ſunt aliquomodo vnum. p. omnes humanitates, vna humanitas:

Et hæc videtur eſſe *vnitas vniuerſalis.*

Decima quinta.

Si machinale horologium multoties coagmentatur, non ideo eſt alterum, & alterum.

Ex duobus equis per mentalem coniunctionem, facio binarium, eoſdem duos, ſi mente copulaueris, non propterea erit alter binarius.

ARTICVLVS IIII.

Quid dicitur probabiliſsimè in hac controuerſia?

Prima propoſitio, aut concluſio.

Ex pauculis ſpecimiribus. p. ex candore, & colore: homine, & animali, &c. licet iudicare de rebus cœteris, quæ ſunt, aut fiunt vniuerſales.

Secunda.

Vnus gradus genericus, aut ſpecificus, vt natura humana Socratis, quatenus eſt coniunctus cum certa ſingularitate. p. cum Lentulitate, non eſt vniuerſalis.

Alioquin homo ſingularis, foret homo vniuerſalis.

Abigenda per cogitationem *incommunicabilitas*, & vltima determinatio.

Tertia.

Gradus vnus, vt natura humana Socratis, niſi coniungatur cum cœteris ſimilibus, non eſt vniuerſalis, nili inchoate.

Alioquin tot forent hominis ſpecies, quot indiuidua.

Quarta.

Vniuerſale aliquando concipitur ranquam congeries graduum diſſimilium copulatiua, aut diſiunctiua:

Vt cum dicitur { omnis homo eſt animal, *copulatiuè.*
{ equo mihi eſt opus *diſiunctiuè.* i. hoc, vel illo.

Quinta.

Sæpe congeries accipitur, ſed non integra.

Omnis homo ſumitur pro plurimis hominibus, &c.

Digitized by Google

Sexta.

Vniuerſale, non ſemper concipitur tanquam congerics graduum:
Sed ſæpe tanquam vnus gradus *communis*, inde efformatus;
Vt quando tota ſpecies dicitur reperiri in quoque indiuiduo.

Septima.

Vt gradus ſit imperfectè vniuerſalis, ſufficit *confuſio*, ſeu indiuiſio graduum ſimilium [p. omnium candorum, imo vt ſit perfectè vniuerſalis.]

Octaua.

Vt ſit perfectè vniuerſalis, requiritur præterea *diuulſio* à rebus diſſimilibus.

Fit candor communis { coniunctione candoris, cum candore.
{ ſeiunctione candoris, à non candore.

Nona.

Vt ſit perfectiſſimum aliquod vniuerſale, requiritur vt tales complectatur *perfectiones*. p. eas quæ requiruntur ad conficiendam totam naturam Socratis.

Decima.

Conficere, & agnoſcere vniuerſale, facillimum, ſed *tale* difficillimum.

Vndecima.

In eo gradu, qui eſt, euaditue vniuerſalis. p. in natura humana Socratis:
Primo *vnitas* [formalis] eius conſideranda. [p. vnitas niuei candoris.]
Secundo *coniunctio* eius, cum ſimilibus [p. cum alijs candoribus.]
Tertio *ſeiunctio*, & abſtractio à diſſimilibus. [p. à non candore.]
Prima illa conditio, in rebus veris non requirit mentis operam.
Tertia abſoluitur cogitatione, ſed non videtur vſquequaque neceſſaria ad communitatem.
De ſecunda quæritur vtrum conueniat per naturam rebus veris. p. candori: an vero per mentis operam.
Nam certe meris *entibus rationis*. p. Chimæris, non niſi per mentem conuenire poteſt.

Duo-decima.

In qua cardo quæſtionis.

Ea conditio eſt *realis*, & citra mentis operam in rebus veris:
Si omnia ſimilia *poſsibilia*, ſunt ſufficienter, & realiter vnum, citra mentis operam.
Eſt tantum *rationalis affectio* & proprietas, niſi ſunt citra mentis operam ſufficienter, realiterque *vnum*.
Si ſunt potius *vnibilia*, quam *vnum* [realiter.]

Decima-tertia.

Similia velis, nolis, fere confundis. p. ouum cum ouo per cogitationem.
[Ideo candor niuis non difficulter confunditur cum ſimilibus.]

Digitized by Google

Decima-quarta.

Separare vnum ab alio, dissimile à dissimili, mente, facile est.

Decima-quinta.

Vna eademque cogitatione possimus complecti,& abstrahere. p. coniungere candorem cum candore,& seiungere à non candore.

Decima-sexta.

Vt vniuersalitas,& secunda illa conditio, per mentem absoluatur,
pendet tamen à natura, exiſtit in rebus ratione alicuius aptitudinis, & fundamenti.
Alioquin non potius animal,quàm homo fieret genus.
Aptitudo & fundamentum consistit in eo, *quod gradui* similis alius gradus inueniri possit.

Decima-septima.

Quæ aduertenda.

Si *vniuersalitas* fit per mentis operam. p. in homine,in animali,&c.
Plures vniuersalitates erunt vnius eiusdemque rei. p. plures specialitates hominis.
Vna quæ nunc fiat à Socrate, altera quæ à Platone, tertia quæ postea ab eodem Socrate.
Vt plures vnius eiusdemque horologii compositiones, coagmentationes.
Non ideo tamen erunt duæ hominis species, licet sexcentæ specialitates.
Vt non sunt duo binarij, cum duo equi à duobus numerantur, &c.
Non duo horologia,quia duæ coagmentationes.

Decima-octaua.

Omnino verisimilius *vniuersalitatem* absolui mentis operatione,inchoari tamen à *natura*, à qua fundamentum,& opportunitas.

Decima-nona.

Realitas tamen vniuersalis,suos habet assertores, qui contendant totam vniuersalis generalitatem, totam hominis specialitatem,esse à *natura*.

Vigesima.

Ita astruenda vniuersalitas,vt non fit duplex species, licet sæpius efficiatur species.
Vnum est subiectum licet compositum à multis: vnum fundamentum licet sæpius & à pluribus similia cogitatione connectantur.

Monitum.

Sæpe ex duabus opinionibus aduersariis, neutra plane vera est, neutra plane falsa.
Ideo astruenda media, per diuisionem sensus,in varia capita.
[Quidquid sentias,caue ne specificum gradum, qui inuenitur in vno singulari.p.humanitatem Socratis,speciem esse arbitreris.
Nam gradus omnes similes. p. omnes humanitates,conspirare & conuenire debent

Digitized by Google

debent ad compoſitionem ſpeciei, alioquin quando ſpecies prædicatur de vno indiuiduo, vnde expreſſa non foret (p. homo de Antichriſto) tribueretur ipſi quod non ineſſet ipſi.]

ARTICVLVS V.

Obiectiones, & ſolutiones.

Naturam videri opificem vniuerſalitatis.

Prima obiectio, et coniectura.

Animal citra mentis operam, eſt in multis. [ergo eſt vniuerſale.]
D. Ant. multiplex in multis,, concedo: vnicum in multis. N.
[Nego conſecutionem.]

Secunda.

Animal citra mentis noſtræ operam, habet *potentiam*, & aptitudinem, qua poſſit ineſſe multis, vnum atque idem.
D. quæ ſit *non repugnantia*. C. & quæ ſit inchoata.
Quæ ſit *poſitiua* & perfecta aptitudo. N.
Aliter ferrum, aliter calidum ferrum poteſt calefacere.

Tertia.

Animal in ſe ſpectatum deprehenditur *propenſius* ad prædicationem de multis, quàm animal *ſingulare*, animal conſideratum cum ſingularitate.
Animal tamen ſingulare obtinet non *repugnantiam*, per quam poteſt prædicari de multis.
Quare animal ſecundum ſe, habet neſcio quid maioris procliuitatis ad illam prædicationem.

Reſpon. { non repugnantiam in *compoſito ſenſu*, eſſe aliquid maius, quàm non repugnantiam *in diuiſo*.
{ non repugnantiam { *animali* in compoſito ſenſu conuenire.
{ *ſingulari* animali non conuenire, niſi in diuiſo.

Animal poteſt eſſe vniuerſale manens animal.
Animal ſingulare, poteſt eſſe, ſi deſinat eſſe ſingulare.

Quarta.

Quod πέφυκε, aptum natum eſt per naturam, id potentiam à natura habet.
Atqui Ariſtoteli vniuerſale aptum natũ eſt prædicari de multis, ineſſe multis.
Ergo potentiam à natura habet.
D.P. { à natura altera, vel ab vtraque, ſeu à materia, & forma, C.
{ ab vtraque ſua natura, nego.
Quæ fiunt ex materia idonea, dicũtur πεφυκέναι etiam ſi forma non ſit natu-

Digitized by Google

turalis, nec propriè natura, vt cultellus ferreus.

[πφυκός res dicitur { tum quando & ſecundum materiam, & ſecundum formam eſt naturalis & idonea. / tum quando forma eſt artificioſa, ſed in materia per naturam apta.]

Quinta.

Conditio rei obiectæ, neceſſaria ad mouendam facultatem, antecedit actionem eius, vt coloris illuſtratio viſionem.

Atqui *vniuerſalitas*, eſt conditio *neceſſaria*, ad mouendam mentem patientem, & intellectum, [i. nihil mouet mentem, niſi ſit formaliter vniuerſale.]

[Ergo vniuerſalitas antecedit perceptionem & cognitionem.]

Neganda ſumptio.

Monitum.

Sunt qui admittunt totum ſyllogiſmum. p. illi qui arbitrantur *vniuerſalitatem* fieri, per *agentem* intellectum.

Sexta.

Similia ſunt *vnum*, etiam citra cogitationis operam.

D. poteſtate, C. actu, N.

Sunt *vnibilia*, quia in vnam coire poſſunt notionem. Nondum tamen ſunt *vnita* actu.

Septima.

Res citra mentem ſunt ſimiles genere. D. { genere materialiter. C. / genere formaliter, N.

Exiſtente Socrate, exiſtit tum ſpecies, tum genus.

D. per ſe primo, N. per partem, vt menſis per diem, C.

Octaua.

Senſus eſt ſingularium, intellectus vniuerſalium. Ergo antequam res intelligatur, eſt vniuerſalis, aut facienda eſt vniuerſalis.

D. A. vniuerſalium tantum, N. vniuerſallium *praterea*, C.

Nona.

Senſus etiam occupatur circa vniuerſale. p. circa colorem.

D. Quod ſit formaliter vniuerſale. N.
Quot ſit inchoate, & materialiter, C.

Color ille qui ſentitur non eſt vniuerſalis, ſed fieri poteſt.

Decima.

Quicquid per ſe (non per partem tantum) efficitur à mente ſingulari, ſingulare eſt, vt hæc domus, hic clypeus.

Vniuerſale ſi efficitur à mente, efficitur à mente ſingulari, p. à Platonis mente.

Quare videtur ſingulare, non vniuerſale.

Sumptio negari non poteſt, quia mens non agit verè, niſi per hanc & illam mentem.

D. P. Si efficitut à mente per aliam facultatem, vt domus per vim motricem, C.

Digitized by Google

Sin autem efficitur ab ipſa vna, ſine ope ſubſeruientis facultatis:

Tum { vel efficitur tanquam quid realiter exiſtens, vt ſcientia, & habitus mentis, &c.
vel tanquam rens aliquod *rationale*, quid exiſtens obiectiuè in mente.

quo nomine { Si eſt *prima intentio*. N. quia cognoſcitur *animal*, & hoc animal, chimæra, & hæc chimæra.
ſi ſecunda eſt intentio, C.

Quando animal ſit generale, non ſit *generalitas*, ſed vna numero *generalitas*.

Specialitas hominis non niſi numero differt, à candoris ſpecialitate.

Coniecturæ aduerſariæ, cum qualicumque ſolutione.

Ex primo de animo, vniuerſale eſt quid poſterius. [n. rebus ſingularibus. *Prima.*
D. quatenus abſtractum, C. quatenus vniuerſale. N.
Quicquid eſt citra mentis operam in natura rerum, id ſingulare eſt. 2.
D. per ſe aut per aliud, C. per ſe, N.
Plato eſt per ſe ſingularis: homo, per Platonem.
Quicquid fit à ſingulari cauſſa, id ſingulare. 3.
D. ſi fit per ſe primo, vt hæc domus, C.
Si per aliud, aut per partem, vt domus per hanc domum. N.
Intellectus dicitur facere vniuerſalia. 4.

D. { ſecundum ſe, ſeu ſecundum ipſa. N. non enim facit res, &c.
ſecundum imaginem, & abſtractionem, C. [nam in animo pingit rerum ſimulacra.]

Vniuerſalia ſunt in animo. D. { πῶς, & aliquomodo, C. 5.
ἁπλῶς, & omnino. N.

Vniuerſale quieſcit in animo. D. vt abſtractum, C. vniuerſale. N. 6.
Animal citra mentis operam eſt diuiſum, ſi ſumitur pro omni animali eſt diuiſum in ſe. ergo non eſt vnum, ideoque non eſt vniuerſale. 7.
D. diuiſum numero, C. diuiſum genere. N.
Diuiſio excludit vnitatem, D. ſibi oppoſitam. C. quamlibet. N. 8.
Priuationes non reperiuntur in natura rerum citra mentis operam. 9.
Atqui vnitas eſt priuatio quædam, nimirum priuatio diuiſionis.
[Ergo neque vnitas reperitur in natura rerum citra mentis operam.]
D. P. propriè concedo: abuſiue, N.
De ſumptione alibi n. in metaph. ſermo. de vno.
Ante conditum orbem non extabat vniuerſale; non extabant inferiora. 10.
D. actu C. poteſtate, N.
Quod verè exiſtit in natura, non poteſt eſſe idem cum eo, quod non exiſtit, vt nos cum Socrate. 11.

Digitized by Google

[Atqui { quæ sunt eiusdem speciei dicuntur vnum atque idem.
ex individuis vero eiusdem speciei alia exiitunt, alia non item.
ergo non nisi per mentis connectentis operam sunt vnum.]

D. numero C. genere aut specie. N. dies hodiernus sumitur cum sequenti.

12. Conditiones *vniuersalis*, p. æternitas, incorruptibilitas, ingenerabilitas, vbiquitas nequeunt citra mentis operam conuenire animali.

D. { animali quatenus est singulare quiddam, C.
animali in se spectato cum quadam confusione. N.

ARTICVLVS Vltimus.

De genesi, & confectione vniuersalitatis.

Quomodo fit vniuersalitas?

Primum inuenienda est materia idonea: deinde elaboranda.

Quæ inuentionis ratio?

Quicquid facit similitudinem (latè sumpto nomine similitudinis) id materia idonea est *vniuersalitatis*, vt candor, natura humana, conferenda plurima similia, & caussa similitudinis exponenda, exprimenda.

Quo elaboratur opere?

Abstractione similium à dissimilibus, vt candoris à non candore:
Et præcipuè confusione gradus vnius, cum omnibus, aliisue similibus, qui sint possibiles, vt candoris vnius cum omnibus candoribus.
Ita vt ex omnibus vnus efficiatur communis gradus.
Sed *complexio* magis requiritur, quam *abstractio*, quia in specie differentia coniungitur cum genere.
Eadem mentis agitatione possumus abstrahere, & complecti, etiam sensus simul abstrahit, & complectitur.

Vnde ordimur elaborationem?

Peritus orditur vnde lubet.
Imperitus à rebus variis impressionem accipit:
Et nunc istud, nunc illud componit vniuersale:
Nunc perfectum, nunc imperfectum;
Fereque imperfectum, & mutilum, nisi præeat peritus præceptor:
Putà dum putat se imaginari totam naturam equi, nec imaginatur totam.
Sæpe etiam confusum, & redundans, e. g. quando putat visiuum pertinere ad naturam communem animalis.
Enitendum est vt principio probè componantur vltimæ species perfectiores, vt candor, canis, equus.
Deinde vt ex speciebus eliciantur genera, donec ad supremum caput perueniat.

Digitized by Google

Conſulendus ſermo de condendis categoriis. [in prolegomenis ad categ.]

Eſt ne operoſum facere vniuerſale?

Facillimum eſt facere vniuerſale, qualecunque vniuerſale. p. candorem communem:

Quia { facile eſt mente ſeparare diſſimilia. / facilius coniungere ſimilia.

Sed conficere certam, integram, miniméque redundantem ſpeciem hominis, equi, candoris, &c.

Certum integrum miniméque redundans genus. p. animalis, piſcis, caloris, ſaporis, difficillimum eſt, potiſſimum in ſubſtantiis:

Niſi præeunte perito præceptore: etenim eſſentiæ rerum ſunt ſicut numeri. Differentiæ pleræque latent, paucæ reciprocę ſunt.

Difficillimum eſt omnes vnius generis conferre ſpecies.

Itaque magna habenda gratia conditoribus, inſtitutoribus categoriarum.

Quæ mens facit vniuerſalitatem?

Sententia prior.

Apud eos qui negant *ſingulare* mente comprehendi, intellectus qui dicitur *agens* facit *rem vniuerſalem*. i. phantaſma ſingularitate exuit:

Siue appingit menti, quod phantaſmate repræſentatur. p. hunc candorem: ſed omittendo, nec repræſentando ſingularitatem.

Refelluntur, quia mens videtur intelligere res ſingulares. p. Deum, & parentes noſtros.

Agens intellectus debet bona fide pingere in mente patienti, quicquid phantaſmate repræſentatur.

[Tertiò quia ſi humanitas Socratis exuta ſingularitate eſt vniuerſalis, nica eodem modo fiet vniuerſalis. Atque ita humanitates vniuerſales ſunt futuræ innumerabiles.

Quartò quia non potior ratio cur humanitas Socratis percepti efficiatur vniuerſalis, quam eiuſdem candor, ſapor, &c. Ideo futurum eſt, vt plurimæ excitentur ſpecies generales.

Quintò quia detracta ſingularitate non efficitur niſi ſpecies vltima.]

Obiectio.

[Quælibet imago Socratis in intellectu conſtituta repręſentat omnem hominem. Ergo eſt vniuerſalis.

Diſt. Ant. { omnem hominem ſingularem, C. / omnem hominem tanquam vnam communem ſpeciem quæ ſingularitatem excludat, N.

Diſt. item { eo modo quo id ipſum facit in phantaſia, C. / alio vero modo, N.

Repręſentat vero omnes homines, quatenus Socrati ſunt ſimiles.

Diſt. Conſ. { hoc ſenſu quod repræſentat multa ſingularia ſimilia, C. / hoc vero ſenſu quod repræſentet duntaxat naturam communem Socratis, non autem propriam & ſingularem eius naturam, N.

Digitized by Google

Posterior & verior.

Quæ mens *complectitur*, & *abstrahit*, ea facit vniuersalitatem.
Ideoque mens patiens.

Quia tribus suis actionibus?

Sententia [Intueri, proponere & argumentari, tres sunt mentis functiones.
1. Sunt qui negant rem vniuersalem fieri nisi secunda mentis operatione, vt quando per illam comparatur cum inferioribus.
Refelluntur primò, quia hoc sensu nulla definitio foret vniuersalis, cum pertineat quæuis ad primam mentis operationem.
2. Quia species vltima in scientiis est vniuersalis, & tamen illic comparatur cum suo genere, suis differentiis, & affectionibus, non cum suis inferioribus, nisi implicitè.
3. Quia aliud est rem esse speciem, aliud cognosci tanquam speciem, sed cognosci illius specialitatem, de qua consule quæ dicuntur de entè rationis.
Alij igitur rectius, & prima & secunda & tertia mentis operatione rem posse fieri vniuersalem contendunt.
Etenim est vniuersalis quotiescumque generatim cognoscitur, & ita vt ad plura pertinere possit.]

Facit-ne mens vniuersalitatem, dum cognoscit ipsam, & quia cognoscit?

Mens dum cognoscit materiam vniuersalitatis: p. animal, hominem, &c. facit *vniuersalitatem*, quam illi obiectiuè existenti in intellectu imprimit, tanquam secundam intentionem.
Dum concipio generatim animal, facio eius generalitatem.
At dum mens intuetur notione reflexa ipsam *vniuersalitatem*. p. generalitatem animalis, specialitatem hominis:
Ea fit quidem, sed fit intentio prima, non secunda, vt in istis propositionibus.

Vniuersalitas est relatio quædam.
Generalitas opponitur specialitati. []

Qui gradus facilius fiunt vniuersales?

Consulendus sermo de rebus clarioribus, notioribus, deque structura categoriarum.
Infimæ species facilius componuntur quam genera, quia minor dissimilitudo inter individua quàm inter species.
Genus eo difficilius constituitur, & componitur, quo plures nanciscitur species.
Vt excitetur infima species, non oportet prius sigillatim cognouisse omnia individua.
Genus vero numquam certum & constitutum, nisi qui composuit illud, species omnes exploratas habuit, aut saltem plurimas, ideo homonymiæ, & errores facilius incurrunt in constitutionem generum quàm specierum.

Digitized by Google

Admonitio.

[Si vniuerſalitas tunc fieret cum cognoſcitur, fieret quando per errorem Socrates cogitatur tanquam vniuerſalis.
Si verò tunc fieret, profectò alicui rei ineſſet.
Si alicui ineſſet rei vel Sôcrati, qui tum cognoſcitur vnus cum vniuerſalitate; vel alteri rei, quæ non informetur.
Non alteri rei, quæ non cognoſcatur ne dicatur conuenire citra mentis operam.
Ergo tunc vniuerſalitas conueniet Socrati, & propterea non errabit, qui Socratem vniuerſalem eſſe cogitat.
Non enim errat qui tribuit rei quod illi ineſt, & conuenit.]

CAPVT VLTIMVM.

De Vniuerſali concretè ſumpto.

ARTICVLVS I.

De Natura, & compoſitione vniuerſalis.

Quid hîc vniuerſale?

Eſt materia affecta vniuerſalitate, vt homo vniuerſalis.
Id quod poteſt prædicari, & affirmari verè, in recto caſu, formaliter, ſynonymè, & diuiſim, de multis.

Quæ definitiones?

Definitiones poſitæ in principio ſermonis de vniuerſalibus. [priori ſectione]

Partitio.

Cur dicitur { *nunc ineſſe, prædicari?* / *nunc poſſe ineſſe, prædicari?*

Primò, quia ſæpe *ineſſe* idem atque *poſſe* ineſſe.
Prędicari idem atque poſſe prædicari, ridere idem atque poſſe ridere.
Secundò, quia triplex ſtatus vniuerſalis. n. Phyſicus, Metaphyſicus, & Logicus.
Tertiò, quia vt ſit actu, & realiter in multis, nondum tamen eſt in omnibus.

In quid cadunt definitiones quæ prolatæ?

Definitur { *Res* quæ vniuerſalis, tanquam *id quod* ineſt, prædicatur. / *Vniuerſalitas* verò, tanquam *id quo.*

Cuiuſmodi totum componitur ex re, & vniuerſalitate?

Si vniuerſalitas non ſit niſi cogitatione, eſt compoſitum ex prima intentione, & ſecunda.

Digitized by Google

Sin autem vniuerſalitas rerum, eſt quid reale, eſt compoſitum ex *re* & *modo* in entibus veris. p. in animali.

In entibus rationis vniuerſalibus. p. in conſulatu, ſeruitute agri, &c. non eſt compoſitio, niſi ex duobus rationis entibus.

ARTICVLVS II.

De exiſtentia, loco, & duratione.

Monitum.

De exiſtentia rerum vniuerſalium, in rudimentis metaphyſicis.

Exiſtit-ne vniuerſale in animo, vt animal vniuerſale?

Si ſit aliquid *fictitium*, vt chimæra, hippocentaurus, non exiſtit niſi in animo obiectiuè, & per imaginem, vt domus quæ nondum eſt conſtructa, & nihilominus Architecti conformatione iam eſt conformata.

Si autem ſit aliquid *reale*, materialiter, vt equus, animal, calor, frigus, ratione *materiæ*, & *naturæ* quæ concipitur, diciturque vniuerſalis, & eſt in animo per imaginem & conceptionem: & eſt, aut ſaltem eſſe poteſt in natura rerum, vt natura equi.

Ratione *vniuerſalitatis*, vbi ſit, iudicandum ex ſermone ſuperiori.

Niſi vniuerſale perficitur à natura, inchoatur ſaltem, quia fundamentum eſt naturale, & reale.

Exiſtitne in natura rerum, per ſe primo, an per ſola ſingularia?

Non exiſtit per ſe primo: de qua re ſupra.

Exiſtit tamen aliquomodo per ſe ſecundum ſe:

Quia exiſtit per partes, nempe per *ſingularia*.

Tollitur-ne, ſublatis rebus omnibus ſingularibus?

Quæritur vtrum ſublatis omnibus hominibus ſingularibus, tollatur ſpecies hominis, & ſic de cæteris.

Secundum rem, ſiue realiter, tollitur, ex capite de ſubſtantia, in categ.

Alioquin argumentum à remotione partium inutile foret.

Secundum cogitationem non neceſſario tollitur: de qua re ſupra.

Cohæret ne per ſe, an inhæret?

Si ſubſtantia eſt, per ſe cohæret ac ſubſiſtit, vt homo.

Si accidens, inhæret, vt candidum, & candor.

Obiectio.

Quod exiſtit per *aliud*, illud eſt accidens.

Subſtantia ſecunda, ſiue vniuerſalis, exiſtit per primam.

Prima ſubſtantia, ſiue ſingularis, eſt aliud à ſecunda, vt Socrates, ab homine.

Ergo quæ dicitur ſubſtantia ſecunda, non eſt propriè ſubſtantia.

D. P. { ſi per aliud, tanquam per ſubiectum *inhæſionis*, vt candor per illuem, C.
ſi quoquomodo per aliud. p. per opificem, per conſeruatorem, & per partem, N.

Præterea

Præter ea reſpondeo ſingulare non eſſe propriè aliud ab vniuerſali.

Quot modis exiſtit in natura rerum?

Aliquando tantum per aliud, tanquam per *ſuam cauſam*: vt extabat homo ante machinationem mundi.

Aliquando per *partem* ſui, vt nunc homo.

Pariterque ſi fit, fit per partem, vt homo per Socratem.

Non exiſtit per ſuas omnes partes ſimul.

Alioquin daretur, exempli gratia, ſimul omnis homo, qui poſſibilis; aut quid conſimile.

Si quæ ſpecies, nequit obtinere plura indiuidua, vt e. g. ſpecies ſub qua continetur Gabriel, Michael, Angelus, ea non videtur propriè ſpecies, [nec propriè vniuerſalis.]

Fit-ne ſucceſſiuè, an permanenter?

Conſulendus ſermo Metaphyſicus de exiſtentia rerum vniuerſalium.

Eſt-ne ſucceſſiuè an permanenter?

Res vniuerſales per ſingularia, & in *ſignato actu*, ſunt momentaneæ, ſucceſſiuę, vel permanentes.

Per ſe autem, & per propriam conditionem, ſunt ſimiles, partim ſucceſſiuis ſingularibus. p. huic menſi; partim permanentibus. p. ſyluæ, arbori.

Eſt-ne vniuerſale æternum, ſeu ſemper?

Per ſingulare { aliud eſt æternum, ſaltem à parte poſteriori, vt Angelus. / aliud caducum, vt candor, equus.

Per ſe eſt æternum *negatiuè*, non quoduis *poſitiuè*.

Æternum { negatiuè, quod non addicitur certo tempori: / poſitiuè, quod extenditur ad omne tempus, vt Deus.

Natura apud Ariſtotelem, ſuis operibus molitur ęternitatem, & perpetuitatẽ.

Æternitatem, cum non poteſt largiri indiuiduo, largitur ſpeciei, quantum poteſt.

Per cauſam quoduis vniuerſale eſt æternum, quia æternus Deus.

Quot modis æterna vniuerſalia Ariſtoteli?

Quædam per æternum ſingulare, vt Sol & Luna.

Quædam per ſingulorum ſingularium caducorum propagationem, vt equus.

Quędam tantum propter cauſarum perpetuitatem, vt multę figurarũ ſpecies.

Mundus Ariſtoteli eſt æternus, ideo æterna vniuerſalia.

Eſt-ne vbique?

Poſitiuè non eſt: negatiuè eſt.

Vbique { poſitiuè, quod omnem occupat locum, vt Deus: / negatiuè, quod per ſe nõ eſt in loco, certo nõ circunſcribitur loco.

Quo ſenſu dicuntur eſſe vbique homines.

Digitized by Google

Est-ne corruptibile vniuersale?

Per *singularia*, quoddam est corruptibile, vt animal.
Quoddam incorruptibile, vt Sol, Luna.
Per *se*, quoduis incorruptibile, *ingenerabile*, immutabile.
Primò quia nullum per se primo nascitur, aut interit, cum nullum sit per se primò.
Secundò quia, corrupto vno singulari, non ideo corrumpuntur cætera.

[*Non si corrumpitur dies, ideo tollitur mẽsis.*]

¶ ARTICVLVS III. ¶

Varia collatio vniuersalis, cum singularibus.

Realiter-ne distinguitur à singularibus, & inferioribus, an ratione tantum?

Aut cum inferioribus comparatur, de quorum essentia, & definitione non est, tumque consulenda quæstio, qua quæritur quomodo genus à differentijs distinguatur:
Quæstio, qua, quomodo *proprietates*, & accidentia, distinguantur à subiectis.
Aut cum illis, de quorum est essentia, & formali notione: vt animal cum homine & bellua: Genus cum speciebus: homo cum Socrate, & Platone: Species cum indiuiduis.
Tumque ab omnibus simul sumptis non distinguitur, nisi ratione, vt constat ex legibus distinctionum.
Ab vno inferiorum, quomodo distinguatur, quæritur, vt à Socrate, homo.

Distinguitur { vt totum à parte, quatenus etiam in alijs: / ratione tantum, quatenus in illo inuenitur.

Totum potest realiter distingui ab vna suarum partium per alteram, vt à corpore homo, per animam.
Specificus gradus non distinguitut realiter ab indiuiduo, alioquin posset per virtutem diuinam separari.
Genericus gradus non videtur realiter distingui à specifico, nisi quædam differentia distinguitur realiter à genere. De qua re postea, [cap. de differentia.]

Non-ne natura vniuersalis tota est in quoque indiuiduo?

Vel *vniuersalitas* consideratur, & non est in Indiuiduo.
Vel *res* & *natura* quæ dicitur vniuersalis, vt animal.

Tum { secundum *essentiam*, & intentionem naturæ heterogeneam tota est in quouis indiuiduo: vt totus homo in Platone. / secundum *entitatem*, potentiam, & homogeneam intensionem, atq; extensionem non est tota.

Digitized by Google

In duobus, quàm in vno { plus entitatis: / non plus essentiæ.

Est-ne totum, an pars vniuersale?

Partim *totum*, quia plus habet entitatis, & potentiæ, quàm vnum ex inferioribus.

Partim *pars* quia { plus essentiæ actu est in specie, quàm in genere: / plus essentiæ aut modorum, & accidentium in vno indiuiduo, quàm in specie.

Continet-ne, an continetur?

Quatenus est totum, continet:
Quatenus verò pars, continetur.

Continet-ne inferiora actu, an potestate sola?

Quatenus dissentiunt à se inuicem, & ab ipso, non potest continere nisi potestate.
Animal actu rationale, & irrationale, quia sunt opposita incompatibilia.
Quatenus consentiunt, videtur actu continere, sed confusè tantum.
Etenim qui nouit genus, dicitur iam nosse speciem, non autem dumtaxat posse nosse, &c.
Non nouit autem nisi confusè, & eo modo, quo in libro intueris omnes literas huius libri.
Quia innumerabilia nemo potest simul distinctè comprehendere.

Prius-ne per genesim, quàm singulare?

Collectiuè sumptum videtur posterius, quoniam habet rationem totius.
Distributiuè sumptum, videtur prius, quoniam habet rationem partis.
Dum simpliciter cogitatur, partis potius, quàm totius videtur rationem obtinere.

Certè { ratione *vniuersalitatis* videtur quid posterius: nisi vniuersalitas fit à natura: / ratione *naturæ*, quę dicitur vniuersalis, est prius per *genesim* & *consecutionem*.

Quia qui gradus fiunt genus sunt priores, quàm qui fiunt species.
Vt hæc animalitas, quàm hæc natura humana.
Qui fiunt species, sunt priores, quàm qui nequeunt fieri vniuersales, vt natura humana Socratis, quàm Socrates.

Quid ita?

Quoniam priores sunt per naturam, ij gradus, qui similiores pluribus.
Priores qui similes, quàm qui non sunt similes potestate.

Prius-ne secundum tempus?

Quàm omnia singularia non est, quia alioquin existeret sine singularibus.
Quàm vnum singulare, potest esse prius.
Nisi hoc sit primum, vt Adamus hominum primus.
Animal prius quàm Socrates, per alia animalia.

Digitized by Google

Quanquam res cenſetur præceſſiſſe, quando præceſſit aliquid ſimile.
Quia ſimile à ſimili ægrè diſtinguimus.

Simpliciùſne vniuerſale?

Eſt { ſimplicius, quatenus eſt pars: 9
magis compoſitum, quatenus eſt totum.

Sed in ſcientijs conſideramus potius eſſentiam, quam entitatem.
Idcirco genus dicitur abſolutè *ſimplicius* quid, quàm ſpecies.

Quid ſingulari conuenit per vniuerſale, quid contra?

Superiora inferioribus largiuntur *eſſentiam, differentiam & proprietatem.*
Socrates eſt animal, eſt rationalis, ridere poteſt, &c.
Quia homo eſt animal, eſt rationalis, &c.
Inferiora ſuperioribus largiuntur *exiſtentiam*, cum adiunctis, & accidentia neutiquam propria.
Homo exiſtit, homo eſt ſingularis, homo currit, &c.
Quoniam Socrates exiſtit, &c.

Ideo.

Quædam ſunt quæ conueniunt vniuerſali *naturæ*, etiam quando eſt in ſtatu vniuerſali, vt homini animal riſibile, rationale, &c.
Et hæc dicuntur conuenire vniuerſali, etiam *in actu exercito.*
Quædam non conueniunt naturæ vniuerſali, niſi prius fiat indiuidua, etiamſi fortè conueniant cuiuis indiuiduo, vt exiſtentia, corruptibilitas, generabilitas, mutatio.
Et hæc dicuntur conuenire vniuerſali, *in actu ſignato*, tantum.
Aliud prędicatio *ſignata*, aliud prędicatio *exercita*: de qua re in rudimentis.
Aliud conuenire in actu ſignato, aliud in exercito, ad ſuperiorem modum.

Conuenit-ne vniuerſale ſynonyme?

Conſulendus ſermo de ſynonymis, & ſermo de genere.

Conuenit-ne ex æquo vniuerſale?

Aliquod vniuerſale capit magis aut minus, aut ſaltem maius & minus, vt candidum, longum.
Aliquod non item, vt animal, homo.

ARTICVLVS IIII.

De Notitia Vniuerſalis.

Quot modis concipitur natura vniuerſalis?

Simpliciter. Vno quidem, & perfectiori, tanquam *vnus gradus* præciſus & ſeparatus à ſingularibus, vt ſolet comprehendi à peritioribus.
Diſtributiuè Altero verò tanquam *multa ſingularia*, quomodo pueri & imperitiores videntur comprehendere res vniuerſales.

Digitized by Google

Tum { vel collectiuè, vt cum animal dicitur esse innumerabile: *Collectiuè.*
vel distributiuè, per copulationem aut distinctionem.

Mihi est opus equo disiunctiuè. j. hoc, vel illo.

Omnis homo est animal, per distributionem, copulationem. j. hic homo est animal, & iste, & ille, & sic de cæteris.

Cur sensus dicitur esse vniuersalis rei, non singularis?

Aristoteli sensus est *singularium*, intellectus [etiam] vniuersalium.

Eidem sensus est rei *vniuersalis*, non *singularis*.

Ergo distinguendum: Non est singularis si gradum singularem accipias, qui ita singularis vt non possit fieri vniuersalis: Non sentitur, exempli gratia, Socrates.

Non est nisi singularis si per singulare accipias grādū affectum singularitate etiamsi euadat vniuersale, &c.

Non sentitur calor, sed hic calor: Quæ sentiuntur, ea communibus terminis explicantur, vt candor, odor, sapor.

Est-ne vniuersale per se singulari notius?

Dum sumitur simpliciter, & quatenus habet rationem partis, & rei simplicioris, est, quoniam pars secundum se est clarior toto.

Est-ne vniuersale singulari notius secundum nos, & secundum sensum?

Graduum qui sentiuntur, & euadunt vniuersales, non est vnicum genus.

Quia { alij sunt communiores, superiores, vt color.
alij sunt minus communes, & inferiores, vt candor.
alij quasi æquales, vt candor, & atror.

Communiores gradus seu gradus illi, qui fiunt communiores, videntur esse *clariores* secundum nos, saltem in negotio rerum sensibilium:

Etenim quæ argumenta faciunt fidem superioris gradus. p. animantis, non necessario faciunt fidem inferioris. p. quadrupedis & lupi; sed contra.

Quando canem intuemur eminus, prius deprehendimus esse corpus, quam esse animantem, per accidentia tamen, & esse animantē quàm quadrupedem, & quadrupedem quàm canem.

Sed duobus modis videtur fieri posse comparatio.

Aut vnus gradus comparatur cum seipso singulari:
vt homo cum hoc homine: animal cum hoc animali, indeterminatè tamē;

Tumque gradus singularis indēterminatè sumptus, videtur clarior secundum nos, saltem in rebus sensibilibus.

Aut superior gradus categoriæ comparatur cum inferiori, vt animal cum homine, color cum candore.

Tumque,

Quatenus obtinet *rationem totius*, & quatenus deprehenditur per plures notas, videtur esse secundum nos clarius quiddam.

Quatenus tamen obtinet rationem *partis*, videtur esse secundum se clarior, secundum nos obscurior, saltem in negotio rerum sensibilium.

Consulendus sermo de notiori. 1. Phy. cap. 1.

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

De diuisione termini vniuersalis, & multiplicitate vniuersalium.

Quomodo diuiditur terminus vniuersalis. p. animal in hominem & belluam?

Consulatur sermo { de diuisione generis in species: / de diuisione speciei in individua. } §

Diuisio generis & resolutio aduersatur ipsius genesi & confectioni.

Fit autem { partim per coniunctionem similium: / partim per seiunctionem dissimilium. } §

Ergo vt diuidatur { seiungenda sunt similia: / coniungenda sunt dissimilia. }

Vt genus per animal resoluatur in speciem. p. in hominem; §

Amputandum est aliquid de *entitate*:

Addendum aliquid *essentia*.

Quomodo sumitur hîc terminus vniuersale?

Primo intentionaliter. Vel sumitur pro animali, homine, & similibus terminis, qui appellantur *vniuersales*.

Tumque prędicatur de homine, saltem Porphyriano sensu.

Prædicatur autem de ijs, tanquam accidens de subiecto. §

Nam { vt marmor est coloratum: / ita animal est vniuersale, itemque homo. }

Vniuersalitas non est de natura animalis, hominis, &c. Alioquin foret de natura Socratis.

Secundo intentionaliter. Vel sumitur pro seipso, & confertur cum *genere*, *specie*, *differentia*: tumque prædicatur, tanquam genus de suis speciebus.

Vt magistratus de prætore, consule; [·]

Coloratum de nigro, candido, &c.

Sed quæritur vtrum prædicetur, tanquam synonymum genus, an tanquam analogicum.

Credibilius prædicari *synonymè*.

M. τὸ *magis*, & τὸ *minus*, non perimunt synonymiam.

M. Consulatur sermo de synonymia, & analogia, qui instituendus ad categorias.

Quotuplex vniuersale?

Prima diuisio.

Est *analogicum* vniuersale, vt fons, & explicandum alibi.

Digitized by Google

Vel *ſynonymum*, vniuocum, propriéque vniuerſale, vt animal.

Secunda diuiſio.

Simplex, & incomplexum, vt homo, & de ipſo nunc agimus.
Vel *complexum*, & compoſitum, vt definitiones, & ex ſimplici intelligendum.

Tertia diuiſio.

Totale, vt homo, animal, circulus.
Vel partiale, aut quaſi partiale, & elementale, vt caput, punctus, vnitas.

Quarta diuiſio.

Eſſentiale, vt genus, ſpecies, differentia. [.·.]
Vel accidentarium, vt proprium, accidens, & ſubiectum.

Quinta diuiſio.

In *quid prædicabile*, vt genus, ſpecies.
Vel *in quale*, quomodo habet, ſeu ad aliam quamuis quæſtionem, à quæſtione, *quid eſt*.

Sexta diuiſio.

Neceſſario conuenit, vt genus, ſpecies, differentia, proprium.
Vel *contingenter*, & accidentariò, vt homini candidum eſſe. [·:·]

Septima diuiſio.

Prædicatur *reciprocè*, vel non reciprocè.

Octaua diuiſio.

Ordinatè prædicatur, & naturaliter, vt genus de ſpecie, candidum de marmore.
Vel *peruersè*, & inordinatè, vt marmor de candido.
Vel *indifferenter*, vt candidum de frigido.

Nona diuiſio. (:·)

Vel ineſt, & non prædicatur, ſaltem in recto caſu.
Principium ineſt lineæ, & principiato, animalitas homini:
Sed { linea non eſt punctus:
{ homo non dicitur eſſe animalitas.
Vel ineſt *& prædicatur*, vt de Socrate homo, animal, capitatum.

Decima diuiſio.

Vel denominat omnino, vt genera, ſpecies, differentiæ, & propria.
Vel nunc *omnino*, nunc ſecundum quid, vt multa accidentia:
Candidum denominat { omnino niuem, & Ethiopis dentem: F
{ ſecundum quid, Ethiopem.

Vndecima diuiſio.

Eſt *completum* vt homo, animal: Vel *incompletum*, vt caput, animalitas.

Duodecima diuiſio, quæ ex Porphyrio.

Vniuerſale eſt genus vel differentia, vel ſpecies, vel proprium, vel accidens.

Quotuplex comparatio vniuerſalis?

Termini vniuſciuſdem vniuerſalis duplex eſſe comparatio poteſt.

Digitized by Google

Vna *primaria*. e. g. ſi conferatur genus cum ſpeciebus, ſpecies cum indiuiduis, proprium cum ſubiecto adæquato.

Altera *ſecundaria*, vt ſi conferatur genus cum indiuiduis, proprium cum ſingularibus.

De diuiſione Porphyriana.

Non videtur *Porphyrius* agere niſi de vniuerſali *ſynonymo, incomplexo, & totali*, numerumque vniuerſalium repetere à varietate prędicationis *ordinatæ*, & *primariæ*, non cuiuſuis.

Id colliges ex obiectionibus proponendis.

Sed { partiale vniuerſale, ex totali facilè intelligitur:
inordinatum, ex ordinato:
& ſecundaria prædicatio, ex primaria:
quod quaſi accidens, ex accidente.

Admonendum numerum.

Obiectiones cum ſolutione.

Prima.

Diuiſio debet fieri in membra proxima. Ergo vniuerſale non niſi duplex.

Pua. { eſſentiale { necceſſarium } &c.
accidétariũ { contingens }

[··]

D. Ant. { dum colliguntur diuiſionis membra, C.
dum præcipua notantur, enumerantur. N.

Secunda. ¶

Vniuerſale prędicatur in *quid*, vel *in quale*. Ergo duplex tantum.

D. { ſi ſequamur hanc diuiſionis rationem, C.
ſi aliam & praxi commodiorem, N.

Tertia. ✠

Diuiſio quò breuior, eò potior, ſaltem cæteris paribus.

D. { in practicis negotijs, N.
in theoreticis, tranſeat.

(,ˢ,)

Quarta.

Categoremata reuocantur ad quatuor in Topicis.

Ergo ſunt tantum quatuor genera vniuerſalium Categorematum; n. *accidens, genus, proprium, & definitio.*

D. Ant. { quæ prædicentur de ſpecie, non de ſolis indiuiduis, C.
ſecus, nego.

Portò { ſpecies omittitur, niſi reuocatur ad genus, vel ad definitionem.
ad genus reuocatur doctrina.
complexum prædicatum coniungitur cum incomplexo.

D. Con.

Digitized by Google

D. Conſ. { ſi ſpectetur topicum negotium, ſeu doctrina inueniendi argumenti, C.
ſi ratio prædicandi naturalis, & primaria, N.

Quinta.

Si quoduis vniuerſale genus eſt, vel vltima ſpecies, fruſtrà ſunt differentia, proprium & accidens.

Quoduis autem per inductionem deprehenditur eſſe genus, vel vltima ſpecies, vt coloratum, candidum, &c. Ergo, &c.

D. P. { ſi quoduis, & ſecundum quamuis comparationem, C.
ſi quoduis, at non ſecundum quamuis comparationem, N.

D.S. Secundum aliquam comparationem, C.
Secundum quamuis, N.

Aliæ obiectiones.

Prima.

Definitio eſt vniuerſale, D. complexum, C. ſimplex, N. *Ad augendum numerum vniuerſalium.*
Differentiæ conſtantes congerie accidentium reuocantur ad differentiam.
Ergo Porphyrius agit etiam de compoſitis vniuerſalibus.

D. Ant. { quatenus ſumuntur pro ſimplici differentia, quæ ignota, C.
ſecus, N.

Secunda.

Differentiarum etiam eſſentialium, quædam ſunt mixtæ, & compoſitæ, vt ſanguineum, bipes, rationale.

D. Ant. { ſi conferantur cum aliis ſimplicioribus, C.
ſi cum definitione, N.

Tertia.

Ens eſt vniuerſale, D. { analogicum, C.
ſynonymum, N.

Quarta.

Obiectum facultatis, & habitus, vniuerſale, vt ſonus, numerus.
R. genus ſynonymum, vel analogicum.

Quinta.

Homo rectè dicitur capitatus, animatus, ſanguineus.
R. Iſta attributa reuocari ad differentiam.

Sexta.

Aureus, marmoreus, &c. ſunt vniuerſales termini.
R. eſſe terminos analogicos, & attributiuos.
Sed, inquis, quæuis analogia reſolui ſolet in ſynonymiam.

Ciceronianus { dicitur analogicè, de libris, ſeruis, liberis.
dicitur tamen ſynonymè, de duobus libris, vt niueum de duplici candore niuis.

Digitized by Google

Ergo iſti termini debent conſtituere ſextam claſſem vniuerſalium.
R. eſſe inordinata vniuerſalia, & reuocari ad accidens.

Septima.

Subiectum vnum prædicatur de pluribus accidentibus in hunc modum.
Pictor eſt homo, Rex eſt homo.
Ergo ſubiectum eſt vniuerſale, vel eſſe poteſt.
D. Ant. { prædicatione inordinata, C.
ordinata, N.
Ad concluſionem reſpondeo ſi ſit vniuerſale, eſſe genus, vel vltimam ſpeciem.
At, inquis, genus & ſpecies prædicantur in quid.
Homo non prædicatur in quid, de pictore, de ſartore.
Ergo non eſt neque genus, neque ſpecies.
D. P. ſi ſpectentur primariæ collationes, C.
Si quæuis comparationes, N.

Octaua.

Genus prædicatur de indiuiduis. p. animal de Socrate.
D. ſecundario, C. primario, N.

Nona.

Prædicatur caput de humano capite: habens pedes, de bipede, quadrupede: bipes de bipede, &c. fiſſipede.
R. Iſta & conſimilia eſſe genera quædam partialia.

Decima.

Indiuiduum vagum, vt quidam homo, videtur eſſe vniuerſale.
Reſpondendum in ſermone de indiuiduo. [in prolegomenis ad categ.]

Vndecima.

Quotmodis dicitur oppoſitorum vnum, totidem & alterum.
Atqui vniuerſale opponitur ſingulari, nec videntur eſſe quinque ſingularis modi: Ergo nec quinque vniuerſalis.
D, P. ratione oppoſitionis, C. ſimpliciter & ſecus, N.
Præterea non ſi vnum oppoſitorum varias habet appellationes, ideo & alterũ.

Duo-decima.

Differentia prædicatur de indiuiduis, etiam ordinatè.
Prædicatur item accidens de accidente, vt figulus de pictore.
Ergo non explicatur quoduis vniuerſale.
D. Quoduis & ſecundum quamuis comparationem, C. quoduis, N.

Decima-tertia.

Prædicantur modi eſſentiales de rebus, vt exiſtens de animali.
R. eos reuocari ad differentiam, vel ad accidens.

Decima-quarta.

Plures ſunt quam quinque prædicationis, ſynonymiæ, & ordinatæ modi.
D. Si ſumantur primarii ſimul, & ſecundarii, C. ſi primarii tantum, N.

Digitized by Google

Genus in quid prædicatur prius de differentiis, quam de ſpeciebus: animal prius de rationali quam de homine.

D. prius ſecundum geneſim, C. prius ſecundum intenſionem, N.

Præterea non prædicatur genus de differentia: ſed contra.

Decima quinta.

Differentia prius prædicatur de genere, quam de ſpecie, vt impar de numero, quam de binario.

D. ſi ſpectetur ordo executionis naturalis, C. ſi intentionis naturalis, N.

Nam & differentia prius intendit ſpeciem, quam genus; finem, quam mediũ.

Monitum.

Quæ obiectiones pertinent ad ſingula è quinque generibus categorematum, repetantur è ſequenti appendice.

APPENDIX. POSTERIOR.

DE SINGVLIS CATEGOREMATVM vniuerſalium ſpeciebus.

CAPVT I.

De Genere.

ARTICVLVS I.

Ordo, nomen, notio, exiſtentia.

Quare genus primùm explicatur?

Non quia terminus iſte Logicus, *genus*, ſit communior, quam ſpecies: nam res contra habet.

Plures ſunt ſpecies, quam genera, vt plures manus quam homines.

Sed quia genus reſpondet *materiæ*, vt differentia *formæ*, &c.

Eſſentia præcedit accidens in rebus explicandis.

Quæſtio *quid eſt*, præcedit quæſtionem, *quale eſt*.

Ea namque eſt genus prius declaratur quam ſpecies in diſciplinis rite conſtitutis, vt animal, quam homo.

Quæ nomina?

Hoc vniuerſale dicitur, genus, generale quid, & vniuerſale, per antonomaſiam, tumque vltima ſpecies vocatur ſingulare.

Digitized by Google

Vnde dicitur genus?

πάθος. πρᾶγμα

Genus est *geneſeos* effectus, vt pathos patheſeos, pragma praxeos, ſed ſpectatur potius vſus, quam originatio.

Quæ ſignificatio?

Ex Porphyrio. §

Primò pro gente ſumitur ſeu familia, vel natione.
Secundò pro principio geneſeos, & gentis.
Tertiò pro genere, de quo ſermo apud philoſophos.

Ex quinto Metaphyſicæ.

Primò ſumitur pro *ſpecie* quadam, per continuam generationem propagata, vt cum ita loquimur, *quandiu erit hominum genus.*
Secundò pro *familia*, vel natione.
Tertiò (ſumitur logicè) & confertur cum differentiis, vt cum numerus dicitur genus paris, imparis: vel cum ſpeciebus, vt cum numerus dicitur genus binarij.

Quid omnino ſignificat genus?

In compoſitione ſignificat naturam, ſpeciem, & genus logicum, vt cum dicitur homogeneum, heterogeneum, homogenes, heterogenes.
Extra compoſitionem ſumitur variè, p.
Primò pro *gente*. j. familia, vel natione.
Secundò pro *principio* geneſeos, & gentis, ſi creditur Porphyrio.
Tertiò pro *ſpecie propagata* per generationem, & omnino pro ſpecie, ſed maximè pro vltima,
Quartò pro *ſobole*, vt cum Tantalus dicitur *genus Iouis.*
Quintò pro *ſexu*, vnde grammaticus ſignificatus. [cuius generis?]
Sextò pro *differentia*, vt tertio metaphyſicæ, cap. 3. interprete Alexand.
Septimò pro quouis *communi membro diuiſionis*, vt quando dicitur multa eſſe hominum genera.
Octauò pro quouis *vniuerſali*, ſiue ſit ſynonymum, ſiue analogicum.
Nono pro *primo vniuerſali*, vt hocce libro.

Sed confertur { nunc cum differentijs. / nunc cùm ſpeciebus. } (*)

Monitũ. Extra ſcholam genus ſumitur potius pro ſpecie, & ſobole, &c.
In ſchola potius pro genere logico, & quaſi parente.

Notio, exiſtentia.

Notio repetatur è compendijs. [lib. 2.]
Prodit ex ſpecierum ſimilitudine genus: vt ſpecies ex indiuiduorum ſimilitudine.

Digitized by Google

ARTICVLVS II,

De natura, & definitione generis.

Prima deſcriptio, ex Porphyrio.

Genus eſt id cui, (recte & immediatè) ſubijcitur ſpecies.

Secunda ex Porphyrio, primo Topicorum.

Genus eſt quod prędicatur de multis ſpeciebus, de multis ſpecie differentibus ad quæſtionem, *quid eſt*.

Specie differunt, quæ collocata ſub eodem genere (vt homo & bellua ſub animali) vt alterum ab altero non contineatur, [ex 5. Metaph.]

Specie differunt, quæ eſſentiali differentia differunt.

Obiect.

Linea continetur in ſuperficie, binarius in ternario: Ergo non differunt ſpecie.

D. A. materialiter C. formaliter. N. de qua re alibi.

Item tanquam ſpecies. N. tanquam pars integrans, aut principium, C.

Si quid differt *ſpecie*, id videtur differre *genere & differentia*.

D. ſi ſpecie per ſe primo C. ſi ſpecie per partem. N.

Tertia ex Ciceronе, primo de oratore.

Genus eſt quod ſui ſimiles communione quadam, ſpecie autem differentes, plures complectitur partes, [ſubiectiuas.]

Quarta ex primo metaphyſicæ.

Genus eſt quo ambo, pluraue dicuntur, (ſuntque) *vnum*, ſecundum eſſentiam, & tamen ſunt differentia.

Quinta ex quinto metaphyſicæ.

Genus voco, quo ambo, aut plura *dicũtur* idem *ratione* (non realiter, non ſecundum ens) habentia differentiam, non ſecundum accidens, (i. differentia eſſentialiter vt homo & leo, non accidentaria tantum, vt mas & fœmina,) *ſiue* ſit vt *materia* ſiue aliter. [i. ſiue genus obtineat rationem materiæ, ſiue non.

Obiectiones.

Quod definitur, id ſpecies, ſexto Topicorum. *Prima.*

R. genus eſſe ſpeciem vniuerſalis.

Pars integrans de toto non affirmatur. 2.

D. { in concreto. N. homo eſt animal, eſt càpitatus.
{ in abſtracto T. homo non eſt animalitas.

Res non debet definiri *circulariter*. [p. genus per ſpeciem.] 3.

D. ſi ſit abſoluta C. ſi reſpectiua, N.

Digitized by Google

4. Genus non debet definiri per ſpeciem, ſed contra, vt candor per colorem.
D. { ſi loquaris de hoc termino *genus*. N.
{ ſi de animali, & ſimilibus terminis, C.

5. Genus non eſt maius vna ſpecie.
Diſt. { ſecundum eſſentiam, & intentionem heterogeneam, C.
{ ſecundum entitatem, & extenſionem. N.

6. Genus confertur cum pluribus, quam cum ſpeciebus:
Confertur enim cum differentijs, indiuiduis, proprietatibus.
Ego non definitur per æqualem terminum.
D. A. { ſi ſpectentur omnes generis comparationes, C.
{ ſi tantum principes & primæ, nego.

7. Genus per naturam, prius refertur ad differentias diuidentes, quàm ad ſpecies: ergo non definitur per primariam comparationem.
D. Ant. ſi ſpecteur ordo geneſcos, C. ſi intentionis. N.

8. Quod prædicatur de pluribus ſpeciebus, in quid, eſt genus.
Differentia ſaltem pleraque prædicatur de pluribus ſpeciebus, ad quæſtionem quid, vt bipes, ſanguineum: [ergo differentia eſt genus.]
R. ad S. prædicari in *quale non in quid*.
Genus, et differẽtia prædicantur in quid, ſexto Topicorum capite 3.
D. coniunctim C. diuiſim D. genus C. differentia. N.

9. Genus Ariſtotcli primo Topicorum cap. quarto, complecti videtur differentias.
D. quod differentia ſit genus. N. quid ſit generale quiddam, & æmulans naturam generis C.

10. Differentia ſignificat τὸ eſſe, quid res eſt ex Porphyrio. Ergo prædicatur *in quid*.
N. Conſecutionem: de qua re mox.

ARTICVLVS III.

De prædicatione generis.

Quid requiritur vt aliquid prædicetur in quid eſt?

Requiritur primo vt de ſubiecto affirmetur, *verè*, & in *recto caſu*.
Secundò, vt ſignificet τὸ *eſſe*, & *eſſentiam* ſubiecti.
Tertiò, vt ſignificet eſſentiam, *per modum eſſentiæ*, non per modum *accidentis*, facta cum ſubiecto comparatione.

Porro,

Animalitas habet duas poſteriores conditiones, ſi cum homine conferatur, non habet primam, homo non eſt rationalitas.

Digitized by Google

Rationale duas priores habet, non autem tertiam.
Animal, color, & similia tres conditiones sibi vendicant.

Coloratum { si conferatur cum candido, viridi, &c. tres habet conditiones.
{ si cum marmore, ebore, niue, ferro, ligno, &c. et cum frigido, dulci, & similibus aliis accidentibus duplici conditione posteriori caret.

Quænam prædicantur in quid est, de indiuiduo?

Genus, si tantum ex parte aliqua satis fiat quæstioni.
Species vltima, vel definitio, si plane satis fiat.
Offendi aliquid, quæro quidnam sit rei.

Respondet { vnus esse metallum, non satisfacit.
{ alter esse aurichalcum, is satisfacit.

Obiectiones.

Quæ significant qualitatem, debent prædicari *in quale*. *Prima.*
Atqui color, & coloratus, significant qualitatem, Ergo, &c.

D. P. { si significant substantiuè vt calor, candor. N.
{ si adiectiuè, D. { de inferioribus essentialiter subordinatis. p. de speciebus & indiuiduis. N.
{ de sub iecto cuius sunt qualitas, & de rebus de quarum essentia non sunt, vt de marmore duro, frigido, &c. C.

D.S. { subiecti cui inhæret, C.
{ suarum specierum & indiuiduorum, N.

Color est qualitas marmoris. &c. non autem viroris, &c.
Genera & species, vt homo, animal, significant quale & qualitatem suorum inferiorum, vt animal qualitatem hominis, vt colligitur ex cap. de substantia, in categoriis. 2.

D. { si qualitas dicatur, quod inhæret, aut quasi inhæret alteri, N.
{ si quicquid est in alio, tanquam pars in toto, aut tanquam pars in parte, C. sed hic modus qualitatis non est proprius.

Substantiæ secundæ non sunt τὸ *quid est*, vt homo animal. 3.

D. { si τὸ quid est sumatur pro sola prima substantia, C.
{ sin autem vsurpetur latius, N.

Prædicatur-ne genus de diuidenti differentia?

Si vtrumque efferatur concreto nomine, enunciatur in h.m, licet *inordinatè*:
Rationale est animal ..... impar est numerus.
Si vtrumque, alterumue abstractè efferatur, non affirmatur:
Rationale non est (animalitas) &c.
Nisi forte adiuncta particula *realiter*.
Imparitas est realiter numerus, idem realiter cum numero.

Digitized by Google

Obiectiones.

Prima. Genus prædicari de differentiis negat Aristoteles 6. Topicorum, 3. Metaph. cap. 3. & 7. metaph.

R. prædicari *significare* illic, *synonymè*, & essentialiter affirmari.

2. Quæ sunt res vna eademque, de se affirmari possunt.

Dist. { si significentur tanquam idem, C.
{ si significentur tanquam discreta & abstracta. N.

Homo { est quidem vere animal.
{ non est tamen animal, quatenus animal ab homine distinguitur.

Atqui animalitas significat animal quatenus distinguitur ab homine & ratione, proinde neque homo, neque rationale propriè est animalitas.

3. Genus neque prædicatur in quid, neque in quale de differentia: Ergo non prædicatur.

Resp. prædicari in quale, sed late sumpta qualitatis appellatione.

4. Color prædicatur de candore in quid: Ergo abstractum de abstracto.

D. Abstractio { vel fit à subiecto, vt cum color auellitur à colorato.
{ vel fit in ipsa categoria rei quæ auellitur & rei vnde auellitur, vt si à colore fiat colorcitas, ab animali animalitas.

Loquimur autem de posteriori abstractione: Itaque

D. C. { de abstracto à quo abstrahitur & cui opponitur. p. animalitas de rationalitate. N.
{ de abstracto a quo non abstrahitur C. vt color de candore.

Nonne essentialiter prædicatur de illa differentia?

Neutiquam ex 6. Topicorum. cap. 3. 4. topicorum cap. 6.

Alioquin homo haberet duplicem animalitatem:

Vnam à genere: Alteram à differentia. Quia differentia foret genus, species indiuiduum foret, particeps generis, foret differens non diuersa contra Aristotelem.

Obiect.

Definiens prædicatur essentialiter de definito.

Genus definit differentiam, vt numerus imparitatem, Ergo.

D. P. Si definiat inclusiuè. T. si exclusiuè, & tanquam terminus, ac correlatum. N.

Monitum.

Variæ quæstiones aliunde intelligendæ.

Quæritur primo, vnde nascatur, & exprimatur genus.

Secundo sit-ne materia, quomodo respondeat materiæ.

Tertio sit-ne synonymum quid, an tantum analogicum.

Quarto egeat-ne pluribus speciebus.

Quinto sit-ne origo differentiarum diuidentium.

Sexto

Digitized by Googl

Sexto quomodo complectatur differentias, quomodo ſpecies.
Septimo quomodo ſecernatur à diuidentibus differentiis.
Octauo egeat-ne pluribus differentiarum iugis, ad diuiſionem ſui.
Nono inſitne *per ſe*, ſecundum ſe.
Decimo cuiuſmodi totum conficiatur ex genere, & differentia.
Vndecimo { qui ſunt loci à genere / qui loci ad genus } in topico negotio.
Duodecimo quomodo collocetur in definitione.
Tertio-decimo quomodo ſit conferendum: de qua re in methodicis.
Quarto-decimo quotuplex ſit genus, ſi principes quærantur differentiæ.
Eſt { ſubſtantiale / accidentarium } { ſummum. / ſubalternum } { remotum / proximum } { totale / partiale }
item { perfectum / imperfectum } &c.

CAPVT II.

De forma, ſiue Specie.

ARTICVLVS Primus.

Notio, ordo, nomenclatura.

Notio, & ordo.

Notio Specici repetatur ex compendiis.
Præponenda differentia ſpeciei, ſi perpendatur ſimplicitas, & geneſis.
Species, differentiæ, primò ſi ſpectetur conſilium, & intentio naturæ.
Secundo, ſi quæſtio *quid eſt*, præferatur quæſtioni *quale eſt*.

Nomenclatura.

Hoc categorema vocatur *idos*, *idea*, *genus*, *pars generis*, *forma*, *figura*, & *ſchema*, *ſpecies*, quæ vltima appellatio eſt vſitatiſſima.

Genus.

Apud Iuriſconſultos { vt ſpecies pro individuo vſurpatur. / ita nomen *generis* pro logicorum *ſpecie*. }
Reddit { ſpeciem qui mutuatur equum. / genus qui mutuatur oleum, [vel tale quiddam vſui conſumendum.] }

Digitized by Google

Pars.

Pars eſt { Species ſui generis, ſed *ſubiectiua.*
genus ſuæ *ſpeciei*, ſed *integrans.*

σχῆμα.

Figura, et ſchema.

Figura { propriè { eſt qualitas quartæ ſpeciei. / aut qualitas figurata.
interdum ponitur pro ſecundo categoremate.

Lucret. Exſeliis alias reparat natura figuras.

Forma.

Primo forma ſumitur pro figura, pro imagine, & exemplari.
Secundo pro cauſſarum quarta, de qua in rudimentis.
Tertio vt hîc pro *ſpecie*, quæ opponitur generi, vel indiuiduis.

Monitum.

Non ſi formoſus ſignificat pulcrum, ideo forma ſignificat pulcritudinem, in ſermone de coniugatis.

Species.

Vt facies à faciendo, vt figura à fingendo: ita ſpecies à ſpeciendo, aſpiciendo.
Primo autem ſumitur pro *congerie* aſpectabilium *affectionum.*
Secundo pro *vultu*, facie, figura.
Tertio pro *apparentia* quauis, vt cum dicitur aliquid bonum *ſpecie tenus.*
Quarto, pro congerie ſenſibilium *accidentium*, vt apud Theologos in ſermone de Euchariſtia.
Quinto pro *idea*, exemplari, & imagine, vt cum phantaſmata dicũtur *ſpecies* intentionales.
Sexto & raro pro *frugibus*, & pro aromatis.
Septimo pro *parte integranti*, vt cum pars agri, dicitur ſpecies agri.
Octauo pro *indiuiduo*, vt apud Iuriſconſultos.
Nono pro *communi analogato*, vt cum ſubſtantia & accidens dicuntur ſpecies rei, & entis: tempus ſanum, & vrina ſana, ſpecies ſani.
Decimo pro termino communi, qui proximè & rectâ ſubiicitur generi: vt homo animali, animal viuenti, &c.
Speciẽ differre quid ſit, explicatum eſt.

De Impoſitione.

Huic categoremati *ſpeciei* nomen impoſitum eſt: quia per *figuras*, ſpeciei, & faciei varietatem, ac ſimilitudinem, res primum ſunt diſtinctæ, & in certos digeſtæ ordines.
Prædicabilis ſpecies videtur conſtituta & nominata prius, quam ſubiicibilis.
1. quia ad artis conſtitutionem, ab indiuiduis ad ſpeciem, à ſpeciebus ad genera progrediendum fuit.

Digitized by Google

2. quia ſi quid audiente puero appelles nomine generis, vt e.g. ſi leonem appelles belluam, puer applicabit quidem toti ſpeciei, ſed non generi.]

ARTICVLVS ſecundus.

Quid ſit Species, quæ dicitur ſubijcibilis.

Monitum.

Duæ definitiones repetantur eſt contextu.
Obiectiones quædam proferendæ ..... ſed quæ aliis etiam argumentis inſeruire poterunt.
Multa philoſophi docent per exempla.

Obiectiones.

Prima.

Genus formaliter ſumptum, non eſt de eſſentia ſpeciei formaliter ſumptæ, (generalitas non eſt de natura ſpecialitatis) ergo non definit ſpeciem.
D. C. { tanquam pars rei definitæ, & includiuè, C.
{ tanquam terminus, ſeu correlatum, & excluſiuè, N.

Secunda.

Nihil per alienam proprietatem definiri debet. Ergo ſpecies, male definitur per τὸ prædicari, de multis: debet definiri per τὸ ſubiici.
D. A. ſi ſit *abſolutum*, C. *ſi relatiuum*, N.

Tertia.

Vitioſa definitio, vbi definitum ponitur: ex ſexto Topicorum (nihil definitur per ſe ipſum.)
Atqui in definitione ſpeciei, quæ ſecunda apud Porphyrium, ponitur ſaltem virtute *ſpeciei*.
Ergo videtur vitioſa. Probatur ſumptio.
In ſimplicis vocabuli locum, ſufficere licet eius definitionem: ex ſexto Topicorum. p. in locum animalis, ſubſtantia, viuens, ſentiens.
Ergo in locum huius nominis genus conſtituti in definitione ſpeciei, ſuffici poteſt definitio *generis*: In qua diſertè exprimitur ſpecies.
D. P. { ſi ponatur tanquam pars definitionis, & definiti, atque exprimatur, C.
{ ſi vero ponatur tantum, tanquam terminus oppoſitæ relationis, neque exprimatur, N.
Ad Antecedens confirmationis reſpondeo, id licere in abſolutis.
Sed non ſemper poſſe commodè fieri in relatis.
Relatum non debet expreſſè poni in definitione ſui.

Digitized by Google

Quarta.

Quod ſubeſt generi', id ſpecies, Porphyrio.
Atqui differentiæ, & indiuidua ſubſunt generi. Ergo.
D. P. ſi proximè & recta, C. ſecus, N.
Animal inquis, prædicatur immediatè de hoc animali, (vt & recta) Ergo genus immediatè de indiuiduis, &c.
N. Ant. Quia animal antequam euadat *hoc*, neceſſe eſt prius euadat rationale, vel irrationale.
Sunt qui reſpondent *animalitatem*, dum confertur cum hac & illa animalitate, eſſe ſpeciem, non autem genus.

Quinta.

Terminus æquatur in negotio relatorum, ſi eſt genus.
Genus autem non adæquatur vni ſpeciei, ſed pluribus.
Etgo non videtur idoneus ſpeciei terminus.
D. Sumptionem { Qua parte, & quatenus applicatur omnibus, C. / Qua parte applicatur vni, vt pater vni filiorum. N.
Species inquis, genere ſuo eſt anguſtior.
Ergo non definitur per æqualem terminum.
D. A. explicitè, C. implicitè. N.
Definitionis enim hæc videtur ſententia eſſe. *Species eſt vnum eorumque immediatè ſubſunt generi*, & de *quibus prædicatur in quæſtione, quid eſt.*

Sexta.

Pro numero terminorum variè ſunt relationes. p. tot paternitates, quot filiationes.
Ergo { vel generalitas in animali multiplex conſtituenda. / vel ſpecialitas vnica in oppoſitis ſpeciebus. p. in homine, & bellua.
N. A. de qua re in ſermone de Relatis.

ARTICVLVS Tertius.

Quomodo ſe habeat Species ſubijcibilis.

Variæ illius notæ, & conditiones.

Prima.

Sola ſpecies [ſubiicibilis accuratè] definitur.
Eſt { vt ſpecies, *definitio implicita*, inuoluta. / Ita definitio, *ſpecies explicita.*
Species *pugno* ſimilis. Definitio *palmæ.*

Digitized by Google

Secunda conditio.

Superat { ſpecies ſuum genus, *actu* [& intentione heterogenea]
genus ſpeciem, *poteſtate* [extenſione, entitate.]

Tertia conditio.

Species in genere ſuo } continetur { poteſtate.
Homo in animali } { actu, energia.

Poteſtate tantum, quatenus differt ab altera ſpecie, quia efficitur per reiectionem differentiarum, &c.

Actu ſaltem confuſo quatenus eſt alteri ſpeciei ſimilis.

Homo in animali actu, itemque bellua, per ſuam animalitatem.

Etenim qui genus [actu & de facto nouit] iam nouit [actu] ſpeciem, ſaltem ſecundum quid, ex primo Poſteriorum: quando eſt generalitas, debent eſſe termini, cum quibus conferatur.

Quarta conditio.

Species componitur ex genere, & differentia, differentijſue: vt homo ex animali, terreno, bipede, ſanguineo, rationali, &c. De qua re in ſermone de differentia.

Quinta conditio.

An à ſpecie vna genus elici poſſit. p. animal ex homine, & quomodo, colligendum eſt ex ſermone de differentijs, & de procreatione vniuerſalis.

Sexta conditio.

Species & differentia { aliquando reciprocantur, vt homo & rationale.
ſæpius non reciprocantur, vt homo & bipes: De qua re poſtea.

Septima conditio.

Species vna ſemper alteri opponitur, alijſue, ſed per differentias, vt homo belluæ.

Genus in duas diuiduum eſt ſpecies, vel in plures.

Diuiſio generis accommodanda veritati, & multitudini ſpecierum, non breuitati: De qua re in ſermone de diuiſione.

Octaua conditio.

Species, quæ vnius eiuſdemque generis, ſeu *congeneres*, dicuntur eſſe *ſimul*, per naturam.

Sed operæ-pretium eſt adhibere diſtinctionem, quando duæ conferuntur.

Nam { vel vna eſt *generi*, quàm altera vicinior, vt viuenti planta, quã equus. tumque videtur prior, quæ vicinior.
vel vtraque eſt æquè vicina, vt planta & animal.

Tum { ratione *emanationis*, & originis à genere, ſunt ſimul per naturam.
ſed ratione *ſimplicitatis*, vna eſſe ſolet ſimplicior, & prior, quàm

Digitized by Google

altera. p. planta, quàm animal.
Vt & ratione dignitatis vna præcedit alteram.

Nona conditio.

Ex ſpeciebus oppoſitis ſolet vna eſſe ſimplicior, quam altera:
Simplicius quid planta, quàm animal, quercus quam formica, elephas quam homo, ratione *eſſentiæ*.

Quot modis ſpecies, ſpecie ſimplicior?

Duobus { vel ita vt componat eam, quæ minus ſimplex, quo ſenſu ternarius ſimplicior quaternario.
vel itaut non componat... quo ſenſu elephas homine ſimplicior.

Decima conditio.

Species vna ſecundum *materiam*, includi poteſt in altera, vt binarius in ternario.
Poteſt ſecundum virtutem, vt in mixto perfectiori, quatuor elementa.
Species imperfectior alteram componere, & integrare poteſt, vt anima hominem.
Perfectior an poſſit, & quomodo poſſit, controuerſia eſt.
Quæritur vtrum *lauro cerafus*, pirо malus, mulus & conſimilia ex duabus naris, & ſpeciebus componantur. p. mulus ex aſino, & equa:
An duntaxat ex vna, quæ virtute, non formaliter duas complectatur.

Undecima conditio.

Species rerum dicuntur eſſe inſtar *puncti*, inſtar *numeri*.

Duo-decima conditio.

Inſtar numeri, primo quia apud Pythagoreos quiduis *numerus*, vel numeri *imitatio*.
Apud Platonem vnitas vel numerus, vel numeri participatio.
Secundò quia ſpecies, & eſſentię rerum conſtant certa multitudine, certorum momentorum eſſentialium.
3. Quia { vt non habentur ſpecies duæ numerorum, totidem conſtantes vnitatibus.
ita, ſi quibuſdam creditur, non habentur ſub eodem genere duæ ſpecies æqualis dignitatis & perfectionis.
4. Quia { ſpecies eſt inſtar puncti, habetur tota, vel haberi non eſt dicenda.
eſſentiæ rerum non ſuſcipiunt proprie magis, & minus, ſed entitatem.
vt numerus adiectione, vel reiectione monadis mutat ſpeciem:
Ita ſi de congerie internarum hominis, & eſſentialium perfectionum detrahatur vna, non reſtabit homo.

Decima-tertia conditio.

Species dicuntur terminare genus, cui ſupponuntur.

Cum qua re confertur genus?

Vel cum ſuis ſpeciebus, & per eas cum illis omnibus rebus, quæ ipſis *ſubſunt*,

Digitized by Google

acciduntne: vt viuens cum animali, planta, bellua, homine rationali, &c.
Vel cum rebus alijs. p. cum ſuis principijs, proprietatibus, & differentijs diuidentibus.

Terminantne ſpecies genus?

Ratione poſterioris collationis, non terminant, vt perſpicuum eſt.
Ratione prioris, terminant.

Suntne integer terminus huius collationis?

Explicitè ſunt partialis tantum terminus; ſed præcipuus, aut ſaltem proximus.

Integer tamen { partim explicitè, quia ipſæ exprimuntur.
partim implicitè, quia ſpecies continet, quæ inferiora ſpecie, vt animal hominem, homo Socratem.

Decima-quarta conditio.

Species, quæ ſubijcitur generi, & dum ſubijcitur, eſt vniuerſalis.
Si quidem eo nomine in ſcientijs eſt vſui, quod ſcitur id vniuerſale.
Non eſt aliud vniuerſale à genere ſubalterno, vel prædicabili ſpecie.
Etenim prædicabilitas de multis, ſeu vniuerſalitas non innaſcitur ſpecici à ſubiectione, & à collatione cum ſuperioribus:
Sed à reſpectu, & relatione ad inferiora.
Alioquin homo duplicem haberet vniuerſalitatem, vnam à ſuperiori, alteram ab inferioribus.
Ergo ſubijcibilis ſpecies eſt vniuerſale, *dum* ſubijcitur generi.
Sed non eſt *quia* ſubijciatur generi, & propter ſubiectionem.
Nam etiam indiuidua ſubijciuntur generi.
Nihil tamen eſt idonea *materia*, quæ proximè ſubijcitur generi, niſi ſit vniuerſale quiddam.

ὁμογενεῖς. ὁμοιογενεῖς.

Decima-quinta conditio.

Species eiuſdem generis ſunt ſynonymæ, ſunt quid homogenes, non homiogenes tantum.

Decima-ſexta conditio.

Species vna eademque plures collationes habet.
Confertur cum genere, cum differentijs, cum indiuiduis, &c.

Decima-ſeptima conditio.

Species { priùs intenditur â genere, quam differentia. (.·.)
poſterius fit, gignitur.

Decima-octaua conditio.

In ſpecie vna ſeruatur *eſſentia* generis tota: non autem entitas tota.

Decima-nona conditio.

Species multas ſortitur diuiſiones [vt patebit.]

Vigeſima conditio.

Quo nomine ſit ſecundum vniuerſale, quæretur infrà.

Digitized by Google

Item quæ à Porphyrio tractetur ſpecies, & quo nomine.

ARTICVLVS IIII.

De ſpecierum Synonymia.

Sunt-ne Species congeneres?

Senſus quæſtionis.

Quæritur vtrùm duæ pluresue ſpecies alicuius generis. p. animalis, plantæ, &c.

Sint idem *genere*, an verò tantum quiddam *ſimile genere*.

Sint quid *homogenes*, an vero tantum quid *homiogenes*.

Seu { vtrum genus τὸ eſſe ſuum integrum, & ex æquo largiatur ſpeciebus, p. homini, & oſtreis, &c.
an { vnam ſpeciem quaſi in delicijs habeat, cui vim ſuam tota liberaliter communicet. / alijs autem. p. oſtreis, parcè & malignè energiam ſuam largiatur.

Vtrùm genus vnumquodque ſit *ſynonymum*.

An verò analogia, & homonymia quoduis, aut multiplex ſaltem inuoluatur.

Reſponſio.

Ex Scali-gero. *Entitatem* non neceſſario ex æquo, ſuis largitur ſpeciebus genus: vt nec neceſſario ſpecies indiuiduis.

Plus aquæ in mari, quam in guttula.

Plus plantæ in ingenti quercu, quam in puſilla.

Sed hæc inæqualitas ſynonymiam non perimit.

Ad *eſſentiam* quod attinet, eam largitur ex æquo: Et omnino genus *ſynonymè* conuenit ſuis ſpeciebus.

Primò, quia ea mens Porphyrij, & Ariſtotelis in Topicis.

Secundò genus eſt inſtar puncti, & inſtar numeri, non ſecus atque ſpecies, maximè autem quando eſt ſubalternum.

Obiectio prima.

Species vna, vt homo, alteri, vt oſtreis, præſtat: etiamſi conſtituatur ſub eodem genere.

D, { per genericum gradum, eſſentiamque eius. p. per animalitatem, N. / per differentiarum copiam, aut nobilitatem, C.

Homo præſtat cani, etiam ratione tactus qui prodit à generico gradu. n. ab animalitate.

Ergo etiam genericus gtadus in homine præcellentior, quam in cane, quam in oſtreis: [nam nobilior proprietas ſubſtantiam nobiliorem videtur indicare.]

D. C, per ſe. N. per adiunctam differentiam, C,

Nam

Nam { vt ſiccitas calorem acuit:
ita nobilis differentia facit, vt genus melius ſe habeat.

Secunda.

Plantæ Theophraſto lib.1. de cauſis cap.21.ſunt homoiogenes.

D. { ſi generis nomen ſumatur pro ſpecie, & natura, C.
ſin autem pro genere Logico. N. ſunt enim quid homogenes.

Tertia.

Genus non eſt vnum quiddàm, ſed latent multa.j. latent[homonimiæ] cap. 4.lib.7. Phyſicorum.

D. { Genus quoduis Logicum, N.
τὸ genus illud, de quo loquitur Ariſtoteles, vt motus, C.

Eſt enim tantum genus analogicum, & excurrens per plures Categorias.

Latent in generibus *homonimiæ*, ex quinto Ethicorum, quarto & ſexto Topicorum, & loco citato.

D. { quia genus quod propriè genus, vt planta, animal, iuſtitia, ſit æquiuocum, æquiuocans, N.
quia genus ſit plerumque æquiuocum æquiuocatum, C.

Sæpe idem nomen ſumitur { nunc pro toto genere:
nunc pro vnica ſpecie.

Vt iuſtitia, virtus, &c. idque per ambiguitatem.

Sed plerumque æquiuocum æquiuocatum eſt vniuocum vniuocans, vt terrenus canis.

Item { quod verè genus ſit homonimum aliquid, vt æquiuocum æquiuocans, N.
quod difficulter deprehendatur, & quod lateant ac fallant *ambiguitates*, quibus obſidétur genera, quę per errorem in genera irrepunt, C.

Nam { homonimia facilius in remotis deprehenditur. p. quando & mons, & animal appellantur *taurus*:
difficilius in vicinis ſimilibus. p. in iuſticijs. Sed de hoc negotio alibi.

Quarta.

Si animal totam eſſentiam ſuam largitur zoophytis, & ſuas omnes largitur proprietates.

Atqui non largitur omnes. Ergo &c. Probatur ſumptio.

Viſus & auditus ſunt proprietates animalis.

Non largitur viſum & auditum. Ergo. Reſpondeo viſum & auditum non eſſe proprietates animalis communiſſimè ſumpti, ſed certorum tantum animalium.

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

Conſeruatio, multiplicitas, tractatio.

Poteſt-ne genus conſeruari in vnica ſpecie?

Sentẽtia 1. Albertus & D. Thomas negant poſſe.
Primo quia genus poſtulat plures differentias ex. 6. Top. habet ſpecies ex 4. Top. habet differentias ex 6. Top.
Reſp. niſi habet actu, habet poteſtate ſaltem.
Secundo quia vt fiat ſpecies, diuidendum, eſt genus.
Sed reſp. diuidi in categoria non in natura rerum.
Tertio quia ſublata vna ſpecie non tollitur genus, (tolleretur autem ſi ſeruaretur in vna ſpecie, ea ſublata.)
Sed dist. { niſi ponatur conſeruari in vna ſpecie, C. / ſecus verò, N. } [,,]
Seu { ſi tollatur vnica, nec cęteræ prius ſublatæ fuerint, C. / ſecus verò, N. }
Quarto quia ſi oppoſitorum vnum eſt, & alterum eſt. 2. de Cœlo cap. 3.
Differentiæ autem ſunt contrariæ, ex 10. Metaph.
Sed reſp. eas eſſe poteſtate, aut non repugnantia: niſi ſunt actu.

Sentẽtia 2. Scotus autem negat, & ſeruari poſſe arbitratur.
Primo quia toto poſito pars ponitur: genus autem pars eſt ſpeciei.
Secundo quia poſito relato ponitur correlatum: ſaltem qua parte illi reſpondet.
Tertio quia differentiæ non ſunt de natura generis.

Reſponſio.

Aut conſideratur res affecta *generalitate*, vt animal generale, color generalis, planta communis.
Aut res ſola, & genericus gradus. p. animal, color, planta, &c.
Priori modo & ſenſu, genus poſtulat ſuas omnes ſpecies, non tamen in natura rerum: quia concipi poteſt, quod non eſt:
Sed in *mente*, & cogitatione: idque tantum confuſo actu.
Poſtulat autem, quoniam animal generale idem eſt, quod omne animal.
Poſteriorem ad modum quod attinet, diſtinctioni locus.
Aut quęritur ſola conſeruatio genericæ naturæ illius, ad quam ſufficit vnica ſpecies. p. homo: vt ad menſis conſeruationem vnus dies.
Aut mundi huius abſolutio, & conſeruatio:
Tum { ſi ſpecies pertinet ad integritatem mundi, vt bos, leo, homo, requiruntur: / ſi minime pertinent, non neceſſario requiruntur, vt pleræque figurarum ſpecies. }

Digitized by Google

Quotuplex ſpecies ſubijcibilis?

Prima diuiſio.

Eſt poſitiua, vt videre, viſus, lumen.
Priuatiua, aut quaſi priuatiua, vt cæcitas, tenebræ.
Negatiua, vt non-videns, non-humanus: quæ diuiſio ambigua videtur.

Secunda diuiſio.

Vel ita eſt ſpecies, vt ſit etiam genus, vt animal, planta: & dicitur *ſubalterna, interiecta, intermedia.*
Vel non eſt genus, vt equus, homo: & videtur *ſpecialiſſima*, ſingularis, infima, vltima, indiuidua.

Obiectio.

Non rectè, ſed abuſiuè tantum, dicitur Cicero Ciceronianus, candor candidus, candidiſſimus.
Ergo nec rectè genus generaliſſimum, ſpecies ſpecialiſſima.
N. C. primo quia ſpecies ſumitur pro ſpeciali, genus pro generali: ſpeciale dici poteſt ſpecialius.
Secundo quia genus & ſpecies quantitatem arguunt.
Quæ vocabula quantitatem ſignificant, ſolent prædicari abſtractè, & concretè, de re eadem.
Linea dicitur magna, & magnitudo, numerus dicitur numeroſus, &c. De qua re in categorijs.

Tertia diuiſio.

Vna eſt pars, partialiſue ſpecies, vt caput, humanum caput.
Altera totum, totaliſue ſpecies, vt homo, animal, equus.

Quarta diuiſio.

Vna eſt collocabilis in categoria, vt homo, equus, animal, & dicitur integra ſpecies.
Altera non, vt animal ſanguineum, animal oculatum, animal auditu præditum, & dicitur inchoata tantum.

Agnouit-ne Ariſtoteles, ſpecies inchoatas, & incompletas?

Agnouit, vt conſtabit ex ſermone de differentia.
Non ſi quis peruenit ad *vltimam* differentiam, ideo ad *ſummam*, ex ſeptimo Metaphyſicæ.

Quinta diuiſio.

Conſtat genere & differentia, vt animal ſanguineum:
Vel genere & differentijs, vt animal terrenum, ſanguineum.

Quæ hic ſpecies, & quo tractatur nomine?

Prima propoſitio.

Porphyrius videtur agere tantum de poſitiua, & totali ſpecie, vt conſtat ex contextu.
Sed reliquæ facilè inde æſtimantur.

Digitized by Google

Secunda propositio.

Tractatur quatenus est subijcibilis, quia eo nomine maximè inseruit categorijs,& occupat secundum locum.

Tertia.

Tractatur etiam quatenus prædicabilis species.
Primò quoniam eo præcipuè nomine comparatur.
Secundò quia in exquirendo numero vniuersalium, non fit mentio à Porphyrio, nisi speciei prædicabilis.

Quo nomine species dicitur secundum vniuersale?

Species dicitur secundum vniuersale, vnumue è quinque vniuersalibus: sed dicitur tantum quatenus est *prædicabilis.*
Primò quia id constat ex diuisione categorematum, & ex comparatione.
Secundo quia *subiectio*, per quam quid immediatè subijcitur generi, non facit, sed supponit vniuersalitatem.
Tertiò quia res vna, vt homo, animal, non est duplici simul vniuersalitate prædita.

ARTICVLVS VI.

De speciei vltimæ nomine, natura, collatione.

Nomen.

Species, quæ proximè complectitur *indiuidua*, videtur *prædicabilis*, quod prædicetur tanquam species, *indiuidua*, & indiuisibilis, quod non diuidatur in alias species: non diuidatur in scientijs.
Singularis, quod in scientia sit quasi pro indiuiduo.
Infima, & vltima, quod sit infimus, & vltimus gradus.
Genus apud Iurisperitos.

Cuiusmodi est speciei nomen?

Ambiguum { nunc superius cum inferiori comparat, vt cum homo dicitur species Socratis:
nunc & sæpius inferius, cum superiori, vt cum dicitur homo species animalis.

Quid?

Species vltima est vniuersale, quod immediatè prædicatur de multis, numero tantum differentibus. Quæ definitio intelligenda ex sermone de indiuiduo.
Est species, quæ in alias species diuidi nequit.
Porrò secerne diuisionem à partitione.

De duplici collatione vltimæ speciei.

Vltima species ex Porphyrio duplicem collationem habet.

Digitized by Google

Nempe { vnam cum *genere*, homo eſt ſpecies animalis:
alteram cum *indiuiduis*, homo eſt ſpecies Platonis.

Sed non *diuerſam*: quæritur quomodo ſit non diuerſa?
R. nomine tenus eſſe non diuerſam.
Etenim non diuerſitatis hanc vnam rationem Porphyrius adfert.
Quod idem *nomen* habeant duæ collationes.

ARTICVLVS VII.

Generant-ne ſpecies ſpeciem?

Sententia Porphyrij, cap. vndecimo.

Duæ ſpecies *tertiam* non progenerant: licet differentiæ duæ, vel plures ſpecies componant.

Quotuplex ſenſus huius propoſitionis?

Vnus eſt ſi duæ ſpecies, aut plures negentur procreare efficaciter tertiam. p. equus, & aſinus mulum.
Alter ſi negentur tertiam componere, per modum partis, & materialiter.

De priori ſenſu.

Priori ſenſu loquitur Porphyrius, ſed parum peripateticè, ni fallor.
Primo quia comparatio Porphyriana poſteriorem videtur poſtulare.
Vt dicantur { duę differentię ſpeciem componere: de qua re infra:
duæ ſpecies, tertiam ſpeciem non componere.
Secundo quia fatetur Porphyrius duo indiuidua diuerſæ ſpeciei. p. hunc aſinum, & hanc equam generare indiuiduum aliud tertię ſpeciei. p. certum mulum.
Negat verò duas ſpecies generare tertiam.
Non, inquit, equa & aſinus generant mulum: ſed certa equa, & certus aſinus, generant mulum.
Et tamen peripateticè, vt indiuiduum ad indiuiduum ſe habet: ita ſpecies ad ſpeciem.
Si hic ſtatuarius facit hanc ſtatuam.
Et ſtatuarius ſtatuam facit.

De poſteriori.

Quæritur vtrum duæ ſpecies, etiam perfectiores, vt natura equi, & natura aſini, poſſint tertiam componere. p. mulum, & quomodo. De qua re in Phyſiologia.

Sententia prior.

Anima muli componitur. n. ex anima equi, & anima aſini, vt vna eademque maſſa, partim ex auro, partim ex argento. Idemque ſentiendum eſt de leopardo, lauro-ceraſo, piro-malo.

Digitized by Google

Posterior.

In mulo non inuenitur, neque anima equi, neque anima asini, sed anima quædam tertia, quæ *virtute*, non formaliter, duplicem illam complectatur.

ARTICVLVS VIII.

De specierum vltimarum numero, nouitate.

Quæ celebriores veterum sententiæ, de numero specierum?

Imperfectus Empedocli videtur mundus, quod in eo noui aliquid semper generetur.

Sed quæ noua vocat, noua sunt individua, potiusquam nouæ species, & individua nouæ speciei.

Quibusdam mundus eam ipsam ob causam videtur æternus. n. quod in eo semper generetur aliquid noui:

Nam, inquiunt, quod semper gignitur, semper in eo est imperfectum:

Quod semper est imperfectum, id nunquam absoluitur.

Sed ludunt vocabuli ambiguitate.

Absolui namque significare potest { tum perfici: / tum terminari.

Quæ semper imperfecta { ea nunquam perficiuntur: / sed tamen terminari possunt.

Quæstiunculæ.

Prima. Facit-ne vltima differentia, vt bipes, tali modo fissipes, vltimam speciem?

Secunda. Est-ne vltimarum specierum infinitus in natura rerum numerus?

Tertia. Potest-ne Deus virtute absoluta procreare innumerabiles vltimas species. p. innumerabiles figurarum species, innumerabiles plantarum, innumerabiles animalium?

Quarta. Potest-ne innumerabiles hinc species genere. p. innumerabiles animalium species, innumerabiles figurarum species, innumerabiles colorum, &c.

Responsio.

Specierum alię nobilioris generis, vt leo, equus, quercus.

Alię imperfectioris, vt figurę, numeri, relationes.

Atque hæ citra controuersiam excrescunt in infinitum, non possunt, e. g. tot proferri aut cogitari figuræ species, quin plures dari possint.

Illæ naturaliter, seu potestate Dei ordinaria non excrescunt in infinitam, an absoluta Dei virtute excrescere in infinitum possint, quæritur à Metaphysicis, & posse probabilius est.

Naturaliter non possunt, quia neque per vniuocam generationem, neque per æquiuocam.

Vniuoca generatione, si quid progeneratur, vt homo, equus, leo, progene-

Digitized by Google

catur à re eiuſdem ſpeciei, vt equus ab equo, vel à ſpecie valdè affini, vt ouum à galina.

Homonyma generatio pendet à certo cauſarum concurſu, cuiuſmodi non ſunt innumerabiles, [de qua re alibi] puta cum mures generantur ex quiſquilijs, vel herbæ ſponte enaſcuntur.

Obiectiuncula.

Duæ ſpecies in natura rerum ſolent generare tertiam, hinc muli, leopardi, laurocerafi & piromali, & conſimilia per inſitionem facta.

Ergo datur progreſſus in infinitum, in ſpecibus vltimis perfectioris generis.

N. Conſ. quia in animalium genere ſterilia ſunt, quę ita generantur in ſpecibus, aut non quęuis ſpecies, cum alia coniungi poteſt per inſitionem, mixtionem ſeminum: de qua re in Phyſicis.

Poſſunt-ne naturaliter aliquæ ſpecies è nobilioribus procreari recenter, aut reſtitui poſt deſitionem, vt lupus, lazer. *Quinta.*

Res vel incorporeæ, vbi non eſt locus naturali procreationi. *R.*

Vel corporeæ, quæ aut incorruptibiles vt Sol, vbi etiã nõ eſt locus nouæ procreationi. Aut corruptibiles, vbi materia, forma, compoſitum. Compoſitum ex forma æſtimari debet.

Materiei primę nihil naturaliter generatur, vt conſtat, nam ex nihilo prodit.

Formæ vel ſubſtantiales ſunt, vt anima equi, forma lapidis. Vel accidentales, vt calor, figura, viror: hę nouę procreari poſſunt.

Si ſubſtantiales non poſſunt, quia cuique formę ſubſtantiali ſua videtur ineſſe proprietas, niſi dicatur virtute alicuius cõſtellationis progenerari nouas.

Illarum quædam non procreantur niſi vniuocè, vt anima equi, galli gallinacei, in quo genere non eſt locus nouitati ſpecierum.

Quędam procreari poſſunt æquiuocè, vt muli hybridæ, vermiculi.

Atque hæc ſi deſierint poſſunt reſtitui, eum ad modum qui exponitur, 4. Georgicon.

Quæritur, vtrum ſpecies quæ nunquam extiterunt, poſſint nunc procreari?

Reſp. poſſe aliquas ſi ex duabus ſpeciebus aut ſeminibus, diuerſæ ſpecici naſcatur tertia ſpecies.

Item poſſe, ſi nouæ conſtellationes nouitatem ſpecierum inducere poſſunt. Sed hæc alibi exquirenda:

Monitum.

De his & de ſimilibus quæſtionibus, partim infra, partim in ſermonibus de mundo, partim in Metaphyſicis.

M. circa actionem.

Ariſtoteli actio, & operatio ſingularium [tantum] quę ſententia videtur poſſe fauere ſententię, de procreatione muli.

Sed ea perſtricta in compendijs, explicata alibi.

Digitized by Google

ARTICVLVS IX.

De conseruatione vltimæ Speciei in Indiuiduo.

Sententia Boëtij è libro tertio.

Vltimæ species, cum *essentialem* nullam absolutionem expetant aliam ab vna, quàm in vno indiuiduo adipiscantur, non videntur *indiuiduorum multitudinem* postulare.

Nisi vt æternitatem suam tueantur, vt homo, equus.

Itaque quando natura singularis est æterna, vt hic Sol, propagatio & multiplicitas exigi non videtur.

Sententia Porphyrij ex commentario in categorias. cap. 39.

Species non semper actu continet plura indiuidua: sed sæpe potestate sola, vt Sol, Luna.

Luculentior sententia per distinctionem.

Species { aut citra mentis operam est species:
aut non nisi per mentis operationem.

Sensu { priori requirit plura indiuidua *possibilia*; non plura simul cohærentia in natura rerum.
Nisi id exigit mundi *absolutio*, & conditio propagationis. p. exigentis marem & fœminam.
posteriori { aliud iudicium de re. p. de *humanitate*:
aliud iudicium de re affecta specialitate. p. de homine speciali.

Hæc enim videtur postulare *omnia* indiuidua: sed in mente tantum & *confusè*.

Illa porrò quãdiu in vno est indiuiduo, seruari potest in natura. p. si lupis peremptis vnus tantum sit reliquus.

Sed spectanda est { & mundi conseruatio:
& æternitas ipsius naturæ, atque speciei.

Ad quam considerationem videtur opus distinctione rerum, & naturarum.

Quot hîc naturarum & rerum considerandæ genera?

Res { aliæ *immateriales* sunt, vt Deus, Dæmones, Angeli, animi nostri, virtutes animi &c.
aliæ *materiales* & corporales, quarum duo modi offenduntur.

Nam { quædam non propagantur, nec sunt propagatæ:
Idque { siue sint in vno tantum indiuiduo, vt Sol:
siue in pluribus, vt stella fixa.
aliæ propagantur, idque dupliciter.

Quia

Digitized by Google

Quia { vel in plura indiuidua ſimul, vt arbores.
vel in plura ſucceſſiuè tantum, vt phœnix.

De Naturis, & immaterialibus rebus.

Deus eſſentialiter numero vnus, vnicus, ſingularis. ¶
Itaut, qui multiplicem cogitet, *nullum* cogitet.
Itaque non debet cogitari tanquam *ſpecies*.
Licet ſit *eminenter*, & virtute ſpecies, de qua re in Metaphyſicis.
Affectiones ſpiritales, *accidentiaque* immaterialia;
Partim ex ſubiectis æſtimari debent, vt mens, voluntas.
Partim ſunt multiplicia eiuſdem ſpeciei, & naturæ, ſubiecto in eodem, vt cogitationes, volitiones.
Anima noſtra eſt immortalis, incorruptibilis, etiam ratione indiuiduorum:
Et tamen multiplicem oportet eſſe, & exiſtere.
Non tamen vt exiſtat actu ſpecies animæ:
ſed vt exiſtat actu ſpecies hominis, qui eſt immortalis.
Et quidem multiplicem ſimul oportet eſſe: propter *ſexuum* diuerſitatem, neceſſitatem.
De *Intelligentijs*, ſiue de Angelis, & de moribus, tres ſententiæ poſitæ in rudimentis metaphyſicis, & excutiendæ alibi.

De rebus materialibus.

Affectiones & accidentia hic offenduntur, vt & ſupra:
partim, quæ ſunt æſtimanda ex ſubiectis, numero reſpondent ſuis ſubiectis.
partim ſunt propagabilia, etiam in eodem indiuiduo, vt calor.
Quæ naturæ propagantur ſimul in plura indiuidua, niſi ſexu egent, non neceſſario indigent pluribus indiuiduis ſimul exiſtentibus: imò pleræque earum poſſunt aliquandiu in ſolis cauſſis conſeruari, & cum perierint reſtaurari, vt mures.
Quæ in plura indiuidua propagantur, ſed *ſucceſſiuè* tantum, ea ſi quæ ſunt, vt phœnix, ſeruant æternitatem ſpeciei.
Sed { partim in vno indiuiduo, ſuccedente alteri.
partim in cauſſa. p. in cadauere, aut cinere phœnicis.
De naturis vbi multa ſunt indiuidua, ſed ſine propagatione naturali, nulla eſt controuerſia.
De naturis vbi indiuiduum ſine propagatione eſt æternum, ſed ſolitarium. p. de Sole, de Luna, de Mercurio, &c. quæritur vtrum poſſint euadere ſpecies.
R. poſſe ex rei veritate, quia Deus ipſas propagare poteſt.
Item poſſe Ariſtoteli, ſiue ex mente Ariſtotelis.
Primò quia Ariſtoteli { aliud Sol / aliud hic Sol } vt colligitur ex ſeptimo metaphyſicę,

Digitized by Google

2. de cœlo, primo Posteriorum.

Secundò quia ex tertio de anima, in materiatis { aliud est τὸ esse. / aliud quod habet τὸ esse.

Tertiò quia ex primo de cœlo, si darentur plures mundi, constarent ex rebus eiusdem speciei cum nostris.

Quartò quia istæ naturæ scientia comprehenduntur.

Conclusio.

Pluribus opus indiuiduis { vel vt *sit* res. / vel vt *sit semper*, non vt sit species. / vel vt seruetur *integritas mundi*, non vt sit species, non vt sit semper.

Obiectiones.

1. Vniuersale potest esse in multis: Sol Aristoteli non potest: Ergo.
   D. P. { potentia rationali, & Logica, C. / potentia, quæ sit propriè naturalis, & realis, N.
2. Potentia ista *rationalis*, quæ continetur mera non repugnantia, neque potest reduci ad actum, apud Aristotelem est insolens.
   D. si nomen spectes, C. si rem significatam, N.
   Etenim 7. Metaphysicæ cap. 6. sol cogitatur tanquam stans.
   Continuum Aristoteli [potest] in infinitum diuidi.
3. Vniuersale per naturam potest πέρυκε inesse multis: Respondeo responsum alibi.
4. Propagatio à natura non instituitur, nec plura indiuidua, nisi vt seruetur species: 2. de generatione text. 59. Ergo non dantur multæ stellæ vnius eiusdemque speciei.
   D. Ant. recenter, C. ab æternitate, aut principio mundi, N.
5. Aristoteli cui mundus est necessario vnicus, repugnat plures dari soles: Ergo Sol non potest in pluribus esse indiuiduis.
   D. Propter inopiam materiæ, & defectú causæ effectricis, C. simpliciter, N.
6. Frustra est potestas nisi ad actum reduci possit.
   Disting. { nisi in quibusdam saltem speciebus, C. / nisi in omnibus speciebus, N. procliuitas ad videndum, quæ in animali, non reducitur ad actum in quauis specie.
7. Potentiam comitantur instrumenta, 2. de cœlo.
   Sol non habet instrumenta, quibus propagari possit: Ergo Sol nequit propagari, & in multis esse.
   D. P. naturalem, concedo. quamlibet, N.
   Animal generatim sumptum non habet pronitatem ad videndum.
   N. quia, quod conuenit speciei, & antecedenti, illud est non repugnans generi & consequenti.

Digitized by Google

CAPVT III.

¶ De Differentia. ¶

ARTICVLVS I.

De ordine, nomenclatura.

Ordo.

Non tam quærendum cur tertio loco ſtatuatur differentia, quam cur è ſecundo pulſu. De qua re ſupra. [cap. 2. art. 1.]

Nomina.

Nomina hic offenduntur varia, vt ἄλλο, ἄλλοῖον, ἕτερον: de quibus in contextu explicando, diuerſum, differens, diſtinctum, diſſimile: de quibus in rudimentis, &c. vt & de *eodem*.

Similia
- generatim, quæ habent commune aliquid ſynonymè, vel analogicè, vt quantitas, qualitas.
- propriè ea quibus aliquid ſynonymè commune, vt equus & homo.
- proprijſſimè quæ qualitatem habent diuerſam numero, ſed eiuſdem ſpeciei. p. candorem.

Differens
- generatim quicquid non eſt *idem*.
- propriè quod nec eſt idem, nec propriè diuerſum, ſeu primo diuerſum: tumque res differunt genere, vel ſpecie, vel numero.
- proprijſſimè, quod in eadem categoria eſſentialiter diſcrepat ab alio.

Res proprijſſimè differunt, quæ in eodem collocatæ genere differentiam habent, *non ſecundum accidens*. i. differentiam per ſe, & eſſentialem:

Διάφορα ex.

Diaphora Græcis
- nunc præſtantia & excellentia.
- nunc quoduis diſcrimen.

Differentia
1. quoduis diſcrimen, quo ſenſu etiam ſummum genus facit differentiam, 6. Topicorum.
2. qualitas diſcriminans communis, vel propria, vel proprijſſima.
3. differentia ἁπλῶς, & ſine additamento.

Idque
- nunc propter *vilitatem*, vt cum propria, & communis, dicuntur differentia *ſimpliciter*.
- nunc propter *excellentiam*, vt cum differentia eſſentialis, dicitur differentia ἁπλῶς.

Ex tribus ſignificationibus, ſecunda vſurpatur à Porphyrio, vt tertia.

Differentia effertur
- abſtractè, vt paritas.
- concretè, vt par, impar.

Vel pro differentia, tum ſingulari, tum communi: vel duntaxat pro communi, & vniuerſali ſumitur.

Digitized by Google

Differentiæ nomen { partim metaphysicum est, pro ratione discriminationis, non Logicum. / partim Logicum. p. ratione abstractionis, vniuersalitatis, & compositionis speciei, &c.

ARTICVLVS II.

Quid differentia generatim, & quotuplex.

Quid differentia generatim?

Porphyrio est quicquid facit *aliomodo habens*: sed videtur definiri potius *res discriminans*,... quam res discriminans vniuersalis.

Præterea descriptio est analogica, potius, quam synonyma.

Nam vt res largiuntur τὸ εἶναι.

Ita etiam τὸ distingui, discriminationem, distinctionem.

τὸ esse autem & essentiam largiuntur *analogicè*, non *synonymè*: De qua re alibi.

Potissimum autem, & primum analogatum videtur esse *differentia essentialis*, sed hæc ipsa videtur esse per analogiam: de qua re postea.

Distinctio prima.

Est { singularis differentia, vt Lentulitas, & non pertinet ad hunc locum. / communis { analogicè, vt fabrile. / *vniuersaliter* { non specifica vt candidum, dulce. / specifica & essentialis, vt bipes, par, & impar.

Constat non nisi *vniuersales* pertinere ad hunc ordinem.

Specifica vocatur *essentialis*, proprijssima, maximè propria.

Specifica speciei effectrix, non index tantum. p.

Diuisiua generis, differentia per se, differentia ἁπλῶς, sed propter dignitatem.

Eadem primario, & præcipuo iure pertinet ad tertiam classem categorematũ.

Quæ non specifica, ea agnoscitur ab Aristotele 2. Posteriorum, cap. 14.

Estque { communis, & vulgaris, quæ *separabile accidens*, vt candidum, si ad panmum referatur. / propria, quæ { *proprium quarto* modo, vt risibile. / aut saltem *accidens inseparabile*, vt cicatrix.

Res eadem { quatenus simpliciter afficit, ac denominat, vocatur accidens, vt frigidum, & candidum, si cum niue conferantur. / quatenus distinguit, separat, vocatur differentia, vt candidum, si cum niue conferatur.

Huc pertinent { per se proprio iure, & primario, essentiales differentiæ, quia per se obeunt omnia differentiæ officia. / communes, & propriæ, quia discriminant, imitantur officia exquisita differentiæ, & interdũ vsurpantur pro latenti differentia essentiali.

Digitized by Google

Aliæ distinctiones.

Distinctiònes differentiæ variæ in contextu.

Est. à substantia { vniuersalis siue generalis, vt bipes.
aliundè { singularis siue specialis, vt bipes certo fissipes modo.

Consulendæ diuisiones, essentialis differentiæ,

Obiectio.

Vniuersale est similitudo: differentia non est similitudo. Ergo non est vniuersale.

N.S. quia differentia est similitudo, & dissimilitudo: licet diuersa ratione, vt paritas, rationale, &c.

Nomen tamen sortitur potiùs à dissimilitudine.

Cur sortitur nomen potius à dissimilitudine, quam à similitudine Differentia?

Quia generi opponitur, genus distinguitur per differentias.

ARTICVLVS Tertius.

Quid essentialis Differentia?

Monitum.

Differentiam hic *concretè* efferimus, potius quàm *abstractè*.

Est vniuersalè quod prædicatur in *quale*, licet essentialiter.

Tres à Porphyrio prolatæ definitiones essentialis differentiæ.

Vna repetenda & explicanda.

Differentia est, inquit, *id quod prædicatur de multis specie differentibus, in quale quid est.*

Examen huius descriptionis.

Commodissima iudicatur hæc descriptio.

1. quia conuenit *concreta*, non *abstracta*, pari, non paritati.
2. quia traditur per τὸ *prædicari*, quod est logicum vocabulum, variis nihilominus inuoluitur difficultatibus.

Earum multitudo ne confusionem pariat, membra definitionis sigillatim excutiamus.

Prædicatur.

Prædicari hîc idem atque prædicari *essentialiter*, vt & immediatè.

Ratio prioris conditionis. n. τοῦ essentialiter constat ex sequenti obiectione, & ex interpretatione horum verborum, in *quale quid*.

Prædicari, sæpe idem atque, *prædicari essentialiter*.

Obiectio.

Quod prædicatur de multis specie differentibus in *quale quid est*, illud est differentia essentialis.

Accidens ex cap. de genere, prædicatur de multis speciebus in quale quid est,

Digitized by Google

vt candidum de niue,& ceruſa: Ergo &c.

D. P. { ſi prædicari interpreteris prædicari ſynonymè,ad ſenſum Aristotelis, ſiue prædicari *eſſentialiter*,C. / ſi tantum prædicari vno ſenſu. N.

Monitum.

Videtur Porphyrius ex variis locis collegiſſe definitiones, nec ſatis expreſſiſſe,quid ſignificet τὸ *prædicari*.

In quale quid.

τὸ *in quale quid*, ſunt qui interpretantur partim in quale,partim in *quid*.

Vt prædicetur { genus & ſpecies in quid tantum. / proprium & accidens in quale tantum. / differentia vero in *quale*, *quid*.

Verum hæc diſtinctio ſubtilior, quam verior, & congruentior Porphyrio.

Nam diſertè aſſeuerat accidens prædicari in quale quid.

Dicendum videtur ſignificari hîc quæſtionem qua quæritur *qualis res ſit*, aut *quomodo habeat*,& omnino quamuis aliam à quæſtione, quid eſt, vt cuiuſmodi eſt? vbi eſt? quid agit? currit-ne? &c.

Differentia qualitatem indicat 5. metaphyſicæ cap.14. ſed eſſentialem: ſignificat non quid, ſed quale, 4. & 6. Topicorum.

Obiectiones.

Ariſtoteles quarto Topicorum ait differentiam videri prædicari in quid.

R. reprehendi ab ipſo eos quibus videtur.

Genus & differentia reſpondentur *ad quid* 6. Top. Diſt. coniunctim,C. diuiſim: Diſt. de genere,C. de differentia. N.

Pluribus ſpecie differentibus.

Specie differre, eſt differre definitione,& eſſentia.

Neque huius rei interpretatio controuerſiam parit.

Sed pluralis ille numerus, *pluribus ſpecie differentibus*, ſiue ex capite 12. *pluribus ſpeciebus*, complurium ingenia exercuit, exercet.

Origo dubitationis.

Quælibet eſſentialis differentia creditur à pleriſque reciprocari cum vna ſpecie, quam componat, dum adiungitur generi: vt ſenſitiuum cum animali, rationale cum homine,&c. Et omnino reciprocari quando optimè comparatur.

Criminatio duplex.

Prior criminatio. Differentia { vna quæ componit proximè *vltimam* ſpeciem. p. hominem, candorem,&c. / altera quæ *interiectam*, vt ſenſitiuum, belluam.

Poſterior criminatio. Videtur Porphyrius priorem differentiam omiſiſſe: quia hæc prædicatur tantum de vna ſpecie, non de pluribus.

Idem videtur poſteriorem male deſcripſiſſe: quia prædicatur quidem de multis ſpeciebus, vt ſenſitiuum de homine, & bellua:

Digitized by Google

Sed { proximè & immediatè videtur vni tantum ſpeciei conuenire, vt ſenſitiuum animali.
debuit definiri res per proximam, & maximè idoneam comparationem. p.in h. m.

Differentia eſt vniuerſale, quod eſſentialiter, & in quale, prædicatur de vna ſpecie, idque immediatè.

Interpretatio, qua excluditur à propoſita definitione differentia ſpeciei vltimæ.

Deſcribitur (aiunt nonnulli) ſola differentia, quæ effectrix interiectæ ſpeciei.

Idque { non accuratè, per ſolam primam comparationem, ſecundum quam prædicatur tantum de vna ſpecie, vt ſenſitiuum de animali, irrationale de bellua.
ſed ruditer per quamlibet ipſius comparationem, cum ſpeciebus quibus ineſt.

Differentia vero ſpeciei vltimæ. p.hominis, equi, &c. omittitur à Porphyrio in hac deſcriptione.

Idque vel quia eſt *ignota*; quæ ratio falſa: quandoquidem hominis proferuntur differentiæ à Porphyrio:
homo Porphyrio eſt vltima ſpecies.

Vel quia eſt *rara*, quæ ratio falſiſſima eſt: cum nulla ſpecies componatur ſine differentia:

Vel quia non eſt *ſimplex*; verum *compoſita* differentiæ reſoluuntur in ſimplices.

Vel quia *degenerat* à differentiis interiectis, quæ ratio ineptiſſima.

Degenerare dicitur, quia differentia *interiecta* ſpeciei poteſt prædicari de multis ſpeciebus, admittere inferiores differentias.

Quæ differentia vltimæ ſpeciei, non poteſt.

Interpretationes quibus retinentur differẽtiæ ſpecierũ vltimarũ.

Deſcriptio hæc *cuiuſuis* differentiæ, licet quæuis reciprocetur.

Interiecta autem differentiæ, ſeu differentiæ ſubalternam componenti ſpeciem, citra controuerſiam conuenit.

Sed differentiis vltimarum ſpecierum, variis viis docetur conuenire.

Primo quia hæc ſpecies prædicatur de ſuis indiuiduis.

Indiuidua ſpeciei vltimæ, vt Socrates, Plato, Ariſtoteles, Petrus, Paulus, ſpecie differunt { non inter ſe.
ſed ab alijs. p.ab equo, elephanto, &c.

Secundò quia differentia ſpeciei vltimæ, *aptitudine* eſt in multis ſpeciebus, quamuis ea aptitudo nunquam ad actum reducatur.

Tertio quia differentia generatim ſumpta, vt quid ſuperius differentia vltima, & differentia interiectæ ſpeciei, eſt aliquid, quod prædicatur per *non repugnantiam* de multis ſpeciebus.

Etenim quod conuenit vni inferiorum non repugnat ſuperiori.
Si ratio conuenit homini, non repugnat animali.
Differentiæ quidem, conuenit prædicari de multis ſpeciebus.
Ergo differentiæ generatim ſumptæ non repugnat, &c.
Ideo prædicatur. per non repugnantiam de multis ſpeciebus.
Sed ſecunda ratio falſa eſt. Quorſum enim hæc aptitudo?
Quod perfectum eſt, non habet reliquam poſſibilitatem.
Prima eſt inſulſa, tum quia differentia dicitur prædicari de multis ſpeciebus, cap. 12.
Tum quia eodem iure ſpecies vendicabit ſibi definitionem generis.
Tertia ratio ineptiſſima eſt, atque inſolens: Etenim definitio debet conuenire termino definito, diſtributiuè ſumpto, & omnibus de quibus prædicatur definitum.

Interpretatio probabiliſſima.

Differentia ſpecifica de multis ſpeciebus in *quale quid eſt* prædicatur; idque eſſentialiter, & immediatè: Sed pleraque, non omnis.

Explicatio interpretationis.

Prima. Regularum generalium quædam ſubiacent exceptioni, quędam non.

Scientia Ariſtoteli { eſt eorum quæ eueniunt ſemper [eodem modo:] vel eorum ſaltem quæ plerumque.

2. Definitio hæc, eſt de genere eorum, quæ plerumque eueniunt, non eorum, quæ ſemper.
3. Talis definitio tolerabilis in diſciplina practica.
4. Differentię { Quædam reciprocantur, quæ omittuntur in hac definitione, & excipiuntur. Plurimæ non reciprocantur cum vlla ſpecie, ſaltem cum vlla ſpecie, quæ ſit integra, & continens ſummam:
Vt par, impar, bipes, oculatum, ſanguineum, &c. Atque hæ definiuntur hocce loco.
5. Species { vna eſt *integra*, & per ſe collocabilis in categoria, vt animal, homo, piſcis. altera non item, vt animal bipes, mus, animal oculatum, &c.
6. Deſcriptio differentiæ efficietur generalis, & immunis ab exceptione, in h. m. ex Porphyrio in interpretatione categoriarum.
Differentia eſt quod [eſſentialiter & immediatè] prædicatur de multis ſpeciebus, vt *bipes* de homine, et pennato animali.
De vna tantum, vt *ſenſitiuum*, tactiuum de animali, in quale quid.

Corollaria.

Primum. Interdum miſcentur differentiæ, vt bipes, rationale, ſanguineum.
Differentiæ quędam ſimplices ſunt, quędam complexæ.
Ideo definitio dicitur conſtare genere, & differentia, vel differentiis.
2. Genus vnum ſolet habere plura paria, aut iuga differentiarum quibus diſtrahatur in ſpecies, vt

Numerus

Digitized by Google

Numerus { impar / vel par } { primus / vel non } { linearis / planus / solidus } &c.

Animal { sanguineum / exangue } { zoophyton / progressiuum } { habens pedes / vel non habens }

item { terrenum / aquatile / aëreum } &c.

Species { vel est integra, & continens *summam*, vt homo. / vel non, vt animal oculatum. } 1.

Obiectio.

Si differentia, dum optimè comparatur, reciprocatur cum vna specie, pessimè definitur à Porphyrio.

Atqui reciprocatur, &c. Ergo.

D. S. aliqua, C. pleraque, N.

Quænam differentia excipitur à definitione?

Quæ reciproca, siue sit speciei vltimæ, siue interiectæ.

Quænam definitur?

Quæ non reciprocatur cum vna specie, quę contineat summam, aut sit collocabilis in categoria.

Congruere Porphyrio hanc interpretationem.

Prima definitio.

Differentiæ, quę descriptio proposita est, patitur exceptionem.

1. quia id diserte asserit Porphyrius, in interpretatione categoriarum.
2. quia cap. 11. differentia dicitur plerumque prędicari de multis speciebus.

Secunda definitio.

Non omnis secunda reciprocatur, ex Porphyrii mente.

1. quia neque cum genere, neque cum specie.

Nam ex cap. 10. { minus latè patet, quam genus. / latius tamen quam vna species. }

2. quia ex cap. 12. proprium reciprocatur, non autem differentia.
3. quia sublata differentia, tollitur species, non contra.
4. quia exempla quę proferuntur à Porphyrio, ea omnia reciproca nemo facere potest:

puta { mortale / immortale } { rationale / irrationale } &c.

Tertia definitio.

Non videtur Porphyrius habere animum omittendi differentias vltimarum specierum; profert enim hominis differentias, homo illi vltima species.

Congruere Aristoteli, et veritati.

Consulendæ quæstiones quæ proximè discutiendæ.

ARTICULVS Quartus.

De Differentiarum reciprocatione, & non reciprocatione, deque inchoatis speciebus.

Reciprocatur-ne differentia essentialis?

Sensus quæstionis.

Reciprocatur { proprium, quod quarto proprium modo, cum subiecto suo.
hinnibile cum equo, risus particeps cum homine.
sensitiuum & tactiuum cum animali.

Quæro vtrùm differentia essentialis, consimiliter reciprocetur, conuertatur, recurrat, retro viciſſim commeet cum specie, quam componit, dum adiungitur generi, quod sit proximum genus illius speciei.

Eo videlicet modo, quo rationale, siue discursiuum, reciprocari creditur cum homine.

Omnis homo est rationalis: omne rationale est homo.

Distinctio differentiæ.

Differentia essentialis { quædam est *simplex*, vt bipes, vt oculatum, vt squammatum, &c.
quædam *complexa*, vt bipes, implume, rationale.

Officium præcipuum differentiæ.

Differentia cum adiungitur generi, facit speciem { integram.
vel inchoatam.

Distinctio specierum.

Aristoteli { quæuis differentia specifica, dum additur generi, speciem componit: 6. Topicorum.
et tamen non quæuis etiam vltima differentia facit *summam*. 1. de partibus, & 7. Metaphysicæ, id est complementum speciei, siue speciem vltimam, aut perfectam saltem: vt bipes tali modo fissipes.

Ergo specierum genera duo videntur esse constituenda, cum ab omnibus admittantur perfectæ species.

Vt sint { quædam perfectæ, completæ, & collocabiles in categoria, vt animal, planta, homo, equus, elephas.
quædam non item, vt animal oculatum, animal bipes, animal auditiuum.

Digitized by Google

Item { mus, si animal terrenum habeatur, pro completa specie, aut saltem pro specie, quæ per se collocetur in categoria.
animal terrenum, si mus collocetur in categoria, diuidaturque, per terrenum, aereum, aqueum.

Sententia peruulgata de quæstione proposita.

Differentia essentialis creditur quæuis reciprocari cum specie quam componat immediatè, dum adiungitur generi:

vt rationale cum homine, sensitiuum cum animali, vegetatiuum cum viuenti corpore.

Probabilior sententia, aliquot comprehensa propositionibus.

Prima propositio, siue Conclusio.

Nulla est differentia essentialis, quæ non reciprocetur cum aliqua *specie*, saltem inchoata, nec collocabili per se in categoria.

1. quia ita rem habere inductione deprehendimus:

Nullam proferre possis, quæ reciprocatione donari nequeat.

Reciprocatur { bipes, cum animali bipede.
sanguineum, cum sanguineo animali.
par, cum numero pari.
impar, cum impari numero, &c.

2. quia, quando superior terminus coniungitur cum inferiori: vt animal cum bipede, cum sanguineo, cum oculato quod efficitur ex vtroque, reciprocatur cum inferiori: vt animal bipes, cum bipede: substantia oculata, cum oculato: corpus sanguineum, cum sanguineo.

Secunda propositio.

Non quæuis differentia reciprocatur cum quauis inchoata specie, quam componat: id deprehendere licet & animaduertere, quando differentia partitur genera duo: vt cum τὸ bipes diuidit animal terrenum, & animal aereum.

Bipes non reciprocatur { neque cum animali terreno bipede.
neque cum pennato animali.

Sed bipes latius patet, quam animal terrenum, & quam animal aëreum.

Tertia propositio.

Quædam differentia simplex reciprocatur cum specie, etiam integra, & collocabili in categoria.

1. quia id exemplis confirmatur positis suprà: Tactiuum reciprocatur cum animali.
2. quia reciproca *proprietas*, Reciprocam differentiam fere creditur insinuare.
3. quia & Porphyrius, & Aristoteles. 3. & 6. Topicorum, aliquas admittunt differentias quæ reciprocentur: Et tamen videntur consectari perfectiores species.

Quarta propositio.

Fere differentia essentialis, neutiquam reciprocatur.

Sed patet { minus latè, quam genus diuidendum.
{ latius, quam vna species. n. quam vna, quæ sit perfecta, collocabilis in categoria.

1. quia id Porphyrius sentit: vt declarauimus.
2. quia ea mens Aristotelis, 2. Posteriorum, cap. 14. 1. Topicorum cap. 7. 4. & 6. Topicorum, & passim.
3. quia datur differentia, quæ diuidat genera duo, neutiquam subordinata.
4. quia vera est assertio, & propositio quinta.
5. quia, quæ exempla differentiarum occurrunt apud Aristotelem, & in disciplinis, ea nequeunt vniuersa donari reciprocatione, si categoricam molaris diuisionem. p. si ad vltimas vsque species diuidatur animal, dum volumus differentias vnius ordinis & coniugationis. p. differentias à pede repetitas in animalibus, donare reciprocatione, putà in hunc modum:

Animal { expers pedis, vt vipera, &c.
pedatum { plurium pedum vt quadrupes, sextupes, octupes, &c.
bipes { non fissipes.
fissipes { more humani pedis.
vel alio, &c.

reliquæ exuuntur reciprocatione.

6. quia Aristoteli primo de partibus, absurdum est tot statuere differentias animalis, quot species.

Si plures species quam differentiæ, vt plura vocabula quam elementa:

Sanè { vt non reciprocantur literæ cum vocabulis;
ita nec differentiæ, cum speciebus.

7. quia constat non posse *terrenum*, oculatum, bipes, sanguineum, & similes differentias reciprocari omnes.

Hoc probandum vnum illas esse saltem ex magna parte accuratas, & essentiales differentias. Constabit autem per 7. propositionem.

Quarta propositio.

Genus vnum habet plura iuga differentiarum, vt docebitur in articulo sequenti.

Sexta propositio.

Composita differentia, nisi sumitur *integra*, & sufficiens ad summam faciendam, dum adiungitur generi, non necessario reciprocatur.

Digitized b

Probo exemplo: ſanguineum, oculatum non reciprocatur cum vlla ſpecie collocabili in categoria.

Si complectatur quidquid præter genus eſt neceſſarium ad componendum perfectam ſpeciem, credibile eſt ipſam reciprocari:

Quia veriſſimile eſt in re quaque inueniri quãdam proprietatẽm, quanquam proprietas videtur naſci ex re tota, vt riſibilitas ex homine, non ex ſola differentia.

Septima propoſitio.

Partes, officia, & affectiones idonea ſunt argumenta *Subſtantiæ* & eſſentialis differentiæ, potiſſimum in animalibus & ſubſtantiis.

Aut nullum eſt argumentum eſſentialis differentiæ, nullum ſubſtantiæ; atque adeo nullum eſt Dei, quod abſurdiſſimum dictu.

Ex ſimilitudine functionis. p. calefactionis, frige-factionis, &c. colligitur ſimilitudo facultatis. p. caloris.

Hinc eſſentiæ ſimilitudo, vel diſſimilitudo:

n. { ſi qualitas vtrique ſubiecto eſt amica, vel vtrique inimica.
diſſimilitudo, ſi eſt { amica vni, vt calor nobis.
inimica alteri, vt ferro.

Ratio { dum ſumitur pro ratiocinio, eſt *actio & accidens*, minimè reciprocum.
dum pro facultate ratiocinandi, eſt *qualitas* quędam, & *proprietas*.
dum pro vltima & ſubſtantiali radice vtriuſque, eſt differentia *eſſentialis*.

Quod ſi eſt, eodem iure inter eſſentiales differentias erunt *ſenſitiuum, tactiuum, appetitiuum, progreſſiuum, olfactiuum, auditiuum, oculatum, ſanguineum, capitatum*, & alia eius generis ſexcenta.

Si ſunt, actum eſt de perenni reciprocatione differentiarum, cum perfectis ſpeciebus.

[Niſi ſunt eſſentiales, & exquiſitæ differentiæ, quæ à nobis proferuntur: futurum eſt, vt artes euertantur.

Primò, quia tollentur ſpecies, quę per illas dicuntur aſtrui: nam affectio ſi additur generi, ſpeciem non componit. Subſtantiæ, ex. gr. ſi adijcias molle, non compones ſpeciem.

Secundò, quia tolletur analogia, per quam artes omnes aſtruuntur, atque conſtant.

Habet ſe in grammaticis { vt amo ad amas, amat, amamus, amatis, &c.
ita dono ad donas, donat, donamus, donatis, &c.

Tolle hanc proportionem & conſimiles, actum eſt de grammatica.

Habet ſe in logicis { vt tangere ad tangendi facultatem, & principium eſſentiale vtriuſque, quod cenſetur differentia:
ita videre ad viſum, & principium eſſentiale vtriuſque.

Tolle iſtam analogiam & conſimiles, Logicam euerteris.

Affectio communis duabus rebus, argumentum eſt idoneum eſſentialis ſimi-

litudinis, vel dissimilitudinis. p. calor, &c.

Tolle hoc argumentum, sustulisti substantiæ deprehendendæ rationem.]

Octaua propositio.

Datur differentia quæ diuidat genera duo.

Nona propositio.

Nemo methodum vllam, & categoriam struere potest, progrediendo à genere summo, ad vltimas species, per continuatam diuisionem .... nisi vsurpat differentias neutiquam reciprocantes.

Qui non assentitur, faciat periculum.

Decima propositio.

Facillimum foret secernere differentiam à genere, si reciprocaretur differentia, & tamen Aristoteli difficillimum, sexto Topicorum, cap. vlt.

Testimonia Aristotelis aduersus perpetuam reciprocationem differentiarum.

Primus, vna est è numerorum differentijs, ea conuenit binario, & ternario, ex. 2. Poster. cap. 14. &c. non tamen cuiuis pari, atque impari: Ergo non videtur reciprocari.

Absurdum est totidem statuere differentias animalium, quot species: ex 1. de partibus, cap. 3. de quo testimonio supra; Et tamen nulla species sine differentia; Ergo vna pluribus conueniat necesse est.

Differentia si reciproca, reuocanda erat ad proprium, vel ad definitionem non ad genus. Atqui cap. 4. 5. Top. reuocatur ad genus: ergo non est reciproca.

Sex propria attributa, & categoremata, sic partitur Aristoteles.

Attributum
- non reciprocum
  - quod non de essentia, *accidens*.
  - quod de essentia, *genus*.
- reciprocum
  - accidentarium quidem, *proprium*.
  - essentiale vero, *definitio*.

Huc enim recidit quæ propouitur attributorum confirmatio, 1. Top. cap. 7. proponitur autem ad huncce sensum atque modum.

Quod dicitur
- vel reciprocatur cum subiecto vt
  - *definitio*.
  - *proprium*.
- vel nō, tumque
  - vel definitione includitur vt
    - *genus*.
    - *differentia*.
  - vel illic non includitur vt *accidens*.

Ex 4. Top. c. 1. & 2.
- genus dicitur de pluribus, quam differentia & species.
- differentia dicitur de pluribus, quam species, aut de paribus totidemue.

Ergo differentia nunquam cum genere reciprocatur, nō semper cum specie.

Digitized by Google

6. Top. cap. 3. { si de genere dicatur { aut differentia / aut ſpecies / aut quid ſpeciei } vana eſt definitio. / ſubiectum, / quia genus in pluribus, quam hæc reperitur.

Ex eodem loco debet differentia { vt genus ſequi. / ſic ſpeciem antecedere.

Item ſpecies non prędicatur de differẽtia, quia hæc latius patet, quam ſpecies.

Item non neceſſario colligitur ex differentia genus proximè diuiſum, quia eadem differentia diuidere poteſt duo genera, quorum alterum ab altero non contineatur.

Bipes ex. g. diuidit { tum terrenum animal. / tum animal volatile.

Si differentia reciproca eſt, cur hæc nota tam luculenta omittitur ab Ariſtotele? 4. & 6. Top. cap. 3. vbi tam anxiè probæ differentiæ, & probi generis conſectatur & venatur notas, & argumenta.

Cur omittitur? lib. 4. cap. vltimo, vbi docet quomodo genus ſecernendum veniat à differentia.

Omnino hæc mens Ariſtotelis ex 4. & 6. Top. colligitur ex toto textu,

n. { differentiam minus latè patere, quam genus diuidendum. / latius verò quam pateat vna ſpecies, aut æquè latè.

Obiectiones. Prima.

Quo iure vna differentia, vt ſenſitiuum, eſt reciproca potius quam altera?

R. eo quo *accidens* vnum reciprocatur potius, quam alterum.

Secunda obiect.

Proprium reciprocatur: Ergo & proprijſſimum.

D. A. ſi opponatur *communi*, C. ſi alieno, N.

Tertia obiect.

Non requiritur veritas exempli, ſed manifeſtatio tantum, vt cum geometer pro exemplo circuli profert figuram, quæ non eſt perfectè circulus.

Itaque licet terrenum bipes, & conſimilia proferuntur ab Ariſtotele; Porphyrio, tanquam exempla differentiarum, eſſentialiumue differentiarum, non ideo tamen ſunt veræ & eſſentiales differentiæ.

R. primùm, qui hoc effugium tentant, nihil eos proficere.

Tum quia { vt *exempli* non ſit veritas requirenda. / eſt tamen *præcepti* & exempli manifeſtatio.

Tum quoniam de huius generis differentiis præcipit Ariſtoteles, primo de part. 6. Top. & paſſim.

Tum quia iſta ſciri poſſunt, demonſtrarique accuratè, proinde ſunt differentia, vel proprium, &c.

R. deinde, non eſſe vitioſa hæc exempla.

Primò, quia proferuntur ab Ariſtotele pro legitimis differentijs.

Digitized by Google

Secundò, quia ſanguineum eſſe, non eſt accidentarium, ſed ſubſtantiale quid, 2. de partibus cap. 8.

Tertiò, quia 6. Top. cap, 3. terrenum, & aqueum videtur Ariſtoteles ab hac vindicare calumnia, dum ſoluit ſequentem obiectionem.

Quartò, quia ex ſimilitudine *affectionis* congruentis, colligitur naturæ ſimilitudo.

Quarta obiect.

Quod ſignificat alicubi eſſe, id non eſt differentia animalis. [:]
At qui terrenum, & aquatile ſunt eiuſmodi: Ergo.

R. negari Sumptioné ab Ariſtotele, quia ſignificant { non eſſe in loco. / ſed procliuitatem ad locum aliquem, ad exiſtendum in loco.

Ideo quiſquis piſcis eſt animal aquatile, etiam cum in aëre eſt.

Quinta obiect.

Bipes amoueri poteſt ab homine, ſine hominis interitu, vt & oculatum, auditiuum, &c. Ergo non eſt eſſentialis differentia.

D. Ant. { C. { ſi ſumatur pro habere pedes. / pro facultate habendi pedes, vel oculum. } / N. ſi ſumatur pro radice vtriuſque eſſentiali.

Sexta, & ſeptima obiect.

Ex differentia effertur genus [diuiſim] 6. Topicorum cap. 3. in hunc modum. Eſt rationale: Ergo eſt animal.

Eadem differentia non eſt duorum generum, quorum alterum ab altero non contineatur.

R. ſexto Topicorum hanc apponi exceptionem, niſi genus vtrumque ſubijciatur tertio generi.

Bipes diuidit terrenum animal, & volucre: ſed vtrumque ſubijcitur animali, & ſubſtantiæ.

Octaua obiect.

Niſi differentia eſt reciproca, vbi tractabitur in ſcientijs & methodis.

R. poſt genus commune, vnde emanat. p. bipes poſt animal.

ARTICVLVS V.

De Differentiarum permixtione, complexione.

Déque diuiſione generis.

Sententia Porphyrij de mixtione differentiarum.

Differentia vna coniungitur cum altera, ad *componendam* vnam ſpeciem.
[Species cum ſpecie non coniungitur, [ad componendam tertiam ſpeciem.]
Interpret.

Digitized by Google

Interpretatio prior.

Differentia diuidens genus subalternum, copulatur cum differentia genus illud constituente--- & omnino inferior, cum superiori, eo modo quo *rationale* cum sensitiuo, *sensitiuum* cum viuenti.

Refutatio.

Interpretatio hæc non videtur satis idonea.
Primò quia, exempla Porphyrius profert, ei non congruunt explicationi.
Secundò quia, eo modo etiam species coniungitur cum specie: cum tamen coniungi Porphyrius neget.

Posterior & verisimilior.

Prima propositio.

Sæpe vnum, & idem genus admittit varias contrarietates, varios ordines, varia paria, aut iuga differentiarum oppositarum, quibus diuidatur, vt numerus, animal, planta, &c.

Animal { fœcundum / sterile } { non amphibium / vel amphibium } &c.

Hæc assertio confirmatur inductione, exemplis positis supra.
Item regulis indagandæ differentiæ.
Item argumentis, quibus euertitur reciprocatio differentiæ, & ijs quibus adstruitur.
Multitudo & mixtio differentiarum speciem eandem componentium; Nam si coniunguntur duæ differentiæ, necesse est sint diuersi ordinis quia quæ eiusdem sunt coniugationis, vt rationale, irrationale, ita sibi aduersantur, vt coniungi nequeant.

Secunda propositio.

Genus multiplicibus differentiarum coniugationibus instructum, non oportet bifariam tantum, super vnam dumtaxat coniugationem diuidere: sed statim oportet multas adhibere differentias:
E.g. non oportet primo diuidere animal in terrenum, aqueum, &c.
Secundo terrenum, in habens pedes, & non habens pedes.
Tertio habens pedes, in bipes & quadrupes.
Quarto bipes, in bipes hirsipes, &c.
Sed confestim multis vtendum est differentijs, ad componendam aliquam speciem vltimam, aliquid-ue *singulare*, putà hominem, equum, &c. p. in hunc modum.

Animal { quoddam est terrenum, sanguineum, oculatum, auditiuum, rationale, &c. / quoddam terrenum quadrupes, hinnibile, &.

Idque primo quia, diserte hæc sententia astruitur, & confirmatur ab Aristotele, primo de partibus cap. 3. in negotio diuidendi animal.
Secundo quia, difficile est iudicare, quodnam iugum differentiarum sit præferendum, & vnde ordiendum.

Digitized by Google

Tertio quia, ex eodem libro ineptum est prosilire ab vno differentiarum genere, ad aliud.p. diuidere bipes per rationale, & irrationale, non autem per differentias à pede repetitas.

Quarto quia, hoc fit ad naturæ imitationem: natura enim non in animali prius ponit pedes, deinde sanguinem, tum postea oculos: sed vno eodemque tempore, omnes simul differentias constituit, & sic animal coruscnit.

Tertia propositio.

Vt construatur categoria & methodus } diuisio generis ad superiorem me-
Vt habeantur integræ species } dium instituenda est, *qui tamen difficillimus.*

Melior diuisio { non quo paucioribus constat membris, differentijs:
ed quo congruentius naturæ rerum.

Si diuidis singulis differentijs { ferè habebis inchoatas species:
idem genus diuidendum erit sæpius.

Quarta propositio.

Nisi statim diuidis animal, numerum, plantam, arborem, &c.
Adhibendo omnia differentiarum iuga, quædam videntur euentura.
Primum vna differentia diuidet genera duo, neutiquam subordinata.

Vt { bipes terrenum, animantem, & aëreum.
perfectum, plantam & animantem:
primum numerum, parem vel imparem numerum, &c.

Secundo genus aliquod, vt terrenum animal, volucre animal, admittet aliquam differentiam.p. ϖ bipes, ϖ quadrupes ---- nec tamen admittet omnes oppositas.p. omnes differentias alias, à pede repetitas.
Tertio venietur ad vltimam, & singularem differentiam.p. ad bipes tali modo fissipes, ad tali modo visiuum, & oculatum, non tantum ad summam.j. ad integram & completam speciem.
Quæ assertio exemplorum appositione confirmatur.

Quinta & præcipua propositio.

Species completa; & species collocabilis in categoria, præsertim verò vltima species solet habere potissimum inter substantias & naturas perfectiores, præter *proximum genus*, multas differentias diuerli tamen generis, siue coniugationis, quibus constituatur, & absoluatur, vt vocabulum polysyllabum multa elementa.
Sententia probatur, primo exemplorum appositione, potissimum in animalibus, plantis, numeris, &c.
Delphinus præter piscem suum genus, habet sanguineum, natans, squammatum, oculatum, & alias plures differentias:
Homo præter animal terrenum, habet capitatum, bipes, respirans, rationale, & alias complures differentias.

Digitized by Google

Si daretur aliquod animal in natura rerum, quod præter animalitatem, & rationalitatem, nihil eſſentiæ haberet, id portentum foret, non verò homo: nam careret *capite, corde, pulmone*, &c. *auditu, odoratu*, memoria ſenſitiua, lingua, progreſſione, &c.

Secundo quia miſcentur differentiæ, vt rationale & mortale, ad componendum Angelum.

Tertio quia paſſim definitio dicitur conſtare ex *genere* & *differentijs*.

Quarto quia, primo de partibus, & 7. Metaphyſicæ, qui peruenit ad *vltimam* differentiam, non ideo ad *ſummam*.

Quinto quia, niſi differentia reciproca eſt, vix vna diſtinguet ſufficienter.

Sexto quia, quæ eſſentialiter perfectiora, videntur indigere, non modo præcellentioribus, verum etiam pluribus eſſentiæ momentis:

Quę ſingula inſunt ſpeciebus deterioribus, ea vniuerſa vni præſtanti ineſſe ſolent.

Abſurdum eſt Deum non poſſe facere, vt ex duabus oppoſitis ſpeciebus, vna conſtet pluribus, quàm altera gradibus eſſentiæ, vt conſtare ſolet pluribus affectionibus.

Septimo quia, definitio vana eſt, niſi inde colligi poſſunt omnes rei definitæ affectiones.

Ferè autem non poſſunt ſi definitio contexatur ex genere, & vna differentia: vt animal rationale.

Sexta propoſitio.

Quia difficile eſt ſemel tantum diuidere aliquod genus, idque itaut differentiarum nulla omittatur---ſolemus illud ſæpius diuidere per varia differentiarum iuga, vt experientia docet in numero, animali, & ferè in quibuſuis generibus.

Septima propoſitio.

Differentia { ſimplex, vt bipes, impar, oculatum, primum;
vel complexa, compoſita, vt terrenum bipes rationale.

Congeries differentiarum, vel eſt reciproca, vel non.

Concluſio.

Ad componendam perfectiorem ſpeciem, præter proximum genus, ſolent concurrere differentiæ plures diuerſi ordinis, & coniugationis.

Obiectiones.

Prima obiectio.

Omnis definitio genere abſoluitur & differentia.

D. ſimplici, aut complexa, C. ſimplici tantum, N.

Secunda obiectio.

Specifica differentia ſi adiungitur generi, ſpeciem creat, ſexto Topicorum cap. 3.

D. integra integram, inchoata inchoatam C. ſecus, N.

Digitized by Google

Tertia obiectio.

Differentię ſunt contrariæ; Ergo non miſcentur, ſaltem citra remiſſionem.
[At non ſunt remiſſionis capaces: Ergo non miſcentur.]

D. A. { ſi ſint eiuſdem coniugationis, vt par & impar, bipes & quadrupes, C.
ſi diuerſæ, vt bipes, oculatum, rationale, N.

Quarta obiectio.

Vltima differentia complectitur reliquas, Ariſtoteli.

D. Ant. { reliquas & ſuperiores, quę eiuſdem ordinis & coniugationis, C. bipes, exempli gratia, tali modo fiſſipes, complectitur bipes, & habens pedes:
reliquas alterius coniugationis, N.
reliquas item eiuſdem ordinis, ſed ad latus ad iacentes, N.

Rationale non complectitur formaliter τὸ bipes, ſanguineum, oculatum.

Quinta obiectio.

Patet vltimam differentiam eſſe definitionem, 7. Metaphyſicæ, cap. 11.

Reſp. { 1. id de integra differentia accipiendum:
2. id dici ex hypotheſi in hunc modum, patet, ſi genus ſit materia, nec materia ſit de natura rei vltimæ, &c.
3. eam hypotheſim falſam eſſe, ex eodem libro, cap. 11.

Sexta obiectio.

Sufficit differentia quæ diſtinguat ſufficienter. Ergo.
Atqui reciproca diſtinguit ſufficienter.

D. P. { ſi ſufficienter componatur ſpecies, ſufficienterque declaretur conſenſus ſpeciei, C.
nihil fiat, N.

Negatur concluſio, quia non ſolet ſufficienter componere ſpeciem: animal rationale, non exprimit totam naturam hominis.

Septima obiectio.

Ex duobus actibus non fit tertius.
Ergo ex duabus differentijs, non componetur vna ſpecies.

D. Ant. { ſi realiter diſtinguantur, & vterque ſit perfectus (vt homo & equus) C.
ſi diſtinguantur tantum ratione, vel ſaltem vterque ſit imperfectus, N. De qua re alibi.

Octaua obiectio.

Animal rationale hominem componit ſufficienter.
Ergo definitio eius alijs non eget differentijs.
R. falſum eſſe Antecedens, ſeu orationem quidem illam reciprocam eſſe, non tamen continere formaliter quicquid eſt in homine, cum nequeant inde colligi omnes proprietates & affectiones hominis.

Nam { animal indicat tantum tactum, phantaſiam, appetitum, vegetationem:
rationalitas indicat ſolum mentem, voluntatem, memoriam hu-

Digitized by Google

manam, &. quæ ſubſequuntur.

Quæ omnia non faciunt ſummam eorum quæ ſunt in homine.

Nona obiectio.

Rationale complectitur differentias reliquas, quæ inter animalitatem, & rationalitatem intercipiuntur: e.g. ſanguineum, oculatum, &c.

Ergo ſruſtra quis omiſſas conqueratur.

Diſt. Ant. { materialiter, ſeu per denominatum, ſeu habens rationalitatem, C.
formaliter, ſeu per ipſam rationalitatem, N.

Negatur Conſecutio, quia definitio debet formaliter continere partes definitæ rei omnes, non materialiter tantum.

¶ ARTICVLVS V. ¶

De origine differentiarum eſſentialium.

Vnde Differentia?

Differentia vniuerſalis prodit à ſingulis gradibus differentiæ, vt rationalitas vniuerſalis à ſingularibus rationalitatibus.

Per ſe vnde oriatur, quæritur, nihil enim ex nihilo.

Quæritur vnde oriatur { tum differentia communis. p. rationalitas:
tum gradus differentiæ, vt rationalitas Socratis.

R. { illam à *genere* emanare, vt forma emanat è materia:
hunc verò *a generico gradu*, cui inſeritur, & ſuccreſcit.

Actus enim naſcitur *à potentia*, cui reſpondet.

Vnde differentiæ corporum naturalium?

Differentia corporis à ſpiritu { tum à materia / tum à forma } petitur.

Differentia corporis elementaris à cœleſti. p. à Sole, Lunâ, Mercurio, &c.

Petitur tantum à *forma*, nili materia Cœli diuerſæ eſt eſſentiæ à noſtrati.

Differentia corporis elementaris, ab elementari non petitur, nili à forma, quia materiam habent vnius eiuſdemque ſpeciei, vt homo & quercus.

Vnde differentiæ rerum aliarum?

Tria ſunt, quæ non componuntur ex materia, & forma naturali.

Nempe { materies, vt materia Cœli:
forma naturalis, vt calor, anima equi:
res ſpiritalis, vt Angelus, anima noſtra, & intellectus.

In his rebus differentia videtur eruenda ex ſolo genere.

Niſi genus eruitur aliunde, vt accidentarium à ſubſtantiali.

Sed genus præcedit differentiam, natura, non tempore.

Digitized by Google

Homo ſecundum tempus non eſt prius rationalis, quam animal.

Quomodo genus continet differentias?

In genere ſpectatur { aut ſola ſignificatio, vt animalitas:
aut præterea conſignificatio, vt habens animalitatem in animali.

Poſteriori nomine videtur continere, & connotare confuſo actu, differentias quibus diuiditur.

Priori continet ſola poteſtate, vt colligitur ex Porphyrio & Ariſtotele. Vbi negat genus eſſe particeps differentiarum.

ARTICVLUS VII.

De numero differentiarum eſſentialium.

Sunt-ne plures differentiæ, quam ſpecies perfectiores, an pauciores, an totidem?

Prima propoſitio.

Totidem ijs qui differentiarum { & tuentur reciprocationem:
& reſpuunt complexionem, mixtionem.

Secunda propoſitio.

Si quæque ſpecies differentiam aliquam reciprocam habet ſaltem complexam ---- plures ſunt differentiæ, quàm ſpecies.

Non tamen neceſſario plures ſimplices differentiæ.

Ex multis terminis nequiquam reciprocis, reciproca oratio fieri poteſt: de qua re alibi.

Tertia propoſitio.

Si ſpecies quæque perfectior, & completa, ſimplicem aliquam ſortita eſt differentiam, quæ cum ipſa reciprocetur, differentiæ ſimplices ſunt plures, quia dantur non reciprocæ.

Secus { vt ſunt pauciores literæ, quàm vocabula:
ita probabile eſt pauciores eſſe differentias, quàm ſpecies.

Ariſtoteli abſurdum totidem facere differentias animalium, quot ſpecies.

Vt colligitur ex 1. de partibus, cap. 3.

Idem iudicium de planta, de metallo, &c. quod de animali.

Quarta propoſitio.

In quo genere continentur ſpecies innumerabiles, vt in numero, in figura, & in æqualitate ---- videntur cogitandæ differentiæ innumerabiles.

Etenim vt ex paucis literis vocabula componas innumerabilia, debet literarum quæque pro arbitrio iterari, & vſurpari ſæpius in vocabulo eodé, &c.

Differentia vna & eadem, non videtur iterari in vna ſpecie, vt nec genus iteratur.

Digitized by Google

Nisi forte in *animalibus*, & plantis--- si dantur formæ, quæ dicuntur *partiales*, vt forma ossis, forma nerui.

Et in re quæ sit *ens per accidens*, non ens *per se*, vt in ciuitate, in exercitu, in sylua.

Ex paucis differentijs possunt prodire plurimæ species sine iteratione vnius eiusdemque differentiæ.

Sed innumerabiles prodire nequeunt: nisi vna & eadem differentia sæpius vsurpetur in vna eademque specie.

Prima obiectio.

Vnaquæque differentia, dum adiungitur generi, speciem facit vnam: multæ autem ex differentijs coniunguntur, & coniunctæ faciunt aliam speciem. Ergo sunt plures species, quàm differentiæ.

R. à multis non admitti differentiarum mixtionem.

Secunda obiectio.

Numerorum differentiæ paucæ. Ergo à paucis innumerabiles species.

D. { Ant. quę sint notæ, C. simpliciter, N.
{ Conf. si species sit ens per accidens, C. si ens *per se*, N.

Tertia obiectio.

Temperamenta plurima nascuntur è quatuor qualitatibus: vocabula innumerabilia ex paucis literis: colores plurimi ex paucis, &c.

Cur non ergo ex paucis differentijs variè permixtis & temperatis variæ nascuntur species; atque adeò innumerabiles?

R. primo quia differentiæ non remittuntur more caloris.

Secundo quia non iterantur pro libidine, & arbitrio.

Tertio quia forsan quæque species videtur à natura donata propria virtute.

Differentię, inquis, quæ petuntur à forma partiali. p. osseum, oculatum, videntur iterari, & de facto iterari.

R. vt iterentur, non iterari pro arbitrio, & infinities.

Quarta obiectio.

Non sunt tot animalium differentiæ, quot species.

D. { tot differentiæ absolutè, N.
{ tot ab eodem prodeuntes ordine, & ab eadem coniugatione, C.

Non sunt tot differentiæ sanguinis, quot sunt species sanguinei animalis.

Non sunt tot à pedibus repetitæ differentiæ, quot sunt vltimæ species animalis bipedis, &c..

Monitum.

Qui differentiarum tuentur reciprocationem, & mixtionem respuunt, solunt vtcunque oppositas coniecturas.

Digitized by Google

ARTICVLVS VIII.

Collatio generis & differentiæ.

Affinitates quædam generis cum differentia.

Prima. Affinitas, quod vtrumque prędicatur de multis *ſynonymè* & *diuiſim.*
Secunda. Quod neceſſario, & ſemper conuenit.
Tertia. Quod vtrumque ſignificat τὸ *quod quid erat eſſe*, τὸ eſſe quod quid eſt, &c.

Quædam diſſimilitudines.

Genus latius patet, quàm differentia, quarto Topicorum: ideoque diuidit genus: de qua re infra. Genus aptius prędicatur in quid 4. Top.
Differentia ſignificat qualitatem generis.
Vni ſpeciei { vnum genus immediatè conuenit: / multæ differentiæ poſſunt conuenire immediatè, & ſine ſubordinatione.
Genus commodius ponitur in categoria, quàm differentia, &c.
Conſule ſermonem ſubſequentem.

Affinitas vtriuſque cum materia & forma.

Eſt { materia *potentia* turpe quid, & indifferens ad plures formas: / forma *energia* quid pulchrum, determinans, per ſe determinatum.
His nominibus ſimile eſt genus materię, vt differentia formæ.
Ex materia & forma ſubſtantiali } fit *vnum* per ſe, &c.
Ex genere & differentia }

Diſcrimina.

In ſingulis { non eſt tota materia. p. totum marmor, in vna ſtatua: / eſt totum genus. p. totum animal, in quouis homine: n. ratione eſſentiæ, non entitatis.
Eadem numero { materia ſuſcipit plures oppoſitas formas. / generica natura, non ſuſcipit oppoſitas differentias.
Materia & forma realiter diſtinguuntur, realem compoſitionem faciunt: non autem genus & differentia.

Differentia-ne genere perfectior?

Eſt ſaltem ſecundum quid, quia energia præſtat potentiæ, ſaltem ſecundum quid, vt figura ceræ.
Non tamen neceſſario eſt abſolutè perfectior: quia ſubiectũ poteſt eſſe abſolutè præcellentius forma, vt homo, quam ridendi facultas.
Non eſt neceſſarium differentiam, quę adiungitur animalitati, eſſe quid præcellentius omnino & abſolutè, quàm ſit animalitas.
Alioquin ſemper pręcellentiores nanciſceretur proprietates.

eſt

Digitized by Google

Eſt differentia generis particeps? &c.

Non eſt particeps { neque genus differentię / neque differentia generis } Ariſtoteli in Topicis.

j. neutrum includitur in formali notione alterius.

Non eſt exemp. gratia. { numerus de paritatis / paritas de numeri } natura & eſſentia.

Alioquin numerus foret bis par, & bis numerus.

Acciditne differentia generi?

Si propriiſſimè, ſumatur *accidens*, non accidit: puta eo modo, quo calor ignis ferro.

Si paulo latius accidit, quoniam genus eſt velut ſubjectum differentiæ, numerus recipit paritatem potius, quam paritas numerum.

Si latiſſimè ſumatur nomen accidentis--- Accidit differentia generi, & genus differentiæ.

Perficitne differentia genus?

Perficit [formaliter] quia energia perficit *potentiam.*

Oriturne differentia à genere?

Oritur, quoniam actus naſcitur à poſſibilitate [vt figura à marmore niſi à nihilo prodit]

Eſtne qualitas generis?

Eſt, ſi modo latius vſurpetur nomen qualitatis: de qua re in categorijs.

Quomodo continetur in genere?

In genere dum continet ſpecies, non continetur, niſi *poteſtate.* De qua re Porphyrius.

Diuiditurne genus à differentia, vt animal à rationali?

Secundum entitatem, extenſionem, & generalitatem diuiditur.

Terminus inferior diuidit, & conſtringit ſuperiorem.

Animal rationale minus latè patet, quam animal.

Secundum *eſſentiam* (& intentionem, heterogeneam) non diuiditur.

Quia tota eſſentia genericæ naturæ, eſt in quaque ſpecie, vt tota eſſentia animalis in homine.

Diuiditurne differentia à genere?

Ferè non diuiditur: rationale exempli gratia non diuiditur, non conſtringitur, & fit anguſtioris ambitus, per adjectionem animalis.

Animal rationale non minus latè patet, quam rationale.

Terminus ſuperior non conſtringit inferiorem.

Aliquando diuiditur & contrahitur differentia per genus

Vt bipes, per terrenum animal:

.n. quando eadem differentia diuidit genera duo, netiquuam ſubordinata.

Digitized by Google

Etenim quando duorum terminorum, qui conjunguntur, vterque ante coniunctionem est altero partim superior, partim inferior, vterque alterum diuidit, & constringit, vt *marmor* & *candidum*.

Patet latius { niamor / candidum } quam candidum marmor.

Semper-ne differentia est inferior diuidendo genere?

Nunquam est planè, & omnino superior diuidendo genere: nunquam affirmatur generatim de genere vllo.

Quod omnino superius, non diuidit inferius.

Sæpe est omnino inferior, tumque genus de ipsa affirmatur generatim: omne rationale est animal, quicquid par, id numerus.

Aliquando { partim continet, & est superior / partim continetur, & est inferior } .n. quando diuidit genera duo.

Pertinet-ne eadem differentia, ad duas Categorias?

Pertinere negat Aristoteles in Categorijs, & Topicis.

Si quid pertinet ad duas Categorias, id inuoluitur *homonymia*.

Si genus continet vnam differentiam, continet-ne & oppositam?

Ferè continet, non semper tamen, vt constat ex Aristotele, & experientia, si sit genus interiectum.

Si volucre animal diuiditur per bipes, non ideo capit reliquas differentias, à pede repetitas.

Si tamen sit supremum genus, continet.

Prædicatur-ne genus de differentia, & contra?

Arist. non prędicatur { neque genus de differentia / neque differentia de genere } sed tunc prędicari est *essentialiter*.

Differentia tamen per se conuenit generi, *secundo modo* q̃ *per se*.

Nunquam differentia prędicatur in vniuersum de genere: non omne animal est rationale.

Sæpe genus affirmatur generatim de differentia:
omne rationale est animal: non tamen semper, nam e.g. non omne bipes, terrenum animal, nec contra:

Commodius tamen differentia prędicatur de genere, quàm contra:
Quia genus recipit: differentia recipitur.

Quomodo distinguitur differentia à genere?

Ratione & definitione distinguitur differentia à genere, cum quo coniungitur, vt rationalitas hominis ab animalitate.

Sed non videtur realiter distingui. Consulendus sermo de distinctione.

Digitized by Google

ARTICVLVS IX.

Collatio cum ſpecie, & affectiones aliæ.

Collatio differentiæ cum ſpecie.

Conuenit-ne per ſe differentia ſpeciei?

Quæſtio prima.

Porphyrius reſpondet conuenire.
Conuenit autem primo modo τῷ per ſe tanquam definiens definito.

Eſt-ne ſpecie ſimplicior vel imperfectior?

Eſt, quia ſpeciem componit, abſoluit. 2.

Ponitur-ne poſita ſpecie?

Ponitur, quia latius patet, vel æque latè. 3.

Eſt-ne ſpecie per naturam prior?

Secundum *Geneſim* prior, non ſecundum *intentionem*, cauſalitatem. 4.

Sublata differentia tollitur-ne ſpecies?

Tollitur, quia differentia eſt ſuperior, vel æqualis. 5.
Sublata vna parte integranti, tollitur totum, licet non totaliter.

Variæ quæſtiones intelligendæ ex ſuperioribus ſermonibus.

Quæritur reciprocentur-ne differentiæ cum ſpecie, quam componunt. 6.
Sint-ne tot differentiæ, quam ſpecies, an plures, &c.
Vtrum vltima differentia faciat *ſummam*? 7.
Sit-ne quæuis differentia genere anguſtior, ſpecie communior. 8.

Differentia iteratur-ne in vna ſpecie? 9.

Ariſtoteli abſurdum eſt iterare *genus*, homo non eſt bis animal. 10.
Pari iure videtur abſurdum iterare *differentias*, in vna eademque ſpecie. p. in homine. *Obiectio.*
Si tamen conceduntur formæ ſubſtantiales, quæ dicuntur *partiales*, vt energia oſſis, &c.
Futurum videtur vt aliqua differentia iteretur: p. carneum, oſſeum, &c. *Reſp.*
Sed iterabitur *entitas* eius, non *eſſentia*.
Entitas generi iterari poteſt.

Obiectio.

Quod definit differentiam, illud eſt de natura differentiæ.
Atqui genus definit differentiam; rationale definiendum eſt per animal, par per numerum, &c.
Ergo genus eſt de natura differentiæ, proindeque iteratur in ſpecie.

D. P. { ſi definit tanquam *pars* definiti, C.
{ ſi tanquam *terminus* & correlatum, N.

D. S. tanquam terminus, C. tanquam pars, N.

Digitized by Google

Cuiuſmodi eſt differentia?

Affectiones, & conditiones differentiæ, petendæ è ſuperiori & inferiori ſermone.

Differentia *diuidit, componit, ſeparat*, &c.

Differentiam eſſentialem intendi, & remittendi, negat Porphyrius.

Conſulendus ſermo de intenſione, & *remiſſione*.

ARTICVLVS X.

Quotuplex differentia eſſentialis?

Variæ diuiſiones.

Eſt { concreta vt impar { poſitiua vt rationale { nobilior / ignobilior } / priuatiua vt irrationale } / abſtracta vt imparitas }

Item { reciproca { perfecta { ſimplex { ſubſtantialis / accidentaria } / complexa } / imperfecta } / non reciproca }

Item { Phyſica { catholica ſiue generalis / vltima ſiue ſingularis } / Metaphyſica }

Eſt { componens vltimam ſpeciem: puta equum, hominem: / componens ſubalternam ſpeciem, puta animal, colorem. }

Eſt { ſuperior / inferior / collateralis } petitur { à materia / à forma / à toto } eſt { compatibilis / oppoſita / repugnans } &c.

Eſt { apertior / occultior } { ſpiritalis / corporea } { abſoluta / reſpectiua } &c.

Quid vltima differentia? quid generalis?

Vulgo generica, ſeu *vniuerſalis* differentia dicitur, quæ componit ſpeciem interiectam, vt ſentiens animantem.

Vltima autem & ſingularis differentia, quæ vltimam componit ſpeciem, vt rationale hominem.

Ariſtoteli vniuerſalis, ſiue generalis, ea differentia, quæ ipſa eſt genus, & diuiditur in ſpecies, vt habens pedes, in bipes, quadrupes, &c.

Singularis autem, vltima, & ſpecialis ea, quæ in alias differentias ipſa diuidi nequit, tanquam genus, velut vltima ſpecies, vt bipes, tali modo fiſſipes: Id colligitur ex primo de Partibus.

Vltima { non quod ſit effectrix alicuius ſpeciei vltimæ: / ſed quod ipſa ſit aliquomodo vltima ſpecies, neque diuidi poſſit per differentias ſui ordinis, & coniugationis, vt rationale.

Digitized by Google

Sanè vt non ſi proprietas eſt vltima ſpecies, vt viſus, tactus, ideo pro ſubiecto habet vltimam ſpeciem. p. homo.
Non ſi differentia eſt vltima, vt viſiuum tali modo, vt bipes, tali modo biſſipes:
Ideo eſt differentia, proximè componens vltimam ſpeciem.
Propterea Ariſtoteles videtur negare tot eſſe differentias animalium, quot ſpecies.
Differentiæ latitudo æſtimanda ex latitudine proprietatis, quæ eſt Index differentiæ.

Obiectio.

Nullius rei genus, eſt differentia, quarto & ſexto Topicorum.
Ergo nulla differentia eſt genus.
D. Conſequens: quatenus differentia C. ſimpliciter N.

Quotuplex ſuperior differentia?

Vna eſt quæ habet rationem *generis*, dum comparatur cum inferiori:
Vt { ſenſitiuum ſi cum tactiua:
{ habens pedes, ſi cum bipede.
Altera quæ non habet, ſed *diſparata* eſt: vt ſenſitiuum, ſi conferatur cum quadrupede.

Includitur-ne differentia ſuperior in formali conceptu inferioris?

Si ſit ſuperior priori modo, includitur: [..]
Quia genus eſt de natura ſpeciei;
Si poſteriori, non includitur.

Continet-ne vltima differentia reliquas?

Continere, author eſt Ariſtoteles: ſed ex ſuperiori interpretatione intelligendus.
Sanè ad latus *adiacentes*, non complectitur propriè.
Terrenum non complectitur propriè bipes.
Superiores quæ ſint priori modo ſuperiores, complectitur:
Quia continetur in ſpecie genus.
Superiores poſterioris modi *ſupponit* quidem, ſed non continet in ſua formali notione.
Inferiores non complectitur in ſua notione.

Datur-ne differentia quæ ſit vltima inferior?

Non datur, ſi vltima accipiatur vulgari ſenſu.
Datur ſi Ariſtotelico. Tactiuo & oculato, dantur inferiores differentiæ, etiamſi accipiatur vltimus tactiui modus, &c.

Obiectio.

Si differentia eſt genus, progrediemur in infinitum.
D. ſi quæuis, C. Si aliqua non autem quæuis, N.

Constat-ne differentia priuatione?

Dist. si sit differentia rei *priuatiua*, vt surditas, constat: Nam quale genus, talis differentia.
si sit differentia rei *positiua*, oculi, belluæ, &c. non constat: quia quod nihil, id non potest vere componere.

Solet tamen ex duabus differentijs aduersarijs, quæ *deterior*, appellari *priuatio*, vt frigus, atror, &c.

Plerumque item *delitescens* differentia, vt belluinitas, per oppositæ priuationem designatur. p. per irrationalitatem.

Sed caue ne vocabulorum forma tibi imponat, habeasque pro priuationibus impar, immortale, incorruptibile, & similia quæ perfectionem arguunt.

ARTICVLVS XI. ET VLT.

Collatio differentiæ cum differentia.

Est-ne quid commune differentijs?

D. Si spectetur *secunda intentio*, est, differentiæ illud commune habent, quod diuidant genus, *componant*, separent, prædicentur.

Sin autem consideretur prima intentio, seu res ipsa, quæ appellatur differentia, vt paritas, imparitas:

Dist. nam si sint diuersæ categoriæ, nihil habent synonimè commune. De qua re alibi.
sin autem sunt eiusdem categoriæ, vt differentiæ plantarum, & differentiæ animalium, pluribus videtur respondendum propositionibus.

Prima propositio.

Quædam differentiæ ad vnam eandemque categoriam pertinentes, dum inter se conferuntur, deprehenduntur non differentes propriè; sed diuersæ, & sese totis discrepantes: vt differentia lapidis, & rationalitas.

Tum quia sic omnes sentiunt.

Tum quia alioquin progrederemur in infinitum.

Deueniendum est tamen ad aliquid, quod distinguatur per se, non per aliud.

Secunda propositio.

Idem accidere deprehenditur, dum conferuntur differentiæ constituentes aliquod genus subalternum. p. animal, cum diuidentibus.

Item dum collaterales, cum collateralibus.

Tertia propositio.

Citra controuersiam, quædam differentiæ analogicè consentiunt, vt pilosum, squammatum, corticatum, &c. pennatum, & pinnatum.

Quarta propositio.

Quædam differentiæ videntur inter se conuenire *synonymè*.

Tum quia sic videtur sentire Aristoteles: primo de partibus.

Digitized by Google

Bipedi & quadrupedi aliquid ſynonimè commune.
Item tactiuo, viſiuo, auditiuo, &c.

Tam quia proprietates, quæ ſunt argumenta differentiarum, plerumque habent aliquid ſynonimè commune, vt viſus & auditus ſenſum.

Tum quia vt ſe habent partes vnde colliguntur differentiæ, ad ſe inuicem; ita differentiæ, quæ illinc eruuntur.

Porrò partes vt pedes, capita, habent plerumque aliquid quod de ipſis prædicetur, tanquam genus, vt caput de humano, & bouino capite.

Obiectiunculæ.

Differentiæ ſunt *diuerſæ*, non *differentes*: ex decimo Metaphyſicæ. *Prima.*

D. { pleræque, C. / omnes, D. { quatenus ſunt differentiæ, tranſeat. / quatenus obtinent rationem ſpecici partialis, N. } } g

Sunt ferè diuerſæ, ſi conferantur cum genere.

Item ſi cum differentijs diuerſi ordinis. [..]

Differentia eſt *diuerſitas* generis, cap. 11. lib. 10. Metaphyſicæ. 2.

R. ex ſuperiori reſponſione.

Differentiæ, eſt diuidere genus, non autem diuidi.

D. quatenus eſt differentia, C. quatenus eſt aliquando genus, licet partiale, N. 3.

Quomodo omnino habet differentia ad differentiam?

Eſt { diuerſa / differens } { pertinens / impertinens } { compatibilis / incõpatibilis } { eiuſdẽ categorię: / diuerſę categorię. } &c

Eſt repugnans, vel conſequens, vel antecedens.

Eſt componens, vel non componens, compoſita vel non compoſita.

Eſt { incompatibilis, tumque contraria, aut diuerſa: / compatibilis, tumque ſuperior, vel inferior, vel collateralis. }

Eſt-ne quæ inferior, abſolutè perfectior?

Non neceſſario eſt ..... niſi inferior ſuperiorem in conceptione ſua complectatur.

Non neceſſario proprietas ſpeciei, eſt nobilior proprietate generis, vt facultas hinniendi, tactu, & viſu.

Poteſt-ne differentia continere differentiam à qua ſit propriè diuerſa?

Continere *eſſentialiter*, & in ſua formali notione, non poteſt, ſiue dum effertur abſtractè.

Rationalitas non complectitur in ſua definitione ſenſitiuum, ſanguineum, neque energiam ſenſitiui, &c.

Continere tamen *materialiter*, dum effertur *concretè*, & per concomitantiam aliquando poteſt.

Digitized by Google

Potest autem { tum superiorem, vt rationale complectitur corporeum, & sensitiuum:
tum etiam aliquam, quæ sit quasi *ad latus* adiacens, nec propriè superior: Rationale complectitur bipes.

Monitum.

Consulendus sermo de definiendo, & sermo de diuidendo.
Differentia quæuis est diuersa apud eos, qui respuunt mixtionem differentiarum, & adstruunt reciprocationem.
Differentia non est terminus Logicus, nisi ratione secundarum intentionum.

CAPVT IIII.

DE PROPRIO.

ARTICVLVS I.

De Nomine, Notione, Distinctione.

NOMEN:

Proprium aliquando & rarò significat *perpetuum*, voluptas Deorum propria. j. perpetua.
In Grammaticis opponitur Metaphorico.
Apud nos { nunc *alieno* opponitur, & hoc sensu sensitiuum est magis proprium hominis, quam facultas ridendi; magis proprium genus rei alicuius, quam facultas eius.
nunc & sæpius opponitur communi, quod commune id nemo proprium dixerit, 5. Topicorum.

Notio & Distinctio.

Proprium nunc quicquid non alienum.
Nunc quæuis affectio rei, vt cum indiuiduum dicitur habere multas proprietates: calor dicitur proprietas animantis.
Nunc affectio *inseparabilis*, vt cum differentia dicitur propria.
Nunc quicquid inest & conuenit, vt differentia generi, calor ferro.
Sæpe quod *Soli* conuenit, nec commune est.
Aliquando quod *Soli*, sed *Omni* ac toti, *semperque* accidit, maximè si concrete efferatur, vt risibile.
Proprium enim, quod est quarto proprium modo, est terminus vniuersalis, *conuenit vni soli speciei*, [vel generi] & *semper*, vt risibile homini, *sensibile animali.*
Aristoteli proprium, quod non indicat quid res sit, in solaque inest, ex primo Topic. prædicatur vicissim siue reciprocè.

Varia

Digitized by Google

Variæ diuiſiones & diſtinctiones proprij.

Monitum.

Hîc { quædam ſunt communiores diſtinctiones:
quædam pertinent ad quartum prędicabile, aut ad proprium, quod quarto proprium modo.

Prima diſtinctio.

Proprium { *ſimplex* & incomplexum, vt hinnibile, facultas hinniendi:
vel complexum, vt definitio. 1. Top. [··]

Complexum tamen plures modos videtur poſſe obtinere.
Eſt primarium, vt perfecta definitio.
Vel ſecundarium. (·,·)

Eſt { accidentarium, vt admiratiuum riſibile:
essentiale { ſiue ſit integra definitio: g
ſiue non, vt differentia complexa, quæ ſit reciproca, putà bipes rationale.

Secunda, tertia, & quarta diſtinctio.

Eſt { essentiale { abſtractum { ſynonymum, vt ſentiens:
accidentarium { concretum { analogicum, vt vnum, verum, bonũ.

Quinta, & ſexta diſtinctio.

Eſt { intenſibile, vt leuitas { energia, vt videre,
non intenſibile, vt mens { potentia, vt facultas ridendi.

Septima diſtinctio.

Significat { imperfectionem, vt mortale, corruptibile,
perfectionem, vt immortale, incorruptibile.

Octaua diſtinctio.

Eſt { per ſe proprium,
per exceſſum, aut defectum, vt cum ſummus calor dicitur proprietas ignis, non autem calor.

Nona diſtinctio.

Sine diſiunctione proprium, vt ridere hominis.
Per diſiunctionem, vt numeri eſſe { imparem, [··]
vel parem.

Decima diſtinctio.

Proprietas { aperta, vt calor ignis:
occulta, vt magnetis virtus.

Digitized by Google

Vndecima distinctio.

Sensibilis, vt calor, insensibilis, vt facultas nutritiua.

Duodecima distinctio.

Conuenit rei { in statu naturali, vt frigus aquæ,
in statu violento, vt calor aquæ.

Decima tertia distinctio.

Noti sunt quatuor modi Porphyriani.

Decima-quarta distinctio.

Est { vna proprietas essentiæ vicina, quasi contigua, & immediata, vt mens:
altera remotior, & mediata, vt voluntas, quę nascitur ab animo per mentem, vt risibilitas.

Nomen vicinæ rei solet vsurpari pro radice & delitescenti differentia.

Decima-quinta distinctio.

1. *Topic.* Proprium *per se*, secundum se, vt hominis ridere.
Proprium *semper*, vt hominis sentire.
Proprium *ad aliud*, vt hominis beatum esse.
Proprium *aliquando*, vt Socratis in foro deambulare.

Decima-sexta, & decima-septima distinctio.

1. *Topic.* Proprium { semper } { absolutè & per se, vt ridere hominis:
{ aliquando } { comparatè, & ad aliud, vt hominis intelligere, beatum esse, n. inter animantes, si cum belluis conferatur.

Decima-octaua distinctio.

5. *Topic.* Vel ex vna tantum parte comparatur proprium in hunc modum: proprium est Græcorum imperare.
Vel ex vtraque (ad maiorem claritatem, elegantiam.)
Proprium est Græcorum imperare, Barbarorum seruire.
Proprium est oculi videre, auris audire, &c.

M. ex quinto Topicorum.

Proprij distinctio repetitur { nunc ab ipso:
nunc à subiecto.

Decima-nona, quæ ab ipso.

5. *Topic.* Proprium *natura inexistens*. j. naturæ propensione, vt bipes.
Vel *inexistens nunc*, vt habere tantum quatuor digitos in manu.
Vel *specie proprium*. j. proprium generis per aliquam speciem, vt ridere animalis, per hominem.
Vel omnino *& simpliciter* proprium, vt sentire animalis.

Digitized by Google

Vigesima, quæ à subiecto.

Proprium tanquam *primum*. j. quod rei subiectæ, per ipsam, & primo conuenit, vt prudentia, ratio. 5. Topic.

Vel tanquam *habentis*. j. quod dicitur proprium alicuius rei, quæ habet subiectum, cui primo conuenit proprietas, vt cum scientis dicitur proprium, non posse dimoueri à sententia.....propter scientiam quam habet.

Vel tanquam *habiti*, vt scientiæ non posse dimoueri, &c.

Vel tanquam *participati* à pluribus, de quorum natura sit subiectum: vt quãdo sentire dicitur esse proprium animalis, quod participatur ab homine, & bellua.

Vel tanquam *participantis*, quo sensu proprium est hominis sentire.

Vigesima prima, quæ à subiecto.

Vel *analogici subiecti* est proprium, vt rei verum, bonum.

Vel *generis*, vt quantitatis diuisibilem esse.

Vel *speciei perfectioris*, vt hominis ridere.

Vel *differentia*, aut speciei imperfectæ, vt videre oculati animalis.

Vel *individui*, vt quæpiam cicatrix.

Vigesima-secunda distinctio.

Est { totius *speciei*, vt mens hominis:
vel *non*, tumque { sequitur *sexum*, vt vis procreandi lactis:
aut *non*, vt fœlix procliuitas ad poësim.

Vigesima-tertia distinctio.

Proprium { ratione *materiæ*, vt quantitas, moles:
ratione *formæ*, vt mens, voluntas:
ratione *vtriusque*, vt ridere, loqui.

Vigesima-quarta distinctio.

Proprium per se, vel per partem, vel per aliud. [,s,]

Vigesima-quinta distinctio.

Proprium { vel est vt ferri bonitas, veritas:
vel est vt ferri calor, & durities.

.j. { aliud includit subiectum in sua formali conceptione, neque subiecto adiungit perfectionem.
aliud contra habet, vt calor ferri.

Qui dicit *ferrum verum*, non dicit re ipsa plus perfectionis & entitatis, quam qui dicit ferrum: sed explicatius dicit.

Qui autem *ferrum calidum* dicit, plus exprimit *entitatis*, & perfectionis, quam qui ferrum tantum.

Veritas { non est alia perfectio ab entitate, & realitate:
sed est entitas explicatiori quodam modo considerata, & cum quadam affectione, siue relatione ad exemplar, aut ad intellectum, de qua

Digitized by Google

re in Metaphyſicis.

Obiect. (Relatio entitatem non adiungit.)

Calor non includit ſubiectum in ſua formali notione, ſed ſignificat aliam perfectionem, & realitatem, à perfectione ſubiecti.

Sanè { proprietas prioris generis appelletur proprietas non accurata, non exquiſita: / proprietas poſterioris vocetur accurata, exquiſita.

Porrò quomodo interno ſcantur proprietates prioris generis, declaratum eſt in rudimentis Metaphyſicis.

Reſp. Quando ex duobus oppoſitis epithetis, vnum perimit ſubiectum, alterum ſubiecto nihil addit perfectionis, eſt proprium prioris generis.

Homo mortuus non eſt propriè homo.

Ergo homo viuus idem quod homo. [·.·]

Vigeſima-ſexta diſtinctio.

Proprium { vel eſt proprium *generis ſummi*, vt diuiſibilitas quantitatis: / vel eſt *proprium ſpeciei*, vt riſibile hominis.

Proprium prioris modi videtur omitti à Porphyrio.

τὸ ridens, cuiuſmodi vniuerſalis?

Si ſumatur pro *ridere actu*, non eſt proprium quarto modo: ſed tantum *accidens*, & proprium primi modi.

Si pro ridendi facultate, eſt *proprium*, proprium quarto modo.

Cur non ſumitur pro differentia, vt τὸ rationale?

Quia proxima radix facultatis ridendi, non eſt eſſentia rei .... ſed eſt alia proprietas. p. capacitas admirationis.

Vigeſima-ſeptima diſtinctio.

Proprium { vel eſt vltima ſpecies, vt riſibile, auditiuum: / vel non, vt ſenſibile, ſiue ſenſitiuum. [·.·]

Quid proprium?

Proprium quod quarto proprium modo, definitur formale, quod *vni, ſoli, & ſemper*, accidit.

Sed hæc definitio conuenit tum concreto, tum abſtracto.

Proprium concretè ſumptum definitur in compendijs.

Obiectiones.

1. Proprium non eſt quid Logicum; Ergo non eſt hîc tractandum.
   D. Ant. { ſi ſpectetur res, tranſeat: / ſi vniuerſalitas & conditio per quam illuſtrat, & illuſtratur, N.
2. In definitione porphyriana nihil indicat vniuerſalitatem.
   N. quia, quod toti ſpeciei conuenit vniuerſale eſt.
3. Differentia reciproca, vt & definitio, videntur vendicare ſibi definitionem poſitam à porphyrio.

Digitized by Google

N. quia nomen siue vocabulum *conuenit*, apud Græcos significat *accidit*. συμβεβηκὸς.
Definitio porphyriana non videtur conuenire proprietatibus summorum generum.
R. { esse qui ommitti fateantur à porphyrio:
esse qui nomine *speciei* comprehendant quoduis subiectum proprietatis.
Quia inter genus & speciem nihil interest, dum conferuntur cum proprietatibus.

ARTICVLVS II.

De origine & subiecto proprietatum.

Monitum.

Proprium male comparatum separatum est à communi accidente, vt sensitiuum, si cum homine conferatur.
Ex modis porphyrianis secundus est minus proprius: nisi proprium opponitur alieno.
Quia quod alteri conuenit, nemo dixerit proprium Aristoteli.

Est-ne subiectum forma proprietatis?

Non est saltem accuratè, quia non est de essentia proprietatis.

Est-ne finis?

Est, quia omnis proprietas aliquomodo est propter subiectum.
Multa accidentia sunt subiecto inimica, vt calor ferro: sed nulla proprietas.

Est-ne materia?

Est, quia affectio hæret subiecto, & inde excitatur.

Est-ne efficiens causa?

Sunt qui putant proprietatem non fieri à subiecto, sed ab opifice subiecti.
Itaut, exempli gratia, frigus aquæ fiat { non ab aqua: / sed ab opifice aquæ.
Sunt qui effici putant à subiecto. p. per mentem, ab anima nostra.
Idque { siue fiat per *veram actionem*: / siue tantum per *emanationem*.
Quia nihil videtur propriè in se ipsum agere, primo de generatione c. 7.
Controuersia anceps difficilisque dijudicatu.
Credibile est quasdam proprietates fieri à subiecto, vt raritatem ignis ab ipso igni.
Quasdam ab opifice subiecti, vt hinniendi facultatem, &c.

Potest-ne proprietati inesse proprium?

Alicui potest, non cuiuis, ne regrediamur in infinitum.

Cur vni, potius quam alteri?

Ratio repetenda est à sensu & inductione.

Digitized by Google

Sunt-ne multæ vnius eiusdemque rei proprietates?

Non necessario sunt multæ, quia singularitas siue vnitas proprietatis non involuit contradictionem.

Possunt esse multæ, vt experientia docet.

Sed multæ conspirantes ad vnum finem, quoniam vnitate opus.

Quomodo distinguitur proprietas à subiecto?

Quæ non exquisita, distinguitur tantum *ratione*, vt diuisibilitas à quantitate.

De exquisita, controuersia est vtrum distinguatur ratione tantum.

Veriſſimile { quandam *realiter* distingui, vt calorem à suo subiecto :
quandam *ratione* tantum, vt forsan mentem ab anima nostra.

ARTICVLVS III.

Cuiusmodi proprium?

Intenditur-ne & remittitur proprium?

Consulendus sermo de magis & minus. [In postprędicamentis.]

Quomodo distinguitur ab accidente?

Discrimina, supra, infra, & in Topicis.

Reciprocatur-ne proprium?

Reciprocatur, modo comparetur optimè cum eo subiecto, cui primo & per se conuenit.

Secus non necessario reciprocatur. Quod reciprocatur, non cũ quouis reciprocatur: sensitiuum reciprocatur cum animali.

Non reciprocatur { neque cum viuenti:
neque cum homine, &c.

Potest-ne genus reciprocari cum specie?

Prædicatione quæsit *essentialis*, non potest.

Omnis tactus est sensus: non omnis sensus est tactus.

Omne tactiuum est *essentialiter* sensitiuum, non contra.

At *accidentaria* prędicatione aliquando reciprocatur: quia fieri potest, vt genus & species sint proprietas vnius eiusdemque subiecti, vt sensus & tactus proprietas animalis.

Omne tactiuum est sensitiuum.

Et omne sensitiuum est tactiuum.

Quæ reciprocantur cum vno tertio, & inter se reciprocantur.

Omne animatum est vegetatiuum, vt omne vegetatiuum est animatum.

Est-ne varia proprietas index variationis essentiæ?

Quædam proprietates sunt subordinatæ, vt mens, memoria, voluntas: & istæ non necessario arguunt variam essentiam.

Aliæ autem sunt diuersę, nec subordinatæ, vt odores, sapores, &c.

Si loquimur de diuersis partibus eiusdem rei. p. animalis, plantæ:

Non necessario varia proprietas arguit variam essentiam:

Digitized by Google

Nisi apud eos, qui admittunt *formas partiales*, vt formam ossis, &c.
At in diuersis suppositis arguere ferè existimantur, dantur propria quædam ingenia rerum eiusdem vltimæ speciei. p. psyllorum & aliorum hominum.
De qua re Physici in sermone de forma substantiali.

Est-ne facile secernere proprium à differentia?

Non semper facile, quoniam difficile est substantialem formam secernere ab accidentaria. De qua re Physici.

Cur difficile differentiam secernere à genere?

Primo quia { differentia interdum diuidit genera duo,
tumque partim latius, partem angustius, quam genus patet.

Secundo quia, interdum differentia non diuidit nisi vnum genus: tumque genere angustior est, sed non est facile deprehendere terminorum ambitum, & extensionem.

Tertio quia, fieri potest, per errorem, vt differentiam efferamus *substantiuè*, & genus *adiectiuè*, in hunc modum.

Ratio animalis, pro animali rationali.

Quarto quia, difficile est iudicare quodnam iugum differentiarum sit præferendum alteri.

Definitio proprij quæ proposita à Porphyrio, cadit-ne in abstractam propositionem?

D. { si conuenire interpretemur *accidere*, cadit:
risibilitas soli *homini*, *omni*, & *semper* accidit.
sin autem accidere per *affirmationem affirmari accidentario*, *non cadit*: Risibilitas non affirmatur de homine: sed risibile.

CAPVT V. ET VLT.

De Accidente, seu quinto vniuersali.

ARTICVLVS I.

De Nomine, Notione, Constitutione.

Quæ hîc nomenclaturæ ratio?

Examinamus { hinc nomen totius generis. p. *accidens*:
hinc nomina, quibus efferuntur singula accidentia, vt *candidum*, *coloratum*, &c.

Nomen accidentis.

Dicitur { Latinè, *accidens* quod *accidat*, veniat post:
Græcè συμβέβηκος *conueniens*, quod conuenit, quia vnâ veniat. *Accidens.*

Affectionum { quædam nuntur cum *subiecto*, vt mo[illegible] cum corpore:
quædam postea *succrescunt*, vt hominis sapientia.

Digitized by Google

Sed vſus vocabulorum ſæpè latius patet, quam etymologia, vt interdum minus latè.

Opponitur neceſſario. *Accidens* primo idem eſt atque *contingens*, aut ſaltem illud quod rarò, & caſu euenit, & non habet cauſam determinatam.

Vt tempeſtate deferri Rhodum cum tendas aliô.

Inuenire theſaurum inter fodiendum agrum.

Sibi ipſi. Secundo *accidens* opponitur τῷ *ſibi ipſi*. De qua re alibi.

Per accidens, aut per ſe opponuntur: tumque accidens ſignificat aliud.

Vſiæ. Tertio, ſed affini ſignificatu accidens opponitur *vſiæ*, eſſentiæ, & eſſentiali: idque dupliciter.

Nam { vel *Metaphyſicè*, & in negotio rerum, ac prædicamentorum:
vel *Logicè*, & in negotio prædicabilium, vt declaratum eſt in rudimentis.

Quid tum accidens Metaphyſicè?

Non eſſentia rei. Generatim eſt illud quod *non eſt de eſſentia* rei, cui annectitur.

Quo ſenſu accidit { differentia *generi* } { calor ferro,
genus differentiæ } { ferrum calori.

Hærens, aut velut hæres. Speciatim quod *inhæret* alteri, vt candor marmori, aut quaſi inhæret, vt differentia generi, non genus differentiæ:

Candor marmori, non candori marmor.

Non ſubſtantiale. Specialiſſimè, quod opponitur *ſubſtantiæ*, & propriè inhæret.

Vt candor marmori, non differentia generi, &c.

Quid Logicè?

Accidens prædicabile. Generatim prædicatum non eſſentiale, quod ſit quartum, vel quintum *prædicabile*, commune vniuerſale.

Accidens commune. Speciatim quintum tantum *categorema*, vniuerſale, vt cadere.

Quomodo effertur accidens, quod Metaphiſicè accidens?

Non refert concretè, an abſtractè, ſubſtantiuè, an adiectiuè, vt candor, candidus, &c.

Quomodo accidens, quod Logicè accidens?

Accidentia Metaphyſica, *quando* efferuntur nominibus abſtractis,

ſunt { aut *genus*, vt color, ſapor, marmor,
aut *ſpecies*, vt candor, amaror:
aut *individuum*, vt candor iſte.

Vt autem euadant accidens prædicabile, proprium, aut commune, duæ requiruntur conditiones.

Nam { 1. debent efferri adiectiuè, & paronymè, vt Rex, regens, candidum, coloratum, &c:
2. comparari cum rebus quibus accidunt: non autem cum ijs quibuſcum habent eſſentialem neceſſitudinem.

Coloratum

Digitized by Google

Coloratum { si conferatur cum *candido*, est genus, non proprium, non accidens; Quæris quid sit candidum?
R. esse coloratum, quod sit visus disgregatiuum.
at si conferatur, cum marmore, est accidens prędicabile.

Paronyma porrò quomodo efferantur, declarabimus ad librum categoriarum.

Unde fit commune accidens?

Propriè efficitur tantum *ex accidente prædicamentali*, vt niger, pater, lector, lego, legens, &c.

Per analogiam tamen: etiam ex *substantia*, vt omnino fiat ex primo Metaphysico significatu, vt *marmoreus, eburneus, coloratus.*

Quæ tamen accidentia prædicabilia effinguntur ex substantijs, solent facere peruersas & inordinatas prædicationes. In hunc modum.

Circulus est eburneus, cubus est æreus.

Inest enim non ebur circulo, sed contra.

Monitum.

Differentia { tum generi accidit, vt par numero:
tum genus distinguit, & diuidit in suas species, putà in binarium, &c.

ARTICVLVS II.

De natura Accidentis.

Quæ prima accidentis definitio?

Accidens Porphyrio, quod *adest, & abest, citra subiecta rei corruptionem.*

Incommoda præcipua quæ istam definitionem vidētur obsidere.

Adesse & abesse videntur Metaphysica, non Logica vocabula.

Forma rei naturalis } { & adest } citra pernicié subiecti; corporis, n. materiæ. 1.
Anima equi } { & abest }

Vestis admouetur corpori, & hinc *amouetur*, sine pernicie. 2.

Iugulatio, morbus incurabilis, & mors *non adsunt*, sine pernicie subiecti. 3. 4.

Inseparabile accidens } non *abest*, sine pernicie. 5.
Candor niuis &c. }

Proprium abest, & separatur cogitatione, à subiecto sine pernicie, vt risus ab homine. 6.

Sentiens { non *negatur* de homine, sine pernicie:
videtur commune accidens, si cum homine conferatur. 7.

Falsa hæc propositio: Coruus non est niger. 8.

Accidenti indiuiduo } videtur conuenire hæc definitio. 9.
Huic regi, huic albo }

Digitized by Google

10. Item accidenti prædicamentali dum effertur abstractè. p. caloti, nigrori, candori.
11. Abstractum profertur à Porphyrio pro exemplo. p. color.
12. Color non prædicatur de niue, marmore, &c.

Quid dubitetur?

Primo dubitatur quid definiatur, seu quo significatu accidens definiatur: Ex quo liquet definitionem non esse vsquequaque perfectiorem.
Secundo, quæ sit sententia propositæ descriptionis.
Supponenda autem doctrina compendiaria.

Prima interpretatio.

Nonnulli volunt definiri solum *accidens separabile*.

Examen.

Hæc interpretatio aduersatur Porphyrio, & Aristoteli, primo Topicorum.

Secunda interpretatio.

Quidam aiunt definiri *accidens prædicamentale*, (quod opponitur substantiæ) sed *commune* tantum, cuiusmodi est candor, candidus, &c.
Deinde in hunc modum interpretantur definitionem.
Adest sine *pernicie*, quia quandiu adest subiecto, illud subsistit.
Etenim per naturam { nec cohæret sine subiecto: / nec dilabitur à subiecto in subiectum.
Abest etiam à re subiecta, sine pernicie, vt à niue candor.
Quia quamuis quando abest *accidens inseparabile*, res subiecta perijsse deprehendatur ---- tamen non absentia accidentis perniciem rei subiectæ procurauit: --- sed potius vtrique aliquid aliud.

Examen.

Porphyrio accidens delabitur à subiecto, in subiectum &c.

Tertia interpretatio.

Accidens commune *prædicamentale*, definitur siue efferatur substantiuè, siue adiectiuè, & quidam color profertur pro exemplo:
Id quod suaptè natura potentiam, & pronitatem habet, per quam absit & adsit sine pernicie, &c.
Sed aliquando hæc potentia frustratur effectu.

Examen.

Apertè Porphyrius *absentiam* ad mentem refert, seu ad separationem, quæ fiat mente & cogitatione.

Quarta interpretatio.

Accidentia { quædam *à materia* sola oriuntur, eique inhærent vni, vt calor, frigus:
quædam à sola *forma*, vt scientia ab animo:
quædam *à re tota*, vt ridere, hunnire.
Quidam suspicantur nihil hîc definiri præter absentiam primi generis, sed parum congruenter Porphyrio.

Digitized by Google

Quinta interpretatio.

Quando accidens dicitur *adesse* & *abesse*, sine interitu subiecti, quorumdam iudicio sic distinguendum.

D. { sine pernicie subiecti vniuersalis.p.nasi generalis, C.
{ sine pernicie subiecti indiuidui, p.nasi Æsopi,N.

Sed hæc distinctio abhorret à Porphyrio. [ ]

Sexta interpretatio.

Quidam proferunt *distinctionem*, deinde respondent.

Prior distinctio, quæ subiecti.

Subiectum *inhæsionis*, siue causalitatis est illud cui primo ac per se accidens est infixum, & inhærens, vt figura corpori.

Subiectum quod solum *denominationis* est subiectum, est id quod ab accidente denominationem habet, vt recipiat accidens non per se primo, *sed per aliud*, vt cum homo dicitur subiectum figuræ, candoris, essentiæ.

Posterior, quæ accidentis.

Est { vel propriũ *bene comparatum* accidens, cum animal dicitur sensitiuum:
vel proprium *male comparatum*, vt cum homo dicitur sensitiuus:
vel *commune accidens*, sed habens certam causam, in re subiecta, vt candidum in niue.
vel *commune accidens*, at non habens determinatam causam, vt candor in lana.

Responsio.

Accidens { quod primi } generis, non pertinet ad hunc locum.
{ quod secundi }
{ quod quarti, potest separari à subiecto *inhæsionis*, denominationis:
{ quod tertij, postulat distinctionẽ quintæ interpretationis, n. subiecti in commune & singulare, &c.

Sed accipienda est separatio *realis*.

Septima interpretatio.

Definitur accidens prædicabile commune, id est, quintum vniuersale:

Illud quod *adest* & *abest*, &c. j. potest *affirmari* & *negari* de subiecto, sine pernicie subiecti....etiamsi fortè non sine pernicie veritatis, in hunc modum.

Coruus est niger: coruus non est niger.

Nix est candida: nix non est candida.

Aliud falsa propositio, aliud impossibilis.

Omne impossibile est falsum: non omne falsum impossibile.

Nos esse Romæ { falsum est:
{ non est impossibile.

Confirmatio interpretationis.

Separatio est *realis*, vel mentalis tantum, siue *rationalis*.

Digitized by Google

Est { realis, vt cum amouetur cursus, ab animali:
rationalis { simplex, vt cum homo cogitatur sine mente. j. non cõcipiendo mentem:
complexa, & negatiua quando propositione negatiua aliquid adimitur in hunc modum.

Homo non currit, coruus non est niger.

Manifestum { in diuidendo accidẽte, de reali separatione loqui Porphyrium, cum diuiditur in separabile, & inseparabile.
in definiendo accidentẽ, non loqui de reali, sed tantum de rationali.

Simplicem autem si accipias *abstractionem*, siue separationem mentalem, non sufficiet:

Quia definitio proposita conueniet proprietatibus.

Etenim homo, exempli gratia, cogitatur & definitur sine ridendi facultate.

Itaque *abesse* interpretamur *negari*, & separatum esse negatiua propositione: siue id fiat verè, siue falsò.

Adesse verò interpretamur *predicari*, more vniuersalium.

Ne definitio conueniat accidentibus indiuiduis.

Responsio ad incommoda.

Ad primum respondeo, Logica esse vocabula, si interpreteris prędicari, & negari.

Ad secundum respondeo, nomine subiecti accipiendum subiectum inhæsionis.

Ad tertium respondeo, vestem non affirmari de corpore.

Ad quartum, ista & similia inhærere materiæ, quæ non perimitur.

Ad quintum resp. { negari sine pernicie subiecti:
non auferri realiter, sine pernicie.

Ad sextum resp. dist. { simplici abstractione & separatione, C.
negatione, seu propositione negatiua, N.

.n. propter necessitudinem eius cum subiecto.

Ad septimum resp. esse proprium malè comparatum, non commune accidẽs.

Ad octauum falsam esse, sed non euerti rationem subiecti, propter prædicationem & negationem: Quia etiamsi coruus foret albus, foret tamen coruus.

Animal insensibile, non est animal proprie.

Ad nonum resp. negando, quia adesse interpretamur affirmari more vniuersalium.

Ad decimum respondeo negando, quia abstracta prędicantur essentialiter, &c.

Ad vndecimum & duodecimum resp. abstractum prędicari de subiecto inhęsionis: Si modo euadat concretum, & connotatiuum.

Nix non est candor, sed est candida.

Respõdeo prętereа abstracta prędicari de subiecto, prędicatione quadam si-

Digitized by Google

gnata, per verbum conuenit, accidit, in hunc modum.
Niui conuenit candor; niui accidit frigus.

Monitum.

Extant apud Aristotelem definitiones accidentis, quæ proponentur alibi.

ARTICVLVS VLT.

Cuiusmodi Accidens, & quotuplex?

Denominatne Accidens, si adest?

Genus cum differentia, & proprium, & species, si insunt (denominant, denominare possunt.)
Idque *absolutè*, & omnino, non *secundum quid tantum.*
Quia si insunt, omnino insunt.

Accidens { cum *ineſt*, aliquando denominat. j. *absolutè denominat.* Nix est candida, coruus est niger. cum *ineſt*, aliquando non denominat. j. *non denominat absolutè*: sed secundum quid tantum. } *Ex Aristotele 1. Topic.*

Idque { vel quia nõ afficit nisi *exiguam partem*, vt candor Æthiopis qui afficit dentes: vel quia est *occulta* pars, quam afficit, vt color sanguinis delitescentis, vnde non solemus appellari rubri. vel quia *leuiter* afficit, vt frigus tepentis aquæ: vel quia non *diu* afficit, vt candor pallentis præ metu. }

De denominatione ad caput de qualitate, in categorijs.
Aptius est nomen ad significandam, & exprimendam denominationem *absolutam*, quam verbum.
τὸ esse *lectorem*, plus significat, quam τὸ *legere.*

Prædicatur-ne accidens synonymè?

Accidens { Porphyrio prędicatur *synonyme vniuocè*: quia proprium illi prędicatur synonymè: Aristoteli in categorijs, non prædicatur synonymè, prędicatur secundum *nomen*, non secundum *definitionem.* }

Distinguendum erit suo loco.

Quomodo Accidens differt à Proprio?

Proprium *reciprocatur* cum subiecto, non autem accidens.

Conuenit prius { *speciei*, quam indiuiduo proprium: *indiuiduo*, quam specici accidens. }

Proprium quoduis conuenit *semper*, & *necessario*, non quoduis accidens.
Absolutè denominat, non quoduis accidens, sed quoduis proprium.
Consulendus Aristoteles, secundo & quinto Topicorum.

Digitized by Google

Quotuplex Accidens?

Prima diuiſio.

¶

Eſt { *ſubſtantiale*, vt ligneum, marmoreum, eburneum:
vel *oppoſitum* ſubſtantiæ, vt candidum, nigrum.

Secunda diuiſio.

Eſt { quid *internum*, vt *quando* dicitur nix candida:
vel quid *externum*, & extrinſecè denominans, minuſq; propriè accidens.
Vt quando paries dicitur viſus.

Tertia diuiſio.

Intendi { poteſt, vt frigidum: [..]
Remitti { nequit, vt figuratum.

Quarta diuiſio.

Eſt { *ſeparabile*, quod poteſt realiter ſeparari à ſubiecto, ſine pernicie ſubiecti, vt calidum, ſi cum ferro conferatur:
inſeparabile, quod non poteſt, aut ſaltem non facilè poteſt, vt candidum, ſi cum niue conferatur.

Quinta diuiſio.

Vel latius patet, quam ſubiectum, vt candidum quam nix.
Vel minus latè, vt ridere actu, quam homo.
Vel partim latius, partim minus latè, vt candidum, quàm marmor.

Sexta diuiſio.

Accidens { vel eſt vt *ſimum*, certa forma, in certa materia:
vel eſt vt *curuum*, certa forma, in promiſcua materia, vt curuum in cera.

Monitum.

Conſulendus ſermo de accidente prędicamentali, ſiue de accidente, quatenus opponitur ſubſtantiæ.
Item ſermo de indiuiduo, qui inſtituetur ad categorias.
Quod propriè accidens, nunquam ſeparatur à ſubiecto *inhæſionis*, per naturam, ſine pernicie ſua, licet aliquando, ſine pernicie ſubiecti.

Finis quinque Categorematum Porphyrianorum.

Digitized by Google

PROLEGOMENA
AD CATEGORIAS.
MONITVM.

OCTO præfationis capita Arabs Interpres, decem Interpretes Græci imposuerunt categoriarum, & operum consimilium meditanti interpretationem.

Ex ijs nonnulla hîc propter vtilitatem rei perstringamus.

CAPVT I.

De huius operis Authore, Ordine, Titulo.

Quisnam Author?

Categorias scripsit Architas. Scripsere alij.

Tria tamen faciunt, vt huius libri Author censeatur Aristoteles.

n. { Interpretum consensus in hoc iudicio:
n. { Stylus ipse, & doctrinæ genus consentiens cum Topicis:
n. { Crebra apud Aristotelem citatio & enumeratio categoriarum.

Quis ille Aristoteles?

Ex multis, accipiendus *Stagyrites* omnium celeberrimus, discipulus Platonis, præceptor Alexandri, Eudæmi, Theophrasti, &c.

De illius ingenio, industria, heroica facultate, oratione, obscuritate, & obscuritatis causis, philosophandi & docendi ratione, scholis, & monimentis, alibi. n. initio lib. 1. Physico.

Vulgatissima diuisio scholarum illius, ac prælectionum, vt & librorum commentationum.

Scholæ { matutinæ *acroamaticæ*, auscultatoriæ & accuratæ: ἀκροαματικαὶ
{ pomeridianæ, *exotericæ*, externæ, encyclicæ, (circulares) & populares, siue ad sensum popularem accommodatæ. μα.

Ferè autẽ { vt prælectiones Theologorum ad conciones se habent:
{ ita Acroamata Aristotelica, ad exotericas commentationes. ἀκροάσεις.

Eadem doctrina dicitur { vt prælectio à prælegendo, & lectio:
{ ita Acroama, acroasis, & auscultatio ab audiendo.

Digitized by Google

Sed Acroama { generatim doctrina quæuis, quæ sit auditu comprehensa, vel saltem comprehensibilis: propriè doctrina difficilior, quæ indigeat præceptoris ope, & voce.

Obiectiones.

Prima. *Stylus* obscuram breuitatem Aristotelis redolere non videtur.
R. { elementa Philosophiæ faciliora esse oportere: non deesse libros Aristotelis, qui sint isto clariores.

2. *Tempus* & *oratio* inter species quantitatis in hoc libro, numerantur, contra quem videatur sentire Aristoteles, 5. Metaphysicæ.
R. { *perualgatas* in Categorijs & Topicis illum ferè enarrare, & videri amplecti opiniones: *perpurgatas* in Metaphysicis, & locis idoneis proprijsque rerum.

3. Liber proœmio caret contra præceptum positum in Rhetoricis, & præter consuetudinem Aristotelis.
1. lib. c. 13. R. quæ vocantur vulgo antepredicamenta, esse instar proœmij.

Quis Ordo?

Ordo. Is intelligendus { partim ex methodorum legibus: partim ex Logicæ argumento, diuisione.

Quis Titulus huius operis?

Inscriptio. *Pro-topica* / *Ante-topica* } hunc librum dicitur inscripsisse Adrastus vetus Interpres.
Quod illi, Topica proximè subiungebat.
Sed posterioribus, non placuit { neque is ordo: neque hæc inscriptio.
Categoriarum, & categoriarum entis titulus notissimus, & receptissimus.
κατηγορεῖν { in foro significat accusare, *parler contre*: apud Logicos & generalius prædicare, & enuntiare, *dire de, ou dict de vous, &c.*
κατηγορημα. Hinc *categorema*, prædicatum, categoria, prædicamentum, & dictum, dictio, κατηγορουμενον prædicatum.
Categoriæ *autem* nomen variè sumitur apud nos.
1. pro *prædicatione*, vt cap. de substantia.
2. pro *habitu*, & affirmatiuo termino, vt cum opponitur priuationi.
3. pro *summo genere*, vt primo Topic. cap. 7.
4. pro *ordinatione* summi vnius generis, & propaginum ipsius, vt ca. de qualitate, 1. post. cap. 15. 16. 17. 18.
Qui significatus maximè facit ad institutum.
Contulenda compendia.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT II.

De Fine & Obiecto.

Quis finis & ſcopus, quod inſtitutum?

Nemo, qui Logicas eſſe Categorias fateatur, non exiſtimat eas eſſe conſtitutas, propter primam mentis operationem....proindeque & propter reliquas differentias.

Conſulenda quæ ſequuntur.

Quod obiectum huius libri, & quæ materia?

Sententia prima.

Quibus hic liber eſt *Metaphyſicus*, illi pro argumento & obiecto poſſunt conſtituere *ens*, vt diuidendum eſt & explicandum ruditer ... de qua ſententia in cap. ſequenti.

Secunda quæ ex Alberto magno.

Primam operationem mentis Logicę pars prima, erudire & inſtruere debet: vt inſtruatur, tollenda ſunt, quæ illi officiunt.

Hæc duo præcipua. n. { *copia* rerum ſimilium [cum diſiunctione:] & *confuſio* rerum diſſimilium..... de quare in compendio.

Porrò { vt copia & *multitudo* amoueatur, omnia reuocanda ſunt ad pauca genera & capita. / vt *confuſio* { non modo dirigenda omnia in certos ordines & diſponenda: / verumetiam ſuis ordines deſignandi notis.

Nam { vt in caſtris milites ordinati diſtinguntur *ſagorum* varietate & vexillis: / ita etiam *notæ* & proprietates adhibendæ ſunt, quarum beneficio ordines, & claſſes rerum, atque terminorum internoſcantur.

Ergo Logicus debet hæc tria præſtare in hocce loco.

.n. { reuocare omnia ad pauca genera, & communes terminos: / redigere terminos in paucos ordines: / notis quibuſdam deſignare ordines, & claſſes.

Hæc autem tria præſtare quid eſt aliud quam categoriam condere, componere?

Quare categoria ſiue diſpoſitio illa, per quam præſtantur hæc tria, videtur libri huius argumentum.

Examen.

Præceptoris Logici eſſe videtur, docere rationem exponendi res omnes ad

Digitized by Google

ſuperiorem modum.

Præterea reuocare omnia ad pauca, & deſignata genera, vt materia internoſcatur.

Sed omnia ſigillatim diſponere, eſt { non *præcipientis* Logicæ: verum illius, quæ dicitur *vtens*.

Præterea diſpoſitio & deſignatio rerum, quę hîc offenditur, eſt potius opus authoris, quam argumentum, & materia operis.

Tertia ſententia.

Res ſunt Logicæ, non quidem quatenus ſunt *res*, ſed quatenus ſunt *genera*, aut ſpecies, prędicanturque & ſubijciuntur.

Et hoc nomine ſunt materia libri categoriarum.

Examen, & iudicium de hac ſententia.

In arte quauis, aut circa artem duo poſſis animaduertere.

n. { *vniuerſale* & generale quiddam, cuiuſmodi eſt domus, veſtis, columna: *ſingulare* aliquid. p. hanc domum, hanc veſtem.

Porrò { vniuerſale illud docetur in arte, quæ vniuerſalium eſt: ſingulare non docetur arte, quæ prędceptiones communes poſtulat.

Sed peritia comprehenditur, & habilitate applicandi præceptiones, atque agitur, efficiturque arte.

Ergo Logici prędceptoris quandiu in prędcipiendo occupatur,

eſt per artem { non prędcipere & tractare de hoc & illo genere, de hac & illa ſpecie, de hac & illa definitione, &c. ſed tantum vniuerſim de genere, de ſpecie, de definitione.

Iam { ſubſtantia eſt vnum certum genus, vnum numero exemplum ſummi generis: homo, vnica & ſingularis ſpecies, vnum exemplum ſpecici vltimæ, non autem generatim vltima ſpecies: & ſic de cæteris conſimilibus iudicandum.

Ergo { ſubſtantia quatenus eſt genus, homo quatenus eſt ſpecies } non magis pertinent ad Logicum prędceptorem, & communem artem... quam hæc veſtis ad ſartoriam, hæc ſtatua ad ſtatuarium, &c.

Subſtantia eſt { non generatim ſummum genus: ſed hoc ſummum genus, ſeu vnum numero ſummum.

Animalis generalitas, non niſi numero differt à coloris generalitate, vt ſpecialitas hominis, à leonis ſpecialitate.

Quarta ſententia.

Voces primæ impoſitionis ſunt argumenta categoriarum.

Examen.

Logici eſt præceptoris voces primæ impoſitionis reuocare ad pauca capita & genera.

Digitized by Google

Non autem perſequi & enumerare omnes ſigillatim.

Quinta, quæ ex Ariſtotele ipſo.

Affinis quinta.

Pro materia ſtatuendum illud, ad quod aptiſſimè, & Ariſtoteli congruentiſſimè reuocantur capita præcipua iſtius libri.

At { decem capita potiſſima ſunt, ſubſtantia, quantitas, &c.
{ ea autem aptiſſimè ab Ariſtotele ipſo reuocantur ad *id quod dicitur ſine complexione, id eſt dictum incomplexum*:

Ergo ſimplex dictum primæ tamen impoſitionis, vt colligitur ex vltimis ſpeciebus, ſiue categorema incomplexum, locutio, & terminus ſimplex primæ impoſitionis, videtur eſſe materia huius libri:

Idque quatenus reuocabile ad pauca & deſignata genera, vt conſtat ex ſuperiori ſermone, & ex articulo ſequenti.

Quatenus eſt { ſingulare / vel vniuerſale } { ſubſtantia / vel accidens } & omnino reuocabile ad pauca & deſignata genera.

Quæ ſententia confirmatur, primo quia oportet auſpicari Logicam à ſimplicibus elementis, atque terminis:

Elementa autem & fontes omnium problematum, ſunt in categorijs, 1. Top. cap. 7.

Secundo cùm in hocce libro termini ſimplicis, dicti incomplexi, ponatur diuiſio duplex,

n. { vna, quæ in ſingularem:
{ altera, qua diuiditur in ſubſtantiam & accidens.

Prior diuiſionum citra controuerſiam eſt Logica.

Poſteriorem Logicam eſſe conſtabit ex articulo ſequenti.

CAPVT III.

Ad quam methodum pertineat liber categoriarum?

Controuerſia & Monitum.

In ſcientia & methodo partes obiectę materiei debent eſſe *homogeneæ*, & vnius eiuſdemque generis.

Subſtantia, autem quantitas, qualitas, &c. non videntur eſſe eiuſdem generis, & ordinis cum propoſitione, definitione & diuiſione, & ſimilibus, quæ omnium conſenſu pertinent ad præcipientem Logicam.

Idcirco ambigitur de poſſeſſione huius libri:

Controuerſia ſine Logicis criterijs nequit dirimi.

Itaque Logicus, eſt quaſi Iudex in ſua cauſa, ſed ducitur amore vnius veritatis.

Explicatio huius controuerſiæ faciet apertius conſilium authoris.

Digitized by Google

Sententia prima.

Partim *Logicus* hic liber quia homonymia, synonymia, paronymia, prædicari, & similia Logica sunt.
Partim *Metaphysicus*, quia suppeditat omnium rerum cognitionem.
Partim *Physicus* quia explicat genera motus.

Examen.

Hæc operis discerpendi ratio non placet Peripateticis.
Materiam voluminis vnius decet esse simplicem.
Proprium ad argumentum reuocanda cætera.
Pandectas, & miscellanea opera non solent condere.

Sententia secunda.

Metaphysicæ vni à nonnullis hic liber adiudicatur.
Sententiæ coniecturas ponemus infra & dissoluemus.

Tertia & vulgatissima.

Logicæ supellectilis partem categoriæ faciunt.
1. quia notitia categoriarū necessaria est { ad definiendum ex 2. posteriorū, 3. Phys. tex. 13. 11. Metaph. / ad problemata 1. Top. cap. 7.
Secundo quia, quod tractatur tanquam materia propositionum, &c. id Logicum est.
Tertio quia homonymum, synonymum, primum, & secundum nominare & significare, & consimilia quæ offenduntur in hoc libro, citra controuersiam sunt Logica.

Quarta quæ paulò explicatior.

Prima propositio.

Categoriæ sunt aliquo modo Dialecticæ facultatis. De qua re alibi.
In re quauis versari debet { vt Metaphysica accuratè: / ita hæc popularitèr.

Secunda propositio.

Logicus præceptor per artem explicare debet { tum formam / tum materiam } suorū operum.
Seu { non modo formas suorum operum, propositiones, definitiones, diuisiones, syllogismos, methodos: / verumetiam genera materiæ, quæ ipsi inuenienda, inuentoscenda, & Logico elaboranda artificio, definienda, diuidenda, differenda, disponenda.
Categoriæ autem complectuntur genera præcipua materiei Logicæ, hinc colliguntur pertinere ad præceptorem Logicum.
Quæ sententia confirmatur testimonio, inductione, syllogismo.

Digitized by Google

Teſtimonio.

Primum.

Qui de forma agit. p. [de forma domus] idem etiam agere de materia debet vſque ad certum modum, ex ſecundo Phyſicorum. p. de materia domus:
Logicus autem agit de charactere, & forma notionum. p. definitionum, &c.
Ergo agere debet de definibili, &c. de materia notionum.

Qui agit de intellectu, agere debet de intelligibili, ex primo de generatione animalium. 2.

Logicus autem de intellectu agere debet.
Eodem iure quo ophtalmicus de oculo. [,s,]
Eodem quo Ethicus de animo, primo Ethic. cap. vltimo.
Ergo Logicus ex mente Ariſtotelis agere debet de mente, intelligibili.

Apertè in hoc opere exponitur entium diuiſio. 3.

Ariſtoteles in negotio { definitionum / argumentationum } nos remittit ad categorias.

Inductione.

Artifices alij opificia partiuntur aut diuidunt, tum per formam, tum per materiam: vt architectus, ſartor, ſutor, &c.

Ædificium { per formam diuiditur in theatrum, templum: / per materiam in ligneum, marmoreum.

Columna { per formam eſt dorica, vel ionica: [,s,] / per materiam ærea, vel marmorea, vel gypſea, &c.

Veſtis { per formalem varietatem diuiditur in togam, pallium, &c. / per materiam in lineam, laneam, pelliceam, ſericam, &c.

Denique nemo artificum cæterorum inter præcipiendum non agit de materia ſua remota, cui imponit formam, & in qua mouenda, tractanda, & elaboranda occupatur.

Quæ diſciplina in motu, & mutabili occupatur, ea noſſe materiam debet: practicæ autem diſciplinæ ſunt eius generis, 6. Ethic.

Quare Logicus debet ruditer, modicè & practicè enarrare materiam, quam elaborat, quæ proponitur facultati obſequenti.

Verſatur autem circa intelligibile tanquam circa materiam remotam, vt omnium confeſſione conſtat.

Ideo circa rem, circa ens, circa quiduis.

Syllogiſmo.

Syllogiſtica confirmatio huius aſſertionis repetatur è compendio, ſi breuiſſimam poſtules.

Quicumque debet indagare materiam, debet eam noſſe, de quibuſdam notis.

Logicus autem materiam ſuam frequenter indagare debet.

Digitized by Google

Qui materiam ſponte occurſantem internoſcere debet, eam noſſe de quibuſdam notis debet: atqui Logicus, &c.

Omnino quicumque materiam tractat, eam nouerit neceſſe eſt, quantum poſtulat tractationis ratio: Logicus autem circa res intelligibiles, circa rem occupatur, vt circa ferrum ferrarius faber, ergo, &c.

Quando forma varianda eſt pro materiei diuerſitate (non ex quouis ligno fit Mercurius.)

Item quando eadem forma, putà figura columnæ, pro materiei varietate, putà marmoris, luti, &c. variè inducenda venit, & elaboranda, putà *demendo, addendo*, &c. ſanè tum diligenter eſt incumbendum in materiæ cognitionem: atqui in arte Logica, vt & in cæteris res ita habet.

Nam exempli gratia, aliter tractatur ſubſtantia, aliter accidens.

Non eodem modo definitur abſolutum quo relatiuum.

Differunt tractatione neceſſaria à contingentibus, item partes à toto, mutationes ab eſſentia, priuationes ab habitu, ens per ſe ab ente per accidens, ſubſtantia à quantitate: Ergo Logicus materiam ſuam remotam explicare debet.

Modus cognoſcendi ſequitur eſſendi modum.

Materia noſtra *indaganda, internoſcenda*, & variè pro varietate materiæ elaboranda.

Obiectiones.

1. Eiuſdem eſt agere de ſpeciebus, cuius de genere, primo poſt. textu 43. (.n. quantum licet per τὸ quatenus.)

Atqui Metaphyſica de *ente* agit, quod eſt genus analogicum.

Ergo debet agere de decem ſpeciebus, generibuſ-ue entis.

R. { veram eſſe concluſionem:
{ ſed hoc non impedire quo minus de ijſdem Logicus *practicè* agat, cum Metaphyſicus agat tantum Theoreticè.

2. Simplices termini, ſimplicia dicta explicantur in libro de Interpretatione,

Ergo fruſtrà inculcantur in categorijs.

N. quia { illic tractantur quatenus ſunt ſubiectum, aut prædicatum:
{ in categorijs quatenus pertinent ad primam mentis operationem.

3. Quæ ſunt in vna eademque ſcientia & methodo; ſunt homogenea, ſunt eiuſdem generis.

Porrò ſubſtantia quantitas, propoſitio, definitio, &c. non videntur eſſe eiuſdem generis: Ergo non videntur pertinere ad eandem methodum.

D. P. { eiuſdem generis ſpecies, N.
{ eiuſdem generis principia, vel ſpecies, vel proprietates, niſi ſint ipſum genus, C.

Vt lapis non eſt ædificium, ædificij ſpecies, ſed elementum ædificij.

Digitized by Google

Ita ſubſtantia { non eſt Logica oratio: / eſt Logicæ orationis elementum, & principium. } [,',]

Quicquid eſt in docente Logica, illud eſt Logicum & rationale: Subſtantia, quantitas, qualitas, &c. non ſunt ens rationale. Ergo non pertinent ad docentem Logicam. 4.

D. P. ſi ens rationale ſumatur latius, C. ſi propriè nego.

N. S. quia vt ferrum eſt quid fabrile: Ita ſubſtantia eſt quid Logicum, & rationale.

Cur proponuntur dicta ſimplicia, potiuſquam res ſimplices?

Quia Logica Peripatetica docet bene ſentire.... & ſenſa animi bene exprimere.

Debet-ne Logicus præceptor noſſe & docere res omnes?

D. { omnino, & ſecundum omnes modos conſiderationis, non debet: / quia non omnes faciunt ad præcepta comprehendenda: / Logica non eſt Encyclopędia: / vſque ad certum modum debet pro ratione practicę diſciplinę.

p. { 1. ſecundum notas, quarum opera internoſcuntur, & rediguntur ad certos ordines: / 2. ſecundum eas differentias & varietates, quę mutant modum Logicæ elaborationis & præceptionis.

De qua re in compendio, & in ſermone de diſciplinis practicis.

Quid Ariſtoteli dicta incomplexa?

Accipienda quę primò ſint primæ impoſitionis, non ſecundę.

2. ſignificent ens reale, non ens rationis.

3. ſignificent ens per ſe, non ens per accidens.

4. dicantur de re tota, non autem ſint partiales termini, omninoque ſint genera, ſpecies, vel indiuidua completa, non differentiæ, &c.

5. ſignificent $\frac{1}{10}$ eſſe rerum, non tantum inceptionem, deſitionem, modificationem.

Variæ conditiones quærendę poſtea in ſermone de categorijs.

CAPVT IIII. ET VLT.

Quæ partes, quæ partitio libri?

SEV,

In quas partes diuiditur hic liber ab Interpretibus?

In Anteprædicamenta, & Postprædicamenta.

Quid significatur ab Interpretibus nomine Anteprædicamentorum?

Doctrina per quam sternitur aditus ad intelligentiam prædicamentorum, siue categoriarum.

Quot eius Capita & Argumenta?

Octo apud Aristotelem. n. tres definitiones, duæ diuisiones cum definitione accidentis, duæ regulæ, & enumeratio categoriarum.
Sed numerus pro Interpretis diligentia amplificari potest.

Quid in Prædicamentis?

Substantia, quantitas, quæ ad aliquid, qualitas, agere, &c.

Quid in post-prædicamentis?

Oppositio, prius, posterius, simul, motus, & habere.
Sed hic numerus amplificabilis.

IN ANTEPRÆDICAMENTA,

SEV,

Anteprædicamenta.

IN EA QVÆ ANTECEDVNT CATEGORIAS.

SVMMA.

Quæ hîc offenduntur?

SVnt hîc tres definitiones, duæ diuisiones, &c.

Quæ prima definitio, quid homonyma?

Æquiuoca. *Homonyma* (æquiuoca, æquiuocata) dicuntur [& sunt] quorum nomen solum commune est, ratio autem [& definitio naturæ] secundum idem nomen alia atque alia: vt candor animi, candor corporis.

Quid

Digitized by Google

Quid ſecunda definitio, quid ſynonyma?

Vniuoca.

Synonyma (vniuoca, vniuocata) dicuntur [& ſunt] quorum nomen eſt commune, & ratio attributa nomini [penitus] eadem: vt homo, bellua, & animal, ſi conferantur cum nomine & definitione animalis.

Quę tertia definitio, quid Paronyma?

Paronyma dicuntur quæ ab aliquo (abſtracto) differentia caſu & [terminatione] ſecundum illum habent appellationem.... vt iuſtus ſecundum iuſtitiam, candidus ſecundum candorem.

Quæ prior diuiſio?

Diſtinctum { ſimplex. complexum.

Quot ſunt genera dictorum?

Duo { quędam ſecundum *complexionem* dicuntur, vt exempli gratia: homo currit, vir pius:
quędam ſine *complexione* & ſyntaxi, vt homo, animal, currit.

Quæ poſterior diuiſio?

Entium quot ſunt genera?

Subſtantia ſecunda.

Quędam dicuntur de ſubiecto, nec ſunt in ſubiecto: vt homo, animal, & alię ſubſtantię ſecundę.

Accidens vniuerſale.

Quędam dicuntur de ſubiecto, & ſunt in ſubiecto: vt album, nigrum, accidens vniuerſale.

Subſtantia prima.

Quędam non dicuntur de ſubiecto, nec ſunt in ſubiecto: vt Bucephalus, & aliæ primę ſubſtantiæ.

Accidens ſingulare.

Quædam non dicuntur de ſubiecto: ſed ſunt in ſubiecto: vt hic candor, hoc candidum, accidens ſingulare.

Quid eſſe in ſubiecto?

Conſulendus ſermo de accidente, qui poſtea inſtituetur.

Quæ prior regula?

Quicquid dicitur (.j. eſſentialiter vel ſaltem generatim affirmatur) de prædicato: dicitur etiam de ſubiecto.

Animal dicitur etiam de homine, homo de Socrate: Ergo animal de Socrate.

Homo eſt animal: Socrates eſt homo: Ergo Socrates eſt animal.

Monitum.

Regula generalior alibi ponetur.

Sciendum eſt quid ſit prędicari *ſimpliciter, diſtributiuè, collectiuè.*

Quæ poſterior regula?

Quando genera ſunt diuerſa ....nec vnum continetur ab altero... tum differentiæ eorum vt animalis, & coloris, ſpecie differunt... [ſpecies & differentiæ ſunt diuerſæ] ... ſed exceptio in Topicis, contra generum, quorum vnum ab altero continetur. p. animalis & belluæ, nihil prohibet eſſe differentias eaſdem.

Digitized by Google

Subdiuiſio dicti incomplexi.

Enumeratio Categoriarum.

Quæ dicuntur ſine complexione, ſignificant ſubſtantiam, vt homo: vel quantum, vt linea, &c.

Etenim omnia hæc niſi componantur, & fiat propoſitio, neque affirmant, neque negant.

APPENDIX, AD PRIMAM DEFINITIONEM.

SIVE,

Breuis diſputatio de homonymia, & homonymis.

ARTICVLVS I.

De homonymia generatim.

ORDO.

Ab homonymia orditur Ariſtoteles, primo quia videtur affinitatum minima.

2. quia { quæ latiſſimè patent dicuntur homonymè, vt ens, res, &c:
quæ entia diuiduntur per poſteriorem diuiſionem, homonymè dicuntur.

Nomen.

Notatio ſi ſpectetur æquiuoci, homonymi & ſynonymi non videntur diſcrepare ſenſu.

Nam { æquiuoci, qui æqualiter participes eiuſdem apellationis:
homonymi, qui ſunt cognomines:
ſynonymi patiter, qui cognomines.

Vſus tamen eſt anguſtior quam præ ſe ferat etymologia, & diuerſus vt patebit.

Quotuplex ambiguitas?

Eſt { vna quæ dicitur Amphibolia, quæ pendet à vocabulorum nexu, vt hîc: *Aio te Æacida Romanos vincere poſſe.*
altera quæ dicitur homonymia, & poſita eſt in ſingulis vocibus.

Æquiuocatio.

Quænam homonyma, æquiuocata?

1. ſed extra ſcholas Philoſophicas, quæcumque habent idem nomen: vt homines, lapides.
2. apud quoſdam Philoſophos quæ habent idem nomen, ſed diuerſo ſignificatu...aut ſaltem cum multum diſpari dignitate: vt homo & zoophyton ſi ſpectetur nomen animalis.

Digitized by Google

3. & frequenter in ſcholis Philoſophicis ea quibus nomen eſt commune ex æquo, ... definitio vero nomini reſpondens non eſt eadem, vel ſanè non eſt planè eadem.
4. & frequentiſſimè apud Philoſophos, quæ dicuntur purè æquiuocata.

Homonymia { extra ſcholas Philoſophicas quæcumque, &c.
in ſcholis Philoſophicis { rarò:
frequenter:
frequentiſſimè.

Quotuplex homonymia ſecundi ſignificatus?

Duplex { vna pro tertio ſignificatu quæ perimat *ſynonymiam:*
altera quæ non perimat *ſynonymiam* apud quoſdam.

Et hanc volunt reperiri in his generibus quæ differentias habent valdè inæqualis dignitatis. p. in animali, ſi cum homine conferantur oſtrea, vocantque *analogiam inæqualitatis.*

Sed forſan videtur hæc fingi citrà vſum, aut ſaltem citrà neceſſitatem.

Obiect.

Latent ex Ariſtotele in generibus homonymiæ... Ergo aſtruendę ſunt homonymiæ quæ non perimant naturam generis, & ſynonymiam, & omnino ad interpretandum Ariſtotelem aſtruenda analogia inęqualitatis.

Sed negamus conſecutionem. De antecedente poſtea.

Quid propriè homonymum in ſcholis non proprijßimè?

Loquimur de homonymia tertij ſignificatus, quæ ſynonymiam perimit.

Æquiuocum conſtituitur { æquiuocans / æquiuocatum } ſed affini ſignificatu.

Æquiuocum æquiuocans, eſt terminus communis multis, ſed per aliquam ambiguitatem, vt ius, oculus.

Æquiuocum æquiuocatum eſt id cui nomen eſt commune, non ſine aliqua ambiguitate: vt mens & oculus corporis.

Quis ſenſus definitionis Ariſtotelicæ?

Sigillatim proponendæ & exponendæ præcipuæ definitionis partes.

Nomen.

Aut vocabulo ſignificatur verbum etiam: imò quæuis pars orationis.

Solum.

Solum hîc dicitur non omnino ſimpliciter & abſolutè, nam homini picto & viuo aliquid commune præter nomen.

Sed comparatè tantum. n. comparatione definitionis.

Digitized by Google

Commune.

Commune primo quod in partes diuisum tribuitur multis.
2. quod vsu tantum est commune, vt seruus communis.
3. quod qui potest prœoccupare, eo vtitur, itaut cum desierit vti, iterum commune efficiatur : vt locus in Theatro.
4. quod potest integrum ad multos pertinere : vt vox prœconis, quę significatio videtur ad hunc locum accommodata.

Definitio.

Definitio hic siue ratio, & logos, sumitur pro qualibet essentia, essentiąue explicatione.

Nomini congruens.

Accipienda { non quæuis ratio & definitio:
sed ea quæ respondeat communi nomini.

Canis marinus, & canis domesticus, communem habent definitionem animalis viuentis, &c.
Sed definitio respondens nomini canis, non est eadem in vtroque.
Multiplicitati nominis debet respondere definitionum numerus, ideo meditatum habere oportet, quot quidque dicatur modis, nomen autem appellatur vnum, etiamsi varij sensus, quia quod aliquid dicatur vnum numero, id pendet à materia 1. de Cœl. cap. 9. vox instar materię, significatio instar formæ.

Quo significatu hîc homonyma definiuntur?

Definiuntur æquiuoca, æquiuocata, vt perspicuum est.
Definiuntur significatu Philosophico qui ordine est tertius.
Quia { primus è Philosophicis, non est verè Philosophicus:
mera homonymia non conuenit decem generibus summis, itaque definitionis videtur hic sensus.

Homonyma æquiuocata sunt, ea quibus solum nomen plane, [& ex æquo] est commune, ratio verò siue definitio [nomini communi] respondens alia atque alia, [saltem secundum quid.]

Quomodo significantur homonyma?

Cum volumus significare aliquid homonymum esse, vt e. g. ius, ferè his significamus formuli & consimilibus.
Ius non dicitur simpliciter, non vno modo.
Dicitur multipliciter, ambiguè, homonymè, æquiuocè.

Quotuplex æquiuocatio quæ synonymiam perimat?

Prima diuisio.

Dicitur { vna temeraria, fortuita, à casu, à fortuna: vt quando nomen iuris est commune iuri ciuili, & insculo:
altera consulta, à consilio, à causa graui, vel leui: vt quando aliquis de industria nomine aui nuncupatur.

Digitized by Google

Conſulta { vna propter cauſam leuiorem. p. propter ſimilitudinem figuræ, propter ſpeciem, memoriam, &c.
Et hæc puritatem homonymiæ non impedit:
altera propter cauſam grauiorem, quæ duplex tantum:
n. { analogia
attributio { primi generis, vt ſanus:
ſecundi, vt ſalubris.

Homonymum à conſilio latius patet quam analogum.

Secunda diuiſio.

Homonymia { aperta / occulta } porrò non ſi aperta vni, ideo aperta alteri.

Tertia diuiſio.

Et { vicina quæ fallax, periculoſa, quia pertinet ad res ſimiles & affines:
remota, eſt minus periculoſa, vt homonymia iuris ea, quę propoſita.

Cur dicitur homonymia deliteſcere & fallere in generibus? λανθάνειν.

Dicitur non quia genus ſit ęquiuocum ęquiuocans, & inuoluatur ambiguitate: vt animal, iuſtitia, virtus.

Sed primo, quia nomen totius generis facilè implectitur ambiguitate.

Sæpe, genus eſt ęquiuocum, ęquiuocatum: vt actio, iuſtitia, virtus.

Sæpe, quod eſt genus, vt iuſtitia, habetur pro vltima ſpecie, quod ſpecierum deſint proprię appellationes.

Secundo, quia homonymia difficulter deprehenditur in rebus eiuſdem generis, propter affinitatem. p. in virtutibus quæ appellantur Iuſtitia.

In rebus, quę appellantur accidens.

In ijs, quę nominantur ſubiectum, & materia.

In ijs, quę ſignificantur nomine iuris apud Iuriſperitos.

In nominibus attributiuis, ſiue in ijs quę dicuntur per attributionem, vt in ſano, ſalubri, Ciceroniano, & ſexcentis eiuſdem generis.

Si quando genus aliquod, vt motus, negatur eſſe vnum, eſt æquiuocum ęquiuocans, tunc non eſt ſynonymum genus, propriéque genus, ſed tantum genus analogicum. *Obiectio.*

Quarta, quæ affinis.

Aliæ homonymiarum diſtant facileque deteguntur: vt quando mons & animal quoddam appellantur taurus. *Ex Ariſt.*

Ciconia ſignificat inſtrumentum ruſticum, & quandam animantem volucrem bipedem.

Candor dicitur animi, & corporis.

Aliæ ſimilitudinem habent quæ imponat imperitiori, vt cum homo dicitur de viuo & picto.

Alię ſunt propinquæ genere vel analogia, quæ non facilè apparent; vt in nomine Iuſtitiæ, & ſimilibus. De qua re ſuprà, & infrà.

Digitized by Google

Sed Acroama { generatim doctrina quæuis, quæ sit auditu comprehensa, vel saltem comprehensibilis: propriè doctrina difficilior, quæ indigeat præceptoris ope, & voce.

Obiectiones.

Prima. *Stylus* obscuram breuitatem Aristotelis redolere non videtur.

R. { elementa Philosophiæ faciliora esse oportere: non deesse libros Aristotelis, qui sint illo clariores.

2. *Tempus* & *oratio* inter species quantitatis in hoc libro, numerantur, contra quem videatur sentire Aristoteles, 5. Metaphysicæ.

R. { *peruulgatas* in Categorijs & Topicis illum ferè enarrare, & videri amplecti opiniones: *perpurgatas* in Metaphysicis, & locis idoneis proprijsque rerum.

3. Liber proœmio caret contra præceptum positum in Rhetoricis, & præter consuetudinem Aristotelis.

1. lib. c. 13.

R. quæ vocantur vulgo antepredicamenta, esse instar proœmij.

Quis Ordo?

Ordo.

Is intelligendus { partim ex methodorum legibus: partim ex Logicæ argumento, diuisione.

Quis Titulus huius operis?

Inscriptio. *Pro-topica* / *Ante-topica* } hunc librum dicitur inscripsisse Adrastus vetus Interpres.

Quod illi, Topica proximè subiungebat.

Sed posterioribus, non placuit { neque is ordo: neque hæc inscriptio.

Categoriarum, & categoriarum entis titulus notissimus, & receptissimus.

κατηγορεῖν { in foro significat accusare, *parler contre*: apud Logicos & generalius prædicare, & enuntiare, *dire de, ou dire de vous, &c.*

κατηγόρημα. Hinc *categorema*, prædicatum, categoria, prædicamentum, & dictum, dictio, κατηγορούμενον prædicatum.

Categoriæ *autem* nomen variè sumitur apud nos.

1. pro *prædicatione*, vt cap. de substantia.
2. pro *habitu*, & affirmatiuo termino, vt cum opponitur priuationi.
3. pro *summo genere*, vt primo Topic. cap. 7.
4. pro *ordinatione* summi vnius generis, & propaginum ipsius, vt ca. de qualitate, 1. post. cap. 15. 16. 17. 18.

Qui significatus maximè facit ad institutum.

Contulenda compendia.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT II.

De Fine & Obiecto.

Quis finis & ſcopus, quod inſtitutum?

Nemo, qui Logicas eſſe Categorias fateatur, non exiſtimat eas eſſe conſtitutas, propter primam mentis operationem....proindeque & propter reliquas differentias.

Conſulenda quæ ſequuntur.

Quod obiectum huius libri, & quæ materia?

Sententia prima.

Quibus hic liber eſt *Metaphyſicus*, illi pro argumento & obiecto poſſunt conſtituere *ens*, vt diuidendum eſt & explicandum ruditer... de qua ſententia in cap. ſequenti.

Secunda quæ ex Alberto magno.

Primam operationem mentis Logicę pars prima, erudire & inſtruere debet: vt inſtruatur, tollenda ſunt, quæ illi officiunt.

Hæc duo præcipua. n. { *copia* rerum ſimilium [cum diſiunctione:] & *confuſio* rerum diſſimilium..... de qua re in compendio.

Porrò { vt copia & *multitudo* amoueatur, omnia reuocanda ſunt ad pauca genera & capita. / vt *confuſio* { non modo dirigenda omnia in certos ordines & diſponenda: verumetiam ſuis ordines deſignandi notis.

Nam { vt in caſtris milites ordinati diſtinguntur *ſagorum* varietate & vexillis: ita etiam *notæ* & proprietates adhibendæ ſunt, quarum beneficio ordines, & claſſes rerum, atque terminorum internoſcantur.

Ergo Logicus debet hæc tria præſtare in hocce loco.

.n. { reuocare omnia ad pauca genera, & communes terminos: redigere terminos in paucos ordines: notis quibuſdam deſignare ordines, & claſſes.

Hæc autem tria præſtare quid eſt aliud quam categoriam condere, componere?

Quare categoria ſiue diſpoſitio illa, per quam præſtantur hæc tria, videtur libri huius argumentum.

Examen.

Præceptoris Logici eſſe videtur, docere rationem exponendi res omnes ad

Digitized by Google

ſuperiorem modum.

Præterea reuocare omnia ad pauca, & deſignata genera, vt materia internoſcatur.

Sed omnia ſigillatim diſponere, eſt { non *præcipientis* Logicæ: / verum illius, quæ dicitur *vtens*.

Præterea diſpoſitio & deſignatio rerum, quę hîc offenditur, eſt potius opus authoris, quam argumentum, & materia operis.

Tertia ſententia.

Res ſunt Logicæ, non quidem quatenus ſunt *res*, ſed quatenus ſunt *genera*, aut ſpecies, prędicanturque & ſubijciuntur.

Et hoc nomine ſunt materia libri categoriarum.

Examen, & iudicium de hac ſententia.

In arte quauis, aut circa artem duo poſſis animaduertere.

n. { *vniuerſale* & generale quiddam, cuiuſmodi eſt domus, veſtis, columna: / *ſingulare* aliquid. p. hanc domum, hanc veſtem.

Porrò { vniuerſale illud docetur in arte, quæ vniuerſalium eſt: / ſingulare non docetur arte, quæ prędceptiones communes poſtulat.

Sed peritia comprehenditur, & habilitate applicandi præceptiones, atque agitur, efficiturque arte.

Ergo Logici prędceptoris quandiu in prędcipiendo occupatur,

eſt per artem { non prędcipere & tractare de hoc & illo genere, de hac & illa ſpecie, de hac & illa definitione, &c. / ſed tantum vniuerſim de genere, de ſpecie, de definitione.

Iam { ſubſtantia eſt vnum certum genus, vnum numero exemplum ſummi generis: / homo, vnica & ſingularis ſpecies, vnum exemplum ſpecici vltimæ, non autem generatim vltima ſpecies: / & ſic de cæteris conſimilibus iudicandum.

Ergo { ſubſtantia quatenus eſt genus / homo quatenus eſt ſpecies } non magis pertinent ad Logicum prędceptorem, & communem artem... quam hæc veſtis ad ſartoriam, hæc ſtatua ad ſtatuarium, &c.

Subſtantia eſt { non generatim ſummum genus: / ſed hoc ſummum genus, ſeu vnum numero ſummum.

Animalis generalitas, non niſi numero differt à coloris generalitate, vt ſpecialitas hominis, à leonis ſpecialitate.

Quarta ſententia.

Voces primæ impoſitionis ſunt argumenta categoriarum.

Examen.

Logici eſt præceptoris voces primæ impoſitionis reuocare ad pauca capita & genera.

Digitized by

Non autem perſequi & enumerare omnes ſigillatim.

Quinta, quæ ex Ariſtotele ipſo.

Affinis quintæ.

Pro materia ſtatuendum illud, ad quod aptiſſimè, & Ariſtoteli congruentiſſimè reuocantur capita præcipua iſtius libri.

At { decem capita potiſſima ſunt, ſubſtantia, quantitas, &c.
ea autem aptiſſimè ab Ariſtotele ipſo reuocantur ad *id quod dicitur ſine complexione, id eſt dictum incomplexum*:

Ergo ſimplex dictum primæ tamen impoſitionis, vt colligitur ex vltimis ſpeciebus, ſiue categorema incomplexum, locutio, & terminus ſimplex primæ impoſitionis, videtur eſſe materia huius libri:

Idque quatenus reuocabile ad pauca & deſignata genera, vt conſtat ex ſuperiori ſermone, & ex articulo ſequenti.

Quatenus eſt { ſingulare vel vniuerſale } { ſubſtantia vel accidens } & omnino reuocabile ad pauca & deſignata genera.

Quæ ſententia confirmatur, primo quia oportet auſpicari Logicam à ſimplicibus elementis, atque terminis:

Elementa autem & fontes omnium problematum, ſunt in categorijs, 1. Top. cap. 7.

Secundo cùm in hocce libro termini ſimplicis, dicti incomplexi; ponatur diuiſio duplex,

.n. { vna, quæ in ſingularem:
altera, qua diuiditur in ſubſtantiam & accidens.

Prior diuiſionum citra controuerſiam eſt Logica.

Poſteriorem Logicam eſſe conſtabit ex articulo ſequenti.

CAPVT III.

Ad quam methodum pertineat liber categoriarum?

Controuerſia & Monitum.

In ſcientia & methodo partes obiectę materiei debent eſſe *homogeneæ*, & vnius eiuſdemque generis.

Subſtantia, autem quantitas, qualitas, &c. non videntur eſſe eiuſdem generis, & ordinis cum propoſitione, definitione & diuiſione, & ſimilibus, quæ omnium conſenſu pertinent ad præcipientem Logicam.

Idcirco ambigitur de poſſeſſione huius libri.

Controuerſia ſine Logicis criterijs nequit dirimi.

Itaque Logicus, eſt quaſi Iudex in ſua cauſa; ſed ducitur amore vnius veritatis.

Explicatio huius controuerſiæ faciet apertius conſilium authoris.

Digitized by Google

Sententia prima.

Partim *Logicus* hic liber quia homonymia, synonymia, paronymia, prædicari, & similia Logica sunt.
Partim *Metaphysicus*, quia suppeditat omnium rerum cognitionem.
Partim *Physicus* quia explicat genera motus.

Examen.

Hæc operis discerpendi ratio non placet Peripateticis.
Materiam voluminis vnius decet esse simplicem.
Proprium ad argumentum reuocanda cætera.
Pandectas, & miscellanea opera non solent condere.

Sententia secunda.

Metaphysicæ vni à nonnullis hic liber adiudicatur.
Sententiæ coniecturas ponemus infra & dissoluemus.

Tertia & vulgatissima.

Logicæ supellectilis partem categoriæ faciunt.
1. quia notitia categoriarũ necessaria est { ad definiendum ex 2. posteriorũ, 3. Phys. tex. 13. 11. Metaph. / ad problemata 1. Top. cap. 7.
Secundo quia, quod tractatur tanquam materia propositionum, &c. id Logicum est.
Tertio quia homonymum, synonymum, primum, & secundum nominare & significare, & consimilia quæ offenduntur in hoc libro, citra controuersiam sunt Logica.

Quarta quæ paulò explicatior.

Prima propositio.

Categoriæ sunt aliquo modo Dialecticæ facultatis. De qua re alibi.
In re quauis versari debet { vt Metaphysica accuratè: / ita hæc populariter.

Secunda propositio.

Logicus præceptor per artem explicare debet { tum formam / tum materiam } suorũ operum.
Scu { non modo formas suorum operum, propositiones, definitiones, diuisiones, syllogismos, methodos: / verumetiam genera eorum, quæ ipsi inuenienda, inter se ordinanda, & Logico elaboranda artificio, definienda, diuidenda, differenda, disponenda.
Categoriæ autem complectuntur genera præcipua materiei Logicæ, hinc colliguntur pertinere ad præceptorem Logicum.
Quæ sententia confirmatur testimonio, inductione, syllogismo.

Digitized by Google

Teſtimonio.

Primum.

Qui de forma agit. p. [de forma domus] idem etiam agere de materia debet vſque ad certum modum, ex ſecundo Phyſicorum. p. de materia domus: Logicus autem agit de charactere, & forma notionum. p. definitionum, &c.

Ergo agere debet de definibili, &c. de materia notionum.

Qui agit de intellectu, agere debet de intelligibili, ex primo de generatione animalium. 2.

Logicus autem de intellectu agere debet.

Eodem iure quo ophtalmicus de oculo. [,ſ,]

Eodem quo Ethicus de animo, primo Ethic. cap. vltimo.

Ergo Logicus ex mente Ariſtotelis agere debet de mente, intelligibili.

Apertè in hoc opere exponitur entium diuiſio. 3.

Ariſtoteles in negotio { definitionum / argumentationum } nos remittit ad categorias.

Inductione.

Artifices alij opificia partiuntur aut diuidunt, tum per formam, tum per materiam: vt architectus, ſartor, ſutor, &c.

Ædificium { per formam diuiditur in theatrum, templum: / per materiam in ligneum, marmoreum.

Columna { per formam eſt dorica, vel ionica: [,ſ,] / per materiam ærea, vel marmorea, vel gypſea, &c.

Veſtis { per formalem varietatem diuiditur in togam, pallium, &c. / per materiam in lineam, laneam, pelliceam, ſericam, &c.

Denique nemo artificum cæterorum inter præcipiendum non agit de materia ſua remota, cui imponit formam, & in qua mouenda, tractanda, & elaboranda occupatur.

Quæ diſciplina in motu, & mutabili occupatur, ea noſſe materiam debet: practicæ autem diſciplinæ ſunt eius generis, 6. Ethic.

Quare Logicus debet ruditer, modicè & practicè enarrare materiam, quam elaborat, quæ proponitur facultati obſequenti.

Verſatur autem circa intelligibile tanquam circa materiam remotam, vt omnium confeſſione conſtat.

Ideo circa rem, circa ens, circa quiduis.

Syllogiſmo.

Syllogiſtica confirmatio huius aſſertionis repetatur è compendio, ſi breuiſſimam poſtules.

Quicumque debet indagare materiam, debet eam noſſe, dè quibuſdam notis.

Logicus autem materiam ſuam frequenter indagare debet.

Digitized by Google

Qui materiam ſponte occurſantem internoſcere debet, eam noſſe debet quibuſdam notis debet: atqui Logicus, &c.

Omnino quicumque materiam tractat, eam nouerit neceſſe eſt, quantum poſtulat tractationis ratio: Logicus autem circa res intelligibiles, circa rem occupatur, vt circa ferrum ferrarius faber, ergo, &c.

Quando forma varianda eſt pro materiei diuerſitate (non ex quouis ligno fit Mercurius.)

Item quando eadem forma, putà figura columnæ, pro materiei varietate, putà marmoris, luti, &c. variè inducenda venit, & elaboranda, putà *demendo, addendo*, &c. ſanè tum diligenter eſt incumbendum in materiæ cognitionem: atqui in arte Logica, vt & in cæteris res ita habet.

Nam exempli gratia, aliter tractatur ſubſtantia, aliter accidens.

Non eodem modo definitur abſolutum quo relatiuum.

Differunt tractatione neceſſaria à contingentibus, item partes à toto, mutationes ab eſſentia, priuationes ab habitu, ens per ſe ab ente per accidens, ſubſtantia à quantitate: Ergo Logicus materiam ſuam remotam explicare debet.

Modus cognoſcendi ſequitur eſſendi modum.

Materia noſtra *indaganda, internoſcenda*, & variè pro varietate materiæ elaboranda.

Obiectiones.

1. Eiuſdem eſt agere de ſpeciebus, cuius de genere, primo poſt. textu 43. (n. quantum licet per τὸ quatenus.)
Atqui Metaphyſica de *ente* agit, quod eſt genus analogicum.
Ergo debet agere de decem ſpeciebus, generibuſ-ue entis.

R. { veram eſſe concluſionem:
{ ſed hoc non impedire quo minus de ijſdem Logicus *practicè* agat, cum Metaphyſicus agat tantum Theoreticè.

2. Simplices termini, ſimplicia dicta explicantur in libro de Interpretatione,
Ergo fruſtrà inculcantur in categorijs.

N. quia { illic tractantur quatenus ſunt ſubiectum, aut prædicatum:
{ in categorijs quatenus pertinent ad primam mentis operationem.

3. Quæ ſunt in vna eademque ſcientia & methodo; ſunt homogenea, ſunt eiuſdem generis.
Porrò ſubſtantia quantitas, propoſitio, definitio, &c. non videntur eſſe eiuſdem generis: Ergo non videntur pertinere ad eandem methodum.

D. P. { eiuſdem generis ſpecies, N.
{ eiuſdem generis principia, vel ſpecies, vel proprietates, niſi ſint ipſum genus, C.

Vt lapis non eſt ædificium, ædificij ſpecies, ſed elementum ædificij.

Digitized by Google

Ita ſubſtantia { non eſt Logica oratio: / eſt Logicæ orationis elementum, & principium. } [.']

Quicquid eſt in docente Logica, illud eſt Logicum & rationale: Subſtantia, quantitas, qualitas, &c. non ſunt ens rationale. Ergo non pertinent ad docentem Logicam. 4.

D. P. ſi ens rationale ſumatur latius, C. ſi propriè nego.

N. S. quia vt ferrum eſt quid fabrile: Ita ſubſtantia eſt quid Logicum, & rationale.

Cur proponuntur dicta ſimplicia, potiuſquam res ſimplices?

Quia Logica Peripatetica docet bene ſentire.... & ſenſa animi bene exprimere.

Debet-ne Logicus præceptor noſſe & docere res omnes?

D. { omnino, & ſecundum omnes modos conſiderationis, non debet: / quia non omnes faciunt ad præcepta comprehendenda: / Logica non eſt Encyclopędia: / vſque ad certum modum debet pro ratione practicę diſciplinę.

p. { 1. ſecundum notas, quarum opera internoſcuntur, & redigantur ad certos ordines: / 2. ſecundum eas differentias & varietates, quę mutant modum Logicæ elaborationis & præceptionis.

De qua re in compendio, & in ſermone de diſciplinis practicis.

Quid Ariſtoteli dicta incomplexa?

Accipienda quę primò ſint primæ impoſitionis, non ſecundę.

2. ſignificent ens reale, non ens rationis.

3. ſignificent ens per ſe, non ens per accidens.

4. dicantur de re tota, non autem ſint partiales termini, omninoque ſint genera, ſpecies, vel indiuidua completa, non differentiæ, &c.

5. ſignificent τὸ eſſe rerum, non tantum inceptionem, deſitionem, modificationem.

Variæ conditiones quęrendę poſtea in ſermone de categorijs.

Digitized by Google

CAPVT IIII. ET VLT.

Quæ partes, quæ partitio libri?

SEV,

In quas partes diuiditur hic liber ab Interpretibus?

In Anteprædicamenta, & Postprædicamenta.

Quid significatur ab Interpretibus nomine Anteprædicamentorum?

Doctrina per quam sternitur aditus ad intelligentiam prædicamentorum, siue categoriarum.

Quot eius Capita & Argumenta?

Octo apud Aristotelem. n. tres definitiones, duæ diuisiones cum definitione accidentis, duæ regulæ, & enumeratio categoriarum.
Sed numerus pro Interpretis diligentia amplificari potest.

Quid in Prædicamentis?

Substantia, quantitas, quæ ad aliquid, qualitas, agere, &c.

Quid in post-prædicamentis?

Oppositio, prius, posterius, simul, motus, & habere.
Sed hic numerus amplificabilis.

IN ANTEPRÆDICAMENTA, SEV, IN EA QVÆ ANTECEDVNT CATEGORIAS.

Anteprædicamenta.

SVMMA.

Quæ hîc offenduntur?

SVnt hîc tres definitiones, duæ diuisiones, &c.

Quæ prima definitio, quid homonyma?

Æquiuoca. *Homonyma* (æquiuoca, æquiuocata) dicuntur [& sunt] quorum nomen solum commune est, ratio autem [& definitio naturæ] secundum idem nomen alia atque alia: vt candor animi, candor corporis.

Quid

Digitized by Google

Quid ſecunda definitio, quid ſynonyma?

Vniuoca.

Synonyma (vniuoca, vniuocata) dicuntur [& ſunt] quorum nomen eſt commune, & ratio attributa nomini [penitus] eadem: vt homo, bellua, & animal, ſi conferantur cum nomine & definitione animalis.

Quę tertia definitio, quid Paronyma?

Paronyma dicuntur quæ ab aliquo (abſtracto) differentia caſu & [terminatione] ſecundum illum habent appellationem.... vt iuſtus ſecundum iuſtitiam, candidus ſecundum candorem.

Quæ prior diuiſio?

Diſiunctiua { incomplexum, complexum.

Quot ſunt genera dictorum?

Duo { quędam ſecundum *complexionem* dicuntur, vt exempli gratia: homo currit, vir pius:
quędam ſine *complexione* & ſyntaxi, vt homo, animal, currit.

Quæ poſterior diuiſio?

Entium quot ſunt genera?

Subſtantia ſecunda.

Quędam dicuntur de ſubiecto, nec ſunt in ſubiecto: vt homo, animal, & alię ſubſtantię ſecundę.

Accidens vniuerſale.

Quędam dicuntur de ſubiecto, & ſunt in ſubiecto: vt album, nigrum, accidens vniuerſale.

Subſtantia prima.

Quędam non dicuntur de ſubiecto, nec ſunt in ſubiecto: vt Bucephalus, & aliæ primę ſubſtantiæ.

Accidens ſingulare.

Quædam non dicuntur de ſubiecto: ſed ſunt in ſubiecto: vt hic candor, hoc candidum, accidens ſingulare.

Quid eſſe in ſubiecto?

Conſulendus ſermo de accidente, qui poſtea inſtituetur.

Quæ prior regula?

Quicquid dicitur (.j. eſſentialiter vel ſaltem generatim affirmatur) de prædicato: dicitur etiam de ſubiecto.

Animal dicitur etiam de homine, homo de Socrate: Ergo animal de Socrate.

Homo eſt animal: Socrates eſt homo: Ergo Socrates eſt animal.

Monitum.

Regula generalior alibi ponetur.

Sciendum eſt quid ſit prędicari *ſimpliciter, diſtributiuè, collectiuè.*

Quæ poſterior regula?

Quando genera ſunt diuerſa ....nec vnum continetur ab altero... tum differentiæ eorum vt animalis, & coloris, ſpecie differunt... [ſpecies & differentiæ ſunt diuerſæ] ... ſed exceptio in Topicis, contra generum, quorum vnum ab altero continetur. p. animalis & belluæ, nihil prohibet eſſe differentias eaſdem.

Digitized by Google

Subdiuiſio dicti incomplexi.

Enumeratio Categoriarum.

Quæ dicuntur ſine complexione, ſignificant ſubſtantiam, vt homo: vel quantum, vt linea, &c.

Etenim omnia hæc niſi componantur, & fiat propoſitio, neque affirmant, neque negant.

APPENDIX, AD PRIMAM DEFINITIONEM.

SIVE,

Breuis diſputatio de homonymia, & homonymis.

ARTICVLVS I.

De homonymia generatim.

ORDO.

Ab homonymia orditur Ariſtoteles, primo quia videtur affinitatum minima.

2. quia { quæ latiſſimè patent dicuntur homonymè, vt ens, res, &c:
quæ entia diuiduntur per poſteriorem diuiſionem, homonymè dicuntur.

Nomen.

Notatio ſi ſpectetur æquiuoci, homonymi & ſynonymi non videntur diſcrepare ſenſu.

Nam { æquiuoci, qui æqualiter participes eiuſdem apellationis:
homonymi, qui ſunt cognomines:
ſynonymi patiter, qui cognomines.

Vſus tamen eſt anguſtior quam præ ſe ferat etymologia, & diuerſus vt patebit.

Quotuplex ambiguitas?

Eſt { vna quæ dicitur Amphibolia, quæ pendet à vocabulorum nexu, vt hîc:
Aio te Æacida Romanos vincere poſſe.
altera quæ dicitur homonymia, & poſita eſt in ſingulis vocibus.

Æquiuocatio.

Quænam homonyma, æquiuocata?

1. ſed extra ſcholas Philoſophicas, quæcumque habent idem nomen: vt homines, lapides.
2. apud quoſdam Philoſophos quæ habent idem nomen, ſed diuerſo ſignificatu...aut ſaltem cum multum diſpari dignitate: vt homo & zoophyton ſi ſpectetur nomen animalis.

Digitized by Google

3. & frequenter in ſcholis Philoſophicis ea quibus nomen eſt commune ex æquo, ... definitio vero nomini reſpondens non eſt eadem, vel ſanè non eſt planè eadem.
4. & frequentiſſimè apud Philoſophos, quæ dicuntur purè æquiuocata.

Homonymia { extra ſcholas Philoſophicas quæcumque, &c.
in ſcholis Philoſophicis { rarò:
frequenter:
frequentiſſimè.

Quotuplex homonymia ſecundi ſignificatus?

Duplex { vna pro tertio ſignificatu quæ perimat *ſynonymiam*:
altera quæ non perimat *ſynonymiam* apud quoſdam.

Et hanc volunt reperiri in his generibus quæ differentias habent valdè inæqualis dignitatis. p. in animali, ſi cum homine conferantur oſtrea, vocantque *anologiam inæqualitatis*.

Sed forſan videtur hæc fingi citrà vſum, aut ſaltem citrà neceſſitatem.

Obiect.

Latent ex Ariſtotele in generibus homonymiæ... Ergo aſtruendę ſunt homonymiæ quæ non perimant naturam generis, & ſynonymiam, & omnino ad interpretandum Ariſtotelem aſtruenda analogia inęqualitatis:

Sed negamus conſecutionem. De antecedente poſtea.

Quid propriè homonymum in ſcholis non proprijßimè?

Loquimur de homonymia tertij ſignificatus, quæ ſynonymiam perimit.

Æquiuocum conſtituitur { æquiuocans
æquiuocatum } ſed affini ſignificatu.

Æquiuocum æquiuocans, eſt terminus communis multis, ſed per aliquam ambiguitatem, vt ius, oculus.

Æquiuocum æquiuocatum eſt id cui nomen eſt commune, non ſine aliqua ambiguitate: vt mens & oculus corporis.

Quis ſenſus definitionis Ariſtotelicæ?

Sigillatim proponendæ & exponendæ præcipuæ definitionis partes.

Nomen.

Aut vocabulo ſignificatur verbum etiam: imò quæuis pars orationis.

Solum.

Solum hîc dicitur non omnino ſimpliciter & abſolutè, nam homini picto & viuo aliquid commune præter nomen.

Sed comparatè tantum. n. comparatione definitionis.

Digitized by Google

Conſulta { vna propter cauſam leuiorem. p. propter ſimilitudinem figuræ, propter ſpeciem, memoriam, &c.
Et hæc puritatem homonymiæ non impedit:
altera propter cauſam grauiorem, quæ duplex tantum:
n. { analogia
attributio { primi generis, vt ſanus:
ſecundi, vt ſalubris.

Homonymum à conſilio latius patet quam analogum.

Secunda diuiſio.

Homonymia { aperta / occulta } porrò non ſi aperta vni, ideo aperta alteri.

Tertia diuiſio.

Eſt { vicina quæ fallax, periculoſa, quia pertinet ad res ſimiles & affines:
remota, eſt minus periculoſa, vt homonymia iuris ea, quę propoſita.

Cur dicitur homonymia deliteſcere & fallere in generibus? λανθάνειν.

Dicitur non quia genus ſit æquiuocum æquiuocans, & inuoluatur ambiguitate: vt animal, iuſtitia, virtus.

Sed primo, quia nomen totius generis facilè implectitur ambiguitate.

Sæpe, genus eſt æquiuocum, æquiuocatum: vt actio, iuſtitia, virtus.

Sæpe, quod eſt genus, vt iuſtitia, habetur pro vltima ſpecie, quod ſpecierum deſint propriæ appellationes.

Secundo, quia homonymia difficulter deprehenditur in rebus eiuſdem generis, propter affinitatem. p. in virtutibus quæ appellantur Iuſtitia.

In rebus, quę appellantur accidens.

In ijs, quę nominantur ſubiectum, & materia.

In ijs, quę ſignificantur nomine iuris apud Iuriſperitos.

In nominibus attributiuis, ſiue in ijs quę dicuntur per attributionem, vt in ſano, ſalubri, Ciceroniano, & ſexcentis eiuſdem generis.

Si quando genus aliquod, vt motus, negatur eſſe vnum, eſt æquiuocum æquiuocans, tunc non eſt ſynonymum genus, propriéque genus, ſed tantum genus analogicum. *Obiectio.*

Quarta, quæ affinis.

Aliæ homonymiarum diſtant facileque deteguntur: vt quando mons & animal quoddam appellantur taurus. *Ex Ariſt.*

Ciconia ſignificat inſtrumentum ruſticum, & quandam animantem volucrem bipedem.

Candor dicitur animi, & corporis.

Aliæ ſimilitudinem habent quæ imponat imperitiori, vt cum homo dicitur de viuo & picto.

Alię ſunt propinquæ genere vel analogia, quæ non facilè apparent; vt in nomine Iuſtitiæ, & ſimilibus. De qua re ſuprà, & infrà.

Digitized by Google

Quinta & affinis.

Homonymia { vel pertinet ad res eiuſdem artis aut methodi, tumque eſt periculoſior: vt ambiguitas iuſtitiæ, vſiç, accidentis, &c.
vel ad diuerſas methodos pertinet, minuſque eſt periculoſa: vt cum logos dicitur mathematicè, & logicè.
Color dicitur apud pictorem, rhetorem, muſicum.

Sexta diuiſio.

Homonyma { vel ſunt merè, & purè homonyma, æquiuoca, & dicuntur homonyma ſine additamento, vt primo Ethicorum, & quoties homonymia opponitur analogiæ, & attributioni:
vel analogica, & dicta ſecundum proportionem: vt fundamenta, oculi, fontes, &c.
vel attributiua: vt ſana, ſalubria, Ciceroniana, fabrilia, &c. ſeu dicta ab vno & ad vnum, dicta ad vnam phyſin & naturam.

Septima, quæ affinis ſextæ.

Eorum quæ dicuntur per analogiam nomine nuſquam Ariſtoteles videtur complexus attributiua, ſeu dicta ab vno & ad vnum.
In ſcholis tamen vtrumque poſterius, genus homonymorum è tribus poſitis in ſuperiori diuiſione.
Seu homonymum quoduis non merum vocare cõſueuit *analogum analogicũ*.
Cuius rei ea fortè cauſa eſt quod in attributionibus videtur offendi aliquid analogiæ & proportionis, in hunc modum.

Vt vrina ad ſignificandam } ſanitatem ſe habet.
Ita tempus ad conſeruandam }

Ergo { vel pura eſt homonymia { ſiue ſit à nulla cauſa: / ſiue ſit à leui.
vel non pura, & dicitur analogica { ſiue ſit merè analogica: / ſiue attributiua.

ARTICVLVS II.

De mera homonymia & æquiuocatione.

Æquiuocũ
Æquiuocãs.

Quid terminus merè homonymus?

Eſt terminus qui communis per ambiguitatem, ſed citra cauſam, aut ſaltem citra cauſam grauiorem, aliamue ab analogia & attributione.

Quî vocatur?

Homonymus, æquiuocus, homonymus ſpeciatim, ambiguus, merè homonymus, multiplex, non vnus, non ſimpliciter dictus, dictus non vno modo, &c.

Digitized by Google

Quis terminus merè homonymus?

Quiuis saltem secundum speciem { sed alicubi, & aliquando:
non vbique & semper.

Vt experientia docet, ambiguus non censetur terminus, nisi vbi potest probabiliter trahi in varios significatus.
Nec si quid ambiguum vni, ideo & alteri est.

Quomodo tollenda ambiguitas?

De distinctione { aliquid in rudimentis:
De tollenda ambiguitate { plura in topicis, & in sermone de diuisione.

Quando tollenda?

Cum occurrit, tollenda est in ipso disputationis limine, si licet.
Sed non oportet explicare distinctiones quæ nihil ad rem faciant.
Non sunt prępropere tradendæ operosiores distinctiones.
Sępè sufficit significasse residere ambiguitatem, & designasse significatum congruentem in hunc modum.
Hîc terminus variè sumitur, sed nunc significat, &c.

Vbi periculosa?

Vbique, sed potissimum in rebus eiusdem generis.
Et in principio sermonum, quia qui error in principio est exiguus in fine est magnus.

Quomodo deprehenditur?

De deprehendenda ambiguitate præcipietur ad primum Topic. cap. 12. & 13.
Pauculæ præceptiones repetantur è rudimentis, nunc propono monita pauca.

Noli distinguere { nisi distinctio ad rem facit: 1.
nisi ambiguitas aliquid erroris parit.

Quoties vocabulum commune, vt res, actio, homonymia, virtus, &c. opponitur alicui suarum specierum: vt res, verbis, personis, &c. tunc constringitus eius significatio, significatque cætera prętèr illud cui opponitur. 2.

Ambiguum est vocabulum, cùm sumitur { nunc pro toto genere:
nunc pro certa illius specie. 3.

Virtus nunc quæ uis probitas, nunc sola fortitudo.

Quando genus habet nomen, vt iustitia ..... species autem propria caret appellatione, tunc ferè irrepit ambiguitas. 4.
Quoniam censentur eiusdem vltimæ speciei, quæ sunt tantum eiusdem generis, vt iustitia.
Et hæc vna est ex causis, cur in generibus deliteſcat homonymia.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De Analogis, deque merè Analogis.

¶ De Logo, & Analogia. ¶

Quid Logos, & Ratio?

Ratio est affectio rei ad rem. p. duorum ad 4.
Analogia seu proportio, aut proportionalitas, est similitudo rationum vt se habent 2. ad 4. ita 6. ad 12.
Vt miles ad imperatorem: ita discipulus ad præceptorem.
Cæterum, quod Gallicè proportionem dicimus. j. commensuratio apta, est analogia.
Vagatur autem analogia per omnes disciplinas, eiusque opera constituuntur, edisCuntur.
Puer. e. g. qui nouit quonam pacto inflectatur Amo, amas, per analogiam coniugabit Dono, donas.
Habet enim se { vt Amo, as, at, amamus, atis, &c. / ita Dono, as, at, Donamus, atis, &c.
Omnino tolle analogiam, actum est disciplinis omnibus, &c.
Quid ipsa sit, explicatum in elementis Mathematicis, vbi agitur de analogia,
Item quid analogia seu proportio & proportionalitas, & quotuplex.
Huc nō videtur pertinere Arithmetica, sed Geometrica.
Quid Arith. & Geometrica, Proportio. Vide Compend. Mathematicum

Quotuplex Analogia in negotio terminorum communium?

Vna constituitur à quibusdam quæ synonymiam non perimat, vocaturque Analogia inæqualitatis.
n. quando species eiusdem generis synonymi, sunt dignitatis valdè inæqualis: vt homo, & equus.
ea autem si vlla est, quasi Arithmetica est. p. in hunc modum, vt homo ad suam, Ita e quus ad suam animalitatem se habet.
Sed non Geometricè homo se habet ad suam, &c.
Alioquin tantò nobilior foret animalitas hominis animalitate equi ---- quanto homo est nobilior equo, quod absurdum dictu.
Altera est Analogia, & constituitur ab omnibus, quæ synonymiam perimat.
eaque est Geometrica, aut quasi Geometrica. p. in hunc modum:
Vt oculus ad corpus, ita mens ad animum habet, ita diuina sapientia ad mundum, ita gemma ad vitem: vt ala ad volucrem, ita pinna ad certos pisces.

Monitum.

Digitized by G

Monitum.

Inæqualitas occurrit in ſpeciebus etiam prodeuntibus ab eodem genere.
Quia differentia differentiæ præſtat 6. Topic. cap. 2. & 10. Metaph.
Maior differentiarum copia in vna ſpecie, quam in altera.
Præterea in indiuiduis eiuſdē ſpeciei vltimę. inæqualitas inuenitur, vt in hominibus, p. propter varietatem temperamentorum, magnitudinis, figuræ....
Sed iſtæ inæqualitates ſynonymiam non perimunt.
Præterea etiam τὸ magis, & τὸ minus, vt varient entitatem, non tamen variant eſſentiam & definitionem.

Monitum alterum.

Quando comparatio in huncce modum inſtituitur. *Primi parati.*
Vt differentia equi ad equi animalitatem habet,
Ita etiam differentiâ hominis, ad animalitatem hominis.
Perinde res videtur habere, atque ſi ſic compares.
Vt viginti ſe habent ad duo, ita centum ad duo.
Quando autem ſic inſtituis comparationem. 2.
Vt ſe habet differentia equi ad equum, ita differentia hominis ad hominem.
Perinde videtur res habere, atque ſi comparationem ſic inſtituas, vt octodecim ad 20. ſe habent, ita 98. ad centum.
Quando denique collationem ſic inſtituis: 3.
vt ſe habet equus ad differentiam equi, ita homo ad hominis differentiam,
tunc res videtur perinde habere, atque in numeris habet, quando ſic comparamus:
vt viginti ſe habent ad 18. ita 100. ad 98.
Quæ collationes inſinuant Arithmeticam analogiam, vel ſaltem illius appendices.

Quotuplex conſtitui ſolet apud Logicos proportio, quæ ſynonymiam perimat?

Eſt { vna metaphorica & leuior, quæ ablegatur ad puram homonymiam:
altera propria, & momenti grauioris, quæ huius loci & negotij.

Metaphorica eſt quando nomen quod impoſitum vni rei ſignificandæ, propter leuem ſimilitudinem ad aliam transfertur:
vt cum pictura hominis dicitur homo, prata dicuntur ridere, &c.
Propria dicitur, quando quod nomine ſignificatur, reperitur formaliter in omnibus analogatis: licet inæqualiter etiam ratione eſſentiæ, non ſolius entitatis, licet per prius & poſterius: vt quando cor & fons dicuntur principium, ſubſtantia & accidens dicuntur ens, res, aliquid, &c.
Metaphorica tamen niſi eſt valdè leuis, non eſt contemnenda.
Neque neceſſe eſt formam analogicam prius vni per naturam conuenire quam alteri.
Vt quando plumæ piſcium, & pinnæ auium, dicuntur eſſe quid analogum.
Metaphorica anologia, non perimit meram homonymiam.

Digitized by Google

Quia in practicis disciplinis quod parum simile, id pro simili non habetur.

Monitum.

Essentiæ analogicè participantur per inæqualitatem, non autem species synonymè. De qua re in Metaphysicis.

Quid analogum analogans?

Terminus communis multis per analogiam, saltem per eam quæ sit momenti maioris & Geometrica, aut quasi Geometrica.

Terminus cõmunis significans non rem eandem, sed similem: vt oculus, fundamentum, pastor, &c.

Quid analoga analogata?

Sunt ea quibus nomen est commune per analogiam, neque per synonymiá, neque per meram homonymiam.

Ea quibus nomen est commune propter similem, non tamen eandem homonymamque rationem: vt lex, & ima pars domus, siue fundamentum domus.

Respondere videtur { analogum analogo, vt ouum galinæ: / synonymum synonymo vt { ouum ouo: / galina galinæ: } &c. }

Quando quod nomine communi præcipuè significatur, reperitur formaliter in duobus. n. eminenter tantum, aut virtute, licet inæqualiter etiam ratione essentię, & interdum prius vni quam alteri, analogia est in termino.

Quid analogum analogans latius?

Latè est terminus communis homonymus propter Analogiam Geometricam, &c.

Strictè est terminus homonymus, qui ita est analogus, vt sit sine *attributione*, cuiusmodi est oculus, fundamentum, &c.

Potest-ne vna notione & conceptione comprehendi?

Potest, quia similia non difficulter notione vna comprehenduntur: consulatur sermo de conceptu entis.

In quid resoluitur?

Analogicus terminus, vt & homonymus quiuis resoluitur tandem in membra, quæ careant ambiguitate.

Nisi id fieret progrederemur in infinitum.

Candor { dicitur ambiguè de candore animi, & de albedine: / dicitur synonymè de animi candoribus: / dicitur synonymè de candore niuis, & candore eboris. }

Digitized by Google

Sanum { dicitur analogicè de animali, tempore, vrina, &c.
  ſynonymè { ſi conferatur cum ſolis vrinis:
    ſi conferatur cum ſolis animalibus, &c.

Quotuplex analogicus terminus?

Eſt { vnus merè analogicus, non attributiuus vt fons: fundamentum, oculus, &c.
  alter eſt analogicus ſimul, & attributiuus, vt ſanum, ſalubre, Ciceronianum, &c.

Quotuplex analogatum?

Prima diuiſio.

Analogata { latè ea quibus nomen commune eſt per analogiam.
  ſtrictè talia, ſed citra attributionem, vt oculi, fundamenta.

Secunda diuiſio.

Alicubi inuenitur analogatum primum & ſecundum, ſecundaũe, vt in ſano oculo, & ſimilibus.
Alicubi non item: vt in ſalubri, Ciceroniano, & ſimilibus.

Quid primum analogatum?

Aliquando illud vnde cætera analogata habent appellationem.
  .j. illud analogatum quod reliquis ſuam largitur appellationem: vt oculus corporis, cæteris analogatis.
Aliquando quod excellit inter analogata: vt prouidentia Dei inter oculos.
Primum analogatum non propriè inuenitur in multis attributiuis ſecundi generis. p. in Ciceroniano, fabrili, &c.
In attributiuis ſecundi generis, illud vnde alia mutuantur appellationem, non eſt propriè analogatum.
  Cicero non propriè appellatur Ciceronianus.
Ex primo analogato cætera comprehendi ſolent, maximè autem in attributiuis.
Res vna cognita ducit in alterius cognitionẽ, modo ſit aliquo modo ſimilis.
Similium ſimilem eſſe notionẽ Logicus ſupponit, non autẽ probat. Solemus ſeligere aliquid perfectũ, aut clariſſimũ ſaltem, vnde alia intelligãtur. Primum analogatũ niſi eſt perfectiſſimũ ſolet clariſſimũ eſſe, proindeq; eſt deligendũ.

Quid merè analogicus terminus?

In analogĩa Ariſtotelica, ſiue in analogia citra attributionem, forma, ſiue ratio communi nomine ſignificata, nõ in eſt vni analogatorum propter aliud, etiamſi nomen conueniat vni propter aliud. *De merè analogio.*
Eſt dependentia ſecundum nomen, non ſecundum rem.
Quando mens vocatur oculus, itemque prouidentia.
Vis perſpiciendi quæ in mente, non ineſt ipſi per oculum corporis, vnde tamen oculi mutuatur nomen.
De fundamento, principio, fonte, & ſimilibus conſimiliter eſt iudicandum.

Digitized by Google

Pro exemplis Arithmeticæ proportionis.

20. equus.	100. homo.
18. differentia equi.	98. differentia hominis.
2. animal.	1. animal.

Monitum. ¶

Occurrunt { ſynonyma, vniuoca, vniuocata: / per proportionem dicta: / ab vno aut ad vnum dicta. / homonyma, quæ merè homonyma, æquiuocata. [,c,]

ARTICVLVS VLT.

De ijs quæ dicuntur ab vno, aut ad vnum.

Nomen, Notio.

De attributiuis. Attributionis ratio poſita in rudimentis.

Per attributionem quæ *analogata*, ea vocantur dicta ab *vno*, aut ad *vnum*, dicta ab *vno* & ad *vnum*, dicta ad *vnam phyſin & naturam*.

Termini attributiui, ſeu communes per attributionem innumerabiles.

Quid Analogata per attributionem?

1. Sunt quæ dicuntur, & ſunt ab vno aut ad vnum, ſed variè.
2. Quæ ab vno habent appellationem, & ad illud *variè* referuntur.
3. Ea quorum nomen eſt commune, ratio verò nomini reſpondens ſecundum terminum eſt eadem, ſecundum habitudines ad terminum non eſt eadem: vt ſana, ſalubria, Poëtica, Virgiliana, Ciceroniana, &c.

Seu quorum { nomen eſt commune: / ratio { eadem ſecundum terminum: / diuerſa ſecundum habitudinem, & relationem ad illum terminum.

Eadem ſecundum terminum, quia omnia ad vnum referuntur terminum, ſaltem abſolutum.

Ad vnum Ciceronem, tanquam ad vnum terminum relationis, omnia Ciceroniana referuntur, omnia Ciceroniana ſunt Ciceronis.

Diuerſa & diſparata, non autem eadem ſecundum *habitudines, comparationes, relationes*, quia referuntur variè per varias vias, varia nomina reſpectiua.

quid Ciceronianum { manus, quia eſt membrum: / Tyro, quia eſt libertus, / Tuſculanum, quia eſt villa: / Tulliola, quia eſt filia: / Milloniana, quia eſt opus, } Ciceronis.

Digitized by Google

quid Sanum { animal, quia formaliter habet / vrina & sudor, quia significant / pharmacum, quia restituit / tempus, quia conseruat } [illegible] sanitatem animalis.

Prior diuisio.

Vel ad *finem* referuntur attributiua: vt sanus, sana, sanum.
Vel ad *efficientem causam*, vt medicatiuum.
Vel ad *materiam* & subiectum: vt ens, vnum, verum, &c.
Vel ad *formam* & exemplar: vt cum pictura hominis dicitur homo.
Vel ad *varia* simul: vt Ciceroniana, fabrilia, &c.

Posterior diuisio.

Hîc { aliquando illud τὸ [vnum] quò referuntur cætera, significatur eodem nomine quo illa cætera, vt accidit in sano, bono, ente, &c. / aliquando contra non appellatur eó nomine quod largitur cæteris, vt accidit in salubri, in accidente, in Ciceroniano. } *Attributi* { *vt sanum: vt salubre*

Sanum dicitur { & animal à quo reliqua dicuntur sana: / & tempus, & vrina, & sudor. }

Salubre { non corpus ipsum animalis, non ipsum animal, cuius tamen ratione alia vocantur salubria: / sed tantum vrina, tempus, sudor, &c. }

Cicero non nisi figuratè dicitur Ciceronianus: vt faber fabrilis, Poëta Poëticus, &c.

Porrò { quæ prioris generis attributio, ea solet nuncupari attributio vnius ad alterum: / ideſt, secundorum analogatorum ad primum, p. sanorum reliquorum, ad sanum animal: / quæ posterioris generis attributio ea dicitur, attributio duorum (pluriumue) ad tertium, vt relatio omnium Ciceronianorum ad Ciceronem, relatio omnium accidentium ad substantiam. }

Ad quod posterius genus termini sexcenti pertinent: vt sartorium, naturale, diuinum, oratorium, &c.

Monitum.

Idem terminus propter varias comparationes nunc merè homonymus, nunc merè analogicus, nunc attributiuus, nunc synonymus.

Sanus, sana, sanum { *synonymè* de animalibus dicitur: / *analogicè* de animo & corpore, non attributiuè: / per attributionem *prioris* generis de animali, & vrina: / per attributionē *posterioris* si sumatur tantū pro salubri: / *homonymè* de sano homine, & de sana pictura. }

Monitum.

Subdiuisio attributiuorum secundi generis.

Attributiuum posterioris generis, videtur duplex constituendum.

Digitized by Google

n. { vnum quod manifestiorem affinitatem nominis habet cum illo, ad quod refertur: vt Ciceronianum si conferatur cum Cicerone: alterum quod occultiorem: vt τὸ accidens, si conferatur cum substantia cui dicitur accidere.

Monitum.

Vt in Grammaticis deuorandæ sunt molestiæ declinationum, casuum, generumque, & similium affectionum.

Ita in Logicis homonymiarum, analogiarum, attributionum, synonymiarum, &c.

APPENDIX, AD SECVNDAM DEFINITIONEM.

Deuniuocis.

ARTICVLVS VNICVS,

De Synonymis.

Synonymi nomen quomodo dicitur?

Primo, sumitur grammaticè { synonymi qui cognomines: vt duo Petri: / synonyma sunt vocabula eiusdem significatus: vt culter, & gladius.

Secundo, in negotio *causarum* opifex vniuocus, vel æquiuocus.

Tertio, in negotio *signorum*, signum vniuocum, æquiuocum.

Quarto, in negotio *terminorum* Logicorum, & per consecutionem in orationibus Logicis.

Quot modis sumitur synonymum in terminis Logicis?

Sumitur { pro vniuoco vniuocante / pro vniuoco vniuocato } idque variè.

Sed distinctio vnius ex alterius diuisione comprehendenda.

Quid vniuocum vniuocans?

1. Terminus communis citra meram homonymiam, vt 2. Metaphysicæ, tumque comprehendit analogicum: vt homo, bonus, sanus.
2. Terminus cómunis citra homonymiam: vt 1. Topic. & apud Porphyrium.
3. Terminus vniuersalis (communis citra ambiguitatem) qui essentialiter prędicabilis, seu quatenus prędicabilis essentialiter.

Sensu { 2. quinque vniuersalia prædicantur synonymè: proprium Porphyrio prędicatur synonymè: / 3. nullus vniuersalis terminus prędicatur synonymè præter genus, speciem, & differentiam.

Proprium & accidens prędicantur paronymè tantum.

Digitized by Google

Candidum Ariſtoteli prædicatur de ſubiecto, ſednon ſynonymè, prædicatur ſecundum nomen, non ſecundum rationem. De qua re poſtea.

Quid ſynonyma vniuocata?

Sunt { ſynonyma, quæ dicũtur ſecundum vnam naturam.
attributiua, quæ dicuntur ad }

Synonyma ea quibus nomen eſt commune ſecundum vnam, eandemque rationem, & definitionem: vt homo, Petrus, & Paulus.

Sunt { ſpecies eiuſdem generis ſynonymæ: vt homo & bellua:
genus ſuis ſpeciebus ſynonymum: vt animal homini & belluæ.

Synonyma Ariſtoteli de quibus affirmatur, idem nomen & prædicatur, [i. prędicatur eſſentialiter eadem definitio,]nomini reſpondens: vt animal & ratio animalis.

APPENDIX AD TERTIAM DEFINITIONEM.

ARTICVLVS VNICVS,

De Paronymis, ſiue denominatiuis

Cur de his agitur?

Primo, quia Ariſtoteles non ſubſtantiua tantum, vt candorem, ſaporem: verumetiam adiectiua videtur collocare in categoriis.

Secundo, quia { prędicamentum vnum conferendum eſt cum altero: homo eſt candidus, candidum eſt longum:
homo non eſt candor, longitudo non eſt ſapor, &c.

Tertio, quia numerus prædicamentorum, 2. Metaphyſicæ repetitur ex varijs modis, quibus accidentia referuntur ad ſubſtantiam.

Quid concretus, quid abſtractus? &c.

Grammatici { deriuant abſtractum à concreto, candorem à candido.
ſequuntur ordinem cognitionis.

Prius cognoſcitur totum & confuſum quam pars.

Dialectici { concretum deriuant ab aſtracto:
& ſequuntur ordinem naturæ & τοῦ eſſe.

Pars prior per. naturam generantem, quam totum.

Abſtractus meram auulſamque formam ſignificat: vt candor, animalitas, &c.

Concretus { & ſignificat *formam*, p. candorem:
& conſignificat *modum* quo exiſtit receptaculum formæ, id quod formam & perfectionem recipit.

Digitized by Google

Vnde abstrahitur forma?

Astrahitur { à subiecto: vt candor à candido & niue, paritas à numero.
& à modo & formæ *receptiuitate*, ea que subiecti nomen non meretur.

Vt animalitas à receptaculo ipsius, quod significatur nomine animalis, præter animalitatem.

Animal significat animalitatem, & id quod ipsam habet.

Appietas eruitur ex Appio, Lentulitas ex Lentulo, licet offendat nominum insolentia.

Vbi fit illa abstractio?

In vno eodemque accidente fieri abstractio vtraque potest.

Nam { primo ex *albo* eruitur *albedo*, ex magno magnitudo, &c.
deinde albedinitas, ratio albedinis.
Ex magnitudine, ratio & essentia magnitudinis, &c.
Ex colore coloreitas, &c. [,ſ,]
.n. eodem iure quo animalitas ex animali.

Quin etiam in substantijs duplici videtur abstractioni locus.

Occurrunt enim tria nomina coniugata ad hunc modum.
Animale, animal, animalitas.
Marmoreum, marmor, τὸ esse marmoris.
Humanus, homo, ratio hominis.

Quotuplex receptaculum formæ?

Vel neutiquam est subiectum, vt cùm coloreitas exprimitur ab eo, quod coloreitatem habet.

Vel est { siue sit proprijssimè subiectum: vt quando candor abstrahitur à niue:
siue propriè tantum: vt cum differentia eruitur à genere, paritas à numero.

Quomodo licet efferre abstractum?

Exprimitur { sine periphrasi { nomine, vt candor, motio:
verbo infinitiuo, vt candêre, moueri.
periphrasticè vt declaratum in compendio.

Candor, dicitur ratio candidi, essentia candidi, quidditas candidi, τὸ esse candidi, actus, forma, energia, endelechia, &c. entelechia.

Quot modis sumitur infinitiuum, vt àmare?

Sumitur { concretè: vt cum colere interpreteris colentem esse:
abstractè: vt cum colere significat cultum, &c.

Sed primo

Digitized by Google

Sed primo { motus & motio significat { & mouere : / & moueri. ; τὸ mouere actiuam ; τὸ moueri passiuam } tantum motionem significat.

2. infinitum verbum dum sumitur nominaliter & abstractè, videtur esse quid abstractius, quàm abstractum nomen cui respondet.

Itaque Aristoteli { aliud motus, siue motio ; aliud moueri, seu esse motus } vt { aliud magnitudo : / aliud esse magnitudinis.

Sed Aristotelicam loquendi per verbum infinitiuum rationem, fœlicius exprimas sermone alio, cui articuli insunt, quam Latino : Gallicè. ex. g. dixeris eleganter, *l'aller, le venir, l'estre, le donner*. Cæterum non inficior non deesse, qui apud Aristotelem esse magnitudinis interpretentur existentiam magnitudinis, sed quàm parum congruenter Aristoteli, suo loco indicabitur.

Tertiò, significat potius formalem effectum, quam formam ipsam p. τὸ albere formalem effectum albedinis, quam albedinem ipsam.

Quid significet τὸ esse ?

Dictum est in Compendio Metaphysico.

Monitum.

Sæpè idem terminus sumitur { abstractè / concretè } vt magnitudo, numerus, bonum, &c.

Magnitudo sumitur pro re magna, & pro quantitate, per quam est magna. Quando Aristoteli est aliud magnitudo, aliud τὸ esse magnitudinis, nisi magnitudo concretè sumitur pro re magna, insinuantur tres gradus in hunc modum. Magnus, a, um, magnitudo, & τὸ esse magnitudinis.

Vt dicitur coloratum, color, coloreitas.

Monitum.

Caue ne solam animam equi habeas pro equinitate, siue natura equi abstracta.

Secunda diuisio receptaculi.

Receptaculum quod significatur concreto nomine, videtur duplex.

Nam { vel est totum : vt quando homo habetur pro eo quod animam habet. / vel pars { siue propriè habeat materia animam, cum animata dicitur: / siue impropriè & abusiuè : vt forma materiam, materiata dicitur, candor niuem, candor niueus, &c.

Tertia diuisio.

Receptaculum { vel quid prius re illa quæ haberi dicitur : vt nix prior candore, vnde appellatur candida: / vel quid posterius, vt candor niue, vnde niueus appellatur.

Digitized by Google

Quomodo differunt receptaculum candoris, & receptaculum humanitatis, seu humanæ naturæ?

Id quod habet candorem, materia quæ formam habet præcedit per naturam formam quæ habetur, nec difficulter secernitur ab ipsa per cogitationé.

At receptaculum illud quod significatur nomine hominis præter humanitatem, seu naturam, & energiam humanam, non autem nomine humanitatis, difficulter secernitur à recepta energia, perfectione, & forma: vt difficulter receptaculum coloreitatis à colore, candoreitatis à candore: certè quod candorem propriè habet id præcedit, quod humanitatem habet, indicatur à plerisque esse quid posterius per naturam.

Quia { vt sit ipsa hypostasis quæ naturam humanam terminat, creataque natura Christi sit humanitas, non autem propriè homo.
vel vltima naturæ humanæ determinatio, per quam fit hæc natura.

Sed hæc viderint Metaphysici.

Quarta diuisio.

Receptaculum { vel realiter distinguitur à recepto: vt nix & materia eius à candore:
vel ratione tantum: vt animalitas quæ dicitur rationalis à ratione, numerus à paritate, &c.

Quinta diuisio.

Est { substantiale quid: vt corpus, si cum anima conferatur:
vel quid accidentarium: vt cùm quantitas dicitur figurata.

Sexta diuisio.

Est { prius recepto: vt nix candore, à quo dicitur candida:
posterius: vt candor niue, vnde niueus:
nec prius nec posterius: vt sapor & odor, si inter se conferantur, dicatur quæ sapor coloratus, color sapidus.

Quotuplex concretum nomen?

Est { vel paronymum siue denominatiuum & connotatiuum: vt candidus:
vel merè concretum non paronymum: vt homo, animal, & color si conferatur cum coloreitate.

De coniugatis & de casibus in compendio & in Topicis.

Quid paronyma?

De paronymis, definiuntur ab Aristotele, quæ ab aliquo [denominante & abstracto] differentia *casu*, ideſt Grammatica terminatione, saltem quando inflectuntur.

Secundum illud seu ab illo appellantur, fortis à fortitudine.

Digitized by Google

Quomodo efferuntur?

Participio: vt amans, ambulans, complexus, &c.
Verbo: vt amo, amabo, amor, amari, &c.
Adiectiuo nomine cuiusmodi est bonus, candidus, &c.
Nomine substantiuo vim adiectiui obtinente, cuiusmodi sunt Rex, Regina, opinator, opinatrix. &c.
Ita numerus dum sumitur pro re numerabili, magnitudo dum pro re magna.

Quibus è categorijs & locis eruuntur?

A substantia eruuntur, vt niueus, rationalis, marmoreus.
Ab accidentibus, à categorijs accidentium, vt longius, albus, similis:
A transcendentibus vt verus, bonus, essentialis, &c.
A postprædicamentis: vt intensus, remissus, contrarius, &c.
Sed omnium videntur commodissima, quæ significant aliquod accidens prædicamentale, vt doctus, &c.

Quæ cogitanda dum paronymum auditur?

3. denominabile, quod denominatum potentiâ, vt marmor:
   denominans, seu forma denominans, vt candor:
   vtrumque siue quod denominatum actu, vt marmor candidum.

Quid præcipuè significat paronymum?

Ponitur, vel in propositione diuisi sensus, cuiusmodi hæc: candidum erit nigrum:
vel alibi, tumque potissimum dicitur significare formam, aut receptibile.

Illic autem, si est subiectum videtur potissimum significare materiam & denominabile, vt τὸ candidum in proposito exemplo:
si prædicatum, præcipuè formam denominantem.

Differunt-ne concretum & paronymum?

Differunt, quia concretum latius patet, quam paronymum.
Quoduis paronymum est concretum, non quoduis concretum paronymum:
Animal, homo, &c. sunt concreti termini, non autem paronymi.

Significat concretum perfectionem connotando illius receptiuitatem aut receptaculum:
paronymum formam receptam consignificando receptaculum, quod habeat rationem materiei aut subiecti, siue forma illa sit interna, siue externa.

Sed vt difficile est secernere subiectum, ab alio receptaculo,
Ita difficile secernere terminum merè concretum à paronymo.
Maximè cum sæpè in loquendo forma habeatur pro materia, & materia pro forma.
Dicitur nix candida, & candor niueus.
Propriè tamen nix recipit candorem non candor niuem.

Digitized by Google

Quotuplex connotatiuus terminus?

Prima diuiſio.

Vel in eo forma præcedit receptaculum, vt cùm dicitur:
Figura marmorea, candor niueus. [5]
Vel ſubſequitur & eſt congruentius denominatiuum.
Vt cum marmor dicitur figuratum.

Secunda diuiſio.

Facit { vel externam ſeu extrinſecam denominationem, vt cùm dicitur Sol conſpectus, &c.
vel internam & intrinſecam, vt cùm nix candida.

Tertia diuiſio.

Petitur { ab accidente categorico: vt candidum, nigrum: (.·.)
vel aliunde: vt rationale, irrationale, par & impar, &c.

Quarta diuiſio.

Dicitur { vel paronymè tantum non eſſentialiter: vt cùm dicitur homo eſt candidus, ambulat, &c.
vel ſynonymè & eſſentialiter: vt cùm dicitur, homo eſt rationalis, ſanguineus, oculatus, &c.

Quinta diuiſio.

Vel eſt ambiguus terminus paronymus: vt cùm dicitur homo, colere, complecti.
Vel eſt expers ambiguitatis: vt quando marmor dicitur durum.

Sexta diuiſio.

Vel eſt adiectiuus grammaticè: vt dominans, regens.
Vel non: vt dominus, domina, Rex, Regina.

Septima diuiſio.

Significat { negationem, aut priuationem: vt tenebroſum, cœcum:
formam { realem: vt candidum, nigrum:
rationalem: vt ſeruus, Dominus.

Monitum.

Aliquando infinitiuum verbum æquè eſt ambiguum atque verbale nomen: vt πὸ complecti quod ſignificat complexum, tum actiuum, tum paſſiuum.
De paronymis dum vſurpantur in rebus diuinis efferendis, Metaphyſici eſt agere.

Digitized by Google

APPENDIX AD VTRAMQVE DIVISIONEM.

ARTICVLVS PRIOR, DE PRIORI.

Vnde est petita?

VIdetur petita esse ex Platonis sophista.

Quid diuiditur?

Non res, notioue obiectiua... non notio formalis rei, non vox, quæ tamen tria in vocali termino: sed res notione & voce significata.

Quare complexum præponitur incomplexo?

Quia in diuisione membrum quod sis reiecturus præponi solet.

Quot principes vocabulorum coniugationes, complexiones?

Tres præcipuè ex Porphyrio cap. 23. interpretationis categor.

Nam { 1. quia iungitur substantiuum adiectiuo, vt cùm dicitur Deus sanctus.
2. adhibetur coniunctio, vt cùm dicitur Petrus & Paulus.
3. nomen cum verbo copulatur, vt homo est animal.

De hoc negotio ad librum de Interpretatione.

Quotuplex terminus simplex siue incomplexus?

Est { simplex voce, non significatu: vt canis, ius, &c.
significatu, non voce: vt termini periphrastici:
voce, & significatu: vt homo animal.

Vnde expendenda simplicitas?

Ex simplicitate notionis, & significationis formalis, & præcipuæ.
Candidus candorem formaliter significat, iustus iustitiam.

Obiectio.

Homo componitur ex duabus syllabis: Ergo non est simplex, sed compositus terminus. 1.

D. { sensu N.
voce, D. nam { quod componatur ex syllabis, C.
quod ex duobus terminis, N.

Homo constat ex anima & corpore. Ergo non est simplex terminus. 2.

D. ratione materiæ, C. ratione notionis & significationis, N.

Hominis notio { composita quando animus & corpus distinctè cogitantur:
simplex quando confusè & indistinctè.

Digitized by Google

Currit præter cursum significat, aut consignificat tempus præsens, personam tertiam, numerum singularem: Ergo non est simplex illius significatio.

D.C. { si accipiatur sola formalis & præcipua, N.
si accipiatur tum primaria, tum secundaria, C.

Pluit facit propositionem. Ergo non est simplex terminus.

R. simplicem voce tantum, non significatu.

ARTICVLVS POSTERIOR.

De posteriori diuisione.

Cuiusmodi hæc diuisio?

R. 1. esse non partitionem sed diuisionem analogi.

2. esse subdiuisionem, quia subdiuitur dictum simplex.

3. esse parum accuratam { 1. quia est *analogi*;
2. quia *subiecti* nomen ambiguè illic vsurpatur.

Vnde coaluit, composita-ne est?

Ex duplici diuisione entis aut dicti simplicis.

diuiditur { vna in *singulare & vniuersale*:
altera in *substantiam & accidens*.

Hinc nascitur diuisio vna conglobata, sed quadrimembris.

Ens { vel substantia vniuersalis, siue secunda: vt homo:
vel substantia singularis, siue prima: vt Socrates:
vel accidens vniuersale, vt candor, odor:
vel accidens singulare, vt hic candor.

Est-ne Logica?

Supra docuimus vtramque illã diuisionem vnde hæc cõponitur, Logicã esse.

Item peti { vnam à forma:
alteram à materia.

Monitũ.

De terminis simplicibus & complexis.

Quando res exprimitur nomine vno, vt homo, sylua, candor, &.

Fieri solet vt notione vna comprehendatur saltem confusa.

At quando pluribus, vt e.g. dum nominatur animal rationale, Sophronisci filius, Rex Galliæ, vrbs Roma, &c. Fieri solet vt duplici comprehendatur.

Fieri tamen potest { vt vno audito nomine duæ distinctæ notiones efformentur, tumque terminus videtur complexus:
vt auditis duobus nominibus conceptus efformetur simplex. Spectamus autem quid fieri soleat.

Quæ hîc obseruanda vocabula?

1. quatuor, n. { catholicum siue vniuersale, & secundum:
singulare siue primum:
vltam siue substantiam:
conueniens siue accidens.

οὐσία. Deinde vnum, sed ambiguum quo quatuor illa explicantur, n. subiectum, siue subiacens & ὑποκείμενον.

Digitized by Google

Quid significat subiectum in hac diuisione?

Quando τὸ Σ præponitur illi, significat subiectum prædicationis, aut saltem illud quod subijcitur vniuersali tanquam interius.

Ideò de *subiecto dici* (dici posse) est esse vniuersale, & secundum.
De subiecto non dici, est esse singulare, siue primum.

At quando τὸ Ι N. præponitur illi, significat receptaculum accidentis, subiectum inhæsionis.

Quare { quod est in subiecto, est accidens prædicamentale:
{ quod non est in subiecto, illud est substantia.

Apponendum autem schema, quadratum duplex.

Statuitur { in priore in prioris quatuor angulis, quatuor vocabula. n. substãtia, accidens, vniuersale, singulare: singula in singulis:
{ ad quatuor posterioris angulos quatuor formulæ, quæ diuisione continentur.

In quadrato quoq; si duxeris diametros duas, nascentur sex combinationes. Sed duæ deprehendentur inconsistentes, siue impossibiles.

Nam { substantia non est accidens:
{ vniuersale non est singulare.



Digitized by Google



Quot modis dicitur esse aliquid in subiecto, seu in aliud?

Octo, ex Aristotele cap. 3. lib. 4. Physic.

Est { 1. genus in specie, 2. species in genere, 3. pars in toto, 4. totum in partibus } { 5. forma in materia: 6. res in fine, 7. effectus in efficiente causa: 8. res locata in loco.

Sed tres alij modi vulgo adijciuntur.

Nempe { 1. quo res est in vase qui reuocari potest ad octauum: 2. quo accidens in subiecto qui reduci ad 5. potuit: 3. quo res est in tempore. De qua re alibi, lib. Acroamat.

Quid est esse in subiecto, seu esse accidens?

In subiecto inhęsionis dicitur esse illud, quod est in aliquo intrinsecè & informando, ne dicamur accidens temporis, Dei; non tanquam pars in toto, aut parte altera, neque esse potest naturaliter, & sine suo interitu absque eo, vt candor in niue: quare triplex videtur esse conditio accidentis, quod opponitur substantiæ.

Nempe { 1. vt sit in aliquo formaliter, non extrinsecè; 2. vt non sit tanquam pars, neque tanquam compars, vt excludatur forma substantialis, putà anima equi, quæ est in corpore eius: 3. & naturaliter sine interitu suo separari nequeat à subiecto. De accidente plura infrà.

APPENDIX

Digitized by Google

APPENDIX AD VTRAMQVE REGVLAM.

De priori regula.

QVicquid dicitur de prædicato, dicitur de ſubiecto.

1. quicquid affirmatur eſſentialiter, aut ſaltem generaliter de ſuperiori, vel æquali, affirmatur etiam de inferiori vel æquali.

Viuens affirmatur de animali, ideo etiam de homine: animal viuit, homo eſt animal, ergo.

Dici & *prædicari* hîc fere interpretantur affirmari *verè* & *eſſentialiter*... non tantum affirmari *verè*.

Subiectum de quo dicitur aliquid, poteſt ex dicto, ſiue ex τῷ dici tanquam ex correlato æſtimari.

De poſteriori regula cui vſui?

Valet { hæc regula ad conſtitutionem categoriarum & definitionum.
vt prior ad vſum categoriarum.

Genera quot modis diuerſa?

Tribus { Quædam non ſunt in eadem categoria: vt vt numerus, & virtus.
Quædam ſunt in eadem, ſed non ſubalternatim poſita: vt piſcis, volucris.
Quædam ponuntur in eadem ſubalternatim vt piſcis eſt animal.

Subalternatim ponuntur ea quorum vnum tanquam inferius continetur in ſuperiori, vt piſcis in animali.

Regula ex 1. Topicorum.

Diuerſorum generum nec poſitorum ſubalternatim, diuerſæ ſunt differentiæ, vt animalis & ſcientiæ 1. Top. cap. 13.

Ex ſexto Topicorum, capite tertio.

Eadem differentia non conuenit duobus generibus minimè ſubalternatim poſitis.

[Sed adiungenda hæc exceptio:] Niſi vtrumque eidem tertio generi ſubijciatur.

Nam terrenum animal, & aëreum animal ſunt duo genera minimè ſubalterna, quę tamen eandem habent differentiam qua diuiduntur. n. bipes; ſed eidem generi ſubijciuntur. p. animali.

De quare in ſermone de differentia.

Eadem differentia diuidit genera duo.

Diuiſio regulæ hic poſitæ.

Generum diuerſorum minimè ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ

tized by Google

Principium quid, quotuplex?

Principium eſt quod non eſt aliunde, vnde vero aliud.

Principia rerum { compoſita { communia { præcipua & dominantia,
Principia rerum { compoſita { communia { vel non præcipua.
Principia rerum { ſimplicia { propria { præcipua & dominantia,
Principia rerum { ſimplicia { propria { vel non præcipua.

De Compoſitis.

Compoſita principia ſunt axiomata probatione non indigentia, quibus innititur cognitio rerum, vt, omne totum eſt maius vna ſuarum partium.

Horum autem generaliſſima, & præcipua hæc: fieri non poteſt, vt idem ſit ac non ſit ſimul: Seu vt pars vtraque contradictionis ſit vera.

Neceſſe eſt aliquid eſſe, aut non eſſe: id fieri non poteſt, vt pars vtraque contradictionis ſit ſimul falſa.

Quicquid eſt, illud eſt { vel à ſe, vt Deus vnus:
Quicquid eſt, illud eſt { vel ab alio: vt cætera.

Bonum natura ſua expetendum eſt: malum fugiendum, &c.

Deus & natura nihil fruſtra faciunt, optime & prudentiſſime agunt, &c.

De ſimplicibus principijs.

Simplicia { vel ſunt rei compoſitæ { vel cauſſa { vel interna
Simplicia { vel ſunt rei compoſitæ { vel cauſſa { vel externa
Simplicia { vel ſunt rei compoſitæ { vel cauſſa { vel interna ſimul & externa.
Simplicia { vel compoſitionis { vel non cauſſa { vel interna
Simplicia { vel compoſitionis { vel non cauſſa { vel externa
Simplicia { vel compoſitionis { vel non cauſſa { vel interna ſimul & externa.

Principia rei compoſitæ, ſeu interna.

Principia rei compoſitæ, ſeu interna, ſunt ex quibus res componitur.

Paria aut iuga quatuor principiorum poſita ſunt in Compendio.

Conſule præterea, quæ de partibus dicentur infra.

Vſia ſeu eſſentia.

Οὐσία vocatur forma, ratio, quidditas, eſſe, eſſe quod quid erat, Gallicè (*l'eſtre qu'eſt la choſe*) energia, &c.

Definitur id quo res vnaquæque conſtituitur in certo genere.

Eſſentia ſæpe in re vna eadéque numero. eſt multiplex: actio ex. g. & paſſio ſunt res eadem, ſed eſſentia diſtinguuntur. Conſule quæ dicentur infra & dicta alibi de entitate.

De exiſtentia quæ vocatur eſſe.

Exiſtentia eſt id quo res ponitur extra cauſſas, reſpondetur affirmando ad quæſtionem *an ſit*.

Diſtinguitur ab eſſentia, quia { aliud eſt, *an res* ſit } quærere.
Diſtinguitur ab eſſentia, quia { aliud quid res ſit } quærere.

Exiſtentia { vel momentanea tantum: vt exiſtentia generationis humanæ,
Exiſtentia { vel ſucceſſiua: vt exiſtentia calefactionis,
Exiſtentia { vel permanens: vt exiſtentia caloris.

Digitized by Google

Exiſtentia { vna *ſubſtantiæ*, quæ nominatur hypoſtaſis, *& ſubſiſtentia*,
altera *accidentis*, quæ nominatur inhæſio.

Mundi ornatus poſtulabat, vt rerum aliæ forent firmiores, aliæ infirmiores, &c. De qua re alibi.

Firmioribus infirmiores adhæreſcerent, & inniterentur.

Rerum quælibet eum modum, eamuè determinationem habet, quę vocatur exiſtentia: ſed exiſtentiæ ſuccreſcit aliquis *modus*.

n. { In ſubſtantia modus quo firmatur, quique vocatur *ſubſiſtentia*, aut ſaltem ſignificatur, per particulam *ſub*, quę in vocabulo ſubſiſtentia.
In accidente modus, quo eſt pronum ad ſubſtantiæ inhęreſcendum, quique nuncupatur *inhæſio*, aut ſaltem in hoc vocabulo ſignificatur per particulam IN.

Sed de his alibi. n. in categoria ſubſtantię, & vbi agetur de accidente.

De potentia & actu.

Actus dicitur energia, endelechia, entelechia: definitur id quo res conſtituitur extra potentiam: vt calor, frigus.

Per calorem res ex calefactibili euadit formaliter calida.

Caue ne confundas nomen actionis, cum nomine actus.

Nam { actus inuenitur in quauis categoria: actio ni vna tantum: actio quælibet eſt actus, non autem contra:
albere eſt actus, non autem actio.

Actus { vel ſubſtantialis: vt anima equi, forma lapidis, &c.
vel accidentarius: vt calor, frigus.

Actus { vel perfectus: vt albere, calere, calor, frigere,
vel inchoatus tantum: vt albeſcere, igneſcere.

Motus enim actus eſt, ſed inchoatus tantum.

Actus { *Sui*: vt dæmones, Angeli.
alterius: vt accidentia, & materiales formę ſubſtãtiales: vt anima equi.
ſui & alterius: vt anima humana.

Potentia eſt id quo res eſt formaliter poſſibilis, aut potens.

Principium mutationis in alio, &c. vt calefactibilitas.

Potentia { actiua: vt anima hominis, calor, frigus, logica.
paſſiua { obiectiua: vt poſſibilitas alterius mundi.
ſubiectiua: vt in hoc ligno poſſibilitas ignis.

Poſſibilitas { obiectiua, eſt cum materia deeſt, habetur tamen opifex qui facere poſſit.
ſubiectiua cum materia habetur in quam actus educi poſſit.

Potentia { vel cogitatur cum priuatione actus, & hoc ſenſu qui iam habet aliquid, dicitur non poſſe illud habere.
vel ſine priuatione eius, aut generatim, & hoc ſenſu qui habet, poteſt habere, qui ambulat poteſt ambulare.

De genere & differentia.

Generis differentięque nomine intelliguntur duo eſſentię gradus, vnde componitur natura ſpecifica.

Digitized by Google

De materia, & forma.

Materia { vel *ex qua*: vt cera vnde ſtatua componitur.
vel *circa quam*: vt viſibile, circa quod oculus occupatur.
vel *in qua*: vt lac vbi calor.

Materia circa quam non propriè pertinet ad hunc locum.

Subiectum inhæſionis, reuocatur ad materiam, in qua.

Partes reducuntur ad materiam ex qua.

Nam in toto { partes ſunt, inſtar materiæ. } ex 1. Phyſic.
{ coniunctio partium, inſtar formæ }

Forma eſt id quo res eſt proprijſſimè, id quod eſt.

Forma { generatim, quicquid ponitur in definitione rei.
{ ſpeciatim ea pars eſſentiæ, quæ opponitur materiæ: vt anima, color.

Tumque eſt { vel ſubſtantialis: vt anima per quam homo eſt homo.
{ vel accidentaria: vt calor, frigus.

Forma & apud Platonicos, & apud Ariſtotelem appellatur, eſſe quod res erat.

Sed { apud illos, quia creditur eſſe tota eſſentia rei.
{ apud Ariſtotelem, quia potiſſima.

De principiis compoſitionis, ſeu effectionis.

Compoſitionis nomen, vt & effectionis variè ſumitur.

Nempè { Primò pro mutatione per quam partes componuntur; tumque idem eſt atque ipſa productio.
Secundò pro effectu { abſtractè, tumq; eſt quaſi forma rei cõpoſitæ, partiumque compoſitarum, 1. Phyſic.
{ concretè pro re ipſa compoſita; p. homine, domo, &c.

Principia autem requiruntur plura ad rei productionem, quam ad compoſitionem poſteriori ſenſu, de qua re alibi.

Principia { interna ſunt materia, & forma, & quicquid his proportione reſpondet.
{ externa ſunt finis, opifex, ſeu efficiens cauſſa, & exemplar.

Principia { interna ſunt, quæ componunt more partium: vt eſſentia & exiſtentia, aut quaſi componunt.
{ externa ſunt, quæ aliter habent: vt malleus, faber, &c.

Mutatio eſt progreſſio à priuatione ad habitum, vel contra: vt obtenebratio, illuſtratio.

Priuatio { interna videtur, ſi ſpectetur productio & mutatio.
{ externa verò, ſi conſideretur res producta.

De efficiente cauſſa.

Efficiens cauſſa definitur, & vocatur principium motus: ſiue illud vnde principium motus.

Digitized by Google

Hæc { præcipua { Prima & vniuerſalis : vt Deus, imperator.
Secunda & particularis: vt homo, equus, miles.
inſtrumentaria { extra opificem : vt malleus, ſerra, &c.
intra, quæ { vel pura, vt manus.
vel non: vt calor, voluntas, ars, mens.

Efficit { aliquid per ſe, vt cum medicus curat.
aliquid per accidens: vt cum medicus ædificat.

De priuatione.

Forma naturaliter fit { non ex negatione mera, exemp. gr. ex non docto doctus.
ſed ex priuatione. p. ex indocto doctus.

Id eſt fit ex negatione cum potentia, ſeu ex negatione formæ cum opportunitate ad illam ſuſcipiendam.

De fine & exemplari.

Conſule quę docuimus de idea, item quæ de fine in moralibus.
Conſule præterea Compendium Logicum in re topica, & ſeriem cauſſarum efficientium, quæ ponitur in morali deſcriptione.

CAPVT II.

DE ENTE.

ARTICVLVS I.

De doctrina, de ente, principijs, cauſſiſque rerum, déque ſupertranſcendentibus.

Quid Anteprædicamenta?

Anteprædicamentorum nomine quid Logici velint ſignificatum, declaratum eſt ſuprà.

Quid ſupertranſcendens terminus?

Terminus qui ſignificat quicquid cogitari poteſt, ſiue poſſit cohærere in natura rerum, ſiue non poſſit ... vt imaginabile, opinabile, cogitabile, & apud Stoicos τὸ aliquid.

Quid tranſcendens?

Minus propriè, ſed latiſſime ille terminus, qui per multas vagatur categorias: vt accidens, ſucceſſiuum, momentaneum, permanens, &c.
Propriè & latè, qui per omnes vagatur categorias:
vt ens, res, aliquid .... vnum, verum, bonum.

Digitized by Google

Actus & potentia, genus & differentia, materia & forma, modificabile & modus, &c.

Propriissimè & strictè est ens, aut res, aut aliquid, aut vna ex proprietatibus, quæ sunt *vnum, verum, bonum, perfectum, intelligibile, appetibile*, &c.

De doctrina, de ente, Logica.

Logicus præceptor tradere debet explicationem entis, & differentiarum eius: vt statuarius declarationem marmoris, & aliarum materiarum, vndè conficiuntur statuæ.

Sed non debet nisi rudem & modicam. De qua re supra, & in compendijs.

Qua doctrina rerum, caussarum, & principiorum, logicæ præceptiones egent; ea ferè depromenda è cõpendijs, maximè è Logico, & Metaphysico.

Ens.

Entis vocabulo vtendum tanquam nomine, non tanquam participio, vt rectè monet Valla in sua dialectica. *Ens τὸ ὄν. Monitũ.*

Etenim Alberto. teste tract. 3. categ. c. 9. ex D. Th. c. 4. Metaph. lect. 2.

Entis appellatio ab essentia, potius quam ab existentia.

Ens inter transcendentia tenet principatum.

Quanquam reclamante Valla, qui præfert rei nomen.

De essentia, entitate, realitate, quidditate, formalitate, in rudimentis.

De essentia item ad caput de substantia, & de formula *quid* est.

De vsu verbi, sum, es, est, in propositionibus ad libros de Interpretatione.

Res.

Res à rendo dicitur.

Ratio respondet rei in hoc negotio, vt abstractum concreto.

Inuenitur { vt in artificioso opere ars passiua, seu forma artificiosa.
ita in re quauis producta *ratio* passiua, & effecta.

Vt forma artificiosa fit arte, & comprehenditur arte: [::]

Ita essentia { Vel ratione fieri potest, & comprehendi. n. quando est creata.
vel saltem ratione & mente comprehendi. n. si est diuina.

Rei nomen generale est, teste Vlpiano.

Sed aliquando & alicubi excidit generali significatu.

p. { 1. cum enti rationis opponitur, tumque significat omnia præter ens rationis.
2. cùm personis aut personis, & actionibus.
3. quando verbis, & actionibus.
4. cùm speciei, imagini, apparentiæ.
5. quando caussæ.
6. cùm vsurpatur pro rebus gestis, coitu, censu, vtilitate.
7. pro commercio. hinc rem habere cum aliquo.

Realitas sumitur pro veritate, pro perfectione reali, non rationali.

Realiter & personaliter non solent opponi.

Realiter sumitur pro re vera, re ipsa secundum veritatem.

Digitized by Google

Negotium.

Notat Valla, negotium generatim vſurpari pro re, vt quando dicuntur eſſe plura negotia quam vocabula.

Pragma, opus.

πρᾶγμα ſi notationem ſpectes non cadit in Deum, ſed in cętera.
Non ſit Deus, cetera fiunt, ideo poſſunt appellari πράγματα, facta, opera.
Si tamen conſideretur vſus, pragma ſignificat quiduis.

π aliquid.

De π, & de aliquid, agemus in cap. de ſubſtantia.
Aliquid videtur commodiſſimè opponi nihilo, aut ſignificare aliud quid.
Res autem videtur in ſe prius conſideranda, quam opponenda, comparanda.
Ideo entis nomen debet antecedere π aliquid.
π. πaliquid tamen à Stoicis credebatur eſſe ente generalius & communius.
n. quia dicitur { aliquid eſſe: vt homo, arbor, Socrates dum viuit.
{ aliquid non eſſe; vt Socrates mortuus.
Item quia { aliquid verum, vt homo, equus, taurus, &c.
{ aliquid falſum: vt hippocentaurus, chimæra.
Sed tunc π eſſe videtur ſignificare idem atque exiſtere.
Verbum, ſum, es, eſt, videtur ſignificare exiſtentiam quando eſt adiectiuum, vt in iſtis propoſitionibus.
homo eſt, Troia fuit, Antichriſtus eſt, &c.

Eſſentia, entitas, realitas.

Eſſentia quaſi numerus ſpecierum perfectionis, aut ſpecies perfectionis, perfectioue collocabilis in definitione rei.
Entitas numerus perfectionum, aut perfectio quęuis, realitas, perfectio realis.
In ingenti niue { plus eſſe entitatis / non plus eſſe eſſentiæ } dicitur quam in flocco niuis.

Monitum.

Diſtinctio huius termini, ens, poſita in rudimentis, Logicis & Metaphyſicis.
Hic ſumitur fuſiſſimè, & vt de rebus omnibus in recto caſu affirmari poteſt, ac ſignificat [per diſiunctionem] quicquid extra nihili fines.
De non ente, & de nihilo, deque negationibus in compendijs, & in Metaphyſica.
Item de affirmatione, poſitione, categoria.
Poſituum hic ſignificat quod entis & perfectionis rationem habet, & vt habitus, affirmatio, categoria.
[Aliquando ſignificat quod arbitrarium & pendens ab inſtitutione: vt cum ius poſitiuum opponitur naturali:]
Negatiui termini, & priuatiui ad poſitiuos reducendi: vt non videns, & cęcus ad videntem.
De proprietatibus entis in rudimentis Metaphyſicis: vt de vnitate, veritate, bonitate.

Affectiones

Digitized by Google

Affectiones entis.

Ens ſuas proprietates habet ſed ſubiectum in formali notione includentes, ſubiectoque nihil perfectionis nouæ adijcientes: de qua re in cap. de proprio.

Veritas rei ex. gr. eſt ipſa illius entitas cum relatione quadam ad exemplar atque mentem.

Proprietates huius generis ſunt *vnitas*, *veritas*, *bonitas*, & vt nonnulli volunt perfectio quæ tamen ad veritatem reuocari poteſt: res quæuis vna, vera, bona, perfecta.

De bonitate egimus in ethicis, vt & de perfectione.

Vnum.

Vnum { generatim quicquid in ſe indiuiſum, vt digitus, manus, homo.
Vnum { ſpeciatim & exquiſitè quod indiuiſum in ſe, & diuiſum à re quauis alia, vt homo.

Vnum eſt aliquid { homo quidem generatim & ſpeciatim, vt & equus.
Vnum eſt aliquid { manus vero hominis generatim non ſpeciatim.

Vt res quæque eſt vna, ita etiam eſt ens atque eſt, ideo manus non eſt exquiſitè, quia non eſt exquiſitè vna.

Sublata vnitate res perire deprehenditur: vt quando diruitur domus.

Vnum { aliquid per ſe { ſimplex, vt animus.
Vnum { aliquid per ſe { compoſitum, vt homo, equus, mare, &c.
Vnum { aliquid per accidens: vt candidum, domus, exercitus, &c.

Verum.

Ratio quæuis paſſiua reſoluitur in actiuam: vt ars paſſiua in actiuam.

Nuſquam inuenitur ratio paſſiua, ſiue modus, commenſuratio, forma, analogia, proportio, &c.

Quin { vel illic ſit mens & ratio: vt in homine, deo, Angelo.
Quin { vel illud, illaue in rationem actiuam, tanquam in cauſſam tandem diſſoluatur.

Proportio ex. gr. & commenſuratio ſigilli cerei pendet ab annulo, annulus à ſculptoris ratione, mente & arte.

Omnino rerum omnium aliarum rationes & formæ ad diuinam rationem, tanquam ad exemplar reuocantur.

Veritas ad mentem pertinere dicitur, vt bonitas ad appetitum.

Reuocetur { Identitas ad vnitatem.
Reuocetur { Perfectio ad vnitatem & veritatem.
Reuocetur { Intelligibilitas ad veritatem.
Reuocetur { Appetibilitas ad bonitatem.

[:]

Digitized by Google

Distinctiones rerum, entiumque celebriores.

Ens { realè / rationale } { potestate vt ignibile / actu vt ignis } { per se, vt homo, animal. / per accidens, vt exercitus. }

Res { à se / ab alio } { caussa / effectus } { infinita / finita } { totum / pars } { contingèns / necessaria }

Item { relata / absoluta } { corruptibilis / incorruptibilis } { spiritalis / corporea } { momentanea / successiua / permanens }

Item { vna / multiplex } { simpliciter ens vt substantia. / entis ens, vt accidens. }

Aliquid { bonum / malum } { verum / falsum } { perfectum / imperfectum } { positiuum / priuatiuum / negatiuum } &c.

Ceterum ex his diuisionibus quædam manifestam inuoluunt homonymiam; celeberrimaque diuisio rerum in substantiam & accidens, aut in 10. Categorias.

Pauca hæc memoriæ refricandæ caussa hîc attexuimus, luculentior de hoc negotio, pauloque altior doctrina, & notitia è sapientiæ penetralibus repetenda.

ARTICVLVS II.

Ens cuiusmodi terminus?

Ens quale nomen?

Constat esse concretum, non abstractum. (··)

Constat esse communissimum, non autem singulare aliquid.

Non esse merè homonymum & ambiguum.

Si inter res omnes intercedit aliquid similitudinis, ergò ens non dicitur homonymè, & per meram ambiguitatem.

Atqui inter res omnes intercedit aliquid similitudinis.

Nam { effectus similis caussæ aliquo saltem modo. / ideo quæuis creatura similis Deo. / quæuis creatura similis cuiuis creaturæ. } ¶

Quia { vna ducit in cognitionem alterius, quiduis per quiduis explicari potest. / quæ sunt similia vni tertio, & inter se sunt similia. }

Ergo Aristoteles merito negat ens homonymè dici 4. Metaph. & 1. Eth. c. 6.

Obiectiones.

Prima. Aristoteles interdum asseuerat ens homonymè dici.

D. generali homonymiæ significatu, C. speciali, & mera homonymia, N.

Digitized by Google

Homonymia ſecunda, quæ definitur in veſtibulo huius libri, cadit in categorias, & in entia. 2.

Atqui non definitur niſi purior. N. S.

Diuerſa nihil commune habent: Categoriæ ſunt diuerſæ, ex 10. Metaphyſicæ cap. 11. Ergo nihil commune habent. 3.

D. P. ſynonymè, C. analogicè, N.

Quicquid indicat aliquid cõmune multis reb⁹, id ponitur in earũ definitione. 4.

Atqui ens non ponitur in definitione rerum ex 8. Metaphyſicæ cap. 8. Ergo nihil habet commune ſubſtantiæ, & accidenti prẹter nomen.

D. P. ſi ſit ſynonymum & vniuocum, C. vt animal, arbor, &c.

Si analogum D. { explicitè, vel implicitè, C. / explicitè, N.

D. S. explicitè & expreſsè, C. implicitè, N. quia analogicus terminus continetur in ſynonymo.

Nihil interijcitur inter ens abſolutum, & ens relatum, &c. 5.

R. ens { non interijci tanquam quid medium propriè, / ſed eſſe quid ſuperius vtroque:

vt animal quid ſuperius & communius homine & bellua.

Si πὸ ens eſt quid commune, & ſuperius decem categorijs, & decem ſummis generibus, quomodo ab ijs diſtinguitur? 6.

R. { diſtingui ratione, & cogitatione. / conſulendum eſſe ſermonem de diſtinctione rerum ad lib. Metaph.

Subſtantia, quantitas, &c. ſunt aliquomodo vnum ex 4. Metaphyſicæ. 7.

R. { abſolutè eſſe vnum per analogiam. / vt ſunt ſuppoſito in eodem, eſſe vnum ſecundum ens, non ſecundum πὸ eſſe: de conceptione entis infrà.

Sit-ne terminus ſynonymus & genus.

Synonymiam πόυ entis dicitur aſſeruiſſe Plato.

Sententiam eius propugnant Arabes multi, propugnat Scotus cum ſectatoribus.

Sed hi contendunt ita eſſe vniuocum & ſynonymũ ens, vt negent eſſe genus.

Quo ſenſu { plura ſunt quam quinque ſynonymorum genera. / non omne ſynonymum, eſt genus vel vltima ſpecies.

Alij volunt ita ſynonymum eſſe, vt ſit genus generaliſſimum.

Poſterior hęc ſententia videtur aſſeri & propugnari poſſe licet aduerſante Ariſtotele, ſed propugnari eo modo quo docebimus infrà ſubſtantiam eſſe genus.

Vtraq; refellitur multis argumentis, ſed magna ex parte leuiuſculis.

Teſtimonia ad refutationem.

Imprimis aduerſatur Ariſtoteli, 1. Phyſic. cap. 2. 4. Met. cap. 2. 7. & 12. Meta. 1. Ethic. cap. 6. 1. priorum cap. 2. 2. poſteriorum cap. 7.

Prima coniectura ad refutationem.

Si ens dicitur ſynonymè; vel eſt genus, vel ſpecies, vel differentia, vt colligimus ex cap. de ſubſtantia contra Scotum.

Digitized by Google

Perſpicuum eſt non eſſe ſpeciem vltimam, non differentiam: non eſſe genus probauimus in rudimentis ex Ariſtotele.

3. Metaphyſic. cap. 3. genus enim habet differentias, in quarum notione, & definitione non includitur, ens neceſſe eſt includatur in notione formali cuiuſuis differentiæ ne hæc ſit formaliter nihil, ergo ens non habet, generum more differentias, animal non eſt de natura rationalitatis.

Secunda coniectura.

Ex Ariſtotele. Quod dicitur per prius & poſterius, id neutiquam eſt ſynonymum.
Ens prius conuenit ſubſtantiæ quam accidenti: Ergo non videtur ens ſynonymum.

Tertia coniectura.

Si ens eſt genus, quęuis differentia eſt illius ſpecies, & regrediemur in infinitũ.

Quarta coniectura.

Ex vniuocis [vniuocatis & abſolutis non vniuocantibus] vnum per alterum non definitur, accidens definitur per ſubſtantiam: ergo, &c.

Quinta coniectura.

Genus collocatur } expreſsè in definitione rerum.
Ens non ponitur }

Sexta coniectura.

Genus ex æquo conuenit inferioribus ſaltem ratione eſſentiæ, ens non item.

Septima coniectura.

Accidens eſt entis ens potiuſquam ens [abſolutè & ſimpliciter.]
Accidens pendet à ſubſtantia abſolutè, etiam qua parte eſt ens.

Octaua coniectura.

Species eiuſdem generis ſunt ſimul natura. (·.·)
Subſtantia ſecundum naturam eſt prior accidente.
Ergo ſubſtantia & accidens, non ſunt ſpecies eiuſdem generis.
Conſulenda quæ ſequuntur.

Eſſe analogicum quid.

Si ens nec homonymè dicitur nec ſynonymè cùm tamen ſit terminus communiſſimus, qui diuiſim conuèniat multis, imò omnibus rebus.
Reliquum eſt vt dicatur per analogiam meram, vel per attributionem, ſeu ab vno, & ad vnum.
Quæ ſententia authorem habet Ariſtotelem, 4. & 6. Top. & citatis locis, propugnatores Alexandrum, Themiſtium, Auerroem, D. Thomam, &c.
Suadetur iiſdem ferè argumentis, quibus oppugnatur mera homonymia, & ſynonymia.
Conſulendus ſermo de categoriarũ numero, deque ſubſtantiæ generalitate.
Si ſubſtantia dùm fuſe ſumitur non eſt genus, multo minus ⁊ò ens erit genus.
Atqui ſubſtantia dum fusè ſumitur non eſt genus, vt dicetur poſtea.
Ergo neque ens.

Digitized by Google

Princeps argumentum.

Deſtruximus meram entis ambiguitatem, & homonymiam.
Saltem dum confertur cum Deo, & creaturis, ſiue cum rebus veris.
Deſtruenda ſynonymia, & generalitas: ſic deſtruitur:
Impoſſibile eſt eum terminum, qui de rebus omnibus affirmetur in recto caſu, eſſe genus, eſſe ſynonymum quid, &c.
Ens autem dum fuſè ſumitur prędicatur de rebus omnibus in recto caſu: ergo ens non eſt genus, non eſt quid ſynonymum.
Si ſubſtantia dum fuſè ſumitur, non eſt genus, multo minus ens erit genus: atqui ſubſtantia dum fuſè ſumitur non eſt genus: ergo neque ens.

Monitum.

Diſcrimen aduertendum,

Ens naturale, ſiue res naturalis prędicatur in recto caſu de omnibus, quę continentur in phyſiologia.

Corpus naturale { partim in recto / partim in obliquo } vt ſignificatum alibi.

Quicquid phyſiologicum eſt, illud { vel eſt corpus naturale. / vel naturalis corporis. }

Animal complectitur quicquid infra ipſum eſt, ſed partim in recto, partim in obliquo caſu.
Socrates, bucephalus, & homo, ſunt animal.
Caput, rationalitas, &c. non animal, ſed animalis.
Animal nunquam ſolet prędicari in recto caſu, de rebus omnibus, quas coërcet ambitu ſuo.
At ſubſtantia interdum eſt animali ſimilis.
Nimirum quando eſt ſummum genus.
ideſt { in recto caſu de generibus, ſpeciebus & indiuiduis ſuis. / in obliquo prædicatur de aliis. }
Socrates, homo, & animal ſunt ſubſtantia.
Caput, & rationalitas eſt ſubſtantię, non ſubſtantia.
Sed frequentius ſubſtantia prędicatur tum de toto, tum de partibus, in recto caſu, in h.m.
Caput eſt ſubſtantia, homo eſt ſubſtantia.
Ex non ſubſtantia, non fit ſubſtantia Ariſtoteli.
i. quicquid ſubſtantiam componit id ſubſtantia eſt.
Quo quidem modo ſubſtantia excidit generalitate & ſynonymia, debetque recenſeri inter analogicos terminos, vt poſtea ſignificabitur.
Si vt ſubſtantia dupliciter ſpectatur: ita etiam & τὸ ens dupliciter conferatur cum rebus omnibus, cum omnibus poſitiuis terminis.
n. { priori vt omnia cõplectatur partim in recto, partim in obliquo, dicatur ex. g. homo eſſe ens, caput non eſſe ens, ſed entis. / poſteriori modo, vt de omnibus affirmetur in recto caſu ad hanc nor-

Digitized by Google

mam: homo eſt ens, caput eſt ens, ratio eſt ens.

Priori videtur poſſe obtinere rationem generis etiam ſynonymi.

Sed { hæc vſurpationis ratio inſolentior eſt. / hoc modo ens non erit terminorum poſitiuorum communiſſimus.

poſitiuum, habitus, & categoria de pluribus affirmabuntur in recto caſu.

Poſterior vſurpationis conceptioniſque ratio eſt vſitatior, & congruentior methodis philoſophicis.

Non eſt progrediendum in infinitum in excogitandis terminis communibus.

Fruſtra fit per plura, &c.

Ideo ens fere ita ſumitur, vt de re quauis ſit affirmabile in recto caſu, ſiue ſit totum, ſiue pars.

Quo modo exuendum eſt vniuocatione.

M. Alterum.

Conſiderandæ variè diuiſiones entis, vt ſubſtantia feratur clarior de entis vſurpatione.

Confertur { primo cum *vero* & *negatiuo* / ſecundo cum *reali* & *rationali* } de qua collatione alibi.

Reliquæ diuiſiones videntur æſtimandæ ex duabus præcipuis.

Quarum { priori tribuitur Deo & creaturæ. / poſteriori diuiditur in ſubſtantiam & accidens.

Conſulendus ſermo de diuiſione entis. lib. metaph.

Compoſitio intelligitur ex diuiſione, & contrà.

De priori diuiſione.

Ens quale nomen dum tribuitur Deo, & creaturis?

ens videtur *attributiuum* quando confertur cum Deo & creatura, cum ente increato & creato.

Ratio prima. Primò quia magis videmur à Deo pendere, vt ſimus, & vt intelligamur, quam à ſanitate animalis, ſanitas vrinæ, ſanitas pharmaci.

2. Creatura mutuatur entitatem à Deo.

Sumus magis *Dei*, quam ſumus *noſtri*.

2. quia ens non poteſt ita latè ſumi, quin includat deum ſaltem tanquam ſuum finem.

Res implicitè includit cauſſas, & principia ſine quibus non poteſt eſſe.

Omnino quando ſic diuiditur ens, non videtur ſynonymus terminus, ideo eſt merè analogicus, vel attributiuus, &c.

Synonymus terminus videtur per naturam prior quouis ſuorum inferiorum: vt animal prius homine, & bellua.

Porrò ens non eſt ſecundum naturam, aut rationem prior quàm deus.

Digitized by Google

hic enim eſt finis cuiuſuis rei, atque entis.
Eſt factor, ſeu conſeruator cuiuſuis creaturæ.
Vt bonum dum ſumitur latè, includit finem.
quia quoduis bonum { vel eſt finis, vt ſanitas. / vel eſt ad finem, vt media.
Ita ens omne, vel eſt Deus, vel eſt Dei.

Argumentum commune aduerſus entis ſynonymiam.

Synonymus terminus conſtringitur { partim per detractionem } vt dictum / { partim per additionem } alibi.
Atqui enti fuſiſſimè ſumpto, & quatenus de rebus omnibus prædicatur in recto caſu, nihil addi & adiungi poteſt. Ergo, &c.

De poſteriori diuiſione.

τὸ ens videtur etiam attributiuum eſſe quando comparatur cum ſubſtantia & accidente illi inhærente, fere propter ſimiles cauſſas.
Vt ſanitas vrinæ non tam eſt ſanitas abſolutè, quam ſanitatis ſanitas.
Ita etiam creatura & accidens eſt entitatis entitas, aut entis ens, & res rei.
Ideo { nec creatura perfectè ſcitur & intelligitur donec diſſoluatur in primam cauſſam. i. Deum. / neque accidens perfectè comprehenditur, donec reſolutio fiat in ſubſtantiam, ex qua pendet.

De comparationibus entis, minimè attributiuis.

Quod attributiuum, non eſt ſecundum quamuis comparationem attributiuum, vt ſignificatum.
Quoties τὸ ens comparatur cum duobus, quorum vnum, non pendet ab altero. p. cum mente, & cum lapide, cum arbore, cum metallo, &c. tunc non videtur habere attributionem, vt conſtat ex definitione attributionis, ſed proportionem tantum, aut etiam ſynonymiam.
Si ens conferatur cum ſolis ſubſtantiis poteſt ſynonymè dici.
Homonymiæ & ſynonymiæ reſoluuntur in ſynonymias, ne progrederemur in infinitum.

Quæ attributio enti conuenit?

Videtur conuenire attributio prioris generis, vt conſtat ex diuiſione, & definitione.

Prima obiectio.

Si verum & bonum ſunt quid ſynonymum, & τὸ ens pariter ſynonymum eſt.
Atqui ex 2. Metaphyſicæ conſtat verum eſſe quid ſynonymum. Ergo, &c.
D. S. { ſi ſynonymum voces terminum expertem puræ homonymiæ, C. / ſi terminum expertem cuiuſque homonymiæ. N.

Digitized by Google

Secunda obiectio.

ExDeo & creatura
Ex substantia & accidente } exprimi potest notio communis, cum sint similes.

R. talem notionem si complectatur omnia per rectum casum, futuram tantum analogicam.

Nisi complectatur omnia per rectum casum, non futuram communissimam ideo excogitandum esse communiorem terminum, qui prædicetur in re & casu, de perfectione quauis.

Quærendum de eo cuiusmodi sit.

Tertia obiectio.

Obiectum scientiæ est vnum genus.

Atqui τὸ ens proponitur, pro materia & argumento. Ergo. &c.

R. ad propositionem esse synonymum vel analogicum.

Quarta obiectio.

Quæ comparantur, sunt eiusdem generis, &c.

D. Analogici vel synonymi C. synonymi, N.

Quinta obiectio.

Accidens per diuinam virtutem separatur à subiecto.

Ergo non est formaliter ens per substantiam.

R. esse per procliuitatem ad substantiam.

Sexta obiectio.

Veteres { fatentur & lumen esse aliquid rei. / dubitant sit-ne substantia, an accidens.

Ergo ens concipi potest, sine substantia & accidente, ac proinde synonymum est.

R. concipi confusè, non distinctè.

Septima obiectio.

τὸ ens facere potest contradictionem, ad hunc m. ens, non ens. Ergo est homonymum.

D. purè, merè, strictè C. homonymum latè. N.

Octaua obiectio.

Si esset alia ratio, & entitas substantiæ, alia accidentis.... hostiam consecratam dignoscere, & distinguere liceret à non consecrata.

N. quia sensus non percipit substantiam, nisi per accidentia.

Arborem torpentem à mortua, per hyemem vix secernimus.

Nona obiectio.

Ens habet vnum conceptum obiectiuum.

R. quærendum esse qualem sortiatur.

Decima obiectio.

Quæ rationes adimunt synonymiam enti, adimunt etiam substantiæ: substantia tantum dicitur synonymè.

R. quærendum

Digitized by Google

R. quærendum poſtea, quomodo dicatur ſubſtantiæ nomen.

Subſtantia dum ſumitur pro apice primę categoriæ, eſt genus.

Etiamſi dicatur tantum analogicè quand. diuiditur in totalem, & partialem, primam, & ſecundam.

Quid impedit quo minus τὸ ens à nobis vſurpetur ad ſignificandam perfectionem primam & communem rebus omnibus, tum creatis, tum increatis, ad quam deinde fiant acceſſiones, eo modo quo fiunt ad τὸ animal?

R. tunc non futurum ens terminorum communiſſimum.

Niſi eo modo quo corpus naturale eſt quid communiſſimum in phyſiologia.

Opus eſſe termino communiſſimo, qui complectatur quiduis per rectum caſum.

Fruſtra τὸ ens ſpoliari iure communiſſimæ ſignificationis, cum non occurrat commodior terminus, qui in ipſius locum ſufficiatur.

Loquendum eſſe, vt loquuntur omnes.

ARTICVLVS III.

De Entis conceptu, diuiſione, differentiis.

Monitum.

Conſulenda doctrina compendiaria de conceptu, & doctrina de Stoicorum idea.

Conceptus { formalis, obiectiuus } vt declaratum eſt in rudimentis.

Vt viſio & intuitio, } Ita formalis conceptio { planè diſtincta. / planè confuſa. / partim confuſa, partim diſtincta.

Quid formalis, quid obiectiuus conceptus?

Formalis conceptus eſt ipſa intellectio, quatenus eſt imago rei, quæ actu intelligitur, vt notio hominis, dicitur que *verbum internum.*

Obiectiuus eſt res ipſa quę intelligatur, quatenus imagine illa repræſentatur, vt homo, humanitas cogitata.

Formalis autem notio, conceptione entis, vt aliarum rerum aut terminorum cogitatur triplex. n. planè diſtincta, planè cõfuſa, & partim diſtincta, partim confuſa.

Quæ varietas conceptionis ex inſpectione alicuius paginæ, libri, vt cumque intelligi poteſt.

Potes & pigmam totam intueri, ita vt nihil diſtinguas, & diſtinctè intueri duas ſyllabas grandiuſculis figuris illic exaratas, & diſtinctè intueri ſyllabam vnam, aut duas, cætera confuſè intuendo.

Digitized by Google

Est-ne conceptus entis obiectiuus vnus ?

Respondeo pauci, esse aliquomodo vnum, præcipue quando notio, siue conceptio est valde confusa.

Homonyma, quæ merè homonyma vix faciunt conceptum vnum obiectiuum

Synonyma videntur facere vnum, licet reclament Nominales.

Analoga mediam quandam naturam, & conditionem videntur obtinere.

Est-ne formalis vnus ?

Videmur vna mentis opera percipere quicquid possibile, quicquid est, & quicquid esse potest.

Alioquin huic vocabulo, possibile, notio vix respondeat vlla.

Nam cur hoc, potius quam illud cogiteur?

Sed sine non possumus percipere nisi confusè, itaque formalis conceptus entis vt sit vnus, est confusus valdè.

Monitum.

Ratio diuidendi τὸ ens repetatur è compendiis.

Item principes, & communiores modi, ac differentiæ τοῦ entis.

animal diuiditur in species { detractione de entitate. / adiectione ad essentiam.

Enti & termino qui complectatur omnia quid adiunxeris?

Ens ergo dum diuiditur constringiturque, & fit angustioris significatus, diuiditur per detractionem.

Si dicitur quid adiungi, dicitur { non quòd adiungatur res aliqua. / sed quòd res aliqua clarius expressa.

Cum pronuncias τὸ ens, concipio quiduis, saltem confusè & imperfectè: concipio successiua, momentanea, & permanentia.

Cum dicitur ens successiuum { claius percipio *successiua*. / sed amouco { tum *momentanea*. / tum *permanentia*.

Cónsimiliter iudicandum est de cæteris additamentis, & accessionibus ad terminum τὸ ens.

τὸ ens coniungi potest ac solet cum suis speciebus & inferioribus, in hunc modum.

Ens absolutum, res absoluta, ens respectiuum, &c,

Sed sæpe τὸ ens non exprimitur, vt quando dicitur:

Successiuum, absolutum, substantia, & accidens, &c.

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

De Indiuiduo.

ARTICVLVS PRIMVS.

De doctrina, nomine, distinctione.

Cur agendum hîc de indiuiduo?

Primò quia habemus duces Porphyrium, & Aristotelem.

Secundò quia { *singularitas* opponitur *vniuersalitati.*
oppositorum eadem disciplina.

Tertiò, quia profitemur artem *opinandi*, non *sciendi* tantum.

Ideo nomina propria, non minus quam communia digerenda sunt in certos ordines.

Quartò quia in negotiis practicis vtilior indiuidui notitia, quam vniuersalis.

Monitum circa conceptum entis.

Quando sic loquimur: Deus non potest nisi possibile ..... non videtur possibile constringendum, & contrahendum ad certum aliquod genus rei possibilis, sed complectitur quiduis.

Alioquin foret oratio falsa.

Notio, nomenclatura.

Describitur { indiuiduum, id quod vnum in vno.
vt vniuersale vnum in multis.

Vocatur *singulare*, vnumquodque particulare, quod secundum partem, primum, vltimum, indiuiduum, atomum, vnum numero.

Indiuiduum, quòd non diuidatur more vniuersalium.

Indiuiduum { aliquando vltima species: vt homo.

Singulare { sæpius quod non est vniuersale: vt Petrus.

Vnum numero { latè quicquid singulare est: vt Michaël, Petrus.
magis propriè, quod ita est singulare, vt sit materiale.

Distinctio.

Datur { *caussa singularis*, quæ dicitur secunda, particularis, & priuata, vt homo, planta.
signum singulare: vt imago Ludouici.
essentia singularis: vt categorema singulare: vt Socrates, Plato.

Agimus autem de hoc tertio significatu.

Quæritur quot modis res vna eademque, sit tertio significatu singularis, minimeque diuisibilis in inferiora, & neutiquam *communicabilis* per modum generis, aut speciei.

Digitized by Google

Videtur autem esse duobus, sed affinibus.

n. { vno quia est vna in vno, siue habeat materiam, siue non.
   { altero quia cognoscitur tanquam vna in vno, deque vno tantum est prædicabilis.

Itaque apud eosqui *vniuersalitatem* putant esse mentis opificium, duplex videtur esse Socratis & cuiuslibet rei *singularitas*.

n. { singularitas *realis*, quam natura tribuat.
   { singularitas *Logica*, & *rationalis*, quam mente tribuamus.

Nam si mens dum rem intuetur generatim, imprimit illi vniuersalitatem, ... cur non & singularitatem quandam, dum intuetur sigillatim?

Quanquam & apud eos, qui naturam opificem vniuersalitatis faciunt, videtur posse retineri distinctio proposita: sed ad sensum mox exponendum.

Quid vtraque singularitas, seu quid singularitas generatim?

Est id quo res est formaliter vna tantum & in vno.

Quid realis singularitas?

Est modus quidam per quem verè, aut citra cogitationis operam res est singularis, seu vna in vno tãtum (vt humanitas Socratis in vno Socrate) per quem redditur neutiquam communicabilis more vniuersalium.

Quid indiuiduatio?

Est effectus formalis, qui prodit ex coniunctione singularitatis cum natura, quæ per illam redditur incommunicabilis, indiuisibilis.

Quotuplex singularitas?

est { essentialis } { realis } { rei positiuæ } &c.
    { aduentitia } { rationalis } { rei negatiuæ }

Essentialis { in ente rei } { in rebus corporeis.
            { in ente rationis } { in rebus incorporeis: p. in Michaële.

In corporibus à nonnullis statuitur duplex singularitas.

Vt corpus sit vnum { primo quia habet essentiam vnam aut materiam vnam
                   { secundo quia habet vnam quãtitatem, siue vnã molem.

Quid logica, siue rationalis singularitas?

Est forma rationalis per quam aliquid redditur incommunicabile, indiuisibile

Vbi inuenitur?

Inuenitur in mero ente rationis, vt quando fingitur chimæra singularis.

Et nonnullorum iudicio etiam in ente rei dum cogitatur tanquam vnum & singulare.

Apud quos est affectio per quam res secundum cogitationem vna est in vno, & de vno tantum prædicabilis.

Quomodo logica ab essentiali distinguitur?

Realiter videtur distinguenda, si vniuersalitas est mentis opificium; ratione tantum, si natura est opifex vniuersalitatis.

Digitized by Google

Tunc enim res in ſe ſpectata, eſt eſſentialiter & metaphyſicè vna, ſeu vna in vno.

Eadem relata ad mentem eſt logicè vna, ſeu cognoſcibilis tanquam vna in vno: modus cognoſcendi ſequitur modum eſſendi.

ARTICVLVS II.

De principio indiuiduationis in rebus.

Quotuplex rei determinatio?

Vna eſt per quam collocatur in certo genere, in certa ſpecie. p. Bucephalus in ſpecie equi, non in ſpecie leonis:

Atque hæc in creatura non modo pendet à prima cauſſa!, verumetiam à ſecunda ſi ſecundam habet. De qua re in Metaphyſicis.

Altera per quam planè omnino & vltimatè determinatur, & fit incommunicabilis multis. p. per quam certa natura eſt Bucephali tantum.

Quæritur
- per quid ſubſtantia corporea, & prima, ſit prima, indiuidua, incommunicabilis, ſingularis.
- per quid ſubſtantia ſpiritalis ſit ſingularis.
- per quid accidentia ſint ſingularia.
- omnino quid ſit illud, quod rem reddit ſingularem.

Accuratum examen pertinet ad Metaphyſicum.

Primam quęſtionem paucis excutiamus.

Per quid ſubſtantiæ corporeæ ſunt indiuiduæ?

Finis notus. Res fit indiuidua vt exiſtat, vt operetur.

Effectrix cauſſa quęritur à Metaphyſico in ſermone de vltima determinatione.

Subiectum, eſt ſpecifica aliqua natura: vt humana, equina.

Generali naturæ non accreſcit ſingularitas, niſi per naturam ſpeciei indiuiduam.

Animal non fit hoc, niſi prius efficiatur homo, vel equus, &c.

Alioquin dari poſſet animal, quod neque eſſet homo, neque bellua.

Formæ hic duntaxat quæritur, per quam res fit indiuidua, & ſingularis.

Conſueuit aûtem appellari principium *indiuiduationis*.

De hoc in corporum negotio variæ ſententiæ, ex quibus quædam traduci poſſunt ad vniuerſum genus.

Prima ſententia.

Vt datur aliquid per quod homo eſt formaliter homo. p. animus.

Aliquid per quod eſt formaliter candidus. nempe candor.

Ita aliquid per quod res eſt formaliter indiuidua, ſingularis, incommunicabilis, indiuiſibilis:

Id nuncupatur *ſingularitas*, *hæceitas* à Scoto, & eius ſectatoribus.

Sed non promouemus niſi quęrimus, quid ſit illa forma, aliquidne externum, an internum.

Digitized by Google

Secunda ſenrentia.

Indiuiduum ab indiuiduo, quod ſit eiuſdem ſpeciei, nonnulli diſtingunt tantum accidentium coaceruatione, & numero : Itaut inde videatur appellatum vnum numero.

Sanè in quouis corpore inuenitur multitudo quædam proprietatum, ſeu affectionum, quæ non videntur eædem [ſecundum ſpeciem] alibi reperiri vniuerſæ. p. idem genus, eadem ætas, idem color, eadem magnitudo.

Sed hæc coaceruatio videtur { declarare / non facere } rem indiuiduam.

Tertia ſententia.

Eſſentiali differentia, nonnulli indiuiduum quoduis ſecernunt ab alio quouis. p. Socratem à Platone.

Itaque quæ nobis ſunt indiuidua, illis ſunt quaſi ſpecies.

Sed fruſtra fit per plura, &c. ſi ſufficit modus, non requiritur differentia.

Præterea { eſſentiæ corporum non innoteſcunt niſi per proprietates. / nulla proprietas in Platone inuenitur, quæ in alio non poſſit habere locum.

Quarta ſententia ex Diuo Thoma cap. 2.

De ente, & eſſentia.

Subſtãtia corporea, vt Petrus, Paulus, Bucephalus, hic taurus, hæc arbor, &c. eſt ſingularis, & diſtinguitur ab alia, quæ ſit eiuſdem ſpeciei, per materiam *ſignatam*, tanquam per principium indiuiduationis. j. vt loquitur Scaliger, per materiam *inſtrumentatam*, ac diſpoſitam ſaltem per extenſionem, quantitatem, alias omiſimus interpretationes.

Sed refelli ſolet hæc ſententia, quia Socrates Platoni eſt conſimilis non modo ratione animi, verum etiam ratione corporis & materiæ.

Quæ materia eſt ſubſtantiæ vnius. p. equi, eadem poſtea eſt alterius.

Aliquid de materia noſtra decerpitur in dies.

Item, quia quæ materia eſt vnius ſubſtantiæ. p. equi, eadem poſtea eſt alterius .p. vermis.

Quinta ſententia ex Scaligero.

Scaligero res eſt vna, & indiuidua per formam. p. Socrates per ſuum animum quia res eſt hoc, per illud per quod eſt.

Sed reſpondemus apud Peripateticos rem eſſe non modo per formam, verum etiam per materiam.

Sexta quæ maximè probabilis.

Principium rei indiuiduæ idem eſt re ipſa cum principio rei, licet non idem ratione.

Per quæ principia res eſt, [eſt ens]. p. homo, equus, taurus, &c. per illa ipſa eſt ſingularis, vna, indiuidua, incommunicabilis.

Ita vt ſingularitas ratione tantum & formaliter diſtinguãtur ab eſſentia.

Digitized by Google

Quare { vt Plato eſt ens per ſuum animum, & ſuum corpus.
ita etiam eſt hic, per ſuum animum, & ſuum corpus.

Sed { vt magis ſumus per formam, quam per materiam.
ita etiam magis indiuidui per formam.

Maximè cùm { materia vna, eademq; numero pluribus rebus cõmunicetur, per modũ partis ſaltẽ ſucceſſiuè: vt homini, cadaueri, & terræ.
forma eadem numero non tribuatur duobus ſuppoſitis. p. Euphorbo, & Pythagoræ.

Singularitas autem ipſa per quam redditur incommunicabilis diſtinguiturque à quauis alia, quæ ſit ſpeciei eiuſdem aut diuerſæ, ſic habet.

Videtur eſſe { non differentia eſſentialis aut perfectio noua ſuperaddita.
ſed modus duntaxat ſuperadditus ſpeciali naturæ pro determinatione.

Itaque definitur *modus primo* incommunicabilis, &c.

Monitum.

Monitũ. Cùm Deus produxit aliam naturam humanam à natura Socratis, eiuſdem tamen cum hac generis, & ſpeciei ..... facere potuit, vt illa foret re ipſa, & realiter idem cum natura humana Socratis.

(Poteſt enim producere { ignem qui fuit, &c.
ignem qui numquam fuit.
ignem qui iam eſt), &c.

Non fecit tamen, ſed realiter diſtinxit.

Natura illa producta { 1. diuidi nequit more vniuerſalium.
2. realiter diſtinguitur à natura Socratis, & à ceteris.

Quæritur quid ſit illud per quod redditur indiuiſibilis, & realiter diſtinguitur à natura Socratis.

Videtur eſſe { non congeries accidentium.
non differentia, & perfectio noua ſuperaddita. ℣
non materia ſola *ſignata*.
ſola forma ſubſtantialis.
Sed hęcceitas, & modus quidam per ſe primo incommunicabilis, quo natura illa redditur indiuiſibilis, & diſtinguitur à Socrate & ſexcentis alijs rebus.

Obiectiones.

Res non diſſentiunt, & ſimul conſentiunt per eandem formam:
Atqui conſentiunt per ſingularitatem. Sunt enim omnes ſingulares, incommunicabiles, determinatæ. 1.
Ergo non diſtinguuntur à ſe inuicem per ſingularitatem.

D. P. { eodem ſpectatam modo, C. ℣
ſecundam diuerſos modos, N.

Per animum { conſentimus cum talpa quatenus eſt principium ſentiẽdi.
diſſentimus à talpa quatenus eſt principium ratiocinandi.

Digitized by Google

D. S. { si generatim spectetur singularitas, C.
si consideretur, vt est cuiusque propria, N.

2. Videtur singularitas egere alia singularitate per quam efficiatur singularis, & hæc singularitas. ....: Ergo progrediendum est in infinitum.
N. Antecedens, quia singularitates conueniunt tantum analogicè.
Sunt singulares & incommunicabiles per se ipsas.
vt linea per se ipsam est longa.

3. Nihil essentiæ reperitur in Platone, quod non in Socrate deprehendatur.
Ergo sunt essentialiter vnum atq; idem: proindè non nisi per accidentia distinguuntur.

D. { si per identitatem vsiæ & essentiæ intelligatur similitudo tantum, C.
hæc autem est *vnibilitas*, potiusquam vera vnio.
si vera realisque identitas, N. Socrates non est magis realiter idem cùm Platone, quam cùm Bucephalo.

Socrates, inquis, non differt a Platone per [suam] animalitatem, humanitatem.

D. { si loquamur de notionali distinctione, & communi humanitate, C.
si de reali distinctione, propriaque humanitate, N.

Seu { quatenus humanitas seiungitur ab ipsius singularitate & fit communis, C.
quatenus coniungitur cum singularitate Socratis, N.

Monitum. Nam { multa distinguũtur realiter quæ tamen in vnam notionem coëunt: vt oua duo, duæ naturæ humanæ.
multa realiter idem, quæ tamen in duas distrahuntur notiones: vt calor & calefactio, animalitas hominis, & eiusdem rationalitas.

4. Vnum numero Aristoteli, ea quorum vna est materia.

Sanè { idem videtur principium diuisionis, & multitudinis, quod vnitatis & contra.
materia Aristoteli est principium diuisionis, multitudinis.

Ergo materia videtur esse principium indiuiduationis.

Interpretatio prima.

Ex Scot. Vt forma duplex .n. { physica, vt animal.
Metaphysica, vt humanitas.

Ita materia { Physica, vt corpus nostrum:
vel Metaphysica: vt illud quod præter humanitatem nomine hominis significatur.

Per hanc materiam res videtur esse vna numero & singularis.

Ex Aver.

Secunda interpretatio.

Aliud est indiuiduum, aliud est vnum numero, vt supra declaratum.
In natura nihil est non indiuiduum, non singulare: naturæ communes non existunt per se primo; non quidquis tamen est vnum numero.

Numero

Digitized by Google

Numero vna propriè ea singularia quæ corporea, quæ numerum verum componere possunt, &c.

Tertia interpretatio.

Non quæcunque sunt vnum numero, ea vnam materiam habent. Nisi loquamur tantum de rebus physicis.

Sed ea quorum vna est materia, sunt vnum numero. j. pro vno numerantur, sunt vnum secundum ens.

Consule sermonem compendiarium de vnitate.

Non multiplicantur in eadem specie, inquis, nisi quæ materiam habent.

D. recenter, C. in prima mundi constitutione, quæ æterna Aristoteli, N.

Pro auctuario ad hunc locum.

Vnum numero cum dicuntur quæ in vna materia (in vno supposito) interpretare vnum subiecto, vnum secundum ens, &c.

Quando materia dicitur esse caussa multiplicationis numericæ, seu cur in eadem specie multa inueniantur numero tamen discrepantia, interpretari possumus, in hunc modum.

D. Multiplicationis quæ recenter fiat, vt cum generantur equi, C.

Multiplicationis, quæ facta fuerit in principio mundi, vel ab æternitate omni ex mente Aristotelis, vt in stellis si multæ sint eiusdem speciei & naturæ, & in Angelis, N.

Ex mente Aristotelis non datur productio, nisi in ijs quæ materialia sunt: multi tamen regant multa posse reperiri indiuidua & eiusdem speciei & naturæ, nisi in rebus quæ sunt aliquomodo materiales.

ARTICVLVS III.

Definitiones indiuidui & singularitatis.

Prima indiuidui definitio ex Porphyrio.

Indiuiduum est quod prædicatur de vno tantum, vt Socrates de Sophronisci filio, Ludouicus de Rege Galliæ, &c. de prædicatione infrà.

Obiectiuncula.

Quod prædicatur { & de Rege Galliæ / & de Rege Nauarræ } id de multis dicitur.

Atqui indiuiduum, vt Ludouicus, prædicatur & cætera in huncce modum.

{ Rex Franciæ / Rex Nauarræ } est Ludouicus.

Ergo potest de multis prædicari indiuiduum.

Digitized by Google

D. P. ſine ſui diuiſione, C. per diuiſionem ſui, N.

Item { de multis, quæ ſint multa ſecundum ens ſubiectiuè, materialiter numero, N.
{ de multis quæ ſint multa ſecundum eſſe, ſpecie, ratione & formaliter, C.

Rex Galliæ & Rex Franciæ { ſunt idem ſecundum τὸ ens.
{ non ſunt idem ſecundum τὸ eſſe.

Ludouicus prædicatur de Ludouico decimo-tertio, de duodecimo, & de alijs ſexcentis.

Ergo prædicatur de multis numero differentibus.

D. { quando eſt nomen commune & homonymum, C.
{ quando ſumitur propriè pro Ludouico Salici filio, &c. N.

Secunda definitio ex Porphyrio.

Indiuiduum eſt quod conſtat ex ijs proprietatibus (affectionibus) quarum multitudo alibi reperiri nequeat ..... id eſt quæ alibi ſimul vniuerſæ reperiri nequeant *eadem* ſecundum *ſpeciem*.

Cuiuſmodi proprietates & accidentia ſunt figura, color, ætas, tempus, patria, genus, aut gens, τὸ vbi, & conſimilia.

Sed ſpeciei nomen vſurpandum eſt valdè populariter, itaut quæ affectiones diſcrepant per minimum, dicantur diuerſæ ſpeciei, veluti ætas viginti dierum, & ætas viginti & vnius.

Tertia definitio ex Categorijs.

Indiuiduum eſt quod de nullo ſubiecto. j. inferiori prædicatur.

Quarta definitio ex cap. 4. lib 1. de Interpretatione.

Ariſtoteli { vniuerſale eſt quod per naturam poteſt prædicari de multis.
{ ſingulare verò quod non.

j. non quod neutiquam poteſt per naturam prędicari, quæ tamen interpretatio nonnullis placet:

Sed quod per naturam non poteſt prædicari de pluribus, vel potius quod prædicatur quidem, ſed non de multis.

Quid maximè ſingularitas?

Videtur eſſe modus quidam *primo incommunicabilis*, indiuiſibilis, qui ſuccreſcit naturæ vltimæ ſpeciei, vel vltimam ſaltem aſſecutæ eſſentialem perfectionem: vt naturæ humanæ, naturæ equinæ, &c.

Per quem illa redditur neutiquam communicabilis more vniuerſalium, per quem diſtinguitur à rebus alijs, quique ratione tantum ſecernitur à natura & eſſentia indiuiduanda, non realiter.

Monitū. Res apprehenditur { inadæquatè: vt ſi viſus cogitetur tanquam facultas percipiendi candorem.
{ adęquate, vt ſi facultas tanquam ſentiendi colorem omnem.

Digitized by Google

Quæ tanquam duo cogitantur { aliquando sunt realiter duo: vt candor, & odor.
aliquando sunt re ipsa idem, vt lumen, & vis calefaciendi quæ in lumine.

Quæ cogitantur tanquam vnum { aliquando sunt verè realiterque vnum.
aliquando sunt duo vel plura.

ARTICVLVS IIII.

Affectiones, conditiones indiuidui.

Percipit-ne mens singulare?

Sunt qui negent singularia corporea mente comprehendi. De qua re alibi.

Percipit-ne sensus sola singularia?

Percipit. Qua ratione sensus dicatur esse vniuersalis, explicatur alibi.

Vtilior-ne indiuidui notitia, quam vniuersalis?

Est { vtilior in practicis negotijs.
minùs vtilis in Theoreticis.

Cadit-ne in scientiam indiuiduum?

Aristoteli non cadit ..... sanè quidquis præter Deum, potest, potuit haberi aliter.

Deus ita singularis, vt sit eminenter vniuersalis.
Deus, & omnis Deus idem.

An sit vera sententia Aristotelis, dubitant Metaphysici recentiores.

Prædicatur-ne indiuiduum in scientia?

Nec prædicatur illic, nec subijcitur, si spectetur primarius scientię vsus.
Et prædicatur & subijcitur, si secundarius per quem scientia descendit ad indiuidua.

Prædicaturne indiuiduum?

Prædicatur primò, quia ita Porphyrius sentit.
Secundò, quia idem de se ipso affirmatur 5. Metaph. bonum est bonum.
Tertiò, quia neque experientia facienda, neque testimonium dicendum, neque pars vlla vitæ humanæ carere potest propositionibus, vbi indiuiduum de indiuiduo prædicatur in hunc modum.
Locus iste ille est vbi heri offendi leporem, vbi hoc reposui, &c.
Hic ille est contra quem dixi testimonium.
Sophronisci filius est Socrates.
Hic quem intueris est pater meus, est primarius, præses, &c.
Hic ille est quem tibi commendaui.
Hic ille est qui vrbem, quem fr natus, &c.
Quas propositiones quis ineptas dixerit quis insolentes, &c.

Digitized by Google

Etenim ferè plures in ſermone familiari conficiuntur propoſitiones, vbi prędicetur indiuiduum, quam vbi vniuerſale.

Quot modis prædicatur indiuiduum?

Dicitur
- impropriè, & citra vſum in hunc modum.
  Socrates eſt Socrates, Plato eſt Plato.
- propriè
  - ordinatè & naturæ congruenter in hunc modum.
    Socrates eſt Sophroniſci filius.
  - inordinatè in hunc modum.
    Sophroniſci filius eſt Socrates, Rex Galliæ eſt Ludouicus.

Obiectiones.

Indiuiduum non dicitur de ſubiecto ex anteprædicamentis.

D. in ſcientijs, C. extra ſcientias, D. ſi ſubiectum interpreteris inferius, vnà cum Scoto, C. ſi quicquid eſt de quo aliud verè affirmetur, N.

Extremæ eſt abominationis idem de ſeipſo affirmare, D. ſi ſit planè idem, ſeu idem materialiter ſimul & formaliter, C. vt cùm dicitur, Socrates eſt Socrates, bonum eſt bonum : ſi ſit idem materialiter tantum, N. vt cum dicitur,
Sophroniſci filius eſt Socrates.

Imò in vera affirmatione idem de ſe ipſo affirmatur.

Indiuiduum non prędicatur de multis, ſed de vno tantum : Atqui indiuiduum eſt indiuiduum (aliquid verè affirmatur de ſe ipſo)

Ergo indiuiduum non prędicatur de multis, ſed de vno tantum; ideoque vnicum eſt indiuiduum.

D.P. ſi τὸ indiuiduum ſumatur pro Petro, & alijs conſimilibus terminis, C. ſi pro ſe ipſo vno, N. quia hic terminus, indiuiduum, non eſt terminus indiuiduus, ſed communiſſimus.

D. S. ſi ſumatur pro ſe vno eſt indiuiduum, ſecundò intentionaliter ſumptum, ſed non eſt indiuiduum primò intentionaliter, pariter ſi ſumatur diſtributiuè pro Petro, & ſimilibus, eſt indiuiduum diſtributiuè ſumptum, ſed non eſt indiuiduum ſimpliciter ſumptum.

De indiuiduorum numero.

Dei natura vnico continetur indiuiduo, nec pluribus contineri poteſt.

Corporearum rerum ſpecies non habent infinitum indiuiduorum numerum.

Spiritales quæ ſint vltimæ ac ſubſtantiales, an poſſint numero multiplicari quæritur.

Spiritalia accidentia ſubiectum habent quaſi pro materia, ideo facilius conceduntur admittere multitudinem.

Digitized by Google

ARTICVLVS VLTIMVS.

Diuiſio, nominatio, &c.

Quotuplex indiuiduum?

Prima diuiſio.

Eſt { poſitiuum: vt Socrates, Bucephalus, Lutetia.
priuatiuum: vt cæcitas Democriti.
negatiuum: vt cæcitas huius ligni.

Secunda & tertia diuiſio.

Eſt { totale { ens per ſe, vt Socrates.
partiale { ens per accidens, vt hæc ſylua.

Quarta, & quinta diuiſio.

Eſt { ſubſtantiale { non periphraſticum: vt Socrates.
accidentarium { periphraſticum: vt Sophroniſci filius, pater meus, frater meus, &c.

Sexta diuiſio.

Eſt { determinatum & quaſi fixum, vt Socrates, iſte homo, iſte locus.
vagum & indeterminatum, vt ex. g. Aliquis homo, quidam homo, &c.

Septima diuiſio.

Eſt { proprio elatum nomine vt Lutetia: periphraſticeue, vt Galliarum metropolis.
vel hypotheticum aut antonomaſticum: vt rex Galliæ, poëta Græcus.
vel demonſtratiuum: vt hic rex, iſte poëta.
vel vagum: vt quidam Rex, quidam homo.

Quibus modis effertur indiuiduum?

effertur { vel nomine proprio: vt Socrates, Lutetia.
vel communi, ſed quod proprium euaſerit.

Nempe { primo per hypotheſim, aut per antonomaſiam, ſine vllo additamento: vt cum dicitur poëta, Rex Galliæ.
ſecundo per pronomen demonſtratiuum, vt hic rex.
tertio per ſignum partis, vt quidam Rex, quidam poëta.
quarto aliter, vt quando fiunt periphraſes.

Omnino { ſine additamento per antonomaſiam aut hypotheſim.
vel cum additamento.

Digitized by Google

Quibus modis ſumitur ſignum partis?

ſiue quidam, quędam, quiddam? &c.

Significat { aliquando certum, ac ſpeciale: vt cum ſic loquimur, quoddam animal mouet ſuperiorem mandibulam. quoddam animal hinnire poteſt. aliquando ſingulare propriè indiuiduum: vt cum dicitur, Quidam homo ambulat, quidam equus currit.

Eſt-ne indiuiduum vagum, vt aliquis homo, vniuerſale?

In hoc, duo expreſſa, n. { *aliquitas.* et natura cui adiungitur.

Natura { de ſe & ſeorſim ſumpta poteſt eſſe vniuerſalis. vt homo ſi detrahas τὸ aliquis. dum adiuncta eſt ſigno partis & ſingularitatis, non eſt vniuerſalis.

Nam { vt homo falſò diceretur mortuus, ſi eſſet viuus. ita homo falſò in exercito actu diceretur ſingularis & aliquis de ſingularibus, ſi eſſet vniuerſalis.

Aliquitas autem & τὸ aliquis videtur terminus communis: ſed accommodatur ſingulari: vt animal accommodatur homini & rationali.

Nec communis niſi per ambiguitatem.

Quia ſingularitas eſt quid primo diuerſum.

Non autem quid differens propriè, ne progrediamur in infinitum.

Obiectiuncula.

Socrates, Petrus { eſt aliquis homo: ergo vagum indiuiduum de multis affirmatur.

Reſp. { affirmari ſynonymè, quia ſingularis humanitas { alia Socratis. alia Petri. Quatenus dicitur homonymè, non eſſe propriè indiuiduum.

Quando dicitur aliquis homo aberraſſe .... rectè concludo per diſiunctionem in h.m.

Ergo vel Socrates, vel Plato, vel alius aberrauit,

Quare vagum indiuiduum videtur vniuerſale.

N.C. quia etiam ex ambiguitate licet argumentari per diſiunctionem in h.m.

Canis mouetur: ergo { vel terrenus / vel aquatilis / vel cœleſtis } mouetur.

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

De Categoriis seu prædicamentis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Sententiæ alienæ de generibus rerum, & numero categoriarum atque ordinationum.

Sententia Platonis.

Ens, quies, & motus, idem, & diuersum in Sophista videntur statui tanquam quinque principia rerum.

Quorumdam Platonicorum.

Sex entis modi, genera, classes, ordines.
In primo *intelligibile*, seu cogitabile, νοητόν.
In secundo, quod est supra cetera. i. Deus.
In tertio *ideæ*, formæue exemplares.
In quarto, *idos*. i. forma operis: vt humanitas.
In quinto, quę vulgo dicuntur esse, id est sensibilia: vt Bucephalus.
In sexto quæ videntur esse, nec tamen sunt: vt vacuum, vmbra.

Monas.
Arithmus.
Zoos.
Harmonia.

Xenocratis.

Rerum genera duo, substantia, accidens.

Pythagoricorum.

Coniugatio { vna bonorum in qua continentur decem genera, aut elementa bonorum. / Altera malorum, vbi continentur opposita elementa.

Prioris sunt { impar, finitum, dextrum, mas, atque quietum, / rectum quadratum, intellectus, lumen & vnum.

Posterioris { par, infinitum, sinistrum, fœmina, motus, / obliquum, quadratum altera parte longius, opinio, tenebræ, multitudo.

Stoicorum.

Aliquid { non ens: vt canis mortuus. / ens { corporale { vsia, siue substantia. / incorporale { quantitas, & quantum. / quomodo se habet. / quomodo se habet ad aliud.

Corpus, multitudo & magnitudo, qualitas, quale, relatio.

Digitized by Google

Subſtantia aut quæuis corporalis apud Stoicos.

Vallæ, & Rami.

Valla ineptior Ramus in ſtatuendis categoriis.

Quanquam ille tres duntaxat conſtituit, ferè imitatur Stoicos.

Hic decem quę ſint quaſi decem ſedes argumentorum & alibi à nobis recenſendæ. Conſule vtriuſque dialecticas commentationes.

Architæ.

Quæ circumferuntur decem ſumma rerum genera, ea ferè creduntur conſtituta ab Archita Tarentino.

Monitum.

Apud veteres idem iudicium de principiis rerum, & de generibus rerum.

Quia res nihil videntur eſſe præter interna principia ſua.

Itaque conſulendæ ſententiæ de primordiis rerum poſitæ in rudimentis phyſicis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quæ principes terminorum differentiæ diuiſiones á materia repetitæ apud Peripateticos?

Monitum.

Quæ huc pertinent
- partim è logicis compendiis repetenda.
- partimè rudimentis metaphyſicis, vbi variæ diuiſiones entis, & ſententiæ de primordiis rerum.
- partim à ſermone de iure logicorum in librum categoriarum.
- partim ab hoc capite.

Terminus
- realis
  - abſolutus
    - ens per ſe
    - ens per accidens
  - reſpectiuus
- rationalis

&c.

ARTICVLVS TERTIVS.

De Categoriis & prædicamentis.

Quotuplex ſummum genus?

Eſt
- vel omnino ſummum: vt ſubſtantia, quantitas.
- vel ſecundum quid ſummum: vt planta in ſermone de plantis.

Cur non vtimur nomine accuſationis?

Quia accuſationis & categoriæ, non eſt paritatio, gratia, ſignificatio, propter

Digitized by Google

propter Etymologiæ discrepantiam.

Vnde categoria, quid categoria?

Categorema significat dictum de *aliquo*, non tantum dictum contra aliquem: categoriæ significatus alibi positi.

Hîc à nobis sumitur pro prædicamento.

Quid prædicamentum & categoria?

Latè est ordinata quædam series, aut sedes vocabulorum vnius generis: vt categoria Plantarum, categoria aromatum.

Propriè receptaculum summi vnius generis, & propaginum eius, saltem præcipuarum.

Propriissimè series, aut sedes generum, specierum & individuorum: Non quorumuis tamen: verum realium, totalium, expertium ambiguitatis, simplicium, & forsan finitorum, & quibus significetur essentia & quidditas rei, prædicabilium in quid, quę ad vnum summum genus reuocari possunt.

Quid propriè est?

Receptaculum, vbi distributum aptè & designatum saltem per capita præcipua continetur vnum genus summum, & quicquid ambitu eius continetur. 1.

Quasi gens aut genealogia rerum ab eodem summo genere prodeuntium. 2.

Distributio summi generis eo vsque continuanda, donec ad vltima deueniatur. 3.

Series aut sedes categorematum ad idem summum genus pertinentium. vbi interdum indicantur tantum tanquam præcipui rami, interdum diuisio diligentior instituitur. 4.

Ordinatio specierum ad idem genus pertinentium. 5.

Monitum.

Categoria cogitari potest tanquam series terminorum pertinentium ad idem genus synonymum, vel ad idem analogicum.

Quo alio nomine appellari potest prædicamentum?

Taxis, ordo, ordinatio, coniugatio, Syzygia, eustichia, (elementorum conciunctio) acies rerum, &c.

Quis categoriæ Scopus?

Finis.

Reuocare omnes terminos reales, qui sunt vnius eiusdemque generis, ad vnum & designatum ordinem, aut locum saltem quem adire possis quando diuisiones, definitiones & argumentationes construendæ erunt.

Consulendus sermo de categoriarum argumento.

Quisnam opifex?

Causa efficiens.

Vt *sensus* discreuit natura & distinxit:
Ita methodos & disciplinas *humana ratio.*
Quanquam vestigia naturæ ibi eo secuta munere.
Itaque categoriæ sunt quidam ordines à nobis instituti.

Digitized by Google

Ideo non est mirum quod à variis variæ constituantur.

Etenim { variæ sunt variorum arbitria.
{ si naturam sequimur, non ideo assequimur.

Obiectum. *Quæ materia?*

Ferè materia categoriæ vnius, duplex constituitur.

n. { vna quæ per se, & suo quasi iure atque nomine censeri & collocari possit in categoria: vt equus, homo, animal.
{ altera quæ *reductiuè* tantum & secundario pertineat ad categoriam.

Idque { siue tanquam *nota* rei collocabilis in categoria: vt proprietas animalis.
{ siue tanquam principium eius: vt differentiæ, & partes substantiales, vt rationale, caput, manus, &c.
{ siue tanquam quid inde compositum: vt domus per ligna, lateres, &c.
{ siue tanquam *inceptio, desitio*, aliusue modus: vt generare, generari, extinguere, extingui, magis, minus.
{ siue tanquam *priuationes* aut negationes: vt cæcus, surdus, non videns, &c.

Item { siue quid reductiuè sit per se collocabile in vna categoria: vt sensus, tactu visus, &c.
Sensus { non est in categoria substantiæ, nisi tanquam nota animalis.
{ est in categoria qualitatis tanquam species naturalis facultatis, & potentiæ.
{ siue quid reductiuè in vna categoria, id per se in nulla inueniatur: vt diuisibilitas, differentiæ, partes, motus, priuationes, modi.

Omnino { aliquid in categoria per se & primario: vt substantia, speciesque eius.
{ aliquid per partem: vt bonum per virtutem in qualitate, domus per figuram in qualitate, per materiam in substantia.
{ aliquid per aliud, propter aliam causam & occasionem, p. per finem: vt ignescere per ignem, pars per totum, per suppositum, vt cæcitas per visum.

Cur non omnia quæ in aliqua categoria per se ad illam reuocantur?

Quia { vt in natura rerũ { aliquid nascitur { aliquid per se: vt substantia, homo.
{ aliquid renascitur { aliquid per aliud: vt calor.
{ ita solenne est in philosophia reuocare omnia ad pauca genera.

Sed { partim per rectum
{ partim per obliquum } casum, vt alibi significauimus.

Digitized by Google

Quæ sunt in physiologia reuocantur ad corpus naturale vniuersum.

Quia { vel sunt corpus naturale: vt arbor, homo.
vel naturalis corporis: vt cortex, caro, calor, frigus.

Quicquid traditur in arte sutoria reuocatur ad calceum.

Cauſſæ consimili modo reuocantur ad quatuor.

Termini synonymi reuocantur ad substantiam, vel accidens: quia sunt substantia, vel accidens, vel substantiæ talem, vel accidentis.

Quot sunt categoriarum genera?

Duo quia { quædam inseruiunt disciplinis omnibus: vt Aristotelicę, quæ traduntur in logica vniuersali.
quædam vni certæ & particulari disciplinę destinantur:

vt siquis condat categoriam, aut categorias terminorum pertinentium ad rem militarem.

Tales autem condere & componere, est logicæ *particularis*.

Quot quæque sit modis?

3. quia { interdum indicatur tantum & designatur summum genus tanquam truncus, vt apud Aristotelem in negotio quattuor vltimarum categoriarum, & in actione & passione.
interdum summum genus cum præcipuis quasi ramis à trunco prodeuntibus, vt apud Aristotelem in qualitate, quantitate, &c.
interdum diuisio instituitur diligentior, locupletior, &c.

Sane { quo locupletior categoria, eò vtilior: modo memoria non obruatur.
categoriam quisque locupletare & amplificare debet.

Consulendus articulus sequens.

Quid vsurpatur ad designandas categorias?

Solent vsurpari proprietates & affectiones.

Idque { siue repetantur alia ex categoria: vt quando sensus traducitur à qualitate ad designandum animal.
siue non: vt quantitatis diuisibilitas, commensurabilitas.

Quot modis versamur in vna categoria?

Occupamur { ascendendo. p. ab homine ad animal.
descendendo. p. ab animali ad hominem.
lateraliter progrediendo. p. ab homine ad belluam.
consistendo in vno gradu.

Quomodo distinguendæ sunt categoriæ?

Quæ pertinent diuersas ad categorias debent distingui saltem ratione, definitione, vt actio, & passio.

Sed non necessario realiter distinguntur.

Consulè articulum sequentem.

Nonne genus analogicum potest componere categorias?

Quidni possit, quando quidem diuidi & subdiuidi potest.

Digitized by Google

Sed tunc alia futura categoriæ definitio.

Sanè { aliud quærere quomodo categoriæ instituí possint.
aliud quo sint institutæ à veteribus.

Verùm in rebus arbitrariis non temerè mutandum quod solennæ.

ARTICULUS VLTIMVS.

De Categoriis Aristotelicis.

Quid per se, ac suo quasi iure, ac nomine in categoria?

Dictum incomplexum quod per se directè, vi sua, suo iure, nomine, quasi capite censeri potest in categoria peripatetica, multas videtur obtinere conditiones.

Primo, aliquid rei esse debet, realeue ens, vt excludantur priuationes, negationes, & entia rationalia.

2. Vnius notionis & significatus, vt excludantur homonymiæ.

3. { significare τὸ esse potius, quam τὸ fieri, & τὸ definere: vt ignis non ignescere, & extingui.
essentiæ habere rationem, potius quam existentiæ, inceptionis modi.

4. Esse genus, vel species, vel individuum, & quid totale & completum, vt homo non caput.

5. Non accidere iis quæ habent superiora in sua categoria, vt excludantur differentiæ, quæ accidunt generi.

6. esse finitum, vt nonnulli volunt: de qua conditione alibi.

Sed quæritur vtrum abstracto nomine significari debeat an concreto.

R. primò abstracta solere collocari in categoriis potissimum accidentium, cuiusmodi sunt color, calor, &c.

2. Etiam concreta quibus efferuntur genus, & species. p. hominem, animal.

3. etiam paronyma videri ab Aristotele collocari in categoriis accidentium.

Omnino { rem istam expendendam ex arbitrio authoris.
ex categoria substantiæ per proportionem esse iudicandum de aliis.

Quid autem per se reponatur in categoria?

Monitum.

1. Sunt qui categoriis nil concludi velint nisi *corporeum*.
2. Sanè constitui possunt prædicamenta rerum corporea.
3. Præterea Aristotelicæ categoriæ maiori ex parte pertinent ad res corporales.
4. Sed operæ pretium eas potius categorias dilatare quam angustioribus finibus concludere.

Quot sunt rerum categoriæ?

Prima Facilè est docere non esse vnicum rerum genus:

Digitized by Google

Quia impoſſibile eſt cum terminum, qui complectatur omnia per rectum caſum, eſſe genus.

Quot ſunt genera ſumma, mortalium nemo demonſtrauit: & quidem diuiſiones vix demonſtrantur. 2.

Denarius categoriarum numerus probabilibus ſuadetur coniecturis. 3.
Conſulendus ſermo de accidente.

Numerus videtur potius amplificandus quam minuendus. 4.

Sed non temerè mutanda quæ ſolennia. 5.

Obiectiones mox proferemus, & ſoluere conabimur. 6.

Collatio categoriarum peripateticarum cum virtutibus cardinalibus.

Prima ſimilitudo.

Vt omnes virtutes reuocantur ad quatuor cardinales.

Sed { partim per rectum caſum, vt ſobrietas ad temperantiam. 7
{ partim per obliquum, vt liberalitas ad iuſtitiam, temperantiam.

Ita omnes termini ſynonymi ad decem genera ſumma partim per rectum, partim per obliquum,

Homo eſt ſubſtantia, caput eſt ſubſtantiæ.

Secunda ſimilitudo quæ affinis.

Vt quęuis categoria, aut quoduis ſummum genus pręter ſuas ſpecies, & individua, aliquid ſuoditum habet. p. differentias, partes, modos, priuationes.

Ita etiam quęuis cardinalis virtus. De quo negotio in rudimentis Ethicis.

Tertia ſimilitudo.

Vt qui modus inuenitur per excellentiam in vna virtute cardinali, eamque denominat .... idem in ceteris aliquomodo reperitur.

.n. æquitas, moderatio, vis ſiue virtus, & logos ſiue ratio.

Ita qui modus vnam facit ac denominat categoriam .... ille idem ſaltem ſecundum quandam ſimilitudinem & analogiam in aliis inuenitur categorijs.

Omnino ſummi alicuius generis nomen non eſt proprium ipſius niſi per antonomaſiam.

Vſia accidenti ſuo, & τὸ quid eſt ſuum: Vſia ergo ita facit primam categoriam, vt in quauis alia, quędam illius adumbratio occurrat.

Quando accidens abſtrahitur, videtur quaſi ſubſtantia.

Ideoque exprimitur ſubſtantiuo nomine, vt candor.

Intentio & multitudo perfectionum eſt ſimilitudo quędam extenſionis & quantitatis... inuenitur autem in omni categoria.

Relatio { exquiſita in ſola tertia categoria.
{ aliqua in quouis prędicamento.

Qualitatis rationem obtinent differentiæ, quæ vagantur per omnes categorias, obtinet affectio quæuis.

Digitized by Google

Actioni est affinis actus qui in quouis genere rerum.
Passionis instar illud genus quod capit differentias.
Quicquid positiuum id nuncupatur habitus, maximè si durabilius.
In omni categoria aliquid prius, aliquid posterius per naturam.
Hoc autem aliquid affine categoriæ *quando*.
Quicquid per particulam *in* exprimitur, id aliquam loci proportionem videtur obtinere, hinc vbiquitas, situs.

Regulæ quædam de distinguendis Categorijs.

Prima regula.

Categorię distinguuntur saltem ratione, & formaliter.

Secunda regula.

Substantia ab accidente creditur realiter differre, saltem vt plurimum.

Tertia regula.

Qualitates ferè creduntur realiter differre à quantitate, si figura excipiatur: sed alia Nominalium mens.

Quarta regula.

Actio & passio ferè creduntur realiter idem: ex duobus quæ realiter idem, sæpè vnum manet pereunte altero, totum perit partibus manentibus, & calefactio calore remanente.

Quinta regula.

Quæ realiter differunt creaturæ, illæ saltem per diuinam virtutem separari possunt, ita vt seorsim ambæ existant.
Sed nonnulli excipiunt relationes collatas cùm fundamento, nam ex. gr. similitudo realiter, vt quidam volunt, distinguitur à candore & fundamento sine quo tamen haudquaquam existere potest.
Accipienda tamen distinctio *alietate suppositi*.

Monitum.

Consulendus sermo Metaphysicus de distinctionibus rerum.
Distinguuntur facilè quæ natura sepositit.
Difficilius ea quorum vnum intra alterum, vt lac & candor.
Quando duo simul inueniuntur coniuncta: vt mens & sensus in homine: si alibi offenduntur separata: vt in Angelo, bellua: distinguenda etiam illic vbi sunt coniuncta. quando duo sunt simul, distinguenda tamen, si vnum præcessit, vel vnum manet pereunte altero.
Non semper quæ re ipsa sunt eadem nequeunt separari, itaut alterum remaneat.

Nam
- perimitur totum manentibus partibus à quibus, vt credibilius est, non distinguitur realiter.
- perimitur mutato effectu eius remanente.p.calore.
- perimitur modus itaut remaneat id cuius erat modus, vt cùm essentiæ detrahitur personalitas.

Digitized by Google

Obiectiones aduersus categoriarum numerum.

Obiectio.

Non videntur esse nisi duo genera summa rerum, & entium.

P. { substantia / accidens } aut { res. / & modus rei. } ¶ 1.

Respondeo, neque accidens, nec modum esse genus.

Præterea proponi categorias rerum, non modorum, licet interdum modus difficulter distinguatur à re.

pro re habeatur, quod non est nisi modus rei, vt fortasse figura.

Quod prædicatur de specie differentibus in quid, est genus. Accidens est huiusmodi: Ergo est genus. 2.

D. P. { si prędicetur synonymè, C. / si tantum analogicè, N.

Habet se vt substantia ad substantias, ita accidens ad accidentia. Atqui substantia prędicatur synonymè de substantijs: Ergo, &c. suadetur propositio. 3.

Quot modis dicitur vnum oppositorum, tot & alterum, ex 1. Topicorum. 4.

Atqui substantia & accidens opponuntur.

Ergo totidem dicuntur modis.

Proindè { vel est vnum genus accidentis. / vel sunt genera nouem substantiarum.

D. { propositionē, quatenus oppositum est, C. quatenus non oppositū, N. / sumptionem { quatenus sunt substantia & accidens, N. / quatenus substantia est receptiua & subiectum, accidens vero receptibile & receptum, C.

Certè tot modis recipit & subijcitur substantia, quot recipitur accidens. 5.

Per se cohærere & cohærere per aliud, sunt duæ differentiæ: Ergo ens habet differentias, proindè est genus. 6.

Respondeo ens carere differentijs. De qua re in Metaphysicis.

Si quid rerum est pertinentium ad physiologiam, commodè reuocatur ad corpus naturale partim per rectum, partim per obliquum casum, quod sit corpus, aut sit corporis. Eodem iure, quicquid omnino est rerum potest reuocari ad substantiam... quod sit substantia, aut sit substantiæ. 7.

Verum est antecedens. Ergo consequens, proindè non est futura nisi vna categoria.

D.S. { si agatur de condenda disciplina iustæ magnitudinis, obiectoque eius constituendo, C. / si de condendis categorijs pertinentium ad eandem disciplinam, N.

In negotio categoriarum accidentia secluduntur à substantijs quibus inhærent, vt candor à niue.

Actio & passio possunt comprehendi vno nomine motus. 8.

R. { primum quasdam actiones carere motu (successiuo & naturali.) / deindè actionem, passionem & motum differre definitionibus.

Digitized by Google

Si agere & pati faciunt duas categorias, vt calefacere, & calefieri, agere & pati, &c.

Eodem iure habere & haberi duas efficient.

N. quia postremæ categoriæ ratio & natura in eo sita est .... quod aliquid corpori sit circumpositum.

Siue illud per habere siue per haberi exprimatur.

9. Non omnes istæ categoriæ, aut quæ illis continentur, realiter à se inuicem distinguntur.

(calefacere ex. gr. & calefieri, moles & figura videntur esse realiter idē.)

R. nec deberi.

10. Vltimæ sex categoriæ, potissimum autem quatuor posteriores videntur tantum indicare denominationes externas, denominationes ab alijs petitas categorijs.

vt πού vbi denominationem petitam à loco vnde res locata dicitur.

Itaut πού vbi nihil sit præter relationem rei locatæ ad locum.

R. non esse { neque meras relationes / neque externas denominationes } de qua re suo loco.

Cur, inquis, rei locatæ affectio innascitur à loco, ambientiue corpore potiusquam contra. p. vino potiusquam dolio?

R. duo corpora contigua sibi inuicem esse locum.

Digitus est in annulo, & annulus in digito.

11. Priuationes, motus, contrarietates, differentiæ, modi, & partes Aristotelis sunt ens.

Et tamen nulla in categoria ponuntur, è decem Aristotelicis.

Ergo amplificandus numerus.

R. poni reductiuè, non per se & primariò.

12. Angeli, Cœli } nulla in categoria.

R. esse in prima.

13. Entibus rationis sua videtur assignanda categoria, vt duci, domino, seruituti arbitrariæ.

R. non proponi classes nisi realis entis.

Vndecimam categoriam constitui à nonnullis in quam recipiantur.

Quamquam videntur fundi per omnes categorias.

14. Exercitus, nauis, ciuitas, & consimilia videntur postulare nouam categoriam vt & pulchritudo, beatitudo, sanitas, &c.

R. entia per accidens reuocari ad sedes partium vnde componuntur.

Nauis { ratione materiæ ad substantiam pertinet. / ratione figuræ, duritiei, &c. ad qualitatem. / ratione magnitudinis ad quantitatem, &c.

PRÆDICAMENTA

PRÆDICAMENTA

Categoria.

1. Categoria.

IN CAPVT DE SVBSTANTIA.

Cur hinc fuit ordiendum?

Quia vsia prior est quam accidens { natura / tempore / definitione } 7. Metaphysicæ text. 4.

Subiectum antecedit attributa, primo Physicorum cap. 6.

Substantia est primum analogatum.

Categoriarum numerus hinc colligitur. 5. Metaph. cap. 7. 4. & 12. Metaph. cap. 1.

Summa contextus.

Substantia hîc { describitur & diuiditur. / deinde comparatur. / tum affectionibus designatur. } ¶

Difficultates è textu emergentes persequemur in appendice.

Descriptio diuisio.

Substantia nulla in subiecto est [substantia est aliquid non existens in alio, tanquam in subiecto inhæsionis.]

Substantia { prima non est in subiecto, nec / secunda non est in subiecto, sed } de subiecto dicitur.

Substantia { prima est indiuiduum, vt Socrates. / secunda est species vel genus: vt homo, animal. } (.·.)

Comparationes.

Substantia quando dicitur de subiecto, dicitur synonymè secundum nomen & secundum rationem. 1.

Et homo, & ratio hominis definitione dicitur de Socrate.

Accidens verò de subiecto (cui inhæret) prędicatur:

Sed [paronymè] non synonymè: vt candidum de niue.

De niue & cerusa { prędicatur candidi nomen. / non prędicatur candidi logos, & ratio. } ¶

Primis substantijs { vel tribuuntur per affirmationem cetera. / vel saltem inhærent, atque insunt. } 2.

Quare sublatis omnibus primis substantijs tolluntur cetera. j. secundæ substantię, & accidentia.

Digitized by Google

3. Primæ ſubſtantię cæteris ſubijciuntur rebus.
Ergo maximè ſunt, & maximè oſtendunt quid res ſit, quid ſit ſuppoſitum quod occurrit, &c.

4. Ex ſecundis ſubſtantijs, quæ vicinior primæ, ea magis eſt ſubſtantia.
Homo magis eſt ſubſtantia quam animal, & animal quam viuens.

5. Vnum indiuiduum non magis eſt ſubſtantia quam alterum: vt hic homo, quàm hic equus, &c.

6. Species vltima vna non eſt magis ſubſtantia, quam altera [in ſuo genere] vt leo quàm homo.

7. Afficiuntur { vt primæ ſubſtantiæ ad cætera omnia:
ita ſecundæ ſubſtantiæ ad accidentia, quæ ipſis inſunt & tribuuntur.

8. Genera & ſpecies ſubſtantiarum, ſunt ſubſtantiæ & vſiæ, quia declarant vſiam primarum ſubſtantiarum, & ipſis inſunt accidentia.
Accidentium alia ratio eſt, itaque ſubſtantiæ non vocantur accidentia.
Quod alicui rei accidens, nulli eſt ſubſtantia.

Affectiones & notæ.

Deſignatio. Commune eſt omni ſubſtantiæ [prędicamentali] *non eſſe in ſubiecto*.

Prima. Sed { hæc affectio conuenit etiam differentijs & partibus ſubſtantiarum.
differentiæ & partes ſubſtantiarum, vt rationalitas, & caput, non ſunt ſubſtantiæ [prędicamentales.]

(Subſtantia prędicamentalis eſt id quod reſpondetur per affirmationem ad quęſtionem factam de aliquo ſuppoſito quid eſt, quid nam hoc eſt, &c.

2. Subſtantiæ ſecundæ } prędicantur *ſynonymè* de primis.
Vt & differentiæ }

3. Subſtantia { omnis ſignificat *hoc aliquid*.
ſecunda videtur aliquo modo ſignificare *quale quid*.

4. Subſtantijs nihil eſt contrarium, ſed non ſolis: ignis non aduerſatur & contrariatur aquæ.

5. Subſtantia non tantum ſola non recipit *magis, & minus*, ſaltem in pari gradu, vnus homo non eſt magis homo quam alter.

6. Subſtantia etiam vna eademque numero recipit contraria, ſeu contrarias affectiones, & recipit cum mutatione ſui: vt ferrum calorem, & frigus.

Oratio } videntur ſuſcipere contraria. n. { veritatem.
Opinio } { falſitatem.

Verum ſuſcipit ſine mutatione ſui.

APPENDIX DE SVBSTANTIA.

ARTICVLVS PRIMVS.

Doctrina, notio, nomenclatura.

Notio.

Notio Subſtantiæ repetatur è rudimentis logicis, Methaphyſicis. Item ex ſequenti ſermone de nomine ſubſtantiæ. §.

Doctrina.

De ſubſtantia generatim agere { partim Metaphyſici eſt. / partim Logici. §

Phyſicus non agit de ſubſtantia generatim, niſi fortè quatenus quærit quid ſit intelligibile, quid humanæ menti obijciatur.

Nomenclatura.

Varia hic offenduntur nomina. p. vſia, quid, quid eſt, &c.

Vſia. *Vſia.*

Vſiæ nomen donatum eſt latinitate, à Plauto, Seneca, Vlpiano, effictum eſt ἀπὸ τοῦ ὄντος .j. ab ente.

Sumitur { primò pro cenſu, & facultatibus, initio 4. Phyſic. / secundò { latè pro quauis quidditate, eſſentia, entitate. / ſtrictè pro ſubſtantia, idque variè, vt conſtabit ex nomine ſubſtantiæ.

Quid, ... quid eſt. τὸ...τὸ ἐστὶ.

τὸ quid eſt { ſtrictè ſignificat ſolam ſubſtantiam. / Et τὸ quid { latè quicquid deſcriptione explicatur. §.

Hoc aliquid, hoc quid, τὸ δὲ τί. τὸ δὲ τί.

Quid ſignificet hoc aliquid quæretur infra.

Ens, eſſentia, eſſe.

Entis nomen Cæſarem authorem habere dicitur. (*)

Sumitur { latè pro re quauis. / antonomaſticè pro ſola ſubſtantia.

Eſſentiæ vocabulo Cicero eſt vſus.

Digitized by Google

Sumitur { rarò pro hypoſtaſi, & exiſtentia.
ſæpius { latè pro quauis quidditate & re.
ſtrictè pro ſola ſubſtantia, id eſt eſſentia per ſe cohærenti.

De τῶ eſſe in rudimentis Metaphyſicis: vſurpatur pro eſſentia.

Quomodo exprimitur τὸ eſſe?

Eſſe { ſubſtantiarum vix exprimitur, niſi per verbum ſum, es, eſt:
vt eſſe animal, eſſe hominem, eſſe ignem.
accidentium autem: vt curſus, caloris, frigoris, &c.

exprimi ſolet { tum per verbum ſum, es, eſt: vt eſſe currentem, eſſe militem.
tum per alia verba: vt currere, candêre, ſtare, &c.

Ens & eſſe.

τὸ *ens*, & τὸ *eſſe* opponuntur apud Ariſtotelem. ¶

Tum { ens ſignificare videtur *ſubiectum*, quod eſt.
τὸ eſſe, prædicatum & formam.

Quando ſic loquimur, Cicero eſt Conſul, Cicero eſt Orator:

Conſul & Orator { ſunt idem ſecundum *ens*.
non ſunt idem ſecundum τὸ *eſſe*.

Sunt idem materialiter, non formaliter vt loquimur in ſcholis. (·)

Phyſis, natura, res, &c.

φύσις. De nomine φύσεως & naturæ in elementis phyſicis.

Natura interdum ſumitur pro ſubſtantia.

Res. Res { latè quiduis, maximè ſi ſolidum & reale.
antonomaſticè ſola ſubſtantia.

Quod quid erat eſſe, τὸ eſſe quod res eſt, quidditas, & τὸ quid, conſimiliter ſumuntur dupliciter.

n. { latè pro eſſentia, & ratione quauis.
ſtrictè & antonomaſticè pro ſubſtantia. ex Damaſceno interdum ſignificat ſpeciem vltimam.

Subſtantia.

Subſtantiæ nomen Deo { conuenit ſi ſpectetur vſus.
non videtur conuenire ſi ſpectetur ratio originis.

Sumitur { primò & rarò pro cenſu, facultatibus & diuitijs. p. apud Iuriſconſultos.
ſecundò, ſed rarius pro ſubſiſtentia, & hypoſtaſi.
tertiò pro eſſentia quauis: vt cum dicitur ſubſtantia caloris.
quartò, ſed vulgo in ſcholis pro eſſentia per ſe cohæréti, ſubſiſtenti minimeque accidentaria, vt in hac categoria.

Sed in negotio huius categoriæ videtur tripliciter vſurpari.

Digitized by Google

latissimè est quicquid non est actu, vel aptitudine in subiecto *inhasionis*:
siue sit totum vt homo,
siue pars vt caput.

Nam latè illud tantum, quod non est in *subiecto*, quodque obtinet rationem suppositi, aut generis, aut speciei prædicabilis in quid de supposito, tumque differentiæ & partes non sunt substantia.

strictè sumitur pro sola substantia prima, vt s. Metaphysicæ, cap. 8.

Secundus autem significatus videtur hocce loco vsurpari.

Quid substantia latius?

Illud quod non est in subiecto inhæsionis, siue sit totum, siue pars, vt homo, caput, &c.

Id quod per se est, id est non per aliud tanquam per subiectum, siue quod non est in subiecto, primo Posteriorum cap. 4.

Id quod per se existit & cohæret, res subsistens: Ens per se, siue secundum se.

Sed τὸ ens per se dicitur ambiguè, vt constat ex rudimentis metaphysicis.

Quot modis cogitatur substantia prædicamentalis simpliciter & ἁπλῶς?

2. vel tanquam gradus communis expressus è supremis speciebus. p. spiritu & corpore: & hoc modo est summum genus synonymum.
vel tanquam gradus immediatè expressus à generibus, speciebus & individuis per se ad hanc categoriam pertinentibus. p. à Socrate, homine, animali, planta, &c.

Et hoc modo est quid analogicum.

Videtur analogica substantia, etiam dum diuiditur in { totalem. / partialem.

Monuimus sumi { aliter substantiæ nomen. / aliter nomen animalis.

Ex qua varietate aliquid difficultatis, nisi aduertatur.

Monitum.

De substantiarum existentia, subsistentia & hypostasi, deque supposito, persona, & personalitate, in rudimentis metaphysicis.

Cohærere { 1. idem atque simul hærere. / 2. est existere in natura rerum, quomodo accidentia cohærent. / 3. idem atque existere per se, minimeque inhærendo alteri rei.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Diuiſiones Subſtantiæ.

Prima ex quinto Metaphyſicæ, Cap.8.

Primò, corpora omnia inter vſias recenſentur.
2. quod dat illis eſſe. i. forma ſubſtantialis : vt anima equi.
3. quicquid ad vſias eas definiendas adhibetur: vbi Ariſtoteles vtitur exemplis rerum mathematicarum, nimirum quia aliqui res mathematicas, vt ipſum circulum, inter ſubſtantias numerabant.
4. quod definitione explicatur de ſubſtantia.

Concludit Ariſtoteles ſubſtantiam dici duobus præcipuè modis.

n. { primum quod *ſubiicitur* id eſt indiuiduum ſubſtantiale.
{ deinde quod ſignificat hoc *aliquid* non ſeparatum. i. vltimam ſpeciem; vt canem, elephantum, equum, &c.

Sed quæ non ſeparetur ab indiuiduis, more idearum Platonicarum.

Secunda ex 7. Metaphyſicæ cap. 3.

Subſtantia
- 1. *quod quid* eſt. i. eſſentia ſubſtantialis, diuo Thomæ.
- 2. vniuerſale { Alexandro *idea*. / Auerroi *genus ſubalternum*, ſubſtantiale.
- 3. genus. i. { *ens & vnum* Alexandro. / *genus ſummum* & idea Auerroi.
- 4. ſubiectum quod { vel prima ſubſtantia. / vel materia, forma, & totum indè coagmentatum.

Tertia ex ſecundo de Anima.

Subſtantia [corporea] { *materia*: vt corpus noſtrum. / *forma*: vt animus noſter. / et totum, vt homo.

Quarta, quinta, ſexta.

Eſt { complet / incompleta } { finita / infinita } { corruptibilis / incorruptibilis } &c.

Ex indiuiduis ſubſtantiis, ea completa, quæ non ingreditur compoſitionem, entis per ſe: vt Bucephalus, Socrates.

Sed quædam ſubſtantia { nunc completa / nunc incompleta } { vt anima noſtra, ramus arboris nunc amputatus, nunc non.

Septima è contextu.

Subſtantia nimirũ quæ *completa*, diuiditur, ſed analogicè, in primã & ſecundã.
Prima, eſt ſuppoſitum ſubſtantiale: vt Socrates.
2. { vel eſt genus: vt arbor, animal, &c. / vel ſpecies vltima: vt homo, platanus, fagus, &c.

Digitized by Google

Octaua Diuiſio Subſtantiæ luculentior.

- *Deus* ineffabilis.
- Subſtantia
  - ſpiritalis
    - intelligentię hierarchiæ.
      - 1. *Throni* in contemplatione ſtabiles, præcipui actiuitate, illuſtratione.
      - *Cherubin* ſcientia eminentiſſimi.
      - *Seraphin* amore Dei maximè flagrantes.
      - 2. *poteſtates*, quibus curæ principes.
      - *dominationes*, quibus ſpiritus inferiores quaſi ſubſeruiunt.
      - *virtutes*, ſic dictæ propter excellẽtiam facultatis.
      - 3. *Principatus*, miniſtri Dei exercentis principatũ.
      - *Archangeli*, qui præſunt Angelis & mittuntur ad maiora.
      - *Angeli* nuncij Dei, cuſtodes hominum.
    - animusvbi
      - *eſſentia*, quæ tota in toto, & tota in quauis parte, &c.
      - *facultates*: vt mens, voluntas, memoria.
      - *habitus*: vt iuſtitia, imagines rerum.
      - *actiones*: vt intelligere, velle, nolle.
  - Corporea
    - ſimplex
      - *Cœli*: vt cœlum Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni, ſtelliferum, chryſtallinum, decimum, primum mobile, Empyreum.
      - *elementa*
        - *ignis* calidiſſimus, ſiccus, leuiſſimus.
        - *aër* humidiſſimus, calidus, leuis.
        - *aqua* frigidiſſima, humida, grauis.
        - *terra* ſiccißima, frigida, grauiſſima.
    - mixta
      - imperfectior
        - halitu
          - accenſo: vt cometa, fulmen.
          - illuſtrato: vt virgæ, halo, &c.
          - nec accenſo nec illuſtrato: vt vẽtus.
        - vapore
          - intra terrã: vt mare, flumina, fõtes.
          - in aëre: vt nix, grando, parelius.
        - Terra: vt terræ inſignes, p. lemnia, fulonia,
      - perfectior
        - ſine vita
          - lapis
            - lapis propriè vt magnes, Galactites.
            - gẽma vt berill⁹, margarita.
            - marmor: vt numidicum.
            - ſaxũ: vt arenariũ, calcariũ.
          - metallum.
            - ſimplex: vt aurum, argentũ.
            - *compoſitum vt aurichalcum, æs corinthium.*
          - Media: vt ſulphur, ſal, nitrum.
          - Ex viuentibus: vt cornu, pilus, panis, oleum, cadauer viuentis.
        - Cum vita: vt planta, animal, Zoophyton
          - alteri animali, *ſenſu.*
          - ſimile plãtæ, quia de loco ſuo in alium ſe transferre nequit.

Digitized by Google

Animal.

In animali conſiderantur potiſſimum partes, ſpecies, quę homo, bellua, & apud veteres philoſophos dij, aut dæmonia quędam.

- N.
  - Partes
    - Primò *materia* & *forma*, & anima, quę *vegetans*, *ſentiens*, *rationalis*.
    - ſecundò 4. elementa, ignis, aër, aqua, terra.
    - tertiò
      - hinc *ſemen*, aut id primum vnde animal.
      - inde *chylus*, id eſt ſuccus in quem primum vertitur alimonia.
    - Quarto *humores* quatuor, *cholera*, *ſanguis*, *pituita*, *Melancholia*,
    - quinto *ſpiritus*, qui *naturales*, *vitales*, *animales*.
    - *Similares*
      - ſexto medię partes: vt adeps, medulla.
      - ſeptimo, *ſimilares* [ſpeciatim] vt cutis, caro, membrana, os, cartilago, vena, arteria, neruus, ligamentum, tendo, fibra, muſculus.
      - octauò, quę his proportione reſpondent: vt ſanguis, ſuccus quidam in exanguibus.
    - *Diſſimilares*
      - *exteriores*: vt caput, collum, &c.
      - *interiores*: vt cerebrum, cor, hepar, & c.
  - Species
    - *bellua*
      - *piſcis vbi*
        - partes
          - *propriæ*: vt pinna, ſquamma.
          - *communes* cum aliis animalibus: vt caro, caput.
        - ſpecies
          - marini
            - pelagij: vt cetę.
            - littorales: vt oſtrea.
            - ſaxatiles; vt turbi.
          - fluuiatiles vt Lucius, Carpa.
          - lacuſtres: vt ranæ.
          - amphibij: vt ſalmones.
      - *terrea*
        - reptilis: vt coluber, vipera.
        - quadrupes
          - amphibia: vt crocodilus, hippopodamus.
          - terrea tantum
            - ruminans: vt bos.
            - non ruminans: vt lupus.
        - plurium pedum: vt formica, pulex.
      - *volucris* vbi
        - partes
          - communes, vt pes, caro.
          - proprię: vt alę, roſtrum, penna.
        - ſpecies
          - cum penna; vt columba, aquilę.
          - cum membrana
            - duplici: vt muſca.
            - quadruplici: vt apes.

Digitized by Google

Planta.

In planta consideratur potissimum *pars, fructus*, excrementum, species.

- Pars
  - *Communis* cum animalibus appellationis; vt ala, brachium, capillus, caput, caro, ceruix, coma, crus, fibra, genu, humor, matrix, medulla, cerebrum, membrana, neruus, oculus, os, sinus, vertebra, vertex. &c.
  - *propria* plantarum: vt aculeus, albumen, arista, acinus, bulbus, bacca, calamus, caudex, caulis, cortex, flos, folium, fructus, granum, lanugo, lignum, mucus, nucleus, palea, pedunculus, propago, ramus, radix, scapus, soboles, spica, stamen, stipes, stolo, surculus, talea, hermes, tecta, tunica, vmbella, &c.
  - *propria* vnius speciei: vt laurea. pampinus, corymbus, &c.
- *Fructus, & excrementa*: vt nux, vua, pyrum, malum, glans, iuglans, resina, gummi, sinapi, dactylus, &c.
- Nempe
  - *marina*: vt alga, muscus marinus.
  - *palustres*: vt iuncus, arundo nymphæa.
  - *syluestres*: vt saxifraga.
  - *agrestes*: vt segetes.
  - *pratenses*: vt gramen.
  - *hortenses*: vt lactuca, olus.
  - *dumenses*: vt adiantum, myrica.
- Species
  - herba
    - à locis
    - à partibus
      - *spinosæ*: vt eryngion, carduus.
      - *vmbelliferæ*: vt anethum, fœniculum.
      - *bulbosæ*: vt cepe, narcissus.
      - *carnosæ* radicibus: vt iris, gramen.
      - *innixæ* aliis: vt cucurbita.
    - à viribus
      - *segetes*, vt triticum, hordeum.
      - *olerea*: vt ortulaca, caulis.
      - *purgatoriæ*: vt helleborus.
      - *venenatæ*: vt papauer, aconitum.
      - *odore* commendabiles: vt saluia, pulegium, coronariæ, &c.
  - Frutices: vt genista, ramus.
  - arbores
    - frugiferæ
      - agrestiores — perenniter virescentes.
      - mitiores — vel non perenniter.
    - steriles
  - Fungi, tubera, coralium, pili & consimilia.

Digitized by Google

ARTICVLVS TERTIVS.

De prima, & ſecunda ſubſtantia.

Quæ prima ſubſtantia, & cur ſic appellatur?

Definitur { quod non eſt in ſubiecto, neque de ſubiecto dicitur.
quod propriiſſimè, eſt *hoc aliquid*.
quod propriiſſimè, & maximè ſubſtantia videtur.

Eſt id quo maximè diſſoluitur quæſtio facta per quidnam eſt de aliquo ſuppoſito.

Eſt { magis, } { Ariſtoteli Bucephalus, quam equus.
prius } { Platoni, *ipſe equus*, quam quidam equus.

Quæ Platoni { prima, ea ſecunda
ſecunda, ea prima } ſubſtantia Ariſtoteli

Obiectiunculæ.

Prima. Quod ſingulare eſt non definitur: ſubſtantia prima eſt ſingularis: Ergo, &c.

D. P. { ſi ſit extrinſecè, & denominatiuè tantum ſingularis, C.
ſi eſſentialiter N.

D. S. eſſentialiter. C. extrinſecè & denominatiuè N.

Nam { vt indeclinabile eſt vox declinabilis.
Ita ſingularis ſubſtantia, eſt terminus communis dum ſumitur ſimpliciter.

2. Non licet negationem adhibere ad definiendum quid poſitiuum.

Reſpondeo licere aliquando { propter præſtantiam.
propter tenuitatem.
propter obſcuritatem.

3. Nulla definitio rei poſitiuæ abſoluitur ſolis negationibus.
R. in prima definitione ſubaudiri nomen *entis*.

4. Oportuit prius definire ſubſtantiam generatim, quam definire primam, quam ſecundam, quamquè diuidere.

R. { primò diuiſiones, eſſe rudes definitiones.
ſecundò interdum prius definiri ſpecies, quam genus. p. cùm quaſi itur ad venantionem.
tertiò, ex definitionibus ſpecierum facile colligi definitionem generis.

Quid ſubſtantia ſecunda?

Indicat genera & ſpecies, quæ de prima affirmantur ſecundum nomen, &

Digitized by Google

ſecundum definitionem ad quæſtionem factam per quidnam eſt.

Prædicatur-ne accidens de ſubſtantia ſecundum rationem, & definitionem?

Quæritur vtrum candidus, niger, & conſimiles prædicentur de ſubſtantiis. p. de ceruſa, ebeno, &c.

Ariſtoteles ait { prædicari ſecundum *nomen*. / non prædicari ſecundum *rationem & ſynonymè*.

Nonne inquis candidi definitio prædicatur de ceruſa?

D. Platonicè proferatur, vel Peripateticè: ſi Platonicè proferatur, non prædicatur;

Quia non eſt proferenda niſi formalis in h.m.

Color aſpectum diſſipans;

Quoniam materia Platoni non eſt pars rei, non pertinet ad τὸ eſſe quod res eſt.

Peripateticè { vel affertur *formalis* & platonica definitio, nec prędicatur de ſubſtantia. / Ceruſa non eſt color aſpectum diſſipans (niſi forſan ſenſu concomitatiuo.) / vel profertur quę exponat formam cum materia & hoc in hoc: vt ſit candidi hęc definitio.

Coloratum quod poteſt aſpectum diſgregare.

Tunc { prædicatur { quia definitio & definitum reciprocantur. / licet in locum definiti ſufficere definitioné ex. 6. Top. } / ſed non prędicatur eſſentialiter, vt definitionem decet prędicari. }

Obiectio.

Vt ceruſa non eſt candor, non eſt color diſſipans aſpectum.

Ita homo non eſt animalitas, non eſt rationalitas: Ergo videtur par conditio accidentium, & generum. ac differentiarum.

N.A. quia { nix & ceruſa non eſt verè & realiter candor. / homo realiter, verè, realiter & eſſentialiter eſt animalitas, & rationalitas. / rectè dicitur homo animalitas, cum rationalitate, vt dicitur eſſe animus cum corpore. }

Homo { eſt candidus, ſed non candor eſt. / eſt animal, & verè realiterque animalitas. }

Tolluntur-ne ſubſtantiæ ſecundæ ſublatis omnibus primis?

Sententia prior.

Sublatis omnibus indiuiduis. p. ommbus equis ſingularibus, tollitur ſpecies. p. equus.

Sed tollitur ſecundum *exiſtentiam*, non ſecundum *eſſentiam*.

Digitized by Google

Id est { essentia speciei non existet. / seruabitur tantum incolumis, in suis caussis.

Per hanc sententiam essentia creaturæ est æterna, & creatori coæterna.

Refellitur quia essentiæ verè generantur, creantur.

Vniuersale Aristoteli nihil præter singularia, nihil aut quid posterius.

Essentia, & existentia non videntur distingui nisi ratione.

De subiecto scientiæ & demonstrtionis non magis supponitur *essentia*, quam *existentia*, primo de demonstratione, non magis τὸ *quid sit* quam τὸ *an sit*.

Posterior sententia.

Si tolluntur omnia singularia è natura rerum, tollitur speciei tum *essentia*, tum *existentia*.

Si essentiam remanere dicas per possibilitatem, consimili iure existentia per sui possibilitatem dici potest remanere.

Obiectiones.

Prima. Sublato inferiori non tollitur superius sed contrà.

Dist. sublato aliquo C. sublato quouis N.

Sublatis omnibus speciebus manet tamen genus Porphyrio.

2. Dist. ex ipso secundum cognitionem C. secundum rem N.

3. Vniuersalia æterna. R. non esse nisi negatiuè, & eo modo qui expositus est.

4. Propositiones scientiarum dicuntur esse sempiternæ veritatis.

Vt homo est animal, rosa est flos.

Non est autem oratio vera, nisi quia res ita habet: quare ante conditum orbem homo fuit animal, proindeque fuit: non fuit tamen secundum existentiam: Ergo fuit saltem secundum essentiam.

R. esse sempiternæ veritatis, quia nunquam possunt esse falsæ.

Sunt de re vera, aut possibili sed in hunc sensum.

Homo est animal { homo potestate est potestate animal. / homo actu est actu animal. / homo qui est, est animal. / quia { homo qui fuit, fuit animal. / homo qui erit, erit animal.

Neque enim vt res sciatur, aut cognoscatur, requiritur illud, nempè quod essentiam, existentiamque habeat; est enim par ratio singularium, & speciei: non requiritur autem neque essentia, neque existentia diui Petri vt cognoscatur.

Homo inquis, potestate aliquomodo est iam actu animal, vt carnes animalium quibus vescitur homo: ergo non est animal potestate.

Respondeo tunc esse vnum animal actu, aliud potestate.

Prius natura non pendet à posteriori natura sed contrà.

Vniuersalia sunt per naturam priora inferioribus.

Digitized by Google

D. S. { si comparetur gradus *simplicior* cum magis composito. p. animal cum humanitate, aut genus cum differentia, C.
si verò gradus vniuersalis conferatur cum se ipso singulari, excludendo tamen singularitatem vt exempl. gr. humanitas cum hac & illa humanitate, N.

Quia humanitas communis excitatur ex omnibus humanitatibus possibilibus.

ARTICVLVS IIII.

De affectionibus et notis substantiarum.

Prima affectio.

Non esse in *subiecto* inhæsionis conuenit substantiæ prædicamentali, sed *omni* non *soli* quoniam conuenit etiam differentijs & partibus substantiarum.

Secunda affectio.

Synonymè prædicari de prima substantia .p. de Petro, de Bucephalo, &c.

Conuenit substantiæ { non cuiuis, quia non conuenit primæ.
sed secundæ verùm { *omni.*
non *soli*, quia conuenit etiam differentijs.

Tertia affectio.

Substantia { prima significat hoc *quiddam* siue hoc *aliquid.*
secunda { videtur significare hoc *aliquid*, si vocabuli figura τὸ δὲ τί spectetur.
sed tamen significat *quale quid.*

Substantiæ autem accipiendæ sunt verbis circunscriptis [vt significent.]

Prima interpretatio ex Alberto.

Substantia { prima significat *quid* vt Bucephalus.
secunda significat *quale quid*, vt homo.

Etenim componitur { ex genere quod *quid* } significat.
ex differentia quæ *quale* }

Examen.

Interpretatio hæc non videtur idonea, quia substantia inest individuo, non inest summo generi.

Secunda ex eodem.

Significat substantia { prima substantiam tantum, quæ quidditas.
secunda { & substantiam.
& vniuersalitatem, quæ est qualitas quædam.

Tertia ex Alexandro 3. Metaphysicæ.

Consueuit Aristoteles nuncupare hoc *aliquid* ..... id quod sensibile .... id quod digito monstrari potest .... & omnino quicquid per se consistens.

Quid verò, inquis, nonne substantia secunda per se consistit & cohæret? *Obiect.*

Digitized by Google

6 Intelligentiæ ſiue Angeli carent contrarietate affectionum.
N. quia nolunt & volunt, nolle & velle ſunt contraria.

ARTICVLVS VLTIMVS.

Quid reponatur in categoria ſubſtantiæ & quo iure.

Ponuntur-ne vlla indiuidua in categoria ſubſtantiæ?

Si Metaphyſico more tradatur categoria, indiuiduũ negatur ingredi catego-
Quia indiuiduum non ingreditur ſcientiam. (riam:
Sin autem Logico .p. diuidendo ſtatim ſubſtantiam primam & ſecundam:

Metaph. Tunc { ſuppoſita reponuntur in hac categoria per commune nomen ſubſtantiæ primę, non vniuerſa ſigillatim enumerantur.
ſed ponuntur itaut commune illud nomen exemplis illuſtretur à præceptore: & exemplorum numerus à diſcipulo amplificari debeat.

Hîc ne differẽtię ſubſtãtiales vt rationale, bipes, ſanguineũ, &c

Quatenus componunt ſpeciem completam. p. hominem, equum, &c. ſunt in hac categoria: vt hæc ſpecies.
Vt autem per ſe expenduntur non pertinent ad categoriam niſi reductiuè: Ponivero ſolent ad latus ſpecierum.
Negant tamen aliqui differentias poni in categoria ſubſtantiæ. Ammonius ſubſtantiales differentias fingere videtur tanquam aliquid medium & interiectum inter ſubſtantiam & accidens.

Reſponde breuiter { differentias ſubſtantiales eſſe ſubſtantiam, quia ſubſtantia non componitur ex non ſubſtantijs 1. Phyſic. cap. 6.
non eſſe tamen ſubſtantiam totalem, ſed tantum partialem, neque eſſe ſubſtantiam quæ definitur ab Ariſtotele, ſed eſſe illius: ideo poni quidem differentias in categoria, non tamen per ſe, ſed per ſpeciem, non in recta ſerie, ſed ad latus.

An partes?

De capite, ſanguine, &c. Iudicandum, vt de differentijs. ¶
Sunt aliquomodo ſubſtantia non prędicamentalis tamen.
Subſtantia non componitur ex non ſubſtantia.

Pars, vt caput, thorax, &c. conſideratur { vel in toto.
vel ſeorſim.

Nomine { priori non eſt dubium quin ponatur in categoria, quia eſt in toto; & totum in categoria.
posteriori { quatenus arguit priuationem quandam & relationem, non videtur poni in categoria ſubſtantiæ niſi imperfectiſſimè.
quatenus vero eſt totum inchoatum perfectio quędam abſoluta ponitur illic, ſed reductiuè. Eſt enim ſubſtantia quædam, 2. de anima. 18. Metaph. c. 1. 12. 4. 5. 9.

Cur

Digitized by Google

Cur non inquis absolutè suo iure, quasi propria auctoritate, & suo capite pars censetur in categoria? Respondeo quia non est perfectè ens.

Obiectio.

Differentiæ substantiarum sunt qualitates. D. { substantiales, C. / accidentales, N.

Genus non prędicatur essentialiter de differentijs: Ergo substantia non prædicatur de differentijs substantiarum essentialiter, proindeque non sunt substantia.

D. { substantia quæ est summum genus, C. / substantia vero analogicè sumpta quæ conuenit toti & parti, N.

De completis generibus, & speciebus.

Constat genera & species quæ prædicantur in *quid* de suppositis, pertinere ad hanc categoriam.

Quæritur { vtrum omnia completa genera / vtrum omnes completę species } recenseri debeant in hac categoria.

Metaphysica tractatio postulat diligentissimam generum & specierum enumerationem.

Saltem { quantum patiuntur angustiæ humani ingenij. / quantum patitur Metaphysica considerandi ratio.

Si quid autem specierum & generum omittit Metaphysicus: Id recensendum est in disciplinis alijs. á. maximè in physiologia.

Logicus autem inter docendum non debet omnia genera, omnesque species rerum sigillatim recensere .... sed capita prędipua cum suis notis, ne memoria obruatur, & quia properandum est ad vlteriora.

Prętera non omnes species conuenire possunt ad vnam diuisionem quæ à summo genere vsque ad vltimas species continuetur.

quia dantur inchoatę species: de qua re in sermone de differentia.

Sed quando veniendum est ad vsum logicæ, quo locupletiori rerum & verborum supellectile categoriam compleuit logicus & complet, eô fructuosiorem experitur.

Inculcanda autem diligentius quæ communiora, quæ frequentioris vsus.

Monitum.

Elegantissimè & fructuosissimè fit categoria quando summum genus sic diuiditur, vt diuisio ad vltimas vsque species continuetur, nullum genus bis diuidatur.

Quomodo non quicquid prædicatur in quid de supposito, ingreditur categoriam: vt mus, animal oculatum, &c.

Non ingrediuntur nisi ea quæ patitur diuisionis vnitas. Fugiuntur in philosophia iterationes.

De Cœlis.

Cœlos à categoria nõ excludit { neque dignitas, cũ sint homine deteriores. / neque vilitas cum sint elementis præcellentiores.

Digitized by Google

Sumitur { rarò pro hypoſtaſi, & exiſtentia.
{ ſæpius { latè pro quauis quidditate & re.
{ ſtrictè pro ſola ſubſtantia, id eſt eſſenria per ſe cohærenti.

De τῷ eſſe in rudimentis Metaphyſicis: vſurpatur pro eſſentia.

Quomodo exprimitur τὸ eſſe?

Eſſe { ſubſtantiarum vix exprimitur, niſi per verbum ſum, es, eſt:
vt eſſe animal, eſſe hominem, eſſe ignem.
{ accidentium autem: vt curſus, caloris, frigoris, &c.

exprimi ſolet { tum per verbum ſum, es, eſt: vt eſſe currentem, eſſe militem.
{ tum per alia verba: vt currere, candêre, ſtare, &c.

Ens & eſſe.

τὸ *ens*, & τὸ *eſſe* opponuntur apud Ariſtotelem. ¶

Tum { ens ſignificare videtur *ſubiectum*, quod eſt.
{ τὸ eſſe, prædicatum & formam.

Quando ſic loquimur, Cicero eſt Conſul, Cicero eſt Orator:

Conſul & Orator { ſunt idem ſecundum *ens*.
{ non ſunt idem ſecundum τὸ *eſſe*.

Sunt idem materialiter, non formaliter vt loquimur in ſcholis. (.·.)

Phyſis, natura, res, &c.

φύσις. De nomine φύσεως & naturæ in elementis phyſicis.

Natura interdum ſumitur pro ſubſtantia.

Res. Res { latè quiduis, maximè ſi ſolidum & reale.
{ antonomaſticè ſola ſubſtantia.

Quod quid erat eſſe, τὸ eſſe quod res eſt, quidditas, & τὸ quid, conſimiliter ſumuntur dupliciter.

n. { latè pro eſſentia, & ratione quauis.
{ ſtrictè & antonomaſticè pro ſubſtantia. ex Damaſceno interdum ſignificat ſpeciem vltimam.

Subſtantia.

Subſtantiæ nomen Deo { conuenit ſi ſpectetur vſus.
{ non videtur conuenire ſi ſpectetur ratio originis.

Sumitur { primò & rarò pro cenſu, facultatibus & diuitijs. p. apud Iuriſconſultos.
{ ſecundò, ſed rarius pro ſubſiſtentia, & hypoſtaſi.
{ tertiò pro eſſentia quauis: vt cum dicitur ſubſtantia caloris.
{ quartò, ſed vulgo in ſcholis pro eſſentia per ſe cohæréti, ſubſiſtenti minimeque accidentaria, vt in hac categoria.

Sed in negotio huius categoriæ videtur tripliciter vſurpari.

Digitized by Googl

latissimè est quicquid non est actu, vel aptitudine in subiecto *inhasionis*:
siue sit totum vt homo,
siue pars vt caput.

Nam latè illud tantum, quod non est in *subiecto*, quodque obtinet rationem suppositi, aut generis, aut speciei prædicabilis in quid de supposito, tumque differentiæ & partes non sunt substantia.

strictè sumitur pro sola substantia prima, vt 5. Metaphysicæ, cap. 8.

Secundus autem significatus videtur hocce loco vsurpari.

Quid substantia latius?

Illud quod non est in subiecto inhæsionis, siue sit totum, siue pars, vt homo, caput, &c.

Id quod per se est, id est non per aliud tanquam per subiectum, siue quod non est in subiecto, primo Posteriorum cap. 4.

Id quod per se existit & cohæret, res subsistens: Ens per se, siue secundum se.

Sed τὸ ens per se dicitur ambiguè, vt constat ex rudimentis metaphysicis.

Quot modis cogitatur substantia prædicamentalis simpliciter & ἁπλῶς?

2. vel tanquam gradus communis expressus è supremis speciebus. p. spiritu & corpore: & hoc modo est summum genus synonymum.
vel tanquam gradus immediatè expressus à generibus, speciebus & individuis per se ad hanc categoriam pertinentibus. p. à Socrate, homine, animali, planta, &c.

Et hoc modo est quid analogicum.

Videtur analogica substantia, etiam dum diuiditur in totalem. partialem.

Monuimus sumi aliter substantiæ nomen. aliter nomen animalis.

Ex qua varietate aliquid difficultatis, nisi aduertatur.

Monitum.

De substantiarum existentia, subsistentia & hypostasi, deque supposito, persona, & personalitate, in rudimentis metaphysicis.

Cohærere 1. idem atque simul hærere.
2. est existere in natura rerum, quomodo accidentia cohærent.
3. idem atque existere per se, minimeque inhærendo alteri rei.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Diuiſiones Subſtantiæ.

Prima ex quinto Metaphyſicæ, Cap.8.

Primò, corpora omnia inter vſias recenſentur.
2. quod dat illis eſſe. i. forma ſubſtantialis : vt anima equi.
3. quicquid ad vſias eas definiendas adhibetur: vbi Ariſtoteles vtitur exemplis rerum mathematicarum, nimirum quia aliqui res mathematicas, vt ipſum circulum, inter ſubſtantias numerabant.
4. quod definitione explicatur de ſubſtantia.

Concludit Ariſtoteles ſubſtantiam dici duobus præcipuè modis.

n. primum quod *ſubiicitur* id eſt indiuiduum ſubſtantiale.
deinde quod ſignificat hoc *aliquid* non ſeparatum. i. vltimam ſpeciem; vt canem, elephantum, equum, &c.

Sed quæ non ſeparetur ab indiuiduis, more idearum Platonicarum.

Secunda ex 7. Metaphyſicæ cap. 3.

Subſtantia
- 1. *quod quid* eſt. i. eſſentia ſubſtantialis, diuo Thomæ.
- 2. vniuerſale: Alexandro *idea*. / Auerroi *genus ſubalternum*, ſubſtantiale.
- 3. genus. i. *ens & vnum* Alexandro. / *genus ſummum* & idea Auerroi.
- 4. ſubiectum quod: vel prima ſubſtantia. / vel materia, forma, & totum indè coagmentatum.

Tertia ex ſecundo de Anima.

Subſtantia [corporea]
- *materia*: vt corpus noſtrum.
- *forma*: vt animus noſter.
- et totum, vt homo.

Quarta, quinta, ſexta.

Eſt
- complet
- incompleta

- finita
- infinita

- corruptibilis
- incorruptibilis

&c.

Ex indiuiduis ſubſtantiis, ea completa, quæ non ingreditur compoſitionem, entis per ſe: vt Bucephalus, Socrates.

Sed quædam ſubſtantia
- nunc completa
- nunc incompleta

vt anima noſtra, ramus arboris nunc amputatus, nunc non.

Septima è contextu.

Subſtantia nimirũ quæ *completa*, diuiditur, ſed analogicè, in primã & ſecundã.
Prima, eſt ſuppoſitum ſubſtantiale: vt Socrates.
2. vel eſt genus: vt arbor, animal, &c.
vel ſpecies vltima: vt homo, platanus, fagus, &c.

Digitized by Google

Octaua Diuiſio Subſtantiæ luculentior.

Substantia.

- ***Deus*** ineffabilis.
- **Spiritalis**
  - **animusvbi**
    - *facultates*: vt mens, voluntas, memoria.
    - *habitus*: vt iuſtitia, imagines rerum.
    - *actiones*: vt intelligere, velle, nolle.
  - **intelligentię hierarchiæ.**
    1. *Throni* in contemplatione ſtabiles, præcipui actiuitate, illuſtratione.
       Cherubin ſcientia eminentiſſimi.
       Seraphin amore Dei maximè flagrantes.
    2. *poteſtates*, quibus curæ principes.
       dominationes, quibus ſpiritus inferiores quaſi ſubſeruiunt.
       virtutes, ſic dictæ propter excellétiam facultatis.
    3. *Principatus*, miniſtri Dei exercentis principatũ.
       Archangeli, qui præſunt Angelis & mittuntur ad maiora.
       Angeli nuncij Dei, cuſtodes hominum.
- **Corporea**
  - **simplex**
    - *Cœli*: vt cœlum Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni, ſtelliferum, chryſtallinum, decimum, primum mobile, Empyreum.
    - *elementa*
      - *ignis* calidiſſimus, ſiccus, leuiſſimus.
      - *aër* humidiſſimus, calidus, leuis.
      - *aqua* frigidiſſima, humida, grauis.
      - *terra* ſiccisſima, frigida, grauiſſima.
  - **mixta imperfectior**
    - halitu
      - accenſo: vt cometa, fulmen.
      - illuſtrato: vt virgæ, halo, &c.
      - nec accenſo nec illuſtrato: vt vẽtus.
    - vapore
      - intra terrã: vt mare, flumina, fõtes.
      - in aëre: vt nix, grando, parelius.
    - Terra: vt terræ inſignes, p. lemnia, fulonia,
  - **perfectior**
    - **sine vita**
      - lapis
        - lapis propriè vt magnes, Galactites.
        - gẽma vt beryll⁹, margarita.
        - marmor: vt numidicum.
        - ſaxũ: vt arenariũ, calcariũ.
      - metallum.
        - ſimplex: vt aurum, argentũ.
        - *compoſitum vt aurichalcum, æs corinthium.*
      - Media: vt ſulphur, ſal, nitrum.
      - Ex viuentibus: vt cornu, pilus, panis, oleum, cadauer viuentis.
    - Cum vita: vt planta, animal, Zoophyton
      - alteri animali, *ſenſu.*
      - ſimile plãtæ, quia de loco ſuo in alium ſe transferre nequit.

Digitized by Google

Animal.

In animali conſiderantur potiſſimum partes, ſpecies, quę homo, bellua, & apud veteres philoſophos dij, aut dæmonia quędam.

- N.
  - Partes
    - Primò *materia* & *forma*, & anima, quę *vegetans, ſentiens, rationalis.*
    - ſecundò 4. elementa, ignis, aër, aqua, terra.
    - tertiò
      - hinc *ſemen*, aut id primum vnde animal.
      - inde *chylus*, id eſt ſuccus in quem primum vertitur alimonia.
    - Quarto *humores* quatuor, *cholera, ſanguis, pituita, Melancholia,*
    - quinto *ſpiritus*, qui *naturales, vitales, animales.*
    - *Similares*
      - ſexto medię partes: vt adeps, medulla.
      - ſeptimo, *ſimilares* [ſpeciatim] vt cutis, caro, membrana, os, cartilago, vena, arteria, neruus, ligamentum, tendo, fibra, muſculus.
      - octauò, quę his proportione reſpondent: vt ſanguis, ſuccus quidam in exanguibus.
    - *Diſſimilares*
      - *exteriores*: vt caput, collum, &c.
      - *interiores*: vt cerebrum, cor, hepar, & c.
  - Species
    - *bellua*
      - *terrea*
        - reptilis: vt coluber, vipera.
        - quadrupes
          - amphibia: vt crocodilus, hippopodamus.
          - terrea tantum
            - ruminans: vt bos.
            - non ruminans: vt lupus.
        - plurium pedum: vt formica, pulex.
      - *piſcis vbi*
        - partes
          - *propriæ*: vt pinna, ſquamma.
          - *communes* cum aliis animalibus: vt caro, caput.
        - ſpecies
          - marini
            - pelagij: vt cetę.
            - littorales: vt oſtrea.
            - ſaxatiles; vt turbi.
          - fluuiatiles vt Lucius, Carpa.
          - lacuſtres: vt ranæ.
          - amphibij: vt ſalmones.
      - *volucris* vbi
        - partes
          - communes, vt pes, caro.
          - proprię: vt alę, roſtrum, penna.
        - ſpecies
          - cum penna; vt columba, aquilę.
          - cum membrana
            - duplici: vt muſca.
            - quadruplici: vt apes.

Digitized by Google

Planta.

In planta consideratur potissimum *pars, fructus*, excrementum, species.

- Pars
  - *Communis* cum animalibus appellationis; vt ala, bracchium, capillus, caput, caro, ceruix, coma, crus, fibra, genu, humor, matrix, medulla, cerebrum, membrana, neruus, oculus, os, sinus, vertebra, vertex. &c.
  - *propria* plantarum: vt aculeus, albumen, arista, acinus, bulbus, bacca, calamus, caudex, caulis, cortex, flos, folium, fructus, granum, lanugo, lignum, mucus, nucleus, palea, pedunculus, propago, ramus, radix, scapus, soboles, spica, stamen, stipes, stolo, surculus, talea, hermes, techa, tunica, vmbella, &c.
  - *propria* vnius speciei: vt laurea, pampinus, corymbus, &c.
- *Fructus, & excrementa*: vt nux, vua, pyrum, malum, glans, iuglans, resina, gummi, sinapi, dactylus, &c.
- Nempe
  - *marina*: vt alga, muscus marinus.
  - *palustres*: vt iuncus, arundo nymphæa.
  - *syluestres*: vt saxifraga.
  - *agrestes*: vt segetes.
  - *pratenses*: vt gramen.
  - *hortenses*: vt lactuca, olus.
  - *dumenses*: vt adiantum, myrica.
  - herba
    - à locis
    - à partibus
      - *spinosa*: vt eryngion, carduus.
      - *vmbellifera*: vt anethum, fœniculum.
      - *bulbosa*: vt cepe, narcissus.
      - *carnosa* radicibus: vt iris, gramen.
      - *imixa* aliis: vt cucurbita.
    - à viribus
      - *segetes*, vt triticum, hordeum.
      - *olera*: vt ortulaca, caulis.
      - *purgatoria*: vt helleborus.
      - *venenata*: vt papauer, aconitum.
      - *odore* commendabiles: vt saluia, pulegium, coronariæ, &c.
  - Species
    - Frutices: vt genista, ramus.
    - arbores
      - frugiferæ
        - agrestiores
          - perenniter virescentes.
          - vel non perenniter.
        - mitiores
      - steriles
    - Fungi, tubera, coralium, pili & consimilia.

Digitized by Google

ARTICVLVS TERTIVS.

De prima, & ſecunda ſubſtantia.

Quæ prima ſubſtantia, & cur ſic appellatur?

Definitur { quod non eſt in ſubiecto, neque de ſubiecto dicitur.
quod propriiſſimè, eſt *hoc aliquid*.
quod propriiſſimè, & maximè ſubſtantia videtur.

Eſt id quo maximè diſſoluitur quæſtio facta per quidnam eſt de aliquo ſuppoſito.

Eſt { magis, } { Ariſtotcli Bucephalus, quam equus.
prius } { Platoni, *ipſe equus*, quam quidam equus.

Quæ Platoni { prima, ea ſecunda } { ſubſtantia Ariſtoteli
ſecunda, ea prima }

Obiectiunculæ.

Prima. Quod ſingulare eſt non definitur: ſubſtantia prima eſt ſingularis: Ergo, &c.

D. P. { ſi ſit extrinſecè, & denominatiuè tantum ſingularis, C.
ſi eſſentialiter N.

D. S. eſſentialiter. C. extrinſecè & denominatiuè N.

Nam { vt indeclinabile eſt vox declinabilis.
Ita ſingularis ſubſtantia, eſt terminus communis dum ſumitur ſimpliciter.

2. Non licet negationem adhibere ad definiendum quid poſitiuum.

Reſpondeo licere aliquando { propter præſtantiam.
propter tenuitatem.
propter obſcuritatem.

3. Nulla definitio rei poſitiuæ abſoluitur ſolis negationibus.
R. in prima definitione ſubaudiri nomen *entis*.

4. Oportuit prius definire ſubſtantiam generatim, quam definire primam, quam ſecundam, quamquè diuidere.

R. { pr.mò diuiſiones, eſſe rudes definitiones.
ſecundò interdum prius definiri ſpecies, quam genus. p. cùm quaſi itur ad venantionem.
tertiò, ex definitionibus ſpecierum facile colligi definitionem generis.

Quid ſubſtantia ſecunda?

Indicat genera & ſpecies, quæ de prima affirmantur ſecundum nomen, &

Digitized by Google

ſecundum definitionem ad quæſtionem factam per quidnam eſt.

Prædicatur-ne accidens de ſubſtantia ſecundum rationem, & definitionem?

Quæritur vtrum candidus, niger, & conſimiles prædicentur de ſubſtantiis. p. de ceruſa, ebeno, &c.

Ariſtoteles ait { prædicari ſecundum *nomen*. / non prædicari ſecundum *rationem & ſynonymè*.

Nonne inquis candidi definitio prædicatur de ceruſa?

D. Platonicè profertur, vel Peripateticè: ſi Platonicè proferatur, non prædicetur;

Quia non eſt proferenda niſi formalis in h.m.

Color aſpectum diſſipans,

Quoniam materia Platoni non eſt pars rei, non pertinet ad τὸ eſſe quod res eſt.

Peripateticè { vel affertur *formalis* & platonica definitio, nec prędicatur de ſubſtantia. / Ceruſa non eſt color aſpectum diſſipans (niſi forſan ſenſu concomitatiuo.) / vel profertur quę exponat formam cum materia & hoc in hoc: vt ſit candidi hęc definitio.

Coloratum quod poteſt aſpectum diſgregare.

Tunc { prædicatur { quia definitio & definitum reciprocantur. / licet in locum definiti ſufficere definitionẽ ex. 6. Top. } / ſed non prędicatur eſſentialiter, vt definitionem decet prędicari. }

Obiectio.

Vt ceruſa non eſt candor, non eſt color diſſipans aſpectum.

Ita homo non eſt animalitas, non eſt rationalitas: Ergo videtur par conditio accidentium, & gẽnerum, ac differentiarum.

N.A. quia { nix & ceruſa non eſt verè & realiter candor. / homo realiter, verè, realiter & eſſentialiter eſt animalitas, & rationalitas. / rectè dicitur homo animalitas, cum rationalitate, vt dicitur eſſe animus cum corpore. }

Homo { eſt candidus, ſed non candor eſt. / eſt animal, & verè realiterque animalitas. }

Tolluntur-ne ſubſtantiæ ſecundæ ſublatis omnibus primis?

Sententia prior.

Sublatis omnibus indiuiduis. p. omnibus equis ſingularibus, tollitur ſpecies. p. equus.

Sed tollitur ſecundum *exiſtentiam*, non ſecundum *eſſentiam*.

Digitized by Google

Id est { essentia speciei non existet. / seruabitur tantum incolumis, in suis caussis.

Per hanc sententiam essentia creaturæ est æterna, & creatori coæterna.

Refellitur quia essentiæ verè generantur, creantur.

Vniuersale Aristoteli nihil præter singularia, nihil aut quid posterius.

Essentia, & existentia non videntur distingui nisi ratione.

De subiecto scientiæ & demonstrtionis non magis supponitur *essentia*, quam *existentia*, primo de demonstratione, non magis τὸ *quid sit* quam τὸ *an sit*.

Posterior sententia.

Si tolluntur omnia singularia è natura rerum, tollitur speciei tum *essentia*, tum *existentia*.

Si essentiam remanere dicas per possibilitatem, consimili iure existentia per sui possibilitatem dici potest remanere.

Obiectiones.

Prima. Sùblato inferiori non tollitur superius sed contrà.

Dist. sublato aliquo C. sublato quouis N.

Sublatis omnibus speciebus manet tamen genus Porphyrio.

2. Dist. ex ipso secundum cognitionem C. secundum rem N.

3. Vniuersalia æterna. R. non esse nisi negatiuè, & eo modo qui expositus est.

4. Propositiones scientiarum dicuntur esse sempiternæ veritatis.

Vt homo est animal, rosa est flos.

Non est autem oratio vera, nisi quia res ita habet: quare ante conditum orbem homo fuit animal, proindeque fuit: non fuit tamen secundum existentiam: Ergo fuit saltem secundum essentiam.

R. esse sempiternæ veritatis, quia nunquam possunt esse falsæ.

Sunt de re vera, aut possibili sed in hunc sensum.

Homo est animal { homo potestate est potestate animal. / homo actu est actu animal. / homo qui est, est animal. / homo qui fuit, fuit animal. / homo qui erit, erit animal.

Neque enim vt res sciatur, aut cognoscatur, requiritur illud, nempè quod essentiam, existentiamque habeat; est enim par ratio singularium, & speciei: non requiritur autem neque essentia, neque existentia diui Petri vt cognoscatur.

Homo inquis, potestate aliquomodo est iam actu animal, vt carnes animalium quibus vescitur homo: ergo non est animal potestate.

Respondeo tunc esse vnum animal actù, aliud potestate.

Prius natura non pendet à posteriori natura sed contrà.

Vniuersalia sunt per naturam priora inferioribus.

Digitized by Google

D. S. { si comparetur gradus *simplicior* cum magis composito. p. animal cum humanitate, aut genus cum differentia, C.
si verò gradus vniuersalis conferatur cum se ipso singulari, excludendo tamen singularitatem vt exempli gr. humanitas cum hac & illa humanitate, N.

Quia humanitas communis excitatur ex omnibus humanitatibus possibilibus.

ARTICVLVS IIII.

De affectionibus et notis substantiarum.

Prima affectio.

Non esse in *subiecto* inhæsionis conuenit substantiæ prædicamentali, sed *omni* non *soli* quoniam conuenit etiam differentijs & partibus substantiarum.

Secunda affectio.

Synonymè prædicari de prima substantia .p. de Petro, de Bucephalo, &c.

Conuenit substantiæ { non cuiuis, quia non conuenit primæ.
sed secundæ verùm { *omni*.
non *soli*, quia conuenit etiam differentijs.

Tertia affectio.

Substantia { prima significat hoc *quiddam* siue hoc *aliquid*.
secunda { videtur significare hoc *aliquid*, si vocabuli figura τὸ δὲ τί spectetur.
sed tamen significat *quale quid*.

Substantiæ autem accipiendæ sunt verbis circunqeltitæ [vt significent.]

Prima interpretatio ex Alberto.

Substantia { prima significat *quid* vt Bucephalus.
secunda significat *quale quid*, vt homo.

Etenim componitur { ex genere quod *quid* } significat.
ex differentia quæ *quale* }

Examen.

Interpretatio hæc non videtur idonea, quia substantia inest in diuiduo, non inest summo generi.

Secunda ex eodem.

Significat substantia { prima substantiam tantum, quæ quidditas.
secunda { & substantiam.
& vniuersalitatem, quæ est qualitas quædam.

Tertia ex Alexandro 3. Metaphysicæ.

Consueuit Aristoteles nuncupare hoc *aliquid* ..... id quod sensibile .... id quod digito monstrari potest .... & omnino quicquid per se consistens.
Quid verò, inquis, nonne substantia secunda per se consistit & cohæret? *Obiect.*

Digitized by Google

D. { si cohæsio per se excludat tantum cohęsionem in subiecto inhæsionis, cohæret per se.
non cohæret per se, si excludat { tum cohæsionem in subiecto.
tum cohæsionem in inferiori.

Quarta & conformis interpretatio.

Hoc *aliquid* siue hoc quiddam τὸ δὲ τὶ idem est, atque non cohærens in alio { neque tanquam pars in *toto*.
neq; tanquã forma in *subiecto*.

Quinta interpretatio.

Substantia prima .j. nomen substantiæ primæ significat *hoc aliquid*. j. aliquid singulare, certum, & quasi digito demonstrabile.

Secunda non significat hoc aliquid, sed potius quale quid:

Nam vniuersale est in alio, est indeterminatum & incertius.

Ea, tamen propter penuriam & ignorationem propriorum nominum vsurpatur ad res *singulares* significandas: vt lapis ad significandum hunc vel illum lapidem.

Ideo videtur significare hoc aliquid, certum quid.

Consulendus sermo de Sophisticis captionibus.

Quarta affectio.

Substantia substantiæ non est propriè, & per se contraria: vt ignis aquæ, homini cœlum & bellua.

Quinta affectio.

Substantia { non suscipit propriè *magis* & *minus*, grammaticis substantiuum non comparatur.
suscipit tamen minus propriè.
non suscipit in eodem vel in pari gradu, suscipit in dispari.

Socrates non est magis substantia quam Bucephalus.

Socrates non est magis homo, quam Bucephalus est equus.

Animal non est magis substantia, quam planta est substantia.

Sed magis est substantia Socrates quam homo, homo quam animal, & sic deinceps.

Corollarium. Itaque nihil minus est substantia, quam substantia fusissimè & simpliciter sumpta.

Homo magis explicat essentiam & substantiam, quam animal, & animal quam viuens, & sic deinceps.

Sexta affectio.

Maximè proprium est substantiæ .... quod substantia vna eademque numero est *subiectum* contrariarum affectionum, aut saltem quod eadem numero per mutationem sui est subiectum contrariarum affectionum: vt ferrum frigoris & caloris, &c.

Opinio [*habitualis*] eadem numero, est { nunc vera.
nunc falsa.

Digitized by Google

Sed per mutationem rei cogitatæ non opinionis.

Conuenit-ne ſubſtantiæ ſecundæ hæc proprietas?

Conuenit { non quod ſubſtantia ſecunda quandiu eſt ſecunda ſit vnum numero. / ſed quia dum efficitur indiuidua, contraria accipit accidentia. } *Ex Alberto.*

Septima affectio.

Per ſe cohærere & ſubſiſtere, proprium eſt ſubſtantię. De ſubſtantia in rudimentis.

Octaua affectio.

Proprium eſt ſubſtantiæ eſſe accidentium ſubiectũ, hoſpitium, receptaculũ. De ſubiecto in ſermone de accidente.

Nona affectio.

Subſtantia prior eſt quam accidens { natura ſiue ſecundum naturam. / tempore. / definitione. }

Cur tempore?

Non quia quæuis ſubſtantia ſecundum tempus antecedat quoduis accidens ſuum: pleræque ſubſtantiæ ſecundum tempus antecedunt aliquod accidens ſuum, p. calorem, deambulationem, &c.

Numquam accidens ratione temporis antecedit ſubiectum ſuum cui primario per ſe inhæret.

Figura cadaueris { antecedit cadauer. / ſed hæret primò & per ſe materiæ, cadaueri non hæret niſi per partem equi. }

Obiectiones.

Contraria non ſuſcipiuntur in eodem ſubiecto. 6. Phyſicorum. 1.

D. { vicißitudine quadam ſeu vnum poſt alterum, N. / ſimul D. { in ſummo gradu, C. / in remiſſo, N. } } ¶

Quantitas manens eadem numero ſuſcipit calorem & frigus.

D. tanquam ſubiectum *quo*, C. 2.

Tanquam ſubiectum *quod*, N. De qua re poſtea.

Idem motus { nunc concitatior / nunc tardior } D. { ſecundum diuerſas partes, C. / ſecundum vnam & eandem, N. } 3.

Non ſuſcipit { fel dulcedinem / nix atrorem } &c. Ergo ſubſtantia non capit contrarietatem affectionum. 4.

D. quamuis, C. Aliquam, N.

Cœli contrarietate carent D. { corruptiua, C. / quauis, N. } 5. *Ex 1 de Cœlo.*

Digitized by Google

6 Intelligentiæ ſiue Angeli carent contrarietate affectionum.
N. quia nolunt & volunt, nolle & velle ſunt contraria.

ARTICVLVS VLTIMVS.

Quid reponatur in categoria ſubſtantiæ & quo iure.

Ponuntur-ne vlla indiuidua in categoria ſubſtantiæ?

Si Metaphyſico more tradatur categoria, indiuiduũ negatur ingredi catego-
Quia indiuiduum non ingreditur ſcientiam. (riam:
Sin autem Logico .p. diuidendo ſtatim ſubſtantiam primam & ſecundam:

Metaph. Tunc { ſuppoſita reponuntur in hac categoria per commune nomen ſubſtantiæ primę, non vniuerſa ſigillatim enumerantur.
ſed ponuntur itaut commune iſtud nomen exemplis illuſtretur à præceptore: & exemplorum numerus à diſcipulo amplificari debeat.

Hîc ne differẽtię ſubſtãtiales vt rationale, bipes, ſanguineũ, &c

Quatenus componunt ſpeciem completam. p. hominem, equum, &c. ſunt in hac categoria: vt hæc ſpecies.
Vt autem per ſe expenduntur non pertinent ad categoriam niſi reductiuè: Ponivero ſolent ad latus ſpecierum.
Negant tamen aliqui differentias poni in categoria ſubſtantiæ. Ammonius ſubſtantiales differentias fingere videtur tanquam aliquid medium & interiectum inter ſubſtantiam & accidens.

Reſponde breuiter { differentias ſubſtantiales eſſe ſubſtantiam, quia ſubſtantia non componitur ex non ſubſtantijs 1. Phyſic. cap. 6.
non eſſe tamen ſubſtantiam totalem, ſed tantum partialem, neque eſſe ſubſtantiam quæ definitur ab Ariſtotele, ſed eſſe illius: ideo poni quidem differentias in categoria, non tamen per ſe, ſed per ſpeciem, non in recta ſerie, ſed ad latus.

An partes?

De capite, ſanguine, &c. Iudicandum, vt de differentijs. ¶
Sunt aliquomodo ſubſtantia non prędicamentalis tamen.
Subſtantia non componitur ex non ſubſtantia.

Pars, vt caput, thorax, &c. conſideratur { vel in toto.
vel ſeorſim.

Nomine { priori non eſt dubium quin ponatur in categoria, quia eſt in toto, & totum in categoria.
posteriori { quatenus arguit priuationem quandam & relationem, non videtur poni in categoria ſubſtantiæ niſi imperfectiſſimè.
quatenus vero eſt totum inchoatum perfectio quędam abſoluta ponitur illic, ſed reductiuè. Eſt enim ſubſtantiæ quædam, 2. de anima. 18. Metaph. c. 1. 12. 4. 5. 9.

Cur

Cur non inquis absolutè suo iure, quasi propria auctoritate, & suo capite pars censetur in categoria? Respondeo quia non est perfectè ens.

Obiectio.

Differentiæ substantiarum sunt qualitates. D. { substantiales, C. / accidentales, N.

Genus non prędicatur essentialiter de differentijs: Ergo substantia non prædicatur de differentijs substantiarum essentialiter, proindeque non sunt substantia.

D. { substantia quæ est summum genus, C. / substantia vero analogicè sumpta quæ conuenit toti & parti, N.

De completis generibus, & speciebus.

Constat genera & species quæ prædicantur in *quid* de suppositis, pertinere ad hanc categoriam.

Quæritur { vtrum omnia completa genera / vtrum omnes completę species } recenseri debeant in hac categoria.

Metaphysica tractatio postulat diligentissimam generum & specierum enumerationem.

Saltem { quantum patiuntur angustiæ humani ingenij. / quantum patitur Metaphysica considerandi ratio.

Si quid autem specierum & generum omittit Metaphysicus: Id recensendum est in disciplinis alijs. *i.* maximè in physiologia.

Logicus autem inter docendum non debet omnia genera, omnesque species rerum sigillatim recensere .... sed capita prędipua cum suis notis, ne memoria obruatur, & quia properandum est ad vlteriora.

Prędterea non omnes species conuenire possunt ad vnam diuisionem quæ à summo genere vsque ad vltimas species continuetur.

quia dantur inchoatę species: de qua re in sermone de differentia.

Sed quando veniendum est ad vsum logicæ, quo locupletiori rerum & verborum supellectile categoriam compleuit logicus & complet, eô fructuosiorem experitur.

Inculcanda autem diligentius quæ communiora, quæ frequentioris vsus.

Monitum.

Elegantissimè & fructuosissimè fit categoria quando summum genus sic diuiditur, vt diuisio ad vltimas vsque species continuetur, nullum genus bis diuidatur.

Quomodo non quicquid prædicatur in quid de supposito, ingreditur categoriam: vt mus, animal oculatum, &c.

Non ingrediuntur nisi ea quæ patitur diuisionis vnitas. Fugiuntur in philosophia iterationes.

De Cœlis.

Cœlos à categoria nõ excludit { neque dignitas, cũ sint homine deteriores. / neque vilitas cum sint elementis præcellentiores.

Digitized by Google

Controuerſia eſt de mente Ariſtotelis, potiuſquam de re.
Ea in vtramque partem ſic agitatur, vt vix liqueat quid ſenſerit Ariſtoteles.
In ancipiti cauſſa veritati concilietur Ariſtoteles.
Ergo cœli Ariſtotelis in categoria & prædicamento.

Primo quia ſeptimo Metaphyſicæ { ens diuiditur in ſubſtantiam, quantitem, &c. / cœli inter ſubſtantias.

Secundo quia motus explicatus 3. Pphyſicorum { pertinet ad cœlum. / non pertinet tamen niſi ad categorias, textu tertio.

Si locus cœli pertinet ad aliquam categoriam, pertinebit & ſubſtantia, item ſi motus.
Tertiò, quia ex 1. Phyſic. quicquid eſt, vel eſt ſubſtantia, vel quantitas, &c.
Quartò, quia genus & definitio depromuntur è categorijs ex 1. Top. cap. 7.

Quintò, quia { quæ conſtant potentia & actu, referuntur ad categoriam. / actus & potentia ſunt principia omnium rerum, 12. Met.

Obiectiones.

Prima. Corruptibile & incorruptibile differunt genere, decimo Metaphyſicæ.
R. genus illic ſignificare ſpeciem.

2. In cœlis non inuenitur potentia ſeu opportunitas ad ſuſcipiendam formam ſaltem eſſentialem. Ergo neque genus.
D. A. Phyſica, C. Metaphyſica & Logica, N.

3. Subſtantia categorica componitur } ex materia & forma.
Cœlum autem non componitur }
N. tum propoſitionem, tum ſumptionem.

4. Suſcipere contraria, dicitur eſſe affectio ſubſtantiæ maximè propria.
Ideo quæ ſubſtantia in categoria eſt, ea etiam vna eademque numero ſuſcipit contrarias affectiones.
Porrò cœlum idem numero non ſuſcipit contrari accidentia. Ergo, &c.
R. 1. ſumptionem expendendam in phyſicis [n. lib. de cœlo.]
2. Sententiam Ariſtotelis de rebus aliundè potiuſquam ex libris Logicis debere æſtimari.
3. Fortè hanc affectionem appellari maximè propriam .... non ſimpliciter, ſed comparatè tantum, quod ſit magis propria quam præcedentes.

De Angelis.

Non pauci Angelos corporeos fecerunt.
Horum errorem ita auerſamur, vt tamen Angelos in categoria retineamus.
Etenim capiunt ſubſtantiæ definitionem, ſubijciuntur accidentibus.
Ex Plotino Ariſtoteli ſunt in categoria intelligentiæ: 12. Metaphyſicæ ſubſtantia diuiditur in corruptibilem & incorruptibilem. 5. Metaphyſicæ dæmonia inter ſubſtantias: Quamquam eo nomine à nonnullis accipiuntur corpora cœleſtia vel diuina quædam animalia.

Digitized by Google

Obiectiuncula.

Intelligentiæ materia carent, duodecimo Metaphysicæ cap. 8. *Prima.*
Ergo & genere quod est materia quædam; 10. Metaphysicæ textu 24.
D. A. Physica & naturali, C. Metaphysica, N.
Æterna carent potentia. D. { Physica & corruptiua, C. / potentia quauis, N. } 2.
Intelligentiæ sunt puri actus, duodecimo Metaphysicæ textu tertio decimo. 3.
Ergo carent potestate, ideoque & genere.
D. Physica, C. Metaphysica & Logica, N.
Materia & forma sunt principia substantiæ, duodecimo Metaphysicæ cap. 3. 4.
Dist. ex capite 5. eiusdem libri { sensibilis, C. / cuiusuis, N. }
Intelligentiæ non propagantur numero, duodecimo Metaphysicæ cap. 8. 5.
Ergo non sunt species.
N.C. quia Aristoteli sol { est species. / nequit propagari. }
Substantia subijcitur accidenti: Intelligentiæ videntur expertes accidentium ex 12. Metaphysicæ: Ergo non sunt substantia saltem categorica. 6.
R. { sumptionem esse falsam & alibi expendendam. n. in Metaph. tract. de Angelis. / & tamen vt aliquid sit substantia, hoc requiriri vnum,
.n. vt per se cohæreat { siue subijciatur accidenti. / siue non subijciatur. }
Proferamus in vtramque partem coniecturas, & soluamus, vix enim liquet quid senserit Aristoteles.

Coniecturæ quibus statuitur Deus in categoria.

Cap. 6. lib. Ethic. Deus videtur afferri tanquam exemplum substantiæ categoricæ. R. esse substantiam, sed analogicè tantum. R. præterea mentem Aristotelis de rebus grauissimis, non esse expendendam, nisi illic vbi tractantur ex professo. 1.
Deus & homo non differunt secundum communia ex 3. Topicor: Ergo conueniunt. D. synonymè, N. analogicè, C. 2.
Pater synonymè conuenit cùm filijs: Deus est hominum pater, 1. Politic. 3.
Ergo. R. esse patrem eminenter tantum, & analogicè.
Mensura debet esse homogenea: Prima substantia (Deus) est mensura ceterarum ex 10. & 12. Metaph. Ergo, &c. R. homogenea appellari etiam quæ conueniunt analogicè. 4.
Si existeret infinita quantitas, foret eiusdem rationis cùm finita: Ergo substantia infinita, est eiusdem quo finita generis. 5.
D. { 1 si sit infinita in omni genere entis vt Deus, N. / 2 si in vno tantum entitatis genere, C. }
Deus omni modo, infinitisque modis est infinitus: linea infinita secundum

Digitized by Google

ſolam longitudinem eſt infinita.

6. Communis diſputatio inſtituitur ab Ariſtotele de intelligentijs vt comprehendatur Deus: Ergo ſynonymè conueniunt. N. conſequutionem, quia etiam analoga in vnam notionem cadunt.

7. Si analogicum eſt nomen intelligentiæ, ſubſtantiæ & entis, Deus futurus eſt primum analogatum: non eſſe probo.

Prius agendum eſt de primo analogato quam de alijs: Atqui in philoſophia non prius agimus de Deo quam de creaturis: Ergo non videtur primum analogatum.

D. P. { in analogis ſine attributione vlla, N.
in alijs D. { ſi ſit æquè notum atque cetera, C.
ſecus verò, N.

8. Nihil perfectè ſcitur donec ſciatur Deus: ſed vt cognoſcatur Deus qui non ſentitur, rudi cognitione rerum aliarum opus eſt.

Quicquid ſcitur, vniuerſale eſt: Deus ſcitur: Ergo eſt vniuerſalis, & proindè in categoria.

D. maiorem; vel virtute, vel formaliter, C. formaliter, N.

Deus non eſt idem formaliter ſpecies, ſed communicatur modo præſtantiori, quam vlla ſpecies, quia ſine ſui diuiſione ineſt pluribus perſonis Patri, Filio, &c. ſed hęc neutiquam Ariſtotelica.

Conjecturæ in alteram partem.

Deus ita eſt vnus, vt duplex eſſe nequeat: vnus princeps 12. Metaph. cap. vlt. Ergo fieri nequit generalis.

D. Conſ. Deus vt Deus. C. Deus vt intelligentia, ſubſtantia, N

Socrates { indiuiduum eſt.
vt homo eſt ſit ſpecies.
vt animal ſit genus, &c.

Quidquid conſtituitur ſub ſummo genere, vel eſt ſpecies, vel indiuiduum vltimæ ſubiectum ſpeciei: Atqui Deus non eſt ſpecies, non indiuiduum vltimæ ſubiectum ſpeciei: nã darentur plures eiuſdem definitionis: Ergo. &c

R. Deum eſſe ſpeciem, non formaliter, ſed virtute tantum, nec conſtare ſatis vtrum principem Deum à ceteris intelligentijs Ariſtoteles definitione ſecreuerit.

Omnia pendent à Deo 1. de cœlo cap. 9. Ergo ſynonymè cum Deo conuenire nequeunt: Negatur conſequutio, quia Filius à Patre pendet, lumen aëris, à ſole, &c.

Longius creatura à Deo diſtat, quam accidens à ſubſtantia.

D. { ſi ſpectetur perfectio, C.
ſi ſubſtantialitas, N.

Deus non poteſt accur. tè definiri D. à ſe, N. à nobis, C.

Omnis ſubſtantia extrinſecè cohęret & per aliud. D. finita, C. ſimpliciter, N.

Categoriæ finitæ. Ergo Deus qui infinitus non includitur categoria.

D. { vt à nobis planè comprehendatur, C.
vt aliquomodo attingatur, & apprehendatur, N. nam Theologia

Digitized by Google

noſtra finita eſt,& tamen Deum pro argumento finito habet.
Vocabula finita ſunt,& tamen Deum ſignificare poſſunt.
Deus ſimpliciſſimus: ſecundum rem C. ſecundum notionem. N.
Certè non excluditur ab hac categoria, quod categoria ſit quid finitum, nam eodem iure excluderetur à ſcientia quauis: conſulendus ſermo metaphyſicus.

Deus-ne verè in Categoria?

Qui ſynonymum faciat ſubſtantiæ nomen comparatione Dei, creaturæ, is in categoria videtur Deum debere collocare: ſed ita vt loco ſpeciei collocetur proximè ſub genere, quia Deus ſub vltima ſpecie collocari non poteſt,&c.
Nos analogiam tuemur,& aſſeueramus Dei ſubſtantiam,& entitatem, non eſſe eiuſdem cum noſtra rationis,& definitionis. Itaque negamus Deum in vlla reponi è 10. categoriis, ſeorſimque conſtituimus terminos, qui ad Deum pertinent: cuiuſmodi ſunt, omnipotens, omniſciens, bonus, miſericors,&c.
Argumenta ſententiæ huius repetuntur ex infinitate, ſimplicitate, efficientia, ſingularitate,& puritate actus Dei.
Præterea Deus non habet genus, quandoquidem Deo ſecundum naturam & rationem nihil prius: ſiquidem ens nequit tam latè ſumi, vt non Deum includat, ſaltem tanquam finem: quoniam omne ens, vel eſt Deus, vel Dei, quare dicendus eſt Deus *ſuperens*, vel ſolus ens.

Id eſt { vel appellandus eſt potius *ſuperens*, ſuperſubſtantia, quàm ens, ſubſtantia ex D. Dionyſio.
vel ſolus propriè dicendus eſt: eſſe, ſiue, eſſe ens.

Ego ſum qui ſum.

Obiectiunculæ.

Ex categoriis, vt vult diuus Auguſtinus 5. de Trinitate, tres propriè conueniunt Deo, n. ſubſtantia, relatio, actio: quod omnino, propriè conueniant Deo. N. quod videntur minus impropriè conuenire. C
Diuus Damaſcenus cap. 3. Dialecticæ ait ſubſtantiam eſſe genus generaliſſimum quod diuidatur in corpus & incorporeum.
R. incorporei nomine ſignificari tantum creatos ſpiritus.

Deo conueniunt { quædam formaliter vt eſſe ſubſtantiam.
quædam eminenter tantum: vt eſſe lapidem.

Ergo ratione illorum videtur contineri categoria. N. conſequutionem, quia ſi conueniunt formaliter, non propterea ſynonymè.
Non erramus quando cogitamus Deum tanquam ſubſtantiam, & cogitamus talem ſubſtantiam, qualem in nobis, aliiſque rebus cernimus, nam quì poſſimus cogitare aliam?
Reſponde nos primum fere omnia apprehendere tanquam corporea, propter ingenii imbecillitatem, ſed deinde errorem vtcunque emendare, dum ex. g. Deo detrahimus rationem corporis,&c. dicimuſque non eſſe planè

Digitized by Google

talem qualis à nobis cogitatur, docemus conſtruere ſyllogiſmos de DEO, itemque propoſitiones, non minus quam de rebus aliis: ergo videtur noſtrum eſſe terminos ſimplices, qui conueniunt DEO, vnde illæ componuntur, pertractare, & reuocare ad aliquam claſſem, cum præceptiones tradimus de prima mentis operatione.

R. veram eſſe iſtam ratiocinationem; ſed non propterea conſtitui in categoria vlla è decem Ariſtotelicis: conſule quæ monuimus ſupra de diuinis terminis.

Spectantur { vel generatim vt conueniunt etiam creaturis, & reuocantur ad claſſem analogicorum terminorum. / vel vt propriè conueniunt DEO, & tunc ſeorſim in vna claſſe conſtituendi veniunt.

Monitum.

1. Categoriarum conſtitutio res eſt aliqua ex parte arbitraria, vt iam monuimus.
2. Non ii omnes ex quibus legio conſtat, idonei ſunt ad imperandum, ideo in ea omnes imperaturi.
Non quicunque terminus in categoria eſt collocabilis, in ea collocatur, vt mus.
3. Vt exercitus variè in aciem diſponitur: ita quę pertinent ad vnum genus, variè in ordinem & categoriam reducuntur.
4. Vt prudens imperator mutat acici rationem pro variis occaſionibus:
Ita prudens præceptor logicus videtur mutare poſſe ac debere diſpoſitionem categoricam pro varietate auditorum.
5. Sed diſcipulus ductu ſuo aut alieno ſeligere debet diſpoſitionem, & ordinationem vnam cui inſiſtat, quam retineat ſalem donec maiores progreſſus fecerit. Cauendum ne memoria turbetur.
6. Ex ſermonibus ſuperioribus de ſubſtantia in eum potiſſimum incumbe, vbi prę cipua ſubſtantiarum proponuntur genera.
7. Qui terminus per ſe & ſuo nomine in categoria collocatur, dum vno inſtruitur modo, non ideo per ſe collocabitur ſi inſtruatur altero.

AD RELIQVAS NOVEM CATEGORIAS.

Præfatio & breuis diſputatio.

De Accidente quod opponitur Subſtantiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

De nomine, notione, exiſtentia, definitione, cauſſis.

Doctrina.

De accidente generatim agere { theoretico charactere, ſolius metaphyſici cum dialectico. / practico, ſolius logici.

Digitized by Google

Conſectatur metaphyſicus ſcientiam, dialecticus opinionem.

Notio, nomen, exiſtentia.

Manifeſtiſſima eſt naturalis congeries rerum creatarum, vbi per penetrationem multa cohærēt, vni adhæreſcit alterum, vel multa vni, vel duo pluraue ſibi inuicem.

Sed deueniendum eſt ad aliquid quod ſit natura ſua firmum & firmet cætera: quandoquidem in ea congerie elucere debet quid imperatorium, vt nexus rerum conſtituatur, de quo in rudimentis.

Itaque non eſt dubium, quin detur aliquid ſubſtantię, nec dubium quin detur id quod dicitur accidens oppoſitum ſubſtantię, conueniens, quod conuenit, affectio, proprietas: Maximè cum accidentium pleraque ſentiantur. *Nomēclatura.*

Notio repetatur è rudimentis metaphyſicis:
vt & diſtinctio vocabuli *accidens.*
de nomine affectionis & proprietatis alibi, ſermo, de qualit. & paſſim.

Porrò
- vt ſubſtantia dicitur nunc de toto & parte, nunc de toto tantum.
- ita etiam & accidens: de quare in metaphyſicis.

Quiduis
- nunc dicitur eſſe ſubſtantia vel accidens.
- nunc eſſe
  - vel ſubſtantia: vt homo, bucephalus, cœlum.
  - vel accidens: vt calor, frigus, mens.
  - vel quid ſubſtantiale, vt caput, rationalitas.
  - vel quid accidentarium, accidentale, vt inhæſio, diuiſibilitas.

Accidens & conueniens differunt originatione: vt dictum in rudimentis.

Accidens quale nomen?

Non eſt genus, ſiue genus ſynonymum, vniuocum.

Quia
- non eſt ratio conueniendi, accidendi.
- ſed
  - quædam accidunt ſubſtantię, quia extendunt ipſam.
  - quædam quia referunt vnam ad aliam.
  - quædam quia modificant, determinant.
  - quædam aliter.

dicitur analogicè
- vt Ciceronianum, fabrile.
- ita accidens Ciceroni, conueniens Ciceroni, &c.

Verum accidens eſt terminus Analogicus, iſque attributiuus.

Omnia vocantur accidens propter ſubſtantiam cui accidunt, quod accidant ſubſtantiæ.

Eſt autem attributiuum *ſecundi generis*: vt ſalubre.

Si quidem
- ſubſtantia ipſa non appellatur accidens.
- reliqua vocantur accidentia, à ſubſtantia cui annectuntur, agglutinantur.

De nomine ſubiecti ſubiacentis.

Subiectum, *ſubiacens*, & ſubſtratum variè dicitur in philoſophicis.

Primò, vt in hoc ſermone, eſt accidentis hoſpitium, fulcrum, adminiculum,

Digitized by Google

ſcipio, ſuſtentaculum, & quaſi baſis, & fundamentum, vt marmor ſi conferatur cum duritie.

2. Eſt *materia* quædam, quę recipiat formam: vt corpus noſtrum ſi conferatur cum natura, cum calore.

3. *Materia obiecta*, vt aſpectui color, arithmeticæ numerus.

4. Illud quod opponitur prædicato ſed variè.

nempè { 1. id de quo aliud verè affirmatur, vel negatur. / 2. id de quo aliquid verè affirmatur affirmariuè poteſt. / 3. id de quo aliud verè & eſſentialiter affirmatur. / 4. aliquid inferius, de quo aliquid verè affirmetur.

Quid eſſe in ſubiecto?

In ſubiecto id eſt in ſubiecto inhæſionis ex Ariſtotele in Anteprædicamẽtis dicitur eſſe illud, quod ſibi vindicat tres conditiones, ſuperiùs ànobis expoſitas.

Quidnam Accidens?

Id quod eſt in ſubiecto *inhæſionis*.....quod eſt & nõ cohæret per ſe.... quod non cohęret per ſe ſed per aliud tantum, videlicet tanquam per ſubiectum inhæſionis.

Aliquid per naturam ſuam caducum & pronum ad apprehendendum adminiculum cui innitatur & inhæreat, eo modo quo calor ferro.

Id quod non tam eſt quam ineſt, & ſimul eſt.

Id cuius τὸ eſſe videtur ineſſe quoddam.

Id quod non tam ens, quam entis ens.

Quod primo non eſt in alio, ſecundo non eſt tanquam pars, &c.

Obiectiones.

Prima Anima equi primò eſt in equi corpore: ſecundò non eſt pars: tertiò ſine illo corpore non poteſt eſſe, ſaltem naturaliter.

Ergo anima equi eſt in ſubiecto inhęſionis, proindeque propriè eſt accidens.

R. eſſe partem non corporis quidem, ſed rei tertiæ, quæ ex corpore & ex ipſa componatur. n. equi.

Accidens dum confertur cum ſubiecto non eſt neque pars, neque compars.

Candor, inquis, & marmor ſunt partes candidi marmoris.

R. candidum marmor eſſe tantum ens per accidens, non autem aliquid quod ſit propriè, & per ſe totum.

2. Subſtantia cohæret per Deum. D. { tanquam per cauſſam efficientem conſeruantem, C. / tanquam per ſubiectum inhæſionis N.

3. Quicquid cohæret per aliud, eſt accidens: Atqui homo cohæret per animum & corpus: ſubſtantia ſecunda per primam, &c. Ergo, &c.

D. P. { ſi tanquam per ſubiectum inhęſionis C. / ſi tanquam per partem & cauſſam efficientem N.

4. Quod cohæret per aliud tanquam per ſubiectum, eſt accidens: anima equi cohæret per corpus equi tanquam per ſubiectum. Ergo.

D. P.

Digitized by Google

D. P. { si cohæreat tantum per illud C.
si partim per se, partim per illud N.

dicuntur cohærere { Anima equi & formæ substantiales
partim per se.
partim per materiam.

Vt materia etiam partim per se, partim per formam substantialem.

Monit.

De accidentis caussis in rudimentis. *Primum.*

Discrimen formæ substantialis ab accidente, quærendum alibi ad lib. 2. physicorum. 2.

Accidentia multa sentiuntur, aut saltem sentiuntur multa quæ dicuntur accidens: itaque non videtur dubia existentia accidentis, licet multæ species sint in controuersia. 3.

De quibusdam dubium sint-ne substantia an accidens, vt de lumine.

Pars non propriè aliud à toto: itaque cum substantia secunda existit per primam, non propriè existit per aliud. 4.

Dubitari potest apprehendatnè substantia, an apprehendatur.

ARTICVLVS II.

De Inhæsione Accidentis.

Quæ maximè aduertenda in accidente?

In eo, quod appellamus accidés, conueniens, pathos, passionem, hexin, habitum, dispositionem, quatuor quæ maximè intima & aduertenda. πάθος ἕξις

n. { *essentia*, quę definitione explicatur: vt natura caloris.
τὸ *existere*, quod commune ipsi cum substantia.
infirmitas, cum pronitate quadam ad subiectum accipiendum, retinendum.
adhæsio ipsa actualis, siue ipsum τὸ inhærere actu, per quod calor e. g. est inhixus, annexus, agglutinatus ferro.

Hæc est velut naturalis quædã agglutinatio ... per quam res rei cum penetratione insinuatur, & ita tenaciter hæret coniuncta quę manet, vt diuelli nequeat.

Non cernitur à nobis sed colligitur ex perénitate comitatus, siue ex eo quod accidés deprehéditur, quandiu incolume est, comitari subiectum suum.

Exprimitur à nobis locutionibus quę ferè repetuntur à rebus conspicuis & artificiosis. p. nomine *inhæsionis*, agglutinationis, &c.

Quid inhæsio habitualis?

Nunc tertium & secũdum momẽtum .... i. *existentia* accidẽtis cum sua *infirmitate* & procliuitate ad adminiculum.

Digitized by Google

Nunc { tertium tantum. n. *infirmitas* cum pronitate, pronitas cum infirmitate, & modus quo existentia accidentis distinguitur ab existentia substantiæ.
aut saltem tantum illa pronitas & innixus quidam habitualis, qui sequitur existentiam & infirmitatem eius.

Est ne, τὸ inhærere de natura accidentis?

D. { si vsurpetur pro actu inhærere, pro inhæsione actuali, non est. est enim actus qui diuinam per virtutem potest separari ab accidente. neque magis est de essentia accidentis, quam τὸ animare de animę essentia.
si pro proclivitate ad inhærendum substantiæ, pro habituali inhæsione, non est, quoniam est proprietas accidentis.
si pro principio & radice vnde oritur tum tertium, tum quartum momentum, est de natura accidentis & essentia.

Est enim tũc modus, qui essentiam accidetis separat ab essentia substantiæ.
Neutra illa prior inhæsio siue quæ prius proposita, est de natura accidetis.

Etenim { neque existentia & existere } est de essentia & definitione rei
{ neque quod sequitur existentiam }

Quotuplex inhæsio neutiquam essentialis?

Est { vna *habitualis* per quam res dicitur posse inhærere.
altera *actualis* per quam de facto hæret.

Prius per naturam τὸ posse inhærere, quàm inhærere de facto: licet non prius secundum tempus per naturæ vires.

Cur dicitur accidens inhærere substantiæ potius quam contra?

Quia sæpe superstes substantia affectioni, nunquam affectio substantię.
Caducę plantæ arripiunt, potius quam arripiuntur. E.
Parentem potius sequitur proles quàm prolem parens.

Est-ne inhæsio actualis & existentia actualis in accidente idem?

Inhæsio { aut existentia cum innixu, existere & inniti.
aut innixus tantum.

Modo { priori plus complectitur quam existentia actualis: ideo distinguitur ab ipsa, vt totum à parte.
posteriori est modus quidam, qui succrescit existentiæ.

Itaque vtro nomine est plenè idem.

Potest-ne actu existere accidens quamuis non inhæreat?

Aut de habituali loquimur inhęsione: aut de actuali.

Quid si loquimur de habituali?

Si accidens aliquod separetur à subiecto, nec pereat tamen, vt calor ab igni, frigus à niue, &c.

De pronitate ad inhærendum. Nihilominus retinebit pronitatem ad substãtiam, & vim suam apprehẽdendi:

Digitized by Google

vt retinent caducæ plantæ, si diuelluntur ab adminiculo.

Nisi Deus per suam omnipotentiam potest inhęsionem habitualem vertere in *subsistentiam* & contra, aut omnino retinere cum incolumitate rei.... de qua re philosophantur metaphysici.

Quid si de actuali?

Quæritur
1. Primò, vtrum per absolutam Dei potestatem possit separari à subiecto, ita vt existat, & omnino existere non inhęrendo.
2. vtrum quoduis possit.
3. vtrum per naturæ vires accidens vllum cohęrere possit sine subiecto.
4. vtrum accidens vnum possit alteri esse pro fulcro & subiecto.

Responsio ad primam quæstionem.

Potest primo quia id nulla inuoluitur contradictione.

Secundò quia
- si substantia potest separari à subsistentia.... eodem iure accidens ab inhęsione.
- separatur autem humana natura Christi propria à subsistentia.

Tertiò quia ferè modi posteriores separari possunt à prioribus & contrà.

Quartò quia Deus materiam supplere potest, nisi quaten⁹
- componit.
- informatur.

Quintò quia
- calefactio separatur à calore producto: si quidem perit manente ipso, & omnino motus à termino.
- et tamen non minorem cum illo videtur obtinere affinitatem, necessitudinem, quam inhæsio cùm existentia.

Sextò quia aliqui è philosophis credidérunt posse *naturaliter*.

Responsio ad secundam.

Quædam accidentia sunt tam tenuis entitatis, vt non sit credibile, ipsam posse à re quauis alia separari: cuiusmodi sunt motus, figuræ.

Responsio ad tertiam.

Quidam veterum credidérunt dari immensam quãdam magnitudinem, quæ substantiæ nulli inhęreret, nonnulli lumen à sole circunduci. *Prima.*

Porphyrius in categoriis cap. 14. sic sentit de accidente. 2.

II. accidens non posse cohærere nisi inhæreat alicui substantiæ.
posse tantum cohærere sine illa cui innititur nunc: quia excurrat à subiecto vno in aliud. p. ab aere in ferrum.

Rectius Peripatetici arbitrantur substantiam accidenti præbere adminiculum, ea lege & conditione: Vt accidens à subiecto vbi nascitur, & cui inhæret, nunquam sine interitu dimoueri possit. 3.

Demõstratio repeti à fine potest. Accidens non est proximè nisi propter subiectum suum: itaque frustra illine digreditur.

Natura prouidere debuit ne substantia nuda deferatur.

Forma non potest separari à potentate vnde nascitur.

Hedera non deseruit quod a ripuit adminiculum.

Consulendus sermo metaphysicus de *inseparabilitate*.

Digitized by Google

Responsio ad quartam.

Supernaturaliter videtur posse *quantitas*, ex. g. tanquam substantiæ instrumentum per diuinam virtutem, sine substantia subiecta accidens aliud sulcire.

Etenim { non occurrit periculum contradictionis.
accidens validius est, quatenus est substantię instrumentum, quàm proprio priuatoque nomine: de quare alibi, [vt miles càm sub vexillis imperatoris, quàm cum solus dimicat.]

Naturaliter { vnum accidens nunquam est alterius primarium subiectum, siue *subiectum quod*.
at secundarium esse potest, siue *subiectum quo*.

Quantitas e.g. { non ipsa suscipit hospitio calorem, frigus.
sed est caussa cur in substantiam recipiantur calor, frigus: vt mens cur intellectio, voluntas cur volitio.

Quòd accidens cohæreat sine substantia, idne mirum est, siue miraculum?

Miraculum quòd accidens { procreetur sine substantia, extra substantiam cui hæreat.
diuellatur cum sua incolumitate à substantia: n. quoniam id naturæ insolens.

Quòd vero post talem { procreationem / separationem } cohæreat in natura:

Quæritur vtrùm sit adhuc miraculum: quia multa fiunt miraculosè, quæ cohærent deinde sine miraculo: vt sanitates miraculosę: & credibile est esse, quia Deus suppleat subiecti operam.

Monita.

De lumine, calore, & alio accidente quærat Metaphysicus;
Primò, vtrùm possit creari sine subiecto, diuelli à subiecto.
Secundò vtrum ita diuelli à subiecto, vt in ipso maneat, ei tamen non inhæreat.
Tertiò vtrum possit spoliari, & priuari procliuitate ad subiectum.
Quartò vtrum donari firmitate illa, quam subsistentiam nuncupamus.
Quintò vtrum possit aliud sulcire accidens.
Sextò vtrum quando post separationem retinet pronitatem ad subiectum, possit aliud apprehendere.
Et omnino vtrùm accidens possit transuehi à subiecto vno in aliud.

Certè quod sit { hoc substantia / illud accidens } vt doceat ratiocinium per experientiam quandam, non videtur docere demõstratio.

Credibile est dari accidens puta mentem, charitatem, fidem, scientiam, &c.
Quod dignitate datam aliquam energiam substantialem superet, p. energiam ignis, energiam aëris, &c.

Digitized by Google

Sed hæc & consimiles meditationes Metaphysici negotij, in quibus tamen conducibile est eum esse exercitatum qui sit eos impugnaturus, qui negant vlla virtute fieri posse vt accidens diuellatur à subsantia sine interitu.

Obiectiuncula ad primam Resp.

Quicquid existit actu sine subiecto, id substantia.
D. Si neque actu, neque aptitudine est in subiecto, Transeat. Secùs, N.

Obiectiones ad tertiam.

A sole in aërem, lumen } transfunditur. *Prima.*
Ab igni in manum, calor }
D. Abusiuè, C. sine abusiua locutione propriè, N. de qua re in rud.
Quando inficiuntur & tinguntur lanæ, color videtur verè manare à subiecto in subiectum. 2.
D. { à subiecto totali & subiecto *denominationis*, C.
{ à subiecto partiali & primario, cui propriè & per se inhærebat, N.
Lana non inficitur nisi imbibat succum, substantiaque colorata ei adhæreat.
A pariete in vestem emittitur verè & realiter color.
D. { vna cum ramento aliquo substantiæ, C. 3.
{ sine vehiculo suo, & subiecto, N.
Odor videtur vere effluere è rosis, pomis, cæterisque corporibus olentibus. 4.
R. { Aliquando effluere, sed non sine suo vehiculo & subiecto, j. tenui fumo.
{ fortasse tamen odorem non carere virtute procreandi odorem alterum: eo modo quo calor calorem procreat. De qua re alibi.
Aduerte { esse qui velint odorem sentiri per imaginem sui.
{ sed hanc non sufficere ad solutionem nodi, quia non permanet, permanet autem expressus & impressus odor.
Figura hominis non perimitur pereunte homine, &c. 5.
Ergo accidens separatur à subiecto.
D. C. { à subiecto *denominationis*, C. homo dicebatur figuratus, calidus.
{ à subiecto primario *inhæsionis*, N. figura hærebat corpori siue materiæ.
Sunt qui negant antecedens .n. assertores resolutionis in materiam primam.
Quærit Aristoteles in physico sermone de loco: vtrum sit vacuus locus si nihil inueniatur illic præter magnitudinem, &c. 6.
Ergo Aristoteles videtur hoc supponere. n. fieri posse, vt magnitudo separetur à substantia omni.
N. C. quia sæpè impossibilia supponuntur, vt intelligamus quod illinc euenturum sit.

Digitized by Google

ARTICVLVS VLTIMVS.

Quotuplex Accidens.

Monitum.

Conſulendæ in rudimentis { diuiſiones accidentis. / diuiſiones entis, quæ magna ex parte applicantur accidenti.

Circunferuntur aliquæ probationes numeri categoriarum: Sed non ſatis firmæ & claræ.

Nouenarius accidentium numerus dicitur neque deficere, neq; redundare.

Quomodo definiuntur ſingula accidentia?

De relatis definiendis poſteà loquemur.

Accidens quoduis definitur per additamentum cap. 4. lib. 6. Metaphyſicæ .j. ſubiectum explicitè vel implicitè ſaltem debet collocari in definitione accidentis .p. caloris, frigoris, &c.

Maximè autem ſi ſit accidens vt *ſimum.*

Fatendum eſt quod euèitit definitionem inuoluere contradictionem.

Monitū. Sed ſæpe propter experientiæ penuriam non ſatis probè aſſumuntur definitiones.

Vt animæ natura non eſt animare actu: ita nec accidentis hærere actu.

Quærendum ab audaculi: qui negant vlla virtute poſſe dimoueri accidens à ſubiecto:

Vtrum pr bè imaginentur gluten & vinculum quo vtitur natura ad res copulandas, qua fronte audeant pronunciare de ſolutione vinculi, quod neutiquam probe imaginentur & concipiant, &c.

IN CAPVT

De Quanto & Quantitate.

Summa capitis.

Diuiſionem Quanti triplicem habes ..... cum affectionibus, & diſtinctione.

Prima diuiſio.

τὸ quantum eſt *continuum*, vel *diſcretum.*

Continuum vt { *linea*, cuius terminus, eſt punctus. / *ſuperficies*, cuius terminus eſt linea. / *corpus*, quod terminatur & continuatur ſuperficie. / *tempus*, cuius partes continuantur momento. / *locus*, qui terminatur eo modo quo corpus, ſaltem ratione ſuæ [ſuperficiei.]

Diſcretum vt { *numerus* (fortè multitudo rerum permanentium.) / *oratio*, quæ multitudo longarum, breuiumque.

Digitized by Google

Continuum habet } partes copulatas communi termino [vinculoue]
Diſcretum non habet }

Secunda diuiſio.

Quantitas { vna eſt, vbi partes ſitum poſitionemue inter ſe habent .... vt *linea, ſuperficies, corpus, locus.*
altera vbi partes ſitum inter ſe nullum habent: vt *tempus, numerus, oratio.*

Eſt { aliquis ſitus, vbi quantitas eſt tum *continua*, tum *permanens.*
nullus vbi { vel *diſcreta*: vt numerus, oratio.
vel *ſucceſſiua*: vt tempus & oratio.

Tertia diuiſio.

Quantum { aliquid per ſe primo modo τοῦ per ſe & eſſentialiter eſt quantum: vt *linea, ſuperficies, corpus, &c.*
aliquid per aliud: vt calor, homo, &c. per lineam, &c.

Affectiones cum diſtinctione.

Quantitati nihil eſt contrarium. 1. *Affectio*

Cùm quantitas { vel *definita* ſit: vt pes, dies, vlna, hora, &c. *Diſtinctio.*
vel *indefinita*: vt { multũ { breue { magnũ { diu.
parum { longũ { paruũ { nó diu

Videtur { *definita* contrario carere: vt milliare, vlna.
indefinita non carere, quia aduerſatur { parum multo. *Obiectio*
magnum paruo.

Sed R. { Primò indefinita hæc eſſe potius relationes, quam quantitates. *Reſp.*
Secundò relationes iſtas non eſſe propriè contrarietates.

Quantitas non ſuſcipit magis & minus: [licet ſuſcipiat maius & minus.] 2. *affectio.*
Proprium eſt quantitatis, quod tanquam fundamentum faciat res *æquales*, vel *inæquales.* 3.
Quantitas prędicatur abſtractè, & contractè de ſuis ſpeciebus: 4.
Linea eſt quanta,.... linea eſt quantitas.

Digitized by Google

APPENDIX DE QVANTITATE ET QVANTO.

CAPVT I.

DE TOTO GENERE.

ARTICVLVS PRIMVS.

Notio, doctrina, exiſtentia, nomen.

Notio.

Quantum, id videtur ſignificare quod reſpondetur de corporibus & rebus corporeis ad quæſtionem factam per *quot*, aut *quantum*.

Conſulantur rudimenta Phyſica, Metaphyſica.

Doctrina.

Prima. Phyſicus quantitatem ſpectat, quia eſt affectio naturalis corporis.

Mathematicus quatenus ſeparatur à materia *ſenſibili*.

Logicus, quia eſt materia orationis Logicæ, & vnum è præcipuis generibus illius.

Forſan Metaphyſicus, quia conſiderare debeat ſumma genera rerum corporearum.

Et quia à quantitate aſſurgendum ad comprehenſionem rei ſpiritalis.

2. Quantitas præponitur ceteris accidentibus, quia creditur prima non affectionum, ſed affectionum *corporearum*.

3. Diuiditur ſtatim, quia antiquiſſima definiendi ratio eſt per diuiſionem.

4. Recolantur in rudimentis quæ huc pertinent, antequam vlterius pergas.

Exiſtentia.

Conſtat quantitatis aliquid dari, ... quia datur æqualitas, diuiſibilitas, incrementum, menſura, & proportio, &c.

Sed non omnes ſpecies quantitatis ſunt extra controuerſiam.

Extenſionis nomen.

Extenſio { nunc eſt extendere, vel extendi .... mutatio per quam vnum extendit, alterum extenditur.. / nunc affectus, per quem quid manet extenſum;

Seu per quem { habet partes extra partes. / aut ipſum eſt aliquòmodo extra ſe, ſaltem per aliud, per locum, aut tempus.

Nam

Digitized by Google

Nam { extenſio vna eſt, per quam partes extra partes ſunt, non totum extra ſe, vt in linea, in menſe.
altera per quam totum extra totum.

Per quam { aliquid eſt ita totum hîc, vt ſit etiam ſimul totum alibi, vt Deus totus in cœlo, totus in terra, itemque anima noſtra, Michael, Gabriel, &c.
aut ita nunc totum, vt ſit etiam totum extra hoc *nunc*.

Hæc autem poſſit appellari *ſpiritalis* extenſio.

Sed { eo modo quo proportio quædam dicitur Geometrica.
quia ſit congruentiſſima rei ſpiritali non quia propria.

Etenim ſic conuenit rei ſpiritali. p. Deo, Gabrieli, Michaeli, &c. vt conueniat etiam rebus quibuſdam corporeis: Et quidem ſi quibuſdam creditur citra miraculum.

Idque { non modo ratione temporis.
verum-etiam ratione loci.

Siquidem { anima eſt quid corporeum, &c.
& tamen aliquorum opinione tota eſt in toto corpore animato, tota in quauis illius parte, vt & anima Elephanti, &c. De qua re alibi.

Prior illa extenſio poſſit appellari *corporea*, corporalis: nihilominus ita conuenit rebus corporeis .p. equis, hominibus, arboribus, &c.
vt per virtutem Dei ad res ſpiritales extendi poſſe videatur: quia non occurrit periculum contradictionis, ſed hæc altioris ſpeculationis.

De nomine quantitatis & quanti.

Quantum ſumitur tum *concretè*, tum *abſtractè*.

Comparatè vt cum opponitur tanto, & tunc pertinet ad relationes.
vel *abſolutè*. Sed tunc variè.

p. {
1. pro ſola *mole*, quæ trina eſt dimenſio: aut pro ſola magnitudine.
2. pro continua *extenſione*: vt cum diſtinguitur à quot, à *quotitate*.
3. vt hic pro extenſione *corporea* { ſiue ſit continua. / ſiue ſit diſcreta.
4. pro quauis extenſione, vel intenſione: ſiue pro quauis multitudine partium aut perfectionum, pro quantitate molis, aut virtutis, &c.

Quotuplex multitudo perfectionum aut partium?

Eſt { vna, per quam partes ſunt intra partes.
altera, per quam ſunt extra, quæ propriè extenſio eſt.

Eſt { vna vbi pars parti continuatur.
altera, vbi pars parti neutiquam continuatur.

Quot modis quantitatis nomen vſurpari poteſt?

Vel pro ſummo genere & apice huius categoriæ vſurpatur: & tunc ſignificat *extenſionem*, vt dicetur poſteà.

Vel analogicè ſignificat *extenſionem* corpoream, & quicquid intimè ad illam

Digitized by Google

pertinet: vt numerum, & vnitatem, lineam & punctum.

Eſt-ne quantitas, genus?

Si ſpectetur quinta diuiſio poſita in textu, non videtur genus.

Si priores duæ conſiderantur, videtur genus: Quia Ariſtoteli non ſunt niſi decem categoriæ: affectiones quantitatis æquo iure videntur conuenire continuæ, & diſcretæ.

Controuerſia tamen vtrùm numerus ſit vera quantitas.

Sed certè quantitas aliquo ſignificatu apicem categoriæ huius conſtituere debet: licet ſit controuerſia de ſpeciebus veræ quantitatis.

Obiectio.

Prima. Numerus non eſt verè quantitas: R. Reſpondendum [ſermone de numero.]

2. Species eiuſdem generis ſunt ſimul natura, ex cap. de *ſimul.*
Numerus eſt prior magnitudine ex lib. de demonſtratione cap. 16. Ergo, &c.
D. P. ſi ſpectetur participatio generis, C. ſi ſimplicitas & corruptio, N.
D. S. { quod ſit ſimplicior, C.
{ ſecundum generis participationem, N.

3. Vna ſpecies non naſcitur ex altera. Superficies videtur ex linea naſci. Ergo.
D. P. tanquam ex genere, C..... tanquam ex parte integranti, aut principio alio inchoante, N.

4. Hæc principia, *omne totum eſt maius ſua parte, &c.* conueniunt per proportionem Geometriæ & Arithmeticæ, primo Poſteriorum.
Ergo quantitas pari iure per analogiam tantum erit communis numero & magnitudini: Nam vt termini ad terminos habent, ita proportio ad proportionem.

Diſt. A. { ſi ſpectetur generalis ratio totius & partis in quantitate, N.
{ ſi principia illa applicentur particularibus ſpeciebus, ſpectenturque vltimæ, & particulares rationes totius .p. totus cubus, totus quaternarius. C.

Nulla eſt mathematica diſciplina, quæ quantitatem generatim ſpeculetur, ſed contemplatur arithmetica numerum, geometria magnitudinem:
Ergo non eſt veriſimile numerum & magnitudinem ad vnum genus reuocari: nam generalia generaliter ſunt tractanda.

Aduerte hoc argumento non minus oppugnari analogiam quantitatis quam ſynonymiam.
Vel arithmeticum tanquam artificem ſimpliciorem tractare, quæ communia geometræ cum arithmetico.
Vel conſtituendam eſſe aliquam communem diſciplinam ad quam reuocetur quicquid doctrinæ offenditur in Mathematicis, quod vtrique eſt commune.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De natura, & cauſſis.

Finis & ſcopus. § Cauſa.

Ad vſum } mundi, opus { tum *intenſione.*
Ad ornatum } { tum *extenſione.*

Niſi extenſio foret, omnia forent ſimul, homo intra arborem, ignem. &c.

Subiectum.

Subſtantia corporea quantitatis eſt ſubiectum, ſed per materiam quæ eſt ſubiectum *quod*, idque primarium quantitatis.

Quomodo diſtinguitur quantitas à ſubiecto quod extendit?

Quæritur quomodo diſtinguatur quantitas à ſubiecto cui primo & per ſe conuenit.

Apud Nominales diſtinguitur { ratione tantum.
ſiue, vt modus à re, intenſio à re intenſa.

Vt ſit quantitas { ferri idem realiter cum ferro.
caloris realiter idem cum calore.
&c.

Apud alios ferè dicitur realiter diſtingui, ſiue vt res à re, vt ſapor à candore.

Opifex.

Quod facit motum, idem facit { extenſionem motus propriam.
& durationem, quæ dicitur tempus.

Quod partitur, quod vnitates creat, id numerum creat ſaltem per collectionem quæ ſubſequitur.

De cauſſa { incrementi / decrementi } pertinentis ad magnitudinem, alibi, ad lib. de generatione.

Quomodo ruditer definitur quantitas?

Logicè id quo res dicitur formaliter quanta, extenſa, &c.

Metaphyſicè { id per quod res videtur extenſa, diuiſibilis, menſurabilis.
quod per ſe, & eſſentialiter eſt extenſum.
id quo res habet partes extra partes, aut poſt partes: itaut vna non ſit vbi, aut quando altera.

Quomodo quinto Metaphyſicæ? Accuratè.

Quantum eſt quod in ea quæ inſunt diuiduum eſt, quorum vnumquodque poteſt eſſe hoc *aliquid.*

Prior interpretatio.

Quantitas eſt aliquid eſſentialiter diuiſibile in partes ... quarum vnaquæque

Digitized by Google

ipſi ineſt, & ab ea ſeparari poteſt, itaut ſeorſim exiſtat ſingula,.... ſitque hoc *aliquid*, & quaſi digito demonſtrabile.

Poſterior.

Quantum diuiduum eſt eſſentialiter & per ſe primo .... in ea quæ inſunt .j. in partes quorum vnumquodque eſt *hoc aliquid* .j. aliquid adhuc quantum & diuiſibile, quam interpretationem poſteriorem qui amplexatur:

Hic { vel numerum exturbare debet è cœtu quantitatum.
vel inter quantitates admittere tantum eum numerum, qui componatur ex vnitatibus corporaliter extenſis: vt diuidi poſſint in infinitum. De qua re poſteà.

In quo poſita natura quantitatis?

Monitum.

Sciungenda eſt natura quantitatis ab affectione.

Cauendum ne habeatur { affectuum eſſentia.
eſſentia pro affectione & proprietate.

Prima ſententia de natura quantitatis, & ſecunda.

Natura quãtitatis ponitur { à nonnullis in *indiuiſibilitate*.
ab Alberto in *menſura* .j. menſurabilitate, & menſuratiuitate.

Refelluntur primo, quia { eſſentia in re nihil eſt priùs.
extenſio antecedit diuiſibilitatem, & menſuram.

Secundò, quia vnitas eſt menſura 10. Metaphyſicæ, nec tamen quantitas.

Si detur infinita linea non erit menſura.

Tertia ſententia.

Soliditas per quam res poſtulat locum, eſtque impenetrabilis conſtituitur à nonnullis tanquam ratio & eſſentia quantitatis.

Refelluntur quia { hæc *ſoliditas* non videtur pertinere ad *tempus*, ad *numerum*, ad *motum*.
in *magnitudine* non rectè cogitatur pro eſſentia. De qua re poſtcà.

Quarta ſententia.

Habere partes, aut largiri partes videri poſſit eſſentia quantitatis:

Non eſt tamen, quia eſt aliquid priùs.... aliquid commune extenſioni cum intenſione.

Quinta & probabiliſſima.

In ***extenſione*** per quam partes ſunt extra partes, probabilius conſtituitur natura quantitatis.

Primò, quia hinc fluunt omnes quantitatis proprietates.

Digitized by Googl

Secundò quia eo nomine quantitas secernitur ab intensione.

Res ex se videtur habere partes.

videtur pertinere { ad *extensionem* quod sint extra se. / ad *intensionem* quòd intra.

Quotuplex cogitatur extensio corporea?

Vna dicitur *extensio in toto* .... per quam partes quantitatis sunt extra se inuicem in toto illo quod componunt; *Duplex.*

p. quatuor pedes lineæ extra se inuicem in tota longitudine, quam componunt.

Altera dicitur *extensio in subiecto*;

Per quam est { tota quantitas in toto subiecto. / pars quæque quantitatis in parte subiecti. p. ligni.

Tertia adiungitur, sed pro magnitudine,

Per quam { quantitas tota respondeat toti loco. / partes singulæ rei locatæ respondeant partibus loci.

In qua extensione posita natura quantitatis generatim?

Non in tertia quia non pertinet ad quamuis quantitatem.

Non in secunda, quia res prius in se perpendenda quam aliô referenda.

Si quantitas diuellatur à subiecto, retinebit tamen naturam quantitatis.

Dum turbatur vinum, non ideo augetur quantitas eius.

Ergo in prima extensione consistit natura quantitatis: Sed secunda non videtur à prima differre, nisi vt modus à re.

Obiectiones.

Substantia corporea ex se habet partes: Ergo non eget quantitate.

D. A. vt habeantur partes, C. vt extendantur N.

Quicquid per se adest atque est præsens rei extensæ, illud etiam per se est extensum.

Atqui substantia vt lignum materiaue eius, per se, partesque suas quantitati suę est præsens, eamque fulcit. Ergo, &c.

D. P. { si conferatur vnum cum altero, vt vlna cum panno C. / si subiectum cum suo accidente. N.

Sed substantia est extensa per se { non primo modo τοῦτο per se. / verum secundo tantum. Consulatur sermo de magnitudine.

Digitized by Google

Obiectiones aduersus definitionem.

Prima. Proprium est substantiæ esse *hoc aliquid*: Ergo non conuenit quantitati, & partibus eius.

D. { propriè & primariò C.
{ secundario per analogiam & similitudinem N. quia corpora mathematica videntur æmulari naturalia, &c.

2. Candor diuiduus est in ea, &c. D. { per se N.
{ per quantitatem C.

3. Arbor per se diuidua est in ea, &c. D. { primo modo τοῦ υ per se. N.
{ secundo vel quarto C.

4. Si quantitati insunt partes { vel actu insunt.
{ vel potestate tantum.

Atqui { non actu, quia haberetur infinitum actu & innumerabile, quandoquidem continuum diuisibile est in infinitum.
{ non potestate sola, quoniam quantitas non constaret actu partibus, sed tantum constare posset.

Ergo partes non insunt quantitati.

R. { inesse actu, ratione *entitatis*.
{ inesse potestate, ratione *diuisionis*.

Nam { tota entitas partium ferri, & quantitatis eius, est actu in ferro.
{ sed ferrum non habet actu omnes virtutes, quas obtinere potest.

ARTICVLVS VLTIMVS.

Differentiæ & affectiones.

Prima diuisio quantitatis.

Quantum { quid indeterminatè: vt multum, paucum.
{ quid determinatè: vt vnus dies, vna hora.

Secunda diuisio.

Quantum { per aliud: vt candor, arbor.
{ per se & essentialiter: vt linea, superficies.
{ vtroque modo: vt tempus per se, & per motum.

Digitized by Google

Tertia diuiſio.

Quantum { per ſe: vt corpus noſtrum.
per partem: vt homo per corpus.
per aliud: vt candor per corpus.

Quarta diuiſio.

Quantitas { *ſucceſſiua*: vt tempus, motus, oratio.
permanens: vt linea, ſuperficies, corpus, locus.
momentanea, quæ omitti ſolet vt extenſio illuſtrationis.

Quinta, ſexta, ſeptima.

Eſt { continua { cum ſitu { finita.
ſine ſitu { infinita, ſi hæc verè eſt poſſibilis.
diſcreta

Octaua diuiſio.

Eſt { externa: vt locus & tempus menſurans, cœleſte tempus: ſi ad nos referatur.
vel interna & intima rei extenſæ: vt linea, ſuperficies, &c.

Monitum.

Ariſtoteli quinto Metaphyſicæ *graue* & *leue* ſunt quanta per ſe.
Sed non ſunt per ſe primo modo, & eſſentialiter, niſi populari iudicio.
Nam *intenſionem* potius videntur ſignificare quam *extenſionem*.
Sed de grauitate & leuitate alibi, in libris acroamaticis.

Prima nota & affectio quantitatis.

Quantitas vna non eſt per ſe alteri contraria, ſaltem quę determinata, vt mil liare.

Sed indeterminata non eſt { nec propriè quantitas.
nec propriè contraria.

Suprà & *infrà*, quinto phyſicorum ſunt loci contrarietates:
Sed non ſunt propriiſſimę contrarietates.

Contrarius locus { calidus frigido
humidus ficco } vt & tempus, ſed per aliud.

Secunda.

Quantitas non capit propriè *magis* & *minus*.

Obiectio.

Forma intenditur additione formę, quarto Phyſicorum: vt calor, caloris adiectione.
D. ſi gradus penetrat gradum, C. ſi ponatur extra N.

Digitized by Googl

Tertia.

Per quantitatem tanquam per fundamentum res { *æquales.* / *inæquales* }

æqualia } { quæ propriè, ea propriè } quanta.
inæqualia } { quæ impropriè, ea impropriè } quanta.

Obiectio.

Quantitati in genere nihil est æquale, nihil inæquale.

D. { potestate N. / energia D. nam { in actu exercito. C. / in actu signato N. }

Quarta.

Quantitas est diuisibilis, partibilis, quinto Metaphysicæ, tertio Physicorum.

Sed partitio quantitatis duplex:

Vna quæ fit per solam cogitationem.

Et hæc conuenit quantitati { tum continuæ. / tum discretæ. }

vt quando exercitus diuiditur in agmina.

Altera est realis: cuius duplex est modus:

Vnus magis proprius per quem, quod vnum est, fit reuera duplex aut multiplex:

vt quando ligna secantur, finduntur.

Alter minus proprius per quem res quę vna facta est, potuit fieri duplex.

Quæ manus vno est tracta motu per bipedale spatium, ea duplici traduci potuit, triplici, &c.

Rebus successiuis { ratio posterior conuenit. / non conuenit prior. p.m otui, tempori: quia non sunt nisi dum fiunt. }

De parte, partibus, de partibus *communicantibus*, & non communicantibus in elementis mathematicis.

Quæritur sitne quęuis quantitas, partibilis in infinitum.

Discreta per se non est diuisibilis in infinitum, quia venitur tandem ad vnitatem: quod si vnitas frangitur vt frangi solet in arithmeticis, frangitur tanquam quid continuum non tanquam pars discreti.

De continua quantitate postea.

Quinta.

Quantitas incrementi, & decrementi capax.

Modus

Digitized by Google

Modus { incrementi / decrementi } duplex indicatus in rudimentis.

Sexta.

Quantitas est mensura { tum actiua. / tum passiua.

De mensura, mensurabili, commensurabili, incommensurabili, in elementis mathematicis.

Septima.

Quantitas est hoc aliquid aliquo modo, & per proportionem: sed maximè ea quæ appellatur moles.

Frequenter nomen quantitatis traducitur ad significandam substantiam, quę propriè est hoc aliquid: vt magnitudo, corpus, cubus, pila, cilindrus, &c.

Rarius nomen qualitatis traducitur: vt quando humor vsurpatur pro humida substantia, atror pro atra, &.

Octaua.

A quantitate *ratio*, analogia, progressio: vt & commensuratio, incommensuratio.

Nona.

Quantitas dicitur finita esse, vel infinita: sed quæuis est aliquo infinita modo.

Nam { vel crescit / vel decrescit / vel { crescit / decrescit } } in infinitum quantitas Aristoteli.

Consulendus sermo de infinito compendiarius.

Decima.

Quantitatis videtur esse priuilegium:

Quòd de suis speciebus affirmetur { tum concretè / tum abstractè } in hunc modum.

Linea est quantitas..... linea est quanta.
Linea est magnitudo, longitudo..... linea est magna, & longa.
Et contra candor ita est color, vt non dicatur coloratus nisi figuratè.

Nonnulli tamen hoc priuilegium solà loquendi abusione contineri volunt, sed assueta: ita vt linea non aptius dicatur longa, & extensa, quam color coloratus, licet frequenter vsitatius.

Sed alij fortasse rectius liberant abusione hoc priuilegium, hanc consuetudinem.

Quia quantitas { ita extendit substantiam: vt se extendat ipsam. / ita facit substantiam diuisibilem, mensurabilem, vt ipsa etiam sit diuisibilis mensurabilis.

Digitized by Google

Substantię partes non possunt poni extra se per quantitatem: nisi etiam partes quantitatis sint extra se invicem, non sunt autem per aliam quantitatem .... quia regrederemur,&c.

CAPVT II.

De continua quantitate.

ARTICVLVS PRIMVS.

De toto genere.

Nomen & notio.

De continuo, de contiguo & tangenti, deque deinceps posito, in rudimentis physicis.

συνεχὲς. Continuum & syneches dicitur tum concretè, tum abstractè.

Est
- primò contiguum, tangens, aut contiguitas.
- 2. magnitudo, quæ inter continua videtur tenere principatum.
- 3. quantum, coniunctum quantitas & extensio continua.
- 4. et fusissimè id vbi intimè vnum cum alio ita coniungitur, vt hinc efficiatur aliquid vnum sine discretione.

Tum
- vna continuitas pro intensis & sese penetrantibus : vt cum lumen continuatur cum lumine, intra quod est excitatum, collocatum, lumen cum lumine penetrato per aerem continuatur.
- altera pro extensis, eaque duplex.

II.
- prior per quam continuatur cum indiuisibili, per quid commune indiuisibile:
- vt punctus cum puncto per interceptam lineam, momentum cum momento per interiectum tempus.
- posterior per quam diuisibile cum diuisibili, per aliquid commune indiuisibile connectitur .... quæ etiam duplex.

Quia
- vna minus accurata, vbi per indiuisibile, quod parum diuisibile:
- vt cum duo coniunguntur glutine, vel gypso, vel re alia consimili,
- altera accuratior, & exquisita, quando diuisibile coniungitur cum diuisibili per signum vinculumue commune, quod sit omnino indiuisibile .....omnino expers partitionis eius cuius est particeps, id quod dicitur continuum compositumue ex cohærentibus.

Digitized by Google

Porrò dicitur continuum { tum pars, quæ cohæret parti.
tum quod ex partibus cohærentibus prodit.

Quid ſignum terminuſue continui.

Aliquid indiuiſibile, cuius ope quantitas continua continuatur.... vel finitur.... vel definitur.

Quomodo vocatur?

Terminus continui, ſignum, indiuiſibile, principium continui, finis, ſynechia, continuitas, diæreſis & diuiſio. συνέχεια διαίρεσις.

Eſt-ne terminus aliquid rei?

Quatenus eſt carentia vlterioris extenſionis, eſt priuatio non perfectio.
At quatenus eſt idem cum re terminata & continuata eſt aliquid rei, eſt ſaltem realis modus.

Eſt-ne terminus continui pars illius?

Si partis nomine ſignificetur quicquid rei intimè, intrinſecè nec accidentariò ineſt.... videtur dici pars poſſe.
Si vero partis nomine ſignetur portio rei *aliquota*, aut maior quam aliquota: tunc ex puncto licet facere iudicium de terminorum reliquis: non eſt certandum de definitionibus.

Eſt-ne punctus pars aliquota lineæ?

Iudicio quorundam veterum eſt pars, & pars aliquota, qui putabant quamque lineam componi ex certo & præfinito punctorum numero. p. hanc ex 20. illam ex 100. iſtam ex 200.
Reuera non eſt, quia quæuis linea non conſtat ex punctorum numero, ſed ex innumerabilibus etiam, ſi ſit præfinita. p. bipedalis.

Cur linea non conſtat ex terminis indiuiduis, ſiue ex punctis tanquam ex partibus?

Ariſtoteli non conſtat, nec veritati.
Primò, quia omne totum augetur additione partis: non augetur linea additione puncti, &c.
Secundò, quia partis ad totum ratio eſt aliqua, id eſt pars eſt vel dimidia, vel tertia, vel quarta, &c.
Tertiò, quia in toto homogeneo, cuiuſmodi eſt continuum, partes debent eſſe eiuſdem naturæ cum toto.
Quartò, quia linea ex punctis non componitur, quod demonſtro.

Hypotheſes ad demonſtrationem.

A puncto quouis ad quemuis punctum, licet rectam ducere lineam. *Prima.*
A puncto vno ad alterum recta linea non ducitur, niſi vna. 2.
Punctus nec maior, nec minor puncto, proindeque æqualis. 3.
Omne totum maius eſt parte. 4.
Punctus ſi componit, eſt pars, eaque menſurans, quia aliquoties repetita æquat. 5

Digitized by Google

6. Quæ totidem habent æquales partes, ſunt æqualia.
7. Non ducitur linea ab extremo ad extremum, niſi per medium.
8. Datur linea vna minor quam altera.
9. De maiori linea, licet minori æqualem reſecare.
10. Commenſurabilium linearum ſi quæ maior, ea menſuras complectitur plures.

Demonſtratio.

Si linea componitur ex punctis, tanquam ex partibus, minor linea vel tot habet punctos quot maior, vel pauciores, vel plures.

Atqui non plures quam foret maior, non minor, non habet etiam totidem: foret enim maiori æqualis per hypothelim ſextam, & proinde pars maioris aliqua foret æqualis toti, licet enim de maiori linea, minori æqualem reſecare: quæ ſunt æqualia vni tertio ſunt inter ſe æqualia, neque etiam pauciores punctos habitura eſt minor illa linea.

Nam ſi haberet, quando duo circuli concentrici deſcribuntur, exterior pluribus conſtaret punctis quam interior.

Tum { vel non liceret à quouis puncto ad quemuis punctum rectam vnam ducere lineam: p. à quouis puncto maioris circuli ad centrum.
vel linea ducta ab extremo ad extremum per medium non tranſiret, n. per interiorem circulum.
vel denique duæ rectæ lineæ à maiori circulo ad centrum ductę, tranſirent per eundem punctum minoris circuli, ac proinde ab vno illo puncto minoris circuli ad centrum duæ ducerentur rectæ lineę, contra hypotheſim ſecundam.

Breuior demonſtratio.

Si punctus foret pars interior, circulus punctis conſtaret paucioribus quam exterior, circa idem centrum conſtitutus.

Conſequens abſurdum atque falſum. Ergo & antecedens. Probatur ſumptio.

Si conſtaret paucioribus, poſſent plures duci lineæ rectæ à centro ad maiorem circulum quàm ad minorem. Conſequens abſurdum: Ergo, &c.

Digitized by Google



Obiectiuncula.

Punctus non eſt nihil lineæ: Ergo vel eſt eſſentia tota, vel pars, vel accidens. R. eſſe terminum non partem.

Quotuplex termini genus in continuo finito?

Vnus terminat inchoatue totam quantitatem: vt punctus qui in extrema linea.

Alter continuat partes, eaſque terminat: vt punctus qui media in linea conſtitutus.

Quomodo diſtinguitur principium & finis in vna linea?

Aliquando loco, & ſede: vt punctus A. & punctus B.

Aliquando ratione tantum, cum vnus idemque punctus, vt punctus C. eſt principium vnius partis, & finis alterius.

Quomodo diuiduum eſt continuum?

Diuiſibile eſt in infinitum, quia conſtat innumerabilibus ſignis continuantibus: in eorum quouis neri diuiſio poteſt ſaltem per mentis operam. *Prima.*

Sed non diuiſibile in infinitum niſi *ſincategorematicè*, non diuiditur ſaltem in partes innumerabiles: verum non poteſt diuidi toties in portiones quin ſint adhuc diuiſibiles. 2.

In dimidia continetur tertia pars, in hac, quarta, quinta, &c.

Non tamen ſi quid eſt diuiduum, id diuiduum mihi vel tibi niſi fortè ſper cogitationem. 3.

Sed nec natura quiduis in infinitum diuidere realiter poteſt: quia datur minimum naturale. De qua alibi, ad lib. Phyſic. 4.

Quomodo terminus diſtinguitur à continuo?

Videtur diſtingui { ratione tantum, quatenus eſt quid rei.
realiter, quatenus eſt priuatio vlterioris, vel citerioris extenſionis.

Digitized by Google

Quotuplex quantitas continua?

Est { permanens { linea, quæ terminatur *puncto.*
superficies, quæ *lineæ.*
corpus, quod plano, siue *superficie.* (*)
locus qui superficiarius, vel solidus.
successiua { tempus, quod *momento* terminatur.
motus, quod per τὸ *cinema*, κίνημα.
factum successiuum per τὸ factum esse.

Fingitur nasci ex fluxu { puncti, linea. §
lineæ, superficies.
superficiei, corpus.
momenti, tempus.



Obiect.

Si dato quouis motu potest procurari tardior .... designata quauis portione in linea A. B. poterit designari minor per naturam .... ideoque quouis in infinitum per naturam diuidi.

Atqui dato quouis motu per decreta mechanicorũ potest procreari tardior. Si corpus C. magnitudinem A. B. percurrit horæ spatio, fieri potest vt percursus finiatur anno, biennio & sic deinceps.

Ergo quoduis corpus per naturæ vires potest diuidi in infinitum *syncategorematicè.*

D. S. { theoreticè, & per cogitationem, C.
practicè & per realem executionem, N.

Non possumus in infinitum amplificare magnitudinem & multitudinem machinarum quarum opera tardetur motus.

Obiectiones.

Linea non est expers diuisibilitatis.

D. { cuiusuis, C.
eius, quæ conuenit superficiei quam continuat, N.

Quod non habet terminum & limitem id infinitum est. Ergo circularis linea est infinita.

D. A. nisi ipsum sit terminus, C. si sit terminus, N.

Obiectio.

Quando lineæ adiungitur linea, vnaquæque per suum punctum alteri adhærescere videtur.

Digitized by Google

R. { à Mathematicis dum indiuiſibili adiungitur indiuiſibile, non effici niſi vnum indiuiſibile.
apud Philoſophos perire terminos qui finiebant, & naſci vnum continuantem.

ARTICVLVS II.

Magnitudinis quæ notio, quæ ſpecies.

Quot modis dicitur magnitudo & megetos?

μέγεθος.

Sumitur { *comparatè* & opponitur paruitati.
abſolutè { pro ſubſtantia corporea .p. pro arbore.
pro continua & permanenti quantitate, & extenſione.

Tum { vel eſt *externa*, & dicitur vas, aut locus.
vel *interna*, & { dicitur propriè magnitudo.
diuiditur in lineam, ſuperficiem, & corpus, quod proprijſſimè magnitudo.

Cur triplex tantum magnitudo?

Quia vt non niſi triplex perpendicularis linea ducitur ad vnum eundemque punctum: ita triplex tantum dimenſio cuiuſque corporis, *longitudo*, *latitudo*, & *profunditas*, ſiue altitudo.

Vel enim metimur tantum ſecundum vnum latus, vnam lineam, & dimenſionem è tribus: & tunc extenſio dicitur *linea*, multitudo: vt milliare, ſtadium.

Vel metimur ad duo latera, duas perpendiculares,

& tunc { latus { vnum *longitudo* / alterum *latitudo* } dicitur.
extenſio dicitur planum, ſuperficies.

Vel ad tria latera, tũ { latus { primum *longitudo* / ſecundum *latitudo* / tertium *profunditas* } dicitur.
tota extenſio dicitur *corpus*, *moles*, *ſolidum*, *trina dimenſio*, & per antonomaſiam *quantitas*, & magnitudo.

Quid punctus?

Signum ſeu punctum eſt lineæ terminus.

Definitur { ab Euclide id magnitudinis cuius pars nulla.
à Philoſophis terminus vinculum-ue lineæ.

Diſtinguitur ab vnitate { primò, quia vnitas eſt pars numeri, punctus non eſt pars lineæ.
ſecundò, quia punctus arguit ſitum in continuo non autem μόνας.

Digitized by Google

Quid linea?

Aristoteli. Magnitudo quæ habet partes ad vnum cohærentes & continuas.
Euclidi. Longitudo sine latitudine, id est longitudo quæ cogitatur sine latitudine, sine profunditate.

Quid superficies?

Magnitudo, quæ partes habet ad duo cohærentes.
Longitudo cum latitudine, sine profunditate: vt iugerum.

Planum { hîc quæuis superficies { siuè sit *subsultans.* / siue non, vt superficies cubi. }
aliquando superficies minimè *subsultans*, quæ rectæ lineæ proportione respondet.

Quid moles?

Magnitudo ex tribus partibus continua.
Magnitudo, quæ ex omni parte est diuisibilis. §
Magnitudo, quæ partes habet ad tria cohærentes.
Longitudo cum latitudine & profunditate: vt modius.

Quid solidum?

Solidum { nunc trina dimensio, vel corpus triplici dimensione præditum. / aliquando quod firmum. / aliquando quod totum est sui plenum: vt lunare corpus. }
Corporis nomen alibi distinguitur. Initio Physico. & passim.

Quales istæ species?

Obiect. Vltimæ quia frustra fit, &c.
Quando linea diuiditur in rectam & obliquam, diuisio est subiecti in accidentia.

Quomodo distinguitur?

Manifesto ratione distinguitur quia definitione. Sed verè est res vna quæ triplicem dimensionem facit:

Quæ dicitur { linea, quatenus est vna ratione mensurabilis. / superficies, quatenus duplici simul. / moles & corpus, quatenus triplici. }
Reuera idem { nunc crassius, sed breuius. / nunc longiùs, sed tenuius, vt argentum cum est ductum in fila. }

Obiectiunculæ.

Prima. Vna species non debet contineri in altera eiusdem generis: continetur linea in plano, & planum in triplici dimensione. Ergo.
D. P. tanquam species eius, C. tanquam pars integrans principium, aut terminus, N.

2. Non est potior ratio cur longitudo expendatur sola, quam latitudo sola, quam profunditas sola: Ergo tribus speciebus aliæ duæ adiungendæ: imò tres

Digitized by Google

tres si longitudo cum profunditate coniungitur. Imò quatuor si latitudo etiam cum profunditate.

Vt efficiantur septem magnitudinum species;

.n. { vna ex triplici dimensione .n. moles.
tres ex dimensione vna, *longitudo*, *latitudo*, *profunditas*. §
tres ex duplici { longitudo cum latitudine. / longitudo cum profunditate. / latitudo cum profunditate.

R. { quamlibet extensionem in vnam solam partem dum consideratur sola, appellari lineam & longitudinem.
quamlibet, extensionem in duas partes, appellari superficiem.

Itaut ratio extensionis { prior longitudo dicatur. / posterior latitudo appelletur.

De partitione, et partibus magnitudinis, déque infinito.

Partes.

Pars magnitudinis { aut metitur magnitudinem, vt semipes / aut non metitur magnitudinem: vt pes } lineam sesquipedem.

Partes { non *communicantes*, quæ eiusdem rationis: vt duæ vlnæ, duæ quintæ, partes eiusdem magnitudinis, &c.
communicantes, cum vna includitur in altera; vt tamen dimidiata parte tertia, quarta, &c. & sic in infinitum.

Diuiditur-ne magnitudo quæuis in infinitum.

Diuiditur, primò quia sic sentiunt Aristoteles & Mathematici.
2. quia pars continui continua, ideoque diuisibilis.
3. quia linea constat punctis innumerabilibus.

Quomodo diuisibilis in infinitum magnitudo quæuis?

Est { hoc sensu quòd non possit toties diuidi, quin possit sæpius, & vt vulgò loquuntur *syncategorematicè*.
non hoc sensu quòd haberi possit magnitudo actu diuisa innumerabilibus diuisionibus, seu *categorematicè*.

Sunt-ne partes cuiusuis magnitudinis innumerabiles?

D. { *communicantes* sunt innumerabiles .p. tertia, quarta.
non communicantes certo numero comprehenduntur, si magnitudo est finita: In hac columna ex. gr. non sunt infiniti pedes.

Obiectiones.

Non quæuis linea videtur diuisibilis.

D. { ratione nostræ imbecillitatis, C.
ratione sui, N. non quidquid diuiduum, mihi diuiduum, non quidquid possibile mihi possibile.

Digitized by Google

Videtur futurus numerus actu infinitus in natura rerum, si quęquis linea & magnitudo partes habet innumerabiles.

Nego, quia partes illic { sunt ratione suæ entitatis. / non sunt ratione diuisionis, multitudinis, innumerabilitatis.

Pars quæque videtur esse vnum: Ergo partes sunt innumerabiles vera multitudine.

D. Ant. { *communicans*, N. quia communicantium vna non diuiditur ab altera, vna in altera continetur. / non communicans { impropriè, C. quia quęque est in se indiuisa. / propriè, N. quia vna nondum est ab altera

Vnaquæque communicantium est non communicans si conferatur cùm æquali, cum qua conferri potest, ex. gr. quinta si conferatur cum alia quinta: Porrò *communicantes* sunt innumerabiles in quauis magnitudine: Ergo etiam & non communicantes sunt innumerabiles.

Resp. esse innumerabiles æquales, sed non innumerabiles æquales sibi inuicem. De qua re alibi.

Paucula de infinito:

Metaphysici est agere de hoc negotio, itaque breuiter quæ faciunt ad nostrum institutum hîc exponamus.

Infinitum infinibileue, id quod fine, terminoque caret.

Infinitum { *negatiuè*, quod neque habet, neque habere debet terminos, vt punctus. / *priuatiuè* { secundum quid, quod difficulter finiri, ac mensurari potest: vt cùm arena maris dicitur infinita. / absolutè, si quid finiri debeat, nec possit. / *positiuè*, quod habet partes innumerabiles. Siue id cuius semper aliquid, secundum quantitatem generalissimè sumptam capere licet: vt si daretur linea extensa in immensum, & constans pedibus innumerabilibus.

Infinitum positiuè { omnino, & absolutè: vt Deus vnicus, qui in omni genere perfectionis actu est infinitus, / secundum quid { *intensiuè*: vt si cogitetur in sole lumen infinitum. / *extensiuè*, quod habet partes innumerabiles extra se.

Extensiuè infinitum { *potestate* { secundũ successionem: vt tempus, motus. / secundũ additionẽ: vt numerus, magnitudo / secundum diuisionem: vt magnitudo. / *actu*, & energia, idque propriè vel impropriè.

Potestate infinitum quod semper quidem terminum habet, sed nunquam planè vltimum, quia semper vlteriorem acquirere potest.

Linea bipedalis ex. gr. potest in infinitum fieri maior, in infinitum minor.

Digitized by Google

Infinitum actu { propriè quod habet partes perfectionis innumerabiles, nō *communicantes* ex, gr. pedes innumerabiles. / *impropriè* quod habet partes innumerabiles, sed *communicantes*. p. dimidias, quartas, quintas.

Porrò infinitum *categorematicè* & *& syncategorematicè* videmur duobus modis interpretari posse.

Nam { abusiuè { syncategorematicè infinitum, quod potest semper crescere, aut decrescere: vt numerus, linea. / categorematicè quod actu & propriè est infinitū: vt Deus & linea constans vlnis innumerabilibus, si daretur. / rectius { categorematicè infinitum, est infinitas ipsa. / syncategorematicè infinitum, est cum alicui categoremati nomen infiniti additur: vt cùm dicitur infinitus aër, sed prior interpretatio videtur vsitatior. De infinito satis pro tempore.

ARTICVLVS III.

In quo posita natura molis, & quotuplex in re quaque moles?

In quo posità ratio & natura magnitudinis?

Ex natura molis iudicandum est de natura magnitudinis generatim.

Natura molis in quo posita?

Posita { in *diuisibilitate* videri possit. / in *mensura*, mensurabilitate, mensuratiuitate. / in τῶ *partes habere*, largiri, accipere. / in *impenetrabilitate*. / in *extensione* per quam pars extra partem. / in extensione cum aliquo additamento. p. cùm *impenetrabilitate*.

Vtrum in diuisibilitate & mensura?

Neutiquam quia hæc duo sequuntur quantitatem, sunt affectiones quantitatis ... quæ conueniunt etiam intensioni.

Vtrum in τῶ habere partes & largiri?

Neutiquam, quia hoc quantitati cum intensione est commune.

Impenetrabilitas { *est-ne de natura---* / *aut saltem de natura* } *molis?*

De penetratione in rudimentis. Impenetrabile dicitur dupliciter:

nempè { aut quia penetrare nequeat, tumque impenetrabilitas est priuatio, & nihil, non autem quantitas. / aut quia non possit penetrari ab alio.

Tumque { impenetrabilitas videtur esse vera quædam affectio, aut positiuus modus. / sed non est de natura molis.

Digitized by Google

Primò, quia maior impenetrabilitas non efficit rem maiorem molisque grandioris, siue quæ potentior maiorisue energiæ.

Secundò, quia si trabium vna cogitetur intra alteram .... non ideo magnitudinis suæ iacturam faciet.

Est-ne saltem inseparabilis à mole per naturam?

Est. Si penetratio quæ propriè penetratio, naturæ possibilis foret: tollerentur machinæ hydraulicæ, pneumaticæ.

Bombardæ igni non frangerentur, aqua vase non contineretur, &c.

Non debuit corporum penetratio naturæ possibilis esse. De qua re alibi.

Est-ne per absolutam Dei virtutem?

Si *actus* impenetrabilitatis consideretur, siue *obsistentia* per quam impenetrabilitas impedit ingressum vicini corporis, potest à Deo perimi ... quia omnem actum creatæ facultatis Deus inhibere potest, denegando suum concursum: itaque corpus penetrari alio à corpore potest, etiam manente salua & incolumi ea virtute, quæ dicitur impenetrabilitas, neque nos nomen perturbare debet.

Impenetrabile { etiam quod non facilè penetrabile.
quod non penetrabile per naturam, si ipsa impenetrabilitas consideretur, & perpendatur.

Quæritur vtrùm à Deo deleri possit & conuerti in *penetrabilitatem.*

Et potest cum non sit de essentia molis:

sitque { accidens definitum realiter, ideoque separabile.
aut modus tantum: modos autem Deus facillimè immutare possit.

Omninò, vt { est calor intra calorem, & intra frigus.
dæmon ingreditur corpus, & anima nostra dum incrementum capimus:

Ita Deus potest { corpus vnum creare intra aliud.
facere vt vnum corpus ingrediatur aliud. Sed hac de re alibi.

Monitum:

1. Deo non magis obsistit nihil quam aliquid neque contra.
2. Penetrabilitas est de genere rerum mirabilium quas tamen non miramur propter frequentiam.
3. Cur calor possibilis intra infestum & inimicum frigus, non corpus intra corpus cui non aduersatur;

Quid ergo sentiendum est de natura molis?

Maximè probabiliter ponitur à nonnullis natura molis { in *extensione.*
seu in eo quod partes sint extra partes.

Sed { varias in opiniones hi distrahuntur.
obseruanda distinctio extensionis, vt intelligantur variæ opiniones.

Digitized by Google

Prima distinctio extensionis.

Triplex extensionis modus in re quæ sit prædita mole. p. in bucephalo.

Primus, extensio in *toto* dicitur per quam pars quęque molis est extra aliam in tota mole quam constituunt.

Secundus, extensio in *subiecto*, per quam { tota moles in toto est subiecto. / et pars quæque molis in parte subiecti. p. pomi.

Tertius, extensio in loco, per quam { tota moles est in toto loco. / et pars molis in parte loci respondente.

Porrò { in baculo aut illustri exemplo alio, explicetur extensio triplex. / sequens linea. p. baculus cogitetur.

Partes molis referuntur { ad totum, quod componunt. / ad subiectum, cui inhærent. / ad locum, in quo resident.

Secunda distinctio.

Extensio *substantiæ*. p. ferri, à nonnullis cogitatur duplex:

nempe { vna *substantialis*, quæ non sit nisi quidam substantiæ modus : sit multitudo partium substantiæ, quatenus sunt extra se invicem, non impediat quo minus res in punctum loci contrahi possit, contrahatur. / altera *accidentaria*, quæ realiter distinguatur à substantia: quę ita se & substantiam ipsam extendat, vt impediat quominus in punctum loci contrahatur.

Monitum.

Si Deus creet materiam puram siue expertem omnium accidentium, omnium formarum:

sanè { vel partes eius erunt intra partes, & fiet penetratio, intensio. / vel partes erunt extra partes : & habebitur extensio prioris generis.

Sed eodem iure quo materiæ assignatur sua quantitas, & extensio substantialis;

Assignanda videtur { sua & essentialis frigori. / sua colori..... sua calori. / sua ceteris rebus, quæ realiter distinguantur à materia, & sint extensæ.

Digitized by Google

Quid hîc maximè quæritur?

Quæritur { in qua extenſione ſit poſita natura *molis.*
quotuplex & quæ extenſio in re vna. p. in hocce ferro, in ſup-
poſito vno inueniatur.

Monita.

Primum. Non eſt recedendum à communi mortalium ſenſu de notione rerum.
2. Sapientiores vt melius ratiocinentur .... non ideo fœlicius imaginantur quam imperiti.
3. Qui variant definitiones terminorum, ſæpe putantur diſſentire & non diſſentiunt.
4. Per quam virtutem res extenditur, per eandem manet extenſa, ſi extenſa manet.
5. Facere tamen & conſeruare diſtinguntur ratione & definitione.
6. Conſulendus ſermo de ſpiritali extenſione.
7. Secernenda cauſſa formalis ab efficienti. p. dealbans pictor à colore dealbante.

Sententia prima.

De natura molis & extenſionis numero.

Prima propoſitio. In quoque ſuppoſito corporeo vnica eſt extenſio, & moles.

Per quam extendatur { tum ipſa moles.
tum materia, cui inhæret.
tum quicquid aliud in materia, materiale eſt.

2. Ea autem moles realiter diſtinguitur à materia.
3. Eſt extenſio in loco, ideo congruenter cõmuni mortalium iudicio.

Quantitas & moles verè { producitur per rarefactionem.
perimitur per condenſationem.

Monitum.

Rarefactione acquiritur } { non extenſio in toto, & in ſubiecto.
Condenſatione deperditur } { ſed extenſio in loco.

Secunda ſententia.

Extenſio in toto eſt eſſentia, & natura molis.

Ita vt extenſio in loco ſit { non moles propriè.
ſed tantum molis modus.

Quare { rarefactione producitur } { non moles.
condenſatione perimitur } { ſed molis modus.

Si totus mundus in punctum loci contrahatur: non ideo amittet molem, licet molis amittat modum.

D by Google

Poterit habere partes extra partes tum in toto, tum in subiecto.

Tertia sententia.

Extensio materiæ { vna *essentialis*, quæ non distinguatur realiter à materia. / altera *accidentaria*, quæ realiter distinguatur à materia: De qua re supra.

Quarta quæ petitur maximè è Nominalibus.

Prima propositio.

Videtur re ipsa idem { moles cum re extensa. / moles materię cum materia : Quia frustra fit per plura, &c.

Quo iure intensio non est nisi modus rei intensæ : eodem extensio non nisi modus rei extensæ.

Creetur { lumen intra lumen, erit *intensio*. / lumen extra lumen, erit *extensio*.

Secunda propositio.

In hocce ferro & in similibus suppositis, tot sunt moles, quantitates, & extensiones, quot sunt illic res realiter distinctæ.

vt sit moles { alia materiæ. / alia formæ substantialis, si corporea est. / alia caloris, &c.

Tertia propositio.

Qui { ponit illic viginti res alias à mole. p. materiam, formam, colorem, frigus, &c. easque realiter à se inuicem distinctas. / et singulis adiungit suam quantitatem propriam, neutiquam tamen realiter distinctam:

Minus ponit, quam qui vniuersis vnicam adiungit molem, sed realiter distinctam.

Quarta propositio.

Natura penetrationem { capit per quam vnum generetur intrà aliud. / non admittit per quam vnum corpus ingrediatur aliud. de qua re in rudimentis.

Quinta propositio.

Extensionis princeps & domina, ea quæ pertinet ad materiam.

Sexta propositio.

Quia molem ex loco æstimamus, quæ extensiones sunt intra se inuicem in eodem loco habentur pro vna.

Digitized by Google

Si trabs vna intra alteram æqualem per miracu lum ſtatuatur .... iudicio noſtro confundetur quantitas.

Extenſio in ſubiecto non diſtinguitur realiter ab alijs extenſionibus.

Septima propoſitio.

Videtur in quoque ſuppoſito corporeo, & in quaque re corporea quæ realiter diſtinguatur ab aliis, apud nos cogitanda extenſio dùplex:

n. { prior extenſio in toto per quam pars ſit extra partem; ſiue occcupet locum extenſum ſiue non. ſiue occupet maiorem, ſiue minorem.
posterior per quam occupetur locus extenſus: per quam res tota extenſa reſpondeat toti loco extenſo, & pars quæque parti loci.

Monitum.

Apud nos res vna eademque numero: vt materia pulueris tormentarii, &c.

fit { per rarefactionem maior citra geneſim } vllius partis ſubſtantialis.
per condenſationem minor citra interitum } vllius partis ſubſtantialis.

Naturaliter { neque producitur / neque corrumpitur } vlla materiei mica, vllus gradus.

Et tamen in materia eſt aliqua multitudo partium & perfectionum.

Aſtructio poſterioris extenſionis.

Poſteriorem extẽſionem, quæ ad locum referatur, mortales omnes agnoſcere videntur & metiri:

Eaque augetur { tum *rarefactione*: vt cùm lignum igneſcit. / tum materiæ adiectione, aut alia rei extra rem collocatione ſimili, vt cum extenditur lumen.

Minuitur { tum *condenſatione*: vt dum aqua congelatur. / tum detractione rei quæ extenditur: vt cum macreſcit animal.

Lumen lucernæ fit imbecillius, ideoque contrahitur circulus actiuitatis.

Aſtructio prioris.

Prior extenſio videtur aſtruenda propter negotium condenſationis:

quæ quaſi mirificè efficitur { tum citra penetrationis / tum citra inanitatis } ὂp em

Et quia



Et quia res corporea in punctum loci amittendo extenſionem ad locum per virtutem Dei abſolutam, ita videtur contrahi poſſe : vt pars maneat extra partem, neque vlla fiat penetratio.

Etenim dum res denſatur magis atque magis: non ideo pars magis penetrat partem, aut omnino penetrat.

Ideo ſi infinitè condenſetur, non propterea pars penetrabit partem: infinitè autem condenſabitur, ſi contrahatur in punctum loci.

Et ſanè concaua cœli Mercurialis ſuperficies, ſita eſt citra & ſupra ſuperficiem conuexam cœli Lunaris: nihilominus tamen duæ illę ſuperficies videntur reſpondere vni eidemque loco, qui ſit ſuperficialis & imaginarius, alioquin vna longius diſtaret à centro quam altera.

Prior hæc quantitas eſt perennis comes materiæ primæ, neque in ea corrumpi poteſt.

Eadem { minuitur detractione partium, non condenſatione. / augetur additione partium, non rarefactione.

Octaua propoſitio.

Inter extenſiones vnius eiuſdemque ſuppoſiti quæ ad locum referantur, videtur ea princeps quæ aliarum eſt cauſſa, vt in igni extenſio caloris aut extenſio igneæ formæ : ſed cauſatione tantum non quantitate videtur princeps.

ARTICVLVS QVARTVS.

Cuiuſmodi ſit moles.

Poteſt-ne ſeparari moles à materia, ita vt moles exiſtat à materia.

Si eſt accidens materiæ, realiter à materia diſtinctum, poteſt per legem diſtinctionum.

Sin autem eſt modus tantum... non poteſt materiæ moles ſeparari à materia, quin ipſa moles pereat, ſed moles caloris poteſt ſine interitu

Digitized by Google

ſuo ſeparari à materia, vt& calor ipſe, itemque moles frigoris & conſimiliũm affectionum.

Obiectiuncula.

Si quãtitas &moles amoueatur ab hac trabe, futurum tamen videtur, vt trabs permaneat in ſuo loco,& pars quæque trabis in ſuo.

Ergo trabs extenſa erit,& non extenſa:

n. { non extenſa, quia ex hypotheſi amiſit quantitatem.
{ extenſa, quia coextenditur loco .... occupabit locum extenſum, nec erit tota in quauis loci parte.

Solutio prior.

In re vna eademque moles duplex. n. { *ſubſtantialis.*
{ *accidentaria.*

In ea facti ſpecie { hæc perierit.
{ illa ſeruabitur.

Monitum.

Fingamus amoueri etiam ſubſtantialem, aut nullam eſſe.

Solutio poſterior.

D.A. { ſi per diuinum beneficium imitetur ſubſtantias ſpirituales. i. ponatur tota in toto loco,& tota in quauis parte C.
{ ſecus N. quia omnes illius partes ſeſe inuicem videntur ingreſſuræ: ita vt in vnum punctum prioris loci confluant, idque per motum ſucceſſiuum, vel per momentaneum.

At inquis { in quo puncto loci cohærebunt:
{ cur in vno potius quam in alio?

R. cohæſuras { in medio.
{ vel in eo ſaltem, quem Deus princeps cauſſa determinauit, diſtinxit.

Si quando opus eſt determinatione quam ſecunda cauſſa præſtare nequeat ... eam præſtat prima.

Poteſt-ne data quæuis materia rareſcere & condenſari in infinitum?

Per naturæ vires non poteſt: De quare alibi.

Per abſolutam Dei virtutem videtur poſſe: quia non occurrit contradictio.

Poteſt-ne creſcere & decreſcere moles in infinitum?

Loquimur de abſoluto non de de comparato incremento, &c.

Ariſtoteli in infinitum { decreſcere poteſt.
{ creſcere non poteſt: quia Ariſtoteli impoſſi-

zed by Google

bilis moles, quæ ſit maior mundo.

Verè poteſt { tum creſcere / tum decreſcere } in infinitum ſaltem ſyncategorematicè.

Poteſt-ne moles collocari intra molem naturaliter?

Conſulendus ſermo de penetratione.

Si eſt vnica in quoque ſuppoſito moles, non poteſt per naturam.

Si eſt multiplex, poteſt: Quo ſenſu natura deteſtatur penetrationem, alibi expoſitum.

Ariſtoteli *graue*, & *leue* 5. Metaph. ſunt quanta per ſe, ſed non per ſe primo modo, & eſſentialiter niſi populariter.

ARTICVLVS V.

De Loco.

Quid locus?

Eſt { generatim id in quo aliud, id in quo aliquid: quo ſenſu eſt locus marmor candoris, corpus animæ, &c. / proprie receptaculum corporis, ſimile vaſi continenti, aut inanitas occupata.

De loci propria notione.

Loci notio duplex: Vtraque vulgaris.

Eſt { aut ſuperficiarius locus corporis & inſtar vaſis: vt dolii venter. / aut trina dimenſione præditus, vt declaratum eſt in rudimentis.

Priori ſenſu eſt ſuperficies externa & immobilis, quæ rem locatam continet: vt venter vaſis.

Poſteriori & fictitia eſt immobilis moles, & inane ſpatium quod cogitatur occupatum à certo locato corpore: vt inanitas quæ in dolio relinqueretur, ſi effluenti vino nihil ſuccederet.

Cur ſuperficiarius dicitur immobilis?

Quia non neceſſariò mouetur ſaltem ex omni parte dum mouetur locatum corpus.

Vter locus Ariſtoteli probatur?

Locus Ariſtoteli { in phyſicis ſuperficies. / hîc aliquid quod terminetur iiſdem terminis quibus corpus, ſiue moles.

Obiectio.

Diſſentiet à ſe ipſo Ariſtoteles, ſi priorem admittit ſenſum. Reſpondeo ad Ariſtotelem in logicis, quando de rebus agitur, non tam ſuam quam populärem oſtendere opinionem.

Digitized by Google

Locus hic
superficies non } terminatur iisdem terminis quibus corpus: Ergo superficies non est locus, quem hîc intelligit Aristoteles.

D.P. { qua parte corpus attingit locum, id est secundum superficiem, C.
{ secus Nego, seu si spectentur termini corporis, quatenus est corpus, non quatenus contiguum loco.

Est { penetratus / non penetratus } { energia / virtute } { occupatus / occupandus } { proximus / remotus }

item { totalis / partialis } { verus / apparens. }

est { verum quid / imaginarium quid } { naturalis / mathematicus } { congruens / non congruens } &c.

Est { per se / per partem / per aliud } { moles saltem imaginaria. / superficies quæ vera, aut imaginaria. / linea quæ / punctus qui } non ita propriè locus.

Obiectio.

Superficies non terminatur ijsdem terminis, quibus corpus, siue moles:
Atqui locus apud Aristotelem, in hac categoria dicatur terminari iisdem terminis, quibus corpus: Ergo.
D. S. quibus corpus qua parte attingit locum. i. secundum superficiem C.
quibus corpus, quatenus est corpus minimeque contiguum loco N.

Quæ superficies accipitur pro loco?

Ea quæ pertinet ad extensionem in loco.

Est-ne locus species quantitatis categoricæ?

Inane spatium non est nisi fictitia moles.
Est quædam quasi priuatio: est nihilum, sed supponens aliquid à quo possit occupari vel occupetur.

Superficies { quæ inanis spatij, vt quæ mundum ambit, est pariter quid fictitium.
{ Quæ vero inhæret corpori. p. cœlo, aëri, terræ, salo, solo, &c. est vera quantitas.

Monitum.

De loco, vacuo, inanitate, in quinto libro physicorum: quid superficiarius, quid concauus. & quæ sententiæ, eodem loco.
Ea est vera quantitas, sed cogitatione tantum non realiter à superficie distinguitur, quia frustra, &c.

Digitized by Google

Res eadem { si conferatur cum corpore cui inhæret, dicitur superficies, vt extremitas concaua vasis.
si cum corpore cui est contigua, dicitur locus.

Monitum.

In rudimentis quæritur { quibus modis res sit in loco.
quibus mutetur locus.
quotuplex inanitas, quotuplex locus superficiarius

Est { vnus instar digiti in quo annulus.
alter instar anuli in quo digitus.

Quot modis euenire potest mutatio loci?

Multis modis mutatio loci euenire potest, etiam sine interitu rei locatæ: vt declaratum in Compendijs.

Primò per condensationem, tumq; { aliquid deserit } loci res tota locata.
nihil acquirit }

Secundò per rarefactionem, tumq; { nihil amittit } loci res tota locata.
aliquid acquirit }

Tertiò, itaut loci tantum amittatur, quantum acquiritur: vt cum ambulamus, aurum in illa ducitur, &c.

Quartò, itaut res { tota retineat veterē sedem } vt anima nostra dum crescimus.
tota occupet nouam sedem }

Quintò, itaut { tota deserat sedem aliquam veterem } vt anima nostra dum decrescimus.
& tamen nullam occupet nouam }

Accipe autem locum triplici constantem dimensione imaginaria, &c.

Complectuntur-ne æqualia loca tantundem?

Superficiaria { complectuntur tantundem superficiei.
non necessario tantundem corporis.

Quæ triplici prædita dimensione & mole imaginaria,

ea { necessario complectuntur tantundem corporis si per corpus accipiatur extensio in loco.
non necessario tantundem superficiei.
nec necessario tantundem corporis, si per corpus intelligatur extensio in toto.

Potest-ne res esse tota simul in duobus locis?

In rudimentis docuimus posse { omnino, supernaturaliter & metaphysicè.
aliquomodo physicè.

Animal { hominis, omnium } iudicio { tota in toto corpore.
equi, aliquorum } iudicio { tota in quauis parte.

Quas res permanentes aliquid per naturam successiuè possidet, eas simul per

Digitized by Google

, diuinam virtutem possidere posset : locus autem, & τὸ vbi, siue vbiquitas sunt res permanentes.

Deus imitabilis est quatenus totus est simul in pluribus locis, forsan esse possit in pluribus mundis, itaut non reperiatur in intermundijs.

Potest-ne moles contineri in puncto loci?

Si coextensio ad locum cogitetur tanquam natura molis, non videtur posse moles contineri in puncto loci imaginarij, quia contradictio occurrere videtur.

At si moles cogitetur tanquam extensio in toto, videtur posse, quia non occurrit contradictio.

Accuratior disceptatio, an possit corpus esse in loco se angustiori?

Posse absolutè suprà conati sumus demonstrare, adde hanc coniecturam, è sacris petitam literis.

Quod possibili facilius, id possibile: diuitem saluum fieri possibile est, etiam in composito sensu, difficilius tamen quam transmittere camelum per foramen acus, proindeque hoc facilius: Ergo camelum possibile est transmittere per foramen acus.

Transmittetur { vel itaut retineat molem, & ita corpus est futurum in se angustiori loco. / vel tantum itaut in minuta fila camelus ille diducatur:

Atqui non hoc tantum modo: Ergo illo. Probo enim non insinuari illic istum transmissionis modum.

Qui insinuatur modus transmissionis, & saluandi diuitis, significatur esse hominibus impossibilis, Deo possibilis:

Sed homini possibile est camelum in minuta diuctum fila, tenuesque particulas transmittere per angustum illud foramen:

Ergo non est iste modus, qui insinuatur.

Potest-ne idem numero corpus contineri in duobus pluribusue locis ipsi adæquatis?

Dist. { naturaliter non potest, vt inductione patet. / absolutè potest, itaut ex. gr. idem numero homo, & hîc, & Romæ statuatur.

Probatio prima.

Id factum nulla implicatur contradictione, nullo oppugnatur argumento, quod non soluatur, & quidem facilè.

Nulla argumenta proferuntur aduersus res clarissimas, & certissimas. p. aduersus existentiam motus localis, numeri, actionis, mutationis, diuisionem quantitatis infinitam, &c. haudquaquam solutu faciliora, quam quę aduersus constitutionem corporis in duplici loco.

Digitized by Google

Secunda probatio.

Id neque repugnat quantitati, neque circumſcriptioni, neutrius euertit definitionem, naturam.

Poſita eſt ratio { illius, in eo quòd partes ſint extra partes. / huius, in eo quod partes rei locatæ reſpondeant partibus (loci.

Tertia probatio.

Quas res permanentes vnum aliquid vnum naturaliter habere poteſt ſucceſſiuè, & viciſſitudine: Eas Deus illi ſimul largiri poteſt, ex. g. ſi materies vna eademque numero poteſt hodie eſſe calidiſſima, itaut alio die ſit frigidiſſima, Deus facere poteſt, vt ſimul habeat ſummum calorem, ſummumque frigus:

Nam ſi natura copulat quatuor caloris gradus, cum quatuor gradibus frigoris, cur non octo copulabit Deus cum octo? Atqui circumſcriptio rei à loco res eſt permanens, non ſucceſſiua; vnum autè idemq; numero corpus per naturam ſucceſſiuè, & cum quadã viciſſitudine obtinet plures circonſcriptione differentes, nunc eſt Romæ, nunc Lutetiæ: Ergo per virtutem Dei abſolutam eas ſimul obtinere poterit, p. ſimul eodemque tempore eſſe Romæ, & Lutetiæ.

Quarta probatio.

Si fieri poteſt, vt aliquod corpus bipedale ſit in duobus locis, continuis, aut contiguis, itaut vterque locus ſit bipedalis, occupetur totus, ſit æqualis quiſque corpori, cur non poterit Deus tollere continuitatem, aut contiguitatem, facereque vt corpus ſit in duobus locis ſibi adæquatis, nec continuis, nec contiguis?

Iam ſi naturæ operatrix ſpiritalis, vna eademque numero, poteſt eſſe eodem tempore tota in vno loco, totaque in altero, ſed continuo, & coniuncto, cur non Deus ſimili ratione corpus vnum ſtatuet in duobus locis continuis, itaut in quoque contineatur totum? Atqui res ita habet, nam anima humana tota eſt in dimidiato corpore, & loco eius, & tota in parte altera loci, atque corporis, licet cum continuitate, aut contiguitate (ſi quidē quando in alimoniam intra corpus noſtrum inſinuatam, & diſpoſitam admittitur anima rationalis vt incrementum capiamus, nunc non producitur anima noua, aut noua animæ pars, vt in belluis:

Sed vetus { non rareſcit, ne ſit mortalis. / non deſerit tantum loci quantum occupat, creſcimus enim. / verum tota retinet veterem ſedem, tota occupat nouam:)

Ergo Deus vnum idemque corpus ſtatuere poteſt totum in vno loco, totumque in altero continuo & contiguo, proindeque ſublata continuitate in contiguis duobus, & in diſſitis ſublata contiguitate.

Etenim animus noſter, vt & Angelus finitam quantitatem habet, licet ſit quantitas virtutis, non autem molis. Si poſſibile eſt animum meum eodem tempore, & hîc, & Romæ eſſe, & corpus etiam poſſibile eſt: illud autem eſt poſſibile.

Digitized by Google

Primò, quia Deus humanum corpus ita diuidere potest in duas partes, vt neutra moriatur.

Secundò, quia id colligitur ex superiori ratiocinio.

Tertiò, quæ aduersus hanc sententiam argumenta dicuntur, eam non magis ea oppugnant quam penetrationem vasorum continentium, quam constitutionem Dei, & Angelorum duobus locis.

Quartò, quia hoc non repugnat neque quantitati, neque circumscriptioni, neutrius euertit definitionem. Posita ratio quantitatis in eo quod partes sint extra partes, & circumscriptionis in eo quod partes rei locatæ respondeant partibus loci.

Quintò, quia si natura statuit aliquid .p. animum in duobus locis coniunctis, Deus in dissitis potest: si natura animum, cur non Deus caput?

Non est miraculum quòd res sit in duobus locis adæquatis, tota in vno, tota in altero, non quod quiescat in vno, dum in altero mouetur: nam anima quiescit in sinistra manu, dum in dextera mouetur. Non quòd cessetalicubi esse, & propterea pereat, vel contrahatur, & egrediatur, non quod incipiat licubi esse, nec tamen vlla sui parte deserat antiquam sedem, non quod sit in vno loco quasi vincta, in altero libera. Non quodagat, habeatue in vno loco aliquid quod non in alio: anima siquidem videtur intelligere non in pede, calcaneo.

Licet in corporibus hæc non eueniant nisi miraculosè, si fieri potest necessitatem impone tuo aduersario soluendi nodum quem nectit, laqueum quo tevult irretire.

Si, inquit aduersarius, res est in duobus locis dissitis, poterit esse in vno misera, in altero beata, &c.

Resp. ipsum euenturum si statuatur in duplici coniuncto, cùm tamenaduersarius fateatur animum nostrum esse totũ in duobus locis, sed coniunctis.

An Deus sit totus pluribus in locis seiunctis.

Deus citra controuersiam est totus in quoque plurium locorum coniunctorum .p. totus in aëre, &c. An esse possit in duobus seiunctis, itaut in interiecto spatio non inueniatur, quæritur.

Si necessario occupat spatia, quæ extra cœlum imaginaria, immensa, non potest esse in duobus locis dissitis, quin sit in intermedio.

At si { ante conditum orbẽ erat tantum in se ipso / nunc duntaxat in se, & in creatura } non in spatijs imaginarijs:

Sanè si plures instituantur mundi, vt constitui possunt, Deus in eorum quoque inuenietur, & non in *intermundiis*. Sed hæc Theologi viderint.

Quinta probatio.

Illud attributũ Dei quo dicitur totus esse in multis locis, totus in cœlo, totus in terra, cur cõmunicari creaturæ non possit, eo modo quo illius bonitas?

Sexta probatio.

Non est difficilius hoc Deo quàm naturæ, & Deo statuere corpus in angustiori loco, aut quam Deo facere penetrationem corporum. Natura autem videtur aliquo modo corpus constituere in angustiori loco, quando via adigitur in follem aër, in vtrem vinum, possibilis penetratio, &c.

Septima

Digitized by

Septima probatio.

Si locus eſt vacuum, eſt nihil; ſi ſuperficies corporis, eſt quid externum: Deus autem homini duplicem locum ſuperficialem per dimenſionum penetrationem circomponere poteſt .p. aquam & ignem.

Etenim *penetratiuitas* corporis, eſt virtus quæ communicatur rei nobiliori corpore .p. Angelo, & rei viliori. p. accidenti ſpiritali: proinde neque dignitas, neque vilitas corporis impedit quominùs ipſi à Deo communicetur illa virtus.

Octaua probatio.

Deus cauſſa eſt libertima ad extra, tamen ſola ſubſtractione ſui concurſus quiduis perimere poteſt pro arbitrio .p. caloris calefactionem, continuitatem, &c.

Si Angelus extendatur peringens interuallũ, nihil impedit quo minùs Deus ita pergat concurrere cum Angelo in extremis, vt in medio cum ipſo deſinat concurrere: quare tunc Angelus erit in extremis, & non in medio.

Nona probatio.

Adiunguntur Theologorum teſtimonia. p. Chryſoſtomi de Sacerdotio, Niceni, Gregorij oratione de Paſcha.

Rationes quædam Theologicæ.

Chriſtus ab Aſcenſione ſedet in cœlis, aut ſupra cœlos, numquam in de dimouendus, donec iudicaturus veniat, & tamen poſt Aſcenſionem vidit eum Paulus Damaſcum proficiſcens, & in cuſtodia, audiuitque vt conſtat ex Actis Apoſtolicis, cap. 15. 1. ad Corinth. Videt & Petrus morituros occurrentem ex Ambroſio epiſtola 32. lib. 5. Ergo ita in terris fuit, vt cœlum nón deſereret.

Non eſt apud Deum impoſsibile omne verbum.

Quod manibus geſtabat Chriſtus id ſuum corpus eſſe aſſeuerauit.

Impietatis & inſcitiæ eſt, diuinæ virtuti temerè præſcribere terminos, nimirum coniecturis ſolutu haud difficilibus, imò maioris ineptiæ quàm ex mea vnius facultate æſtimare vires omnium rerum naturalium.

Nam { virtus mea ſuperatur ab his, ſed non infinities.
{ at virtus Dei abſoluta infinities exuperat vires omium rerum naturalium.

Argumentum ad hominem.

Scit Diuus Paulus hominem ſe raptum vſque ad tertium cœlum, audiuiſſe arcana, &c.

Dubitat tamen vtrùm in corpore, an extra corpus: proindéque opinatur credibile vtrumque & poſſibile, potuit igitur corpore hic manenti, illuc euolare animus.

Euolauit autem { vel ſolius cogitationis alis,
{ vel re ipſa.

Si ſola cogitatione; imperitiæ & peruerſitatis eſt negare animum in cœlo conſtitutum, inde per diuinum beneficiũ audire poſſe arcana hominum,

Digitized by Google

cum animum in mortali constitutum corpore fatearis arcana Dei hinc audire potuisse in cœlo tertio.

Si verè { vel non propterea deseruit corpus, tumque res eadem fuit in duobus locis dissitissimis, &c.
vel deseruit, tumque bis mortuus necesse est dicatur Paulus, quod neque verissimile, neque proditum est.

Selectæ & præcipuæ obiectiones.

1. Si idem corpus statui à Deo potest in duobus locis, &c. poterit in tribus, in quatuor, & sic deinceps: Ergo poterit in infinitis & innumerabilibus.

Dist. { syncategorematicè, seu hoc sensu quòd numquam statuendum sit in tot locis, quin in pluribus statui possit, C.
categorematicè, seu quod actu, & reipsa occupet infinitum spatiũ, N.

2. Nonerit corpus planè idem, D. { secundum locum, *vbi*, & similia, C.
{ secundum essentiam, N.

3. Distabit à se ipso. D. per locum & vbiquitatem, C. per se. N.
Erit continuum sibi vel discretum. Resp. neutrum fore propriè, quia idem quatenus idem sibi neque discretum est neque continuum.

4. Poterit saltem contiguum esse, quando loca contigua erunt.

D. { secundum eandem partem, N.
{ secundum diuersas, Transeat.

5. Idem corpus eodem tempore poterit multoties esse in eodem loco, idque secundum varios situs (.p.vt vultus sit ante & retro) quandoquidem possibilis penetratio. Respondendum id fieri posse.
Etenim naturaliter res vna, eademque plures numero præsentias in eodem loco variasque successiuè obtinet, seu vnam post alteram: cur non ergo per diuinam virtutem simul obtinere possit?

6. Idem tempus non est formaliter in temporibus diuersis: Ergo neque idem corpus in diuersis locis. N. Consequens. maximè cum idem corpus sit in duobus temporibus. Ad antecedens. R. fluxum & successionem esse de natura temporis, idcirco tempus non habere simul duas partes communicantes.

7. Non licet prosilire ab extremo vno ab aliud, nisi per interiectum spatium.

D. { naturaliter, & loquendo de corporibus, & corporeis, C.
{ secus, & simpliciter, N.

8. Dabitur contradictio, quia idem stabit, & non stabit. Nego quia contradictio est affirmatio & negatio eiusdem de eodem, non quæuis, sed secundum eadem omnia.

9. Idem erit calidissimum in vno loco, & frigidissimum in altero, &c. quidni? cum etiam in eodem loco corpus numero vnum diuinam per virtutem possit obtinere simul summum calorem, & summum frigus: Christi anima inter patiendum sæuos dolores patiebatur, & tamen eodem tempore summis fruebatur gaudijs.
Nonne mirabilius quòd res sit in duobus, quàm quod in vno tantum? Si consideretur experientia nostra, frequentia, raritasque rerum, est mirabi-

Digitized by

lius: At si res per se penitetur, nulla nostra experientiâ, minùs mirum est.
Mirabilius producià lumine calorem quam à calore alio.
Mirabilius figuram procreari ab anima quercus, quam ab annulo.
Mirabilius si effectus non respondeat causæ quam si respondet.
Angelus similior Deo quàm corpus, quatenus est totus in duplici loco, vt Deus opifex, non autem corpus.

Datur-ne locus inanis vacuusue corpore?

Inane { impropriè { primò quod caret corpore conspicuo: vt locus aëre plenus. / 2. quod caret corpore, quod habere solet atque debet: vt vagina ense. }
propriè quod non habet corpus, sed tum multipliciter.

Inane { *negatiuè* quod non habet locatum corpus, nec habere potest aut debet per naturam: vt quæ supra cœlum inanitates.
priuatiuè quod caret corpore illo, quod habere debet, aut potest per naturam.

Inane { absolutè quod omnis expers corporis: vt quæ spatia finguntur supra cœlum.
secundum quid, quod caret aliquo corpore, vel aliquibus, non quouis tamen.

Inanitas { absoluta extra mundum inuenitur, in mundo nulla.
secundum quid { *negatiua* etiam in mundo ipso est: nam hic locus expers cœli, sed negatiuè tantum.
priuatiua non nisi in mundo inuenitur. }

Corpus vnicum est in vno loco naturaliter, dumque locus vnum habet corpus, reliquis caret, vacuusque illis appellatur. Hæc pro tempore sufficiant; suo loco hac de re fusiùs agemus.

Monita.

Dum soluuntur obiectiones aduersus constitutionẽ corporis in duplici loco, semper recurrendum est ad constitutionem animæ nostræ naturalem in duplici loco.
Non si corpus constituitur in duplici loco simul: Ideo etiam quicquid affectionum & accidentium comitatur in vno loco, comitabitur & in altero.
Fieri potest, vt res vno eodemque tempore & puncto loci contineatur, & loco extenso, vt res vna eademque sit simul in eodem loco varijs modis, vt occupet loca innumerabilia, sed syncategorematicè tantum.
Nonne inquis, materia vna eademque numero si constituatur simul in diuersis locis adæquatis .p. tota Lutetiæ, tota Romæ, easdem formas & affectiones habitura est?

D. { quædam pendent à loco, vt motus, quies, ποῦ vbi, & distantia.
& istæ diuersæ erunt: fieri potest, vt qui sedet Romæ, stet Lutetiæ.
quædam non, vt calor, color, anima, &c.

Atque hæ poterunt esse { eædem / diuersæ } pro arbitrio Dei statuentis.

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

De tempore, motu, & oratione.

De Tempore.

Tempus { sæpe est duratio quæuis. / interdum sola duratio primi cœlestis motus. / nunc duratio cuius partes continent vicissitudinem perpetuumque fluxum.

Definitur numerus & mensura siue Arithmus motionis successiuæ, secundum prius & posterius.

Arithmus hic est numerus numeratus, non numerans: est mensura quædam, quæ licet continua, explicatur nominibus pertinentibus ad multitudinem.

Tempus dicitur { longum & breue, continuorum / multum & paucum, multitudinis } more.

Quid τὸ nunc?

τὸ nunc { 1. est terminus indiuiduus temporis, atq; momentum, siue instans. / 2. tempus præsens breue. De qua re in rudimentis. / tertiò aliquid quod sit in præsenti tempore.

Accipere solemus { pro indiuiduo aliquid exiguum, breue tempus pro momento. / pro abstracto concretum, & pro tempore rem quæ in tempore sit.

Ex hoc lo. co & 1. Ethic. c. 6. Tempus videtur esse vera quantitas & sibi vindicare affectiones quantitatis; tempore mensurantur res corporeæ, maximè autem tempus, motus, & quies: tempus perimere potius, quam conseruare dicitur.

Cum effectus ignoratur, caussa solet ascribi tempori. De durationibus, & de tempore, plura in libris acroamaticis.

Tempus seu duratio motus est quid perceptu difficillimum, primò quia per se in sensum non incurrit: 2. quia fluit, est res successiua; nequit vero cogitari tempus sine extensione vera, & diuersa ab extensione motus.

Etenim plerumque duo motus { æquales sunt ratione sui interualli, subiecti. / inæquales tamen ratione temporis: vt cum idem bis decurrit spatium nunc celerius nunc tardius.

Obiectiones.

Prima. Tempus definitur numerus, non est tamen discreta quantitas.

R. numerum & arithmum significare mensuram numerabilem.

2. Tempus omittitur quinto Metaphysicæ in censu quantitatum.

Respondet Alexander non numerari omnes species quantitatis, sed notissimas.

Tempus inquis, illic dicitur disertè quantum per accidens. Respondeo ita esse quantum per accidens, vt sit etiam quantum per se.

Digitized by Google

Tria hæc coniuncta esse.n. { tempus. / spatium. / motum.

Ea sibi inuicem conextendi & à se inuicem denominari.
Mensurari motum tempore, tempusque motu, 4. physicorum.

Partes tempori non insunt { simul, permanenter C. / successiuè N. } 3.

Quomodo sit idem vbique tempus, declarandum alibi.

De Oratione.

Oratio hic vocalis tantum accipienda. Illic multa, ex quibus significatio, est relatio quædam rationalis: sonus est qualitas tertiæ speciei quæ quid successiuum, aut successiuo simile.

Actio, passio { suam habent categoriam.

Motus est mutatio quædam successiua.
Duratio motus, seu duratio cuiusque syllabæ, est tempus.
Multitudo syllabarum longarum, & breuium reliqua est quę dicitur species discretę quantitatis.
Oratio igitur hîc est multitudo syllabarum successiua longarum & breuium.
Non est autem noua species quantitatis, nisi apud poëtas & grammaticos.
Primò, quia omittitur ab Aristotele, quinto Metaphysicæ.
Secundò quia { extensio syllabarum est tempus. / multitudo earum est transcendens numerus, isque successiuus.
Tertiò quia multæ saltationes .... multi motus alij interrupti .... multæ belluinæ voces interruptæ .... multi soni interrupti pariiure facient nouam quantitatis speciem.
Cęterum syllaba nulla est per naturam longa, nulla breuis.
Quod syllaba *de* nunc sit longa, nunc sit breuis, hoc pendet ab arbitrio mortalium.

De motu.

Sunt quibus nullus motus est per se extensus.
Sunt quibus { momentaneus non est / successiuus est } per se extensus, & quantus.

Putauerim motui suam assignandam extensionem { siue sit momentaneus. / siue successiuus.

Quod motus in negotio quantitatis sit extensio mutationis per quam

Digitized by Googl

coextenditur hęc termino, qui acquiritur: p. extensio lationis ea per quã est tam longa *successiuè* latio, quam longum est permanenter spatium quod decurritur, si latio paulatim fiat: & tam longa, sed momento quam longum est permanenter spatium, si latio mutatione loci procuretur momento temporis.

Nam videtur vna extensio motus assignanda pro motu momentaneo: vt extensio illuminationis per quam coextenditur lumini procreato.

Extensio motus localis momentanei per quam respondet spatio. p. milliari: nam partes lationis semper sunt extra partes, & singulæ singulis spatij respondent partibus.

Idque { siue momento / siue paulatim } procreetur motus.

Altera pro motu successiuo, quæ sit alia saltem per cogitationem à duratione, & tempore: vt extensio deambulationis per milliare, quæ rursus duplex videtur statuenda,

n. { vna pro *extenso*. / altera pro *intenso* termino: de qua re in rudimentis.

Vtrum autem extensio motus sit propriè quantitas, quærendum in Physicis.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De Numero.

Præfatiuncula.

Numeri natura & conditio minimè est in numerato: Epicuro forsitan facilius fuit dedocere mathemata,

Quàm nobis { numeri vim & naturam explicare. / numerum tueri inter res veras, in quantitatum ordine.

Quid Arithmus?

Nunc mensura munerabilis .... nunc numerus.

Numerus quale nomen?

Sumitur { tum *concretè*, nam tria dicuntur numerus. / tum *abstractè* si quidem trinitas est numerus.

Quæ notio numeri?

Interdum numerus est multitudo vel vnitas, & omnino id quod affirmatur ad quæstionem factam per quot.

Sępius est multitudo & collectio vnitatum.

Digitized by Google

Multi vt Valla libro primo Dialecticæ, contendit vnitatem esse numerum, eumque imparem: sed non est propriè & accuratè numerus.

Distinctio vnitatis.

Vnitas { vna *transcendens* dicitur, per quam vnum, quod vnam essentiam habet: vt Petrus, calor.
altera dicitur propriè *numerica*, per quam vnum, quod habet vnam molem: vt Socrates.

Prior { funditur per res omnes.
nec necessario in infinitum diuidua est.

Posterior { funditur per sola corpora.
et tamen in infinitum diuidua est:

Distinctio numeri.

Numerus nonnullis duplex { *transcendens.*
categoricus.

Transcendens est collectio vnitatum prioris generis, vel vtriusque simul: vt quando Michaël, Gabriel dicuntur duo: Raphael & Tobias consimiliter dicuntur duo.

Categoricus dicitur esse collectio vnitatum posterioris generis, proindeque in infinitum diuisibilium vnde prodeant fractiones arithmeticæ.

Sed moles nonnullis { est vnitas *transcendens* quatenus in se indiuisa.
vnitas *numerica* est principium numeri categorici, quatenus substantiam vnit.

Verum nihil videtur necesse ista distinctione vti.

Etenim moles sese extendit ipsam, habetque vnitatem in infinitum diuisibilem.

Ergo { vnitas molis nuncupetur vnitas *numerica*.
reliquæ vnitates nuncupentur *transcendentes* tantum.

Omnino cogitetur numerus duplex, quocunque nomine appellari placeat.

n. { vnus dicatur *transcendens*, nec necessario est diuiduus in infinitum.
alter qui sit *diuiduus* in infinitum, siue sit categoricus, siue non. i. siue reponatur in categoria quantitatis, siue non.

Transcendens ille fere omnium consensu non est vera prædicamentalis quantitas.

De posteriori controuersia est, etiamsi categoricus vocari solcat.

Quot in categorico excutienda, vt & in transcendenti, & quæ?

Primò *numeratus* numerabilisue numerus. i. res ipsę numerabiles quę sunt numeri materia: vt Petrus & Paulus.

Digitized by Google

Secundò *formalis* numerus. i. affectio illa, per quam res multę dicuntur compositæ in numerum, sunt actu aut formaliter duæ, aut plures: vt trinitas, quaternitas.

Tertiò *numerans* numerus. i. illa eademque forma & affectio, quatenus à nobis cogitatur & vsurpatur tanquam mensura actiua qua metiamur alios numeros.

Res ipsæ numerabiles, ac mensurabiles simul sumptæ videntur ens per accidens: vt equus equo adiunctus.

Numerans numerus, qua parte est numerãs, & instrumentum numerationis, mensurationis.... videtur esse relatio quædam, eaque *rationalis* potius quam solida & realis.

Formalis numerus propriè & iure optimo videtur numerus.

Is { numerãs videtur, sed *formaliter* non *efficaciter* numerans, si cum primo conferatur: vt albedo dealbat formaliter.
videtur numeratus & mensuratus, si cum tertio.

De forma numeri seu numero formali.

Sententia prior.

Definitur { numerus *formalis* generatim & ruditer id quo res sunt formaliter numerus: vt trias, tetras.
numerus formalis *categoricus*, id quo corpora sunt formaliter numerus.

Controuersia est quid sit formalis numerus, ex quo entium genere sit forma numeri.

Nonnulli aiunt formam istam pendere ab animo tanquam ens rationale.... licet inlit rebus veris: vt & consulatus, seruitus agri, &c.

Nam quaternitas ex g. nascitur ex quatuor vnitatum coniunctione.... hæc non nisi mente videtur peragi: ita vt si quatuor vnitates cogitatione tribuas in duas æquales partes, non efficiatur vna quaternitas, sed duplex binarius, duplex δυάς.

Hoc sensu { primo numerus non est res vera, & quid reale, nisi forte ratione materiæ & numerati numeri, vt & exercitus.
deinde numerus *transcendens* non distinguitur à categorico, nisi quia huius materia, & vnaquęque vnitas diuidi potest in infinitum.

Posterior.

Alij aiunt res omnes mole præditas quę in natura rerum existunt, efficere citra mentis operam vnicum tantum numerum eumque categoricum.

A quibus si quęras quisnam tandem sit ille numerus, respondebunt nobis incertum & incompertum esse, non esse tantum nisi vnum numerum in natura rerum, & nunquam simul plures integros: eumque numerum compositum esse ex omnibus substantiis mole magnitudineque prędĭtis, qui ipse in dies, in horas, in singula momenta immutetur.... non secus atque figura maris.

Secundum hanc sententiam numerus qui realiter numerus ratione formæ dicitur res vera, & quantitas prædicamentalis.

Idque

Digitized by Google

Idque { siue realiter distinguatur à magnitudinibus.
siue ratione tantum, eo modo quo figura creditur ratione distingui à superficie.

Circa priorem sententiam.

Ex numeratis { quædam sunt vera: vt arbores. — *Numerus numeratus.*
quædam fictitia: vt chimeræ.

Applicatio numeri ad numerandum est aliquid quod mente fiat. — *Numerus numerans.*
Forma numeri videtur esse affectio logica notionalis, rationalis. n. collectio vnitatum ipsa, quæ peragitur mente.

Hæc { primò *actionem* realem mentis significat, per quam mens vnitates colligit. — *Numerus formalis.*
secundò *passionem* sed fictitiam & rationalem, per quam vnitates colligimur.
tertiò *effectum* aliquem rationalem (ens & opus rationis) qui innascatur rebus collectis per illam actionem & passionem.

Forma numeri si dicatur ipsa mentis colligentis actio: sanè erit reale quiddam, sed in mente erit non in rebus *numeratis*; res numeratas extrinsece denominabit. — *Prima. Non quod absolutum.*
Si dicatur esse *affectio* quædam huius actionis ad res numeratas, erit relatio quædam notionalis.
Nonnulli formam numeri esse passionem putant quam declarauimus. — 2.
Sed verisimilius est esse tertium illud momentum siue effectum. — 3.

Circa posteriorem sententiam.

Transcendentis numeri forma est affectio rationalis. — *Prima propositio.*
Sed numeri categorici forma dicitur esse verum & reale accidens, quod citra mentis operam existat in rebus numeratis, eisque adhæreat, vt lumen.
In materiæ extensæ partibus cernitur procliuitas quædam ad *continuitatem*: itaque quandiu & quoties licet continuatur: vt quando aquę aqua superfunditur. — 2.
Vbi non licet componunt saltem vnum aliquid discretum, quod appellatur numerus.

Hoc sensu { multi sunt partiales numeri in natura rerum simul. p. duo homines, duo fratres. — 3.
sed nunquam est in natura rerum vno eodemque tempore, nisi vnus totalis numerus, qui sit omnium corporum collectio, quia frustra, &c.

Si tamen plures darentur mundi, credibile est in quoque vnum futurum numerum: numerum hunc in momenta singula mutari nihil mirum, cum pari modo mutetur Oceani figura. — 4.
Videtur etiam mutari posse, ita vt retineatur eadem species: p. si quo tempore duo hæc in vnum coeunt . . . , alibi vnum corpus in duo diuidatur. — 5

Digitized by Google

6. Numeri huius monades, fractionum sunt capaces.

Monita.

Primum. Natura ex duabus rebus realiter distinctis facit aliquid per se propriéque vnum.

Aliquando per penetrationem. p. ex anima & corpore hominem.

Sed non omnia quæ sese penetrant, efficiuntur propriè vnum. p. marmor & candor.

Aliquando citra penetrationem per contactum, sed per eum, qui sit *continuitas*, vt dum aquæ adiungitur aqua : Non per eum qui *contiguitas* tantum.

Non solet autem ex duabus rebus dissitis quandiu dissitæ manent, facere vnum per se sed tantum ens per accidens, si creditur Physiologis.

2. Si difficulter comprehendimus modum vnionis per quam ex anima & animato corpore fit aliquid propriè vnum: cum tamen non fiat propriè vnum ex lumine & aere.

Si difficilius quomodo ex membris nostri corporis efficiatur aliquid quod sit propriè & per se vnum.

Sanè non mirum si difficulter intelligimus, quomodo ex rebus dissitis efficiatur efficiue possit aliquid quod sit propriè & per se vnum.

3. Non temerè inijciendi compedes naturæ, multo minus absolutæ Dei virtuti.

Imperitiæ est ac temeritatis, quod non cernas pro nullo habere, hoc modo cæcus suspicetur colorem esse nihil.

Non si minimè percipio modum quo natura vtitur ad animam nostram, quæ est spiritalis, quasi agglutinandam corpori, ideo est nullus.

4. Ex duabus rebus dissitis videtur posse per absolutam Dei virtutem fieri aliquid quod sit propriè vnum.

Etenim duo esse omnino idem aliquid est maius quiddam .... quam duo continuari, & quam duo concurrere ad componendum aliquid quod sit propriè vnum.

Si ergo Deus facere potest vt quod est Romæ, & quod Lutetiæ, sit planè & omnino idem:

Cur non duo dissita citra continuitatem componunt aliquid, quod sit propriè vnum: p. si ecclesia dicatur esse aliquid propriè vnum?

5. Si quid natura tale componere potest. .... forsan numerus est aliquid propriè & per se vnum.

Sunt qui putant partes nostri corporis non esse propriè continuas, & tamen ex vniuersis efficitur humana natura, quæ est aliquid propriè vnum.

Omnino natura numeri videtur in eo posita, quod sit extensio discreta.

Sed quomodo sit extensio vna .... quomodo vniantur monades, controuertitur.

Non videtur confugiendum ad realem vnitatem & formam positam in rebus numeratis, si sufficit vnio & collectio quæ procuratur mente.

Tum quia fustra fit, &c.

Digitized by Google

Tum quia proprietates numeri non minus videntur conuenire *collectioni* corporum, quæ mente procuretur, ... quam collectioni naturali.

Non ſolet per naturam, & neutiquam creditur accidens vnum in duobus ſubiectis reperiri: Quaternitas quia eſt affectio realis erit conſtituta in quatuor ſubiectis: quare numerus non videtur eſſe niſi quantitas mente procurata, licet componatur ex partibus realibus.

Exercitus { vt ſit quid reale ratione materiæ. / eſt tamen quid rationale, ratione formæ.

Conſul { materialiter eſt homo. / formaliter eſt quædam proprietas rationalis.

Eſt-ne numerus ens per ſe?

Res numeratæ { fere ſunt ens per accidens: vt duo homines. / aliquando non: vt duo rami eiuſdem arboris.

Applicatio eſt actio quædam mentis quæ videtur ens per ſe.

De forma numeri, dubium ... ſit ne ens per ſe .... an tantum ens per accidens.

Entium rationis { quędam ſunt vnum per ſe: vt conſulatus. / quędam vnum per accidens: vt quando idem eſt conſul et imperator.

In re tam ancipiti obiectiones in vtramque partem proferamus.

Obiectiones In vnam partem.

Ariſtoteles numerum facit quantitatis ſpeciem: Ergo formaliter eſt aliquid rei. *Prima.*

R. non auſum illum totam Mathematicorum gentem in ſe concitare.

Numerus ſentitur 2. de anima textu 64. cap. 6. 2.

Numerus oritur ex continui diuiſione 3. phyſicorum. 3.

Quatuor arbores citra cogitationem ſunt 4. &c. 4.

D. ratione materię C. ratione formę N.

Proprietates quæ tribuuntur numero ſunt reales, vt eſſe diuiſibile, quid menſurabile, ęquale, &c. 5.

D. alibi Tranſeat: in numero. N. Si numerus non coniungitur niſi cogitatione, pariter non diuidetur niſi per cogitationem.

Si forma numeri ſit ens & opus rationale, arithmetica eſt diſciplina logica ſiue rationalis.

N. quia diſciplinę logicę & rationales appellantur illę tantum quę verſantur in logo & ſermone excolendo.

Digitized by Google

Non autem quæcunque considerant rationis entia & opificia.
Nam iurisprudentia, ars militaris & consimiles forent rationales.
Non esse ducem, militem, iudicem, patronum, &c. emi, vendi, possideri & consimilia sunt mentis & rationis opificia.
Arithmetica versatur in quantitate quæ sit realis, reale quiddam.
D. reale secundum materiam, eo modo quo exercitus consul, prætor, &c. sunt quid reale, C. Reale secundum formam N.
8. Arithmeticus numerum à materia separat, Ergo nihil solidi & realis reliquum habet.
D. A. ex Scaligero à materia sensibili C. à materia omnino & simpliciter N.
Etenim considerat vnitates, vnitas est res ipsa quæ dicitur vna.
Si tollitur arithmetica, pari iure & geometria quæ innititur arithmeticæ, ideoque subuerteiur vniuersum mathematicum ædificium, vt subuersum volebat Epicurus.
Porrò, si numerus est formaliter nihil rei sed merum mentis opificium, videtur actum de arithmetica: Ergo & de reliquis disciplinis mathematicis.
N. S. Quia præcellentissimæ disciplinæ occupantur in obiecto quod naturaliter sit aliquid rei, formaliter autem sit aliquid rationale. p. in ciuitate, domo, naui, &c.

Obiectiones in alteram partem.

1. Quotiescumque multa coaceruantur, ita vt maneant multa, sunt ens per accidens 7. Metaphysicæ cap. 13.
Ergo aut vt loquitur Aristoteles textu 49. binarius non est actu vnum, aut in binario non sunt actu vnitates.
Atqui patet vnitates inesse actu binario (si accipiatur discretus binarius, vt duo homines, non continuus, vt duo pedes in eadem linea), Ergo binarius non est vnum actu aut per se. pariter autem iudicandum de quouis alio numero.
R. vnitates binarii non esse vnas singulas vnitate discreta (ex discretis rebus coaceruata) sed continua tantum, numerum contrà.
2. Totum, quod per se totum, habet partes coniunctas.
R. numeri partes non esse quidem continuas, esse tamen iunctas.
Animus cum corpore non continuatur, coniungitur tamen.
3. Accidens quod existit in multis rebus subiectis, non est vnum per se. Atqui quaternitas existit in rebus multis subiectis, Ergo non est vnum per se.
D. si continuum est aliquid vt candor C. si discretum, N.
4. Vt ex duabus partibus fiat vnum per se; vna *potestatis*, altera *actus* rationem habere debet ex 2. de anima & 8. Metaphysicæ.
D. si sint heterogeneę, & diuersi ordinis, vt animus & corpus, C.
Si homogeneæ vt partes ceræ, aquæ, numeri, &c. N.
Si heterogeneę quidem, sed eiusdem ordinis: vt caro, neruus, N.
De qua re in Metaphysicis.

Digitized by Google

Quando homogeneum additur homogeneo, vt aqua aquæ, non nascitur noua species, augetur entitas non essentia. 5.

Ergo si binario binarius addatur, non nascetur noua species.

D. A. in continuis, T. in discretis, N.

Numerus nihil formaliter præter collectionem vnitatum. 6.

D. factam à natura, C. factam à mente nostra, N.

Anima sublata tollitur numerus, 4. Physicorum, tex. 231. cap. 14. 7.

D. *numerans*, C. *formalis*, N.

Bis tria non sunt senarius ex 5. Metaphysicæ, textu 15. 8.

Ergo ex 6. vnitatibus efficiuntur 2. numeri.

Non autem à natura, quia hæc coaceruat omnia: Igitur à mente.

Resp. posse à nobis cogitari numeros, qui non sint in natura, & tamen sint possibiles: in natura rerum dari ternarios, sed non auulsos & distinctos ab integro numero omnium corporum.

Cur quatuor sint potius quatuor semel, quam bis duo, si tollis arbitrium mentis? 9.

Resp. numeros istos partiales non esse in natura rerum numeros, sed tantum numeri partes.

Igitur duo homines non efficiunt binarium? 10.

D. qui sit numerus totus, C. qui partialis, N.

Per quod res est vna, per illud ipsum est. 11.

Atqui numerus non est quid vnum nisi per mentem: Ergo.

R. negandam sumptionem, si loquamur de categorico numero: concedendam, si de transcendenti.

Idem est numerus 7. equorum, & 7. canum, 4. Physic. tex. 132. 12.

Non tamen ratione materiæ: Ergo ratione formæ: quare dantur septenarij duo formales, (qui sint vnus numerus.)

Porrò non à natura, quia hæc dicitur vnicum componere numerum: Ergo à mente.

Resp. naturam facere septenarios, sed eos non auelli à totali numero nisi per mentem.

Vnitas est diuulsa à quauis vnitate: Ergo pari iure septenarius à septenario. 13.

D. Ratione materiæ, C. ratione formalis numeri, N. 14.

Ex continui diuisione nihil oritur præter vnitates.

D. continui, T. discreti, N.

Vnitas est formaliter nihil & priuatio. Ergo pars numeri est nihil, proindeque numerus est nihil. 15.

D. A. si secludatur ab entitate, T. Secus, N. De qua re alibi.

Si detur in natura rerum numerus, & hic etiam erit aliquid vnum .n. vnus numerus. 16.

Ergo si vnitas per quam est numerus adiungatur vnitatibus ex quibus constitutus est, efficiet alium maiorem numerum, idque in infinitum.

Proindè qui habet oua duo, vnum binarium habet, ideoque tres vnitates .n. duas ouorum & vnam numeri. Quare vnum etiam ternarium habet.

Huic ternario si addatur sua vnitas, habentur quatuor vnitates, proindeque

Digitized by Google

vnus quaternarius, & sic deinceps in infinitum.

R. nasci numerum maiorem, sed transcendentem tantum, quia vnitas per quam numerus est vnus numerus, non est vnitas *numerica* propriè.

Cur binarius dierum aut motuum non est propriè categoricus numerus, cum tamen partes eius frangantur in infinitum?

R. quia vnitates illic non habentur simul.

Monitum.

De numerorum generibus & differentijs in elementis arithmeticis.

Satius collectionem vnitatum acceptam referre menti vni, quam nunc menti, nunc naturæ.

Numerus qui componitur ex partibus non discretis, nisi per cogitationem non est propriè numerus, vt quando nominantur duæ manus, quia manus non est perfectè vnum aliquid.

Numerus vel est successiuus: vt duo gressus, duo dies: vel non.

Numerus absolutus est propriè numerus, vt 2. 3.

Numerus qui πρός ἄλλο numerus sen positus in comparatione, non est propriè numerus, vt duplum, triplum, &c.

Sed potius relatio innixa numero & quantitati.

IN CAPVT DE RELATIS.

Siue de ijs quæ ad aliud, ad aliquid.

Summa. §

Habes hic relatorum { duas definitiones. / quinque affectiones.

Prior definitio eáque Logica. ¶

Quæ ad aliquid .j. relata, sunt, quæ quod sunt, aliorum *dicuntur* esse.

Nam { absolutum { dicitur quidem esse *alterius.* / sed non id quod est. / Ex. gr. { Socrates est filius alicuius, dominus, seruus. / sed Socrates non est Socrates alicuius. / Relatum contra. Nam ex. g. pater est pater alterius. (.·.)

Posterior, quæ Metaphysica.

Relata sunt quæ id quod sunt, aliorum sunt.

Affectio prima.

In quibusdam relatis contrarietati est locus: vt in simili, dissimili.

Digitized by Google

Secunda affectio.

In quibusdam reperitur { τὸ magis, vt magis simile. / τὸ minus, vt minus simile.

Tertia affectio.

Relata reciprocantur in obliquo casu. n. si accommodata & propria adhibentur nomina.

Sed hæc sæpe nos deficiunt, tumq; { periphrasi vtendum. / vel vocabulum est innouandum.

Propria autem & accommodata hic ea demum sunt vocabula, quæ detractis ceteris reciprocationem & conuersionem faciunt:

Vt ex. gr. { penna & pennatum, non penna & auis. / caput & capitatum: non caput & animal.

Quarta affectio, posterior definitio.

Relata videntur esse simul natura, siuè per naturam.

Quę affectio { non habet locum in quibusuis relationibus & relatis. / habet locum tantum in accuratis, p. in patre, & filio.

Nam { non omnia quæ quouis modo cum altero conferuntur, vt scibile & scientia, hanc affectionem sibi necessario vendicant. / sed ea quorum vis omnis & natura in eo sita est, vt sint *ad aliquid* affecta: seu ea quibus (quorumue) τὸ esse idem est atque sese habere aliquo modo ad aliquid. } *Posterior definitio.*

Quinta affectio.

Correlatorum vnum sine altero cogitari & intelligi nequit, substantiarum partes vt anima, corpus, caro, cortex, neruus, &c. cognoscuntur antequam cognoscatur totum ad quod referuntur.

Ergo non sunt meræ & exquisitæ relationes.

APPENDIX
DE RELATIS.
ARTICVLVS PRIMVS.
Doctrina, notio, nomen, existentia.
Ordo & doctrina.

Categoria hæc qualitati { postponitur 5. Metaph. & in Anteprædicamentis, quia absolutum prius respectiuo. / præponitur hîc, quia æqualitas & inæqualitas corporum prior est eorundem qualitatibus.

Digitized by Google

De relatis generatim agunt Logici, Metaphysici..... speciatim omnes artifices & methodici.

Notio.

Notio relati & relationis repetatur è rudimentis.

Inscriptio.

Inscriptio { prior πρός τι, quia relatum habet correlatum.
posterior πρός τι, quia summum genus est vnum in hac categoria.

Nomenclatura totius generis.

Relatum dicitur { πρός τι, quod ad aliquid.
quod ad *aliquid* non per se.
quod ad aliud affectum.
respectiuum, relatum, collatum cum aliquo.
sese ad aliquid habens vel ad aliud, &c.

πρός τι (siue ad) feliciter exprimit prochuitatem relati ad terminum.

Relatio vt paternitas, similitudo, æqualitas, &c. dicitur relatio, habitudo, respectus, anaphora, affectio, & ordo, item πρός τι sese habere ad aliquid .... πῶς quomodo habet ad aliud.

ἀντίθεσις.

Sed nomine relatorum, relationum, correlatorum, collatorum, &c.

caue ne hîc putes significari { actionem mentis comparantis.
passionem per quam res dicitur mente comparari Significatur pronitas & procliuitas rei ad rem.

Opposita nomenclatura.

Quod opponitur relato dicitur *absolutum*, id quod secundũ se, non ad aliud.

Nomenclatura singulorum correlatorum.

Sunt { quædam *respectiua* vocabula siue relatiua: vt propositiones, coniunctiones, pleraq; aduerbia, simile, similitudo, æquale, æqualitas.
quædam *absoluta*, vt Deus, homo.
quædam quæ partim naturam absolutam significant, partim relationem, vt scientia, habitus, sensus, facultas, ars, &c.

Existentia.

Relationem præ essentiæ tenuitate difficile est comprehendere, si exigitur accurata notitia & perceptio: & tamen relatio ferè ad cuiusuis rei comparandam cognitionem adhibetur, vt inductione patet.

Datur procliuitas rei ad rẽ, similitudo, dissimilitudo, &c. ideo datur relatio.

Sunt-ne omnia ad aliquid?

Tale esse vnumquodque, quale videretur, asserebat Protagoras .p. dulce cum videtur dulce, non dulce quando iudicatur non dulce.

Itaque naturam & essentiam omnium rerum videbatur ponere in relatione, & affectione quadam ad iudicium: propterea negabat quemquam dicere mendacium.

Irridetur à Platone lepida hac argumentatione: Nobis Protagora videris dicere

Digitized by Google

cere mendacium & falsum: Iudicium nostrum verum aut erroneum est.

Potrò { si verum est, dicis falsum.
{ si falsum est, mentimur, &c. Ergo aliquis mentitur falsumue dicit.

Sed hęc sententia pœna potius quam ratione refellenda est.

Omnis relatio supponit absolutum aliquid, Ergo non quiduis est relatio.

Dantur-ne, veræ & reales relationes?

Non dubium { quin res ad rem mente referatur.
{ quin dentur relationes *rationales* cuiusmodi sunt ducatus, seruitus agri.

Sed quæritur vtrùm citra cogitationis operam detur aliqua ratio realis.

In diuinis reales dari relationes { est certum.
{ sed non est perspicuum.

Sunt qui in *creaturis* nihil agnoscant relationis solidæ, & realis: & sanè vt sit aliqua illic relatio realis. p. paternitas: difficile tamen est eam internoscere & separare à rationali, nec mirum, quoniam relatio non incurrit in sensum.

Verissimile est tamen dari aliquid in creaturis realis relationis.

Primò quia productio eius non videtur inuoluere contradictionem.

Secundò quia { æqualitas, similitudo, &c. sunt relationes.
{ res videntur æquales esse, & similes citra cogitationis operã.

Tertiò quia mathematici occupantur maximè in relationibus, proportionibus.

Quartò quia { ordo continetur ratione, relatione.
{ perfectio vniuersitatis rerum ordine potissimum continetur.

Obiectiones.

Quidquid est, excepto Deo, productum fuit: Relatio non producitur: Ergo non est relatio in creaturis, siue extra Deum. D. S. per veram actionem, C. per emanationem, N. *Prima.*

Ad relationem non datur *motus*, 5. Physic. tex. 11. D. Ant. per se & primario, C. per consequutionem & secundario, N. natura mouetur, ex.g. per se ad calorem, per consequutionem verò ad *similitudinem* caloris. 2.

Quotiescumque citra creationem producitur aliquid, non producitur sine vera *actione*. D. sine ea actione quæ versetur in ipso procreante, N. nam actio ipsa non producitur per aliam actionem. Genelis non fit per genesim. Sine actione aliqua, Transeat: quando generatur equus non generantur illius proprietates, excitantur tamen per *emanationem*. 3.

Actio versari debet in eo vbi effectus excitatur: Atqui si Lugduni elaboretur statua consimilis vni alicui statuæ, quæ Lutetiæ existat, similitudo dicitur nasci vt Lugduni, ita Lutetiæ, cum tamen Lugduni tantum inueniatur actio: Ergo quæ similitudo Lutetiæ produci fingitur, non est effectus verus & realis. D. P. in rebus absolutis, C. in respectiuis, N. Ad vnius relationis constitutionem quid requiratur quæretur postea. 4.

Si alous paries verè est realiterque similis, vel vna est similitudine, vel tot si- 5.

Digitized by Google

similitudinibus quot sunt in natura rerum res aliæ candidæ. Vtrumque autē absurdum: Ergo in pariete nulla est realis similitudo: Ad sumptionem. R. vnica referri similitudine, si similitudo distinguitur realiter à candore, quia frustra fit, &c. neque est credibile in pariete sexcentas reperiri entitates. si vero similitudo & relatio distinguatur à fundamento duntaxat tanquam modus à re, forsan tot esse similitudines, quot sunt termini, forsan tamen vnicam, sed quæ alio atque alio se habeat modo. Ergo inquis vno liberorum obeunte, paternitas integra manet, nec amplificatur nascente alio. R. manere eandem, sed alio atque alio habentem modo.

Comp.

6. Non videtur eadem similitudine res magis, & minus similis. D. nisi alio habeat atque alio modo, C. secus, N. similitudines autem modificantur ratione terminorum.

7. Si relatio est perfectionis aliquid, perfectio in Deo patre inuenietur qua filius careat. N. quia eadem perfectio in filio inuenitur, sed alio modo; pari tamen, de qua re in Metaphysicis.

8. Cuius relationis fundamentum est nihil, ea est nihil rei: Atqui fundamentum paternitatis in homine patre est generatio actiua, vt passiua filiationis, quæ vtraque fuit momentanea, præterit, & iam est nihil: Item fundamentum comparationis inter præceptorem & discipulum fuit eruditio, &c. Ergo paternitas est nihil, & affectio præceptoris ad discipulum, cessante eruditi opera non remanet. N. S. quia illa non sunt *fundamenta*, sed tantum fundandi, fundamenti conditiones, vt dicetur infra.

9. Qui agit & producit, debet tangere rem quæ patitur ex 1. de ortu: sed qui producit terminum .p. sculptor signi Lugdunensis, non tangit subiectum Lutetianæ similitudinis.p. Lutetianam statuā: Ergo in subiecto non producit similitudinem. R. non producere propriè, sed tantum conditionaliter, quia ponit conditionem necessariam .n. terminum.

Relatio producitur potiùs à *subiecto* & *fundamento* quam à termino, terminique imitatore.

ARTICVLVS II.

Distinctiones Relatorum.

Quotuplex τὸ aliquid siue relatum?

Prima distinctio.

Res refertur { secundum aliud: vt cùm Socrates dicitur Sophronisci filius.
vel secundum se non per accidens .... tumque, aut per *numerum* excessum, & defectum.

Idque { siue definitè: vt duplum, & simplum.
siue indefinitè, vt multum & paucum, longum & breue.

Aut per *vnitatem* { *vsia* hinc idem.
qualitatis hinc simile.
quantitatis hinc æquale.

Digitized by Google

Aut per *potentiam* vbi { potentia ipsa. / priuatio eius. / & functio.

A potentia calefactiuum c. lefactibile.
A priuatione indiuisibile, insensibile.
Ab actione & functione faciens, fiens, quod fecit, factum, facturum, faciendum.

Aut per *mensuram*, & mensurabile: vt cum scientia ad scibile refertur.

Secunda distinctio.

Relatum { ex *arte*: vt præceptor & discipulus. / ex *fortuna*: vt seruus, dominus. / ex *morali delectu*: vt comites & sodales. / ex *natura*: vt pater & filius.

Tertia distinctio.

Relatio { realis: vt paternitas diuina. / rationalis: vt seruitus agri.

Realis in creaturis non patet per se cum non sentiatur.
Nec satis probatur per effectum....quia qui effectus tribuuntur relationibus, vt cum similitudo dicitur causa amoris, videntur potius fundamento tribuendi: maximè cum belluæ non deprehendant relationes.

Quarta, quinta, & sexta distinctio.

Relatio { creata { æquiparantiæ { mutua. / non mutua. / disquiparantiæ } } / increata { æquiparantiæ { mutua. / non mutua. / disquiparantiæ } } }

Est { æquiparantiæ: vt fratres, sorores. / disquiparantiæ: vt pater & filius, dominus & seruus.

Mutua cum { vtraque realis. / vel vtraque rationalis.

Non mutua quando vna realis, altera rationalis.

Relatio { creaturæ ad Deum creditur realis, / creaturæ ad creaturam est rationalis.

Creata { vel est *transcendens* & vagatur per omnes categorias, aut saltem per plures. / vel est categorica & prædicamentalis.

vt { prius / posterius } { effectus / causa } &c.

Tumque dicitur oriri tantum { à quantitate: vt æqualitas. / à qualitate: vt similitudo. / ab actione, & passione & potentia: vt paternitas, filiatio.

Septima distinctio.

Relatum cor relato { inest: vt scientia scienti. / non inest: vt pater filio.

Octaua distinctio.

Confertur { cum vno : vt pater cum filio.
cum scientia, cum scibili & sciente.

Nona distinctio.

Confertur { eodem nomine quo correlatum, vt simile.
diuerso, vt pater & filius.
partim eodem partim diuerso, vt frater, & soror.

Décima distinctio.

ad aliquid { abstractum : vt similitudo.
concretum: vt simile, æquale.

Vndecima distinctio.

Est ad aliquid { vnum, quia ipsum verè ad aliud refertur: vt creatura ad Deũ.
alterum, quia ad ipsum refertur aliud : vt creator Deus.
tertium, vtroque modo.

Duodecima distinctio.

Res est ad aliquid { vel per se : vt scientia ad scibile.
vel per genus : vt Logica per nomen scientiæ, & scientia per nomen habitus.

Logica dicitur { non Logica } rerum logicarum.
{ sed scientia }

Scientia { est scientia contrariorum .p. bene & male viuendi.
non est { neque habitus } contrariorum.
{ neque ars }
est tantum { habitus boni .p. bene intelligendi assuetudo.
ars bene agendi, bene differendi.

Decima-tertia distinctio.

Res refertur per se .... per partem ..... per aliud.

Decima-quarta distinctio.

Relatio exquisita, vel non exquisita.

Decima-quinta distinctio.

ad aliquid { vel est relatum secundum *esse* & merè relatum.
vel secundum *dici*.

Secundum *dici* { generatim quod dicitur esse alterius.
propriè quod ita dicitur alterius esse : vt non sit merum relatum:

Cuiusmodi est habitus, scientia, causa, ars, facultas, &c.

Digitized by Google

ARTICVLVS TERTIVS.

Quæ obſeruanda in Relatis, quæ natura relatorum.

Quæ hîc maximè obſeruanda?

Primò ſubiectum cui relatio. p. ſimilitudo ineſt.

Hoc autem eſt { ſubiectum *quod*: vt nix, ebur. / vel ſubiectum *quo*, & fundamentum: vt candor.

Secundò cauſſa quę præcipua, vel conditionalis.

Tertiò terminus ad quem relatum primario refertur.

Quartò denique ipſum τὸ ad aliquid, quod ad aliquid.

Eſt autem { relatio ipſa ſimilitudo: vt paternitas. / relatiuum & ſubiectum affectum relatione vt paternitas. / correlatiuum, quod mutuo refertur, vt filius ad patrem.

Quid terminat relationem, p. paternitatem?

Terminat { Scoto abſolutum aliquid. n. oppoſitæ relationis fundamentum cum ſubiecto: vt terminet Anchiſes filium, Aeneas patrem. / Aliis oppoſita relatio: vt { paternitas filiationem. / filiatio paternitatem.

Veri ſimilior ſententia { prior quando ſunt / poſterior quando non ſunt } relationes mutuæ.

Quid cauſſæ relationis?

Eſt { aliquando quicquid eſt neceſſarium, & concurrit ad productionem relationis. / aliquando tantum fundamentum illud, quod eſt verum & diuerſum à ſubiecto & à termino.

Quid fundamentum relationis?

Generaliſſimè quicquid ad illius conſtitutionem neceſſarium eſt.

Vt e.g. { ſubiectum: vt ebur. / radix relationis in ſubiecto, vt candor eboris. / terminus & quæ in termino neceſſaria, p. nix candida.

Generatim aliquid cauſſæ in ſubiecto aliud ab ipſo:
ſiue ſit præcipua cauſſa, vt candor.
ſiue conditionalis tantum, vt vnitas candoris.

Speciatim aliquid in ſubiecto, quod ſit aliud ab ipſo, & præcipuè cauſſet: vt candor eboris.

Digitized by Google

Quotuplex fundamentum generali significatu?

Est { vnum præcipuum quod dicitur fundamentum relationis per antonomasiam & speciatim: vt *quantitas, qualitas, facultas.*
alterum minus præcipuum, quod dicitur fundandi ratio: vt vnitas & multitudo quantitatis, qualitatis.
Actio & passio quæ prodit à potentia & facultate.

De fundamento proprie dicto.

Credibile est rationem non distingui à fundamento præcipuo nisi tanquam modum à re: ita vt similitudo candoris e. g. non sit realiter aliud à candore, quia frustra.

Relatio { non habetur nisi quandiu existit fundamentum.
interdum habetur quamuis non existat amplius fundandi ratio.

Paternitas, filiatio { in creatura non tollitur sublata generatione.

Categorica { ratione distinguitur à fundamento.
realiter an distinguatur, dubitatur. p.

Vtrùm similitudo sit reipsa aliud à candore. Caietanus prima part. q. 10. ait realiter distingui: Soncinas 5. Metaphys. negat realiter distingui.

Alii distingunt nunc realiter, nunc formaliter tantum. Vix liquet quid sit sentiendum. Consulendę distinctionum leges, respondendumque iis quas amplexaris.

Coniecturæ quibus astruitur distinctio realis, & solutio earumdem.

Prima. Ea quorum vnum potest ab alio separari, ita vt incolume realiter distinguitur: Atqui fundamentum separatur à relatione, nec propterea perit, similiterque relatio à fundamento. p. similitudo à candore: Ergo, &c.

D. P. si vtrumque separatorum maneat incolume C. si alterum tantum, N.

2. Similitudo candoris non est idem cum dissimilitudine candoris. Ergo non est vtraque idem cum candore: quę sunt eadem vni tertio, sunt interse eadem: D. formaliter C. realiter N.

3. Duo quorum vnum intenditur dum minuitur alterum, & contra, non sunt realiter idem: Atqui sępe dum augetur fundamentum. p. candor, minuitur relatio. p. similitudo & contra: Ergo, &c. Sumptio concedenda, propositio distinguenda, vt suprà in 1. obiectione.

4. Relatiuum & absolutum magis differunt, quàm absolutum & absolutum. D. si loquamur de distinctione formali C. si de reali N.

Digitized by Google

Cauſſae ſficiens, & effectus realiter differunt alietate cauſſę: Atqui fundamentum eſt cauſſa relationis, Ergo, &c.

D. P. { cauſſa efficiens. & phyſica propriè dicta, & efficiens per actionem, C.
cauſſa metaphyſica. p. faciens per emanationem N.

Oppoſitæ coniecturæ.

Quidquid reale & creatum, illud incipit eſſe per mutationem: At relatio eſt quid creatum, nec tamen vllam mutationem habet, ſi diſtinguatur realiter à fundamento: Ergo non diſtinguitur realiter à fundamento, procreaturque vnà cum fundamento, vt ſimilitudo cum figura. R. procreari per mutationem propriam. *Prima.*

Ad relationem non datur mutatio. D. { primaria C. / ſecundaria N. } de qua re alibi, 2.

Incredibile tot quotidiè à nobis acquiri entitates, quot acquiruntur relationes. p. ſimilitudines. R. non eſſe magis credibile, quam nos quotidie calere, frigere. 3.

Realiter diſtincta poſſunt ſaltem virtute diuina ſeparari à ſe inuicem, ita vt permaneant (ſi diſtinguntur alietate ſuppoſiti poſſunt) Negainda propoſitio maximè in relatis: de qua re alibi. 4.

Multa propter eſſentiæ tenuitatem ſeparari ab aliis nequeunt: vt intellectio ab intellectu, motio à mobili.

Si relatio diſtinguitur realiter à fundamento, dabitur relatio relationis ad fundamentum. p. ſimilitudinis ad candorem, Ergo progrediemur in infinitum.

D. Ant. { relatio & logica & tranſcendens / C. / relatio prædicamentalis N. } neganda Conſecutio.

Quod-nam ſit fundamentum categoricæ relationis?

Dicitur eſſe triplex:

n. { *quantitas* cum vnitate, hinc æqualitas; multitudine hinc inæqualitas. ſed vnitas & multitudo non ſunt niſi fundandi ratio.
qualitas { cum vnitate, hinc ſimilitudo.
cum multitudine, vnde diſſimilitudo.
potentia { actiua cum actione tanquam fundandi ratione: vt *generatinitas* cum patre.
paſſiua cum paſſione: vt *generabilitas* in filio.

De natura relationis.

Sententia prima.

Referri eſt vnum abſolutum additum eſſe abſoluto alteri. p. candorem candori.

Relatio eſt forma abſoluta: vt candor lactis quatenus extrinſecè denominat aliud. p. niuem ſimilem.

Digitized by Google

candor lactis sit relatio & similitudo niuis.
Vt
candor niuis id quo hæc formaliter simile.

Examen.

Pugnat hæc sententia cum mortalium communi consensu, paternitas diuina est in patre.

Secunda sententia.

Relatio quæuis alia à diuinis est merum ens rationis, licet fundamentum possit esse aliquid rei.

Tertia sententia.

Relatio creata saltem aliqua est ens reale.

Sed *affixum* & adhærens
non *infixum* & inhærens
} magisque iuxta rem, quam in re.

Examen.

Opinio hęc videtur fingere relationem ceteris firmiorem affectionibus & accidentibus.

Et tamen est quid imbecillimum.
multiplici pedamento eget *subiecto.* *fundamento.* *termino.*

Quarta & maximè probabilis.

Relatio generatim est forma inhæsionis per quam aliud in quo est, sese ad aliud habet, aut ad aliquid.

Relatio accuratior & categorica est forma accidentaria, per quam illud in quo inhæret refertur ad aliud tanquam ad terminum, non tanquam ad causam vel effectum.

Quæ conditiones exquisitæ relationis?

Correlata & extrema duo sint realia. sint in natura rerum. sint numero diuersa.

Subiectum sit quid mutabile.

Fundamentum realiter existat, sitque verum.
realiter distinguatur ab alterò: præterea si quantitas aut potentia, aut qualitas alia: fundandi ratio & conditio sit posita.

Idque siue maneat: vt vnitas & multitudo quantitatis, qualitatis.
siue pereat perierituè, vt generare & generari, erudire & erudiri.

Quæ categorica relatio?

Ea quæ ita realis, vt terminus eius sit alius à causa & effectu.

Vtque

Digitized by Google

Vtque ipsa oriatur { vel à quantitate } per vnitatem & multitudinem.
{ vel à qualitate }
{ vel à facultate per actionem & passionem.

Quæ transcendens?

Ea vbi terminus est caussa, vt cum accidens refertur ad subiectum & contrà.

Obiectio.

Pater est caussa filii. D. { in τῶ fieri C.
{ in τῶ factum esse N.

Quæ principes notæ relationum rationalium?

Quando fundamentum non est aliquid rei, relatio creditur esse rationalis non realis: Ergo dominium Dei non videtur relatio realis, quia creare nihil est in Deo. *Prima.*

Item quando terminus non est ens reale, quando dicimur posteriores atauis. 2.

Item quando extrema non distinguntur realiter: vt cum idem confertur secum. 3.

Item cum relatio æquè conuenit rei existenti, atque non existenti, & contrà, vt identitas. 4.

Item quando relatio tribuitur relationi tanquam subiecto: vt similitudo paternitati. Quæ nota forte respuenda est, ne *proportiones* mathematicæ dicantur fictitiæ, notionales, sunt enim similitudines rationum, relationum. 5.

Quæ prior relationis definitio?

Ex Timæo } relata sunt quæ id totum quod sunt, aliorum dicuntur esse, aut
ex contextu } quouis aliomodo referuntur ad aliud.

Quæ posterior?

Relata sunt propriè quibus (seu quorum) τὸ esse idem est atque se habere aliquomodo ad aliud [tanquam ad terminum.]

Quæ formaliter nihil absoluti continent.

Quæ positam totam suam naturam habent in habitudine, & affectione ad aliud: vt pater, paternitas, filatio, & ratio disciplinæ, &c.

ARTICVLVS VLTIMVS.

Ortus, interitus, vnitas, affectio, & notæ.

A quo producitur relatio & quando?

Potius { à subiecto suo } ideoque ab authore { subiecti.
{ à fundamento } { fundamenti,

Digitized by Google

Quum à termino & authore termini producitur.
Videtur autem produci per Emanationem, & appendicem motus.
Considenda rudimenta.
Si quando correlatum est caussa fundamenti, vt quando vnus calor producit alium, ita est caussa fundamenti, vt sit etiam terminus.

Quibus modis oritur relatio?

Oritur
- cum mutatione in subiecto: vt quando filius crescens efficitur æqualis patri neque crescenti, neque decrescenti.
- cum mutatione in termino, vt quando maius efficitur æquale minori per huius incrementum.
- cum mutatione in vtroque, vt cum res duæ fiunt æquales,
  - quod earum
    - minor crescat.
    - maior decrescat.

Per mutationem accipe fundamenti mutationem. p. quantitatis, scientiæ in præceptore & discipulo, caloris, luminis. &c.

Monitum circa geneſim.

Lapsus suspensi oneris
- pendet
  - tum à grauitate.
  - tum ab amputatione.
- efficitur
  - non ab amputatione.
  - sed à grauitate.

Relatio
- pendet
  - hinc à subiecto, & à fundamento.
  - hinc à termino, siue correlato.
- caussatur propriè
  - non à termino.
  - sed à subiecto, fundamento.

Quot modis retinetur relatio eadem ſecundum ſpeciem?

Retinetur
- primò sine mutatione in subiecto & in termino.
- secundò cum mutatione in vtroque siue in relato & correlato.

Vt
- quando res duę æquales
  - pariter crescunt.
  - aut pariter decrescunt.
- cùm sapiens sese accommodat temporibus, circonstantiis.

is dicitur
- immutabilis & constans, quia semper seruat commensurationem, relationem.
- mutabilis, vt Vlysses quia sese accommodat rebus.

Digitized by Google

Vnde petenda est relationis vnitas?

D. { *specifica* videtur petenda { tùm à fundamento. / tùm à termino.
{ *numerica* { à subiecto & fundamento videtur æstimanda. / non à termino ad quem referatur, ne tot in pomo vno statuãtur similitudines, relationes, quot sunt termini consimiles.

Quibus modis perit relatio?

Perit { aliquando fundamenti / aliquando termini / aliquando vtriusque } euersione.

Est quid valdè caducum fornicique simile, maximè quando est categorica. Accidens est veluti aliquid impositum columnæ.

at { absolutum accidens à suo / relatio categorica { & à suo. / & ab alieno } } subiecto pendet.

Variæ notæ & affectiones.

Relatio interdum contraria est relationi, vt similitudo caloris dissimilitudini caloris.

Relatum tamen non est contrarium relato licet oppositum.

Relatorum quædam { intenduntur / & remittuntur } vt simile, dissimile.

Contrarietas } relationum pendet à fundamento capaci. p. à calore.
Intentio }

Et tamen relatio potest { intendi dum remittitur / remitti dum intenditur } vt simile, dissimile.

Obiectiones.

Vnitas est quasi punctus. Fundamentum similitudinis est vnitas quædam. p. caloris. *Prima.*

Ergo est quasi punctus.

D. P. { si spectentur gradus heterogenei. C. / si homogenei & entitas N.

Ad Sumptionem respondeo esse fundãdi rationem non propriè fundamentũ.

Relata reciprocantur in obliquo casu, vt pater & filius, si referantur nomine ideoneo. 2.

Relata sunt simul natura { non tamen omnia. / sed quę sunt mutua: verum proferendus est integer terminus. } 3.

Digitized by Google

Quæ ſunt ſimul natura, ea ſe ſe { ponunt / tollunt } mutuò.

In h.m. { eſt pater; ergo eſt filius. / non datur pater. Ergo nec filius.

At ſi ſcibile eſt, non ideo eſt ſcientia.

Relationes ſunt quid maximè caducum.

4. Relata ſeſe inuicem explicant, aperiunt, definiunt.

5. Relatum definiendum { per integrum terminum. / vel ſaltem per præcipuum.

Qui integer, ille { vel explicitè / vel implicite } eſt integer. De qua re alibi.

Sæpe genus vno comparatur modo, ſpecies alio: ſcientia videtur eſſe quædam ſpecies habitus.

Et tamen { habitus non eſt contrariorum. n. habitus. / ſcientia eſt contrariorum. n. ſcientia, non habitus.

6. Sæpe vnum dicitur eſſe aliquorum & multorum per ambiguitatem.

Videndum eſt quo dicatur ſenſu { an tanquam ſubiecti. / an tanquam obiecti. / an tanquam finis.

7. Sæpe multa ad vnum referuntur per eundem caſum.

Logica Ariſtotelis dicitur { ars & ſcientia Ariſtotelis. / ars & ſcientia rerum logicarum. / ars & ſcientia bene diſſerendi.

8. Multa ſunt affecta *ad aliquid*. . . . ita vt recenſeantur etiam in qualitatibus, vt ſcientia, facultas.

Idem, vario nomine pertinet ad varia.

Ariſtoteli aliquando { genus eſt in relatis, vt ſcientia. / ſpecies in qualitate: vt Grammatica.

Nimirum quoniam aliquando generi alioquin abſoluto: vt ſcientiæ, arti, habitui, facultati, &c. ineſt eodem ſignificato vocabulo aliquid relationis. p. ad finem, ad obiectum, &c. cum tamen ſpeciei. p. logicæ, grammaticæ, Rhetoricæ, non ſuccreſcat noua relatio, quæ ſuperiori reſpondeat.

Scientia eſt ſcientia rei ſcibilis, hic obiecti: habitus eſt habitus bene agendi. p. bene loquendi, aut male loquendi, aut contra.

At ars grammatica non dicitur grammatica ſui obiecti, ſiue rerum grammaticarum, ſed ſcientia rerum grammaticarum.

Grammatica { non dicitur grammatica / ſed dicitur habitus } bene loquendi.

Scientia { vt eſt quid abſolutum, videtur eſſe genus. / vt eſt quid reſpectiuum, videtur vltima ſpecies.

Digitized by Google

Non si tactus est proprietas alicuius generis nimirum animalis .... ideo est genus.

Obiectiones.

Diuersa genera, minimèque subalternatim posita, diuersas habent species, & differentias: atqui relatio & qualitas sunt eiusmodi genera: Ergo scientia non est species relationis, & qualitatis simul.

D. P. diuersas formaliter, C. diuersas nomine & realiter, N.

D.C. { quæ sit eadem formaliter, C.
{ quæ sit eadem realiter, & secundum nomen, N.

Scientia { quatenus absolutum aliquid, est qualitas, & nanciscitur differentias, quibus contrahatur in species. p. Rethoricam, grammaticã.
{ quatenus est in relatis non admittit differentias, quibus diuidatur in relationes specie differentes.

Si scientia est qualitas, & relatum simul, cur potius dicitur relatum quàm qualitas?

R. quia facilius explicatur tanquam relatum, quam tanquam qualitas vel absolutissima, vt Deus per relationes explicari solet.

Grammatica est grammatica grammatici: Ergo per se est ad aliquid.

D. Ant. { tanquam subiecti, seu grammatici hominis, C.
{ tanquam obiecti, terminique alterius à subiecto, N.

Ad conclusionem respondeo grammaticam inuoluere relationem transcendentem.

IN CAPVT
De Qualitate & de quali.

Summa.

Qualitas est id vnde [-formaliter] appellamur (res appellari possunt) *quales* absolutè, vel secundum quid. *Quid qualitas.*

Habitus, & dispositio } significant qualitatem vsu partam, qua benè aut malè afficimur ad agendum. 1. *Species.*
Hexis, & diathesis }

II. { hexis & habitus diuturnam & firmam. ἕξις.
{ diathesis & dispositio eiusmodi quæ celeriter euelli possit. διάθεσις 2.

Naturalis *potentia* & *impotentia* significant vim agendi faciendiue [aut patiendi].

& omnino vires naturales { illa firmas.
{ hæc debiles.

Pathetica siue patibilis qualitas & pathos, siue passio tertiam constituunt qualitatis speciem. 3.

Ex patibilibus qualitatibus, &c. appellamur quales, candidi, &c. licet passiones vt rubor ex verecundia, quæ leuiter afficiunt breuique tempore vix soleant denominare qualem. p. rubrum.

Digitized by Google

Patibiles ita nuncupantur quod afferunt quendam motum & paſſionem, hoc genus pertinet tum ad corpus, tum ad animum.

4. *Forma & figura* conſtituunt quartum qualitatis genus ſiue quartam ſpeciem,

Rarum & denſum } videntur ſignificare quale.

Aſperum & læue } ſed tamen potius ſignificant ſitum partium.

Quid qua le. *Qualia* ſunt quæ à qualitatibus cognominata ſunt aut deducta .p. à candore candidum.

Sed conſideranda { potius ſenſus / quam nominis } affinitas.

Porrò { nunc concreto deeſſe abſtractum, vt pugili, curſori. / nunc abſtracto concretum, vt menti. / nunc concretum & abſtractum videntur diuerſę coniugationis: vt virtus & ſtudioſus, ſi ſtudioſum interpreteris virtute prędituin.

1. *affectio.* Contrarietas cernitur in quibuſdam qualitatibus: item intentio & remiſſio.

2. Proprium eſt qualitatis quod ab ea nominamur [formaliter] quales & efficienter ſimiles & diſſimiles.

3. Multa numerantur in qualitatibus quæ ſunt etiam poſita in relatis: vt ſcientia.

Grammatica { ratione generis .n. ſcientiæ eſt in relatis. / ratione ſuæ ſpeciei ſiue ſui ipſius eſt in qualitatibus.

Cetera in appendice.

APPENDIX
DE QVALITATE ET DE QVALI.
ARTICVLVS PRIMVS.
De toto Qualitatis genere.
Ordo, inſcriptio. †

Quæritur { potius cur poſtponatur qualitas { quantitati. / relationi. / quàm cur præponatur ceteris accidentium familijs.

Inſcribi ſolet hæc categoria { tum de qualitate. / tum de quali.

Quinto Metaphyſicæ, cap. decimo-quinto, concretum videtur abſtracto præferre Ariſtoteles, in accidentium categorijs.

Digitized by Google

Et quidem accidens { magis propter ſubſtantiam. / quam propter ſe ipſum. } *Monitũ.*

Quanquam particulares inſcriptiones { potius ab interpretibus, / quam ab Ariſtotele prodierunt. }

Nomenclatura.

Nomen { latinum qualitatis tanquam inſolens, & nouum reformidat Cicero, 1. Academica. / græcum ποιότητος Plato excogitauit ſi creditur Simplicio. }

Quale { aliquando comparatur, & opponitur tali. / nunc autem abſolutè ſumitur. }

Qualitas { primò ſumitur pro quouis accidente vel modo, vel diſcrimine ſiue differentia. / ſecundò pro differentia eſſentiali. / tertiò pro quouis accidente. / quartò vt hìc ſumitur pro certo tertioque genere accidentis, idque dupliciter. }

Nam { aliquando pro quouis accidente huius generis. / idque { ſiue denominet abſolutè: vt candor niuis. / ſiue ſecundum quid tantùm: vt candor ex metu. } / aliquando pro eo tantum quod denominat abſolutè. } ¶

Quotuplex denominatio?

Fit { vna per *verbum*, aut participium in hunc modum. homo amat, pallet, eſt amans, pallens. / altera per *nomen* .p. in hunc modum, homo eſt amator, homo eſt pallidus, candidus, &c. }

Poſterior eſt accommodatior { tùm qualitatibus. / tùm denominationibus abſolutis. Nam qui dicit Lector, plus dicit, quam qui legit, non quicumque legit eſt Lector. }

Quotuplex denominatio ſecundum quid?

Eſt { vna omnino ſecundum quid, vt quæ pendet à breuitate temporis, aut à qualitatis tenuitate. / altera non omnino ſecundum quid, vt quæ à partis exiguitate. }

Ab eodem candore dicitur candidus { Æthiops ſecundum quid. / dens Æthiopis abſolutè. }

Quid Qualitas?

Eſt id vnde appellamur proprie *quales*, forma accidentaria per quam res eſt proprie qualis.

Nos ſæpe ponimur pro omnibus rebus aut ſubſtantijs.

Digitized by Google

Qualificamtur { essentialiter per differentiam, & formam. / accidentaliter { propriè per hanc categoriam. / impropriè per ceteras.

Qualitas est habitus & potentia naturalis, vel affectio patibilis, vel figura.

Accidens absolutum quod in corporibus sequitur extensionem materiæ, ceteris in substantijs naturam rei, quo res instruitur ad agendum patiendumue, vel extrinsece denominatur, determinatur, exornatur.

Occupatio.

Qualitatem per quale finit Aristoteles, mox quale finiturus per qualitatem.

Ergo vtitur circulo, qui in rebus absolutis explanandis parum probatur.

Primò propter difficultatem rerum altissimarum.

Secundò quia quale & qualitas referuntur aliquomodo ad se inuicem.

Tertio quia expedit progredi à concreto ad abstractum aperiendum, & mox regredi.

nam { concretum & compositum est secundum nos notius. / abstractum verò est secundum se clarius.

Affectiones qualitatis.

Contrarietas inest qualitati { nec soli. / nec omni. 5

Qualitas { intenditur / remittitur } sed { nec sola: / nec omnis.

Proprium qualitatis est fundamentum { similitudinis / dissimilitudinis } exquisitæ.

Qualitas denominat absolutè, vel secundum quid.

Est-ne qualitas genus vniuocum?

Esto, quia frustra fit, &c.

Modi / *Generis* } nomine interdum significantur species, differentiæ.

Multiplex { dicitur qualitas quinto Metaphysicæ, sed illic est aliquid ambiguum. / dicitur hoc loco: Sed πο multipliciter dici fertur etiam de generibus.

Diuiditur in modos, aut per modos: Ergo est analogum quiddam. Resp. modi & differentiæ nomine significari speciem.

Non continetur idem in duabus speciebus, speciebus eiusdem generis, eiusdem proximi:

Atqui calor est { patibilis qualitas, quia sentitur. / & facultas naturalis: Ergo facultas naturalis & patibilis qualitas non sunt species eiusdem generis.

D.P.

Digitized by Google

D. P. eodem nomine conſideratum, C. diuerſo, N.

Calor { quatenus calefacit eſt ſecundæ ſpeciei.
quatenus ſentitur eſt tertiæ ſpeciei.

Quot ſunt ſpecies qualitatis? §

Quatuor quæ ponitæ in compendijs, & mox explicandæ.
Sunt qui plures, ſunt qui pauciores faciunt.
Numerus hic non videtur neque redundare, neque deficere.

Confirmatio.

Qualitas eſt { potentia, & dicitur eſſe ſecundæ
actus { qui indifferens, & quartæ
non indifferens { *ſenſibilis*, qui tertiæ } ſpeciei. *Ex Ammonio.*
inſenſibilis, qui primæ }

Paratur { vſu & aſſuetudine, & eſt primæ
natura, eſtque { potentia, & ſtatuitur ſecundæ
actus { in re intima, & tertiæ } ſpeciei.
vel in ſuperficie, & quartæ }

Color tamen affectio ſuperficiaria eſſe videtur Ariſtoteli.
Qualitas eſt modus accidentarius, & determinatio rei indifferentis.

Subſtantia indifferens { ad agendum, & operãndum, hinc ſecunda
ad bene, vel malè operandum, hinc prima } ſpecies
ad motum & paſſionem, hinc tertia } qualitatis.
ad extenſionẽ & quantitatem, hinc quarta }

Eſt-ne raritas cum denſitate in qualitate?

Aut dicitur { in diuerſis corporibus: vt cum ſylua dicitur rara.
vel quaſi diuerſis: vt in ſpongia, & pumice.
& omnino per defectum *contiguitatis*, vel ſaltem *continuitatis*:

Tumque eſt diſcreta quædam collocatio: aut in eodem corpore citra diſpendium continuitatis: vt quando dicitur aqua rara, rarior aër, rariſſimus ignis, &c. ... tumque occurrunt duo:

Occurrit { *ſitus* partium, qui duplex,
.n. { vnus partium inter ſe, qui pertinet ad *quantitatem*.
alter partium quantitatis per quem ad *locum* ſunt affectę & ad partes loci, qui pertinet ad categoriam ſitus.
modus qui naſcitur ex ſitu partium:

Et hicce modus videtur *qualitas*.
Certè *denſitas* & *raritas* inter qualitates, ſecundo de ortu & interitu.
Rarefactio eſt alteratio, 6. Phyſicorum, ideoque raritas eſt qualitas alterabilis, ſiue patibilis.
De raritate & denſitate in rudimentis.

Obiectiones.

Ariſtoteles ait fortè plures inueniri poſſe modos qualitatis.

Respondeid dicere { potius modestiæ causſa. / quam quòd rem ita habere crederet.

2. Pulchritudo & ſanitas } eſt qualitas. Reſponde { non eſſe rem vnam. / ſed congeriem rerum.

3. Secunda ſpecies videtur omitti quinto Metaphyſicæ in cenſu qualitatum, niſi ad primam reuocetur.
Reſponde omiſſam quia potentiæ vocabulum iam antea explicatum erat.

4. Amor, odium, & alij affectus quò reuocantur?
Reſp. { propriè eſſe actiones, & paſſiones. / aliquo tamen modo reuocari ad tertiam ſpeciem qualitatis .n. quatenus videntur durabiliter afficere.

5. Quò { duritics / mollities? } Reſponde ad tertiam ſpeciem.

6. Habitus & diſpoſitio ſunt duæ qualitatis ſpecies.
Reſp. { vel non eſſe duas ſpecies eſſentialiter diſcrepantes. / vel non ſubijci immediatè qualitati.

7. Mania non ſentitur per ſe: Ergo non eſt patibilis qualitas.
Reſpondeo qualitatem tertiæ ſpeciei appellari patibilem, ſenſibilem.
Sed { quòd plurimæ / non quòd omnes } qualitates tertiæ ſpeciei ſentiantur.
Quò reuocantur ſpecies quæ dicantur intenſionales, cuiuſmodi eſt imago heri in phantaſia canis?
Reſpondeo reuocari ad primam, vel ad tertiam ſpeciem.

ARTICVLVS II.

Diatheſis.

De prima Qualitatis ſpecie.

Diſpoſitionis nomine quid ſignificatur?

Primò præparatio quæ requiritur.
Secundò partium corporis ſitus, & affectio:
idque { ſiue ad ſe inuicem referantur, vt in capite de Quantitate. / ſiue ad partes loci, vt in Situm eſſe.
Tertiò & hic { communiter qualitas quæuis primæ ſpeciei. / propriè qualitas primæ ſpeciei, ſed infirmior, aut ad corpus pertinens.

Quid affectionis nomine?

Primò quoduis accidens.
Secundò relatio: vt cùm dicitur affectio patris ad filium.
Tertiò { illatio paſſionis, vt quando ſol / vel informatio: vt cum aëris lumen } illuſtrat aërem, candor afficit parietem informando.

Digitized by Google

Quartò idem atque diſpoſitio tertio ſignificatu.

Quid habitus nomine? ἕξις.

Primò vltima categoria, ſiue τὸ habere.
Secundò poſſeſſio habitioue ipſa.
Tertiò forma quæuis poſitiua: aut oppoſita priuationi: §

Vt quando dicitur { lumen *habitus.* / vmbra *priuatio.*

Quartò aſſuefactio.
Quintò habitudo, & affectio ad aliquid.
Sextò qualitas quæuis firmior, durabilior .p. quartana febris: & pathos, quæ infirmior & minus durabilis. p. febris ephemera. ἐφημέρα.

Septimò modus facultatis { ſiue ſit naturalis. / ſiue vſu partus: vt quando habitus diuiditur in naturalem, & habitum.

Octauò qualitas primæ ſpeciei firma, vel infirma.
Nonò qualitas primæ ſpeciei firmior ..... maximè ſi animi propria.

Quid qualitas primæ ſpeciei?

Definitur qualitas aſſuetudine parta, quæ innaſcitur qualitati (ſecundæ ſpeciei per ipſius functionem) qua efficimur idonei non ad agendum omninò (hoc præſtant naturales facultates) ſed tantùm ad *facilius* agendum, ſiue benè, ſiue malè: quo ſenſu habitus non videtur continere ſpecies intenſionales. De quarum ſede controuerſia eſt.

Certè { aſſuetudo innaſcitur facultati per ipſius functionem .p. menti per intellectionem. / ſpecies intenſionales excitantur per actionem *obiecti* non *ſubiecti*: Imago in ſpeculo non excitatur à ſpeculo, ſed à re quæ conſpicitur, vt nec in oculo à viſu.

Species intenſionales ſi velis reuocare ad hunc qualitatis ordinem, habitus videtur in hunc modum deſcribendus.
Habitus eſt imago intenſionalis, vel modus alius, qui ſuccreſcit facultatibus per quam determinantur ad faciliùs fungendum ſuo munere, ſiue benè, ſiue malè.

Diſcrimen habitus & diſpoſitionis.

Diſpoſitio { infirmior, diſpoſitio / quæ firmior, habitus } propriè nuncupatur.

Quibuſdá pertinet { habitus ad animum. / diſpoſitio ad corpus.

Sed hoc diſcrimen vix vllo ſatis idoneo teſtimonio confirmatur.

Diſpoſitio { quædam in habitum non adoleſcit, vt febris ephemera; ſi dicatur diſpoſitio. / quædam conuà: vt iuſtitiæ inchoatio: tumque habitus &

Digitized by Google

positio specie non differunt, magis & minus non mutant speciem.

Quid habitus latiùs?

Est { qualitas intensionalis: vt phantasma.
vel: assuetudo: vt dialectica.
vel quasi: assuetudo, vt qui dicuntur naturales habitus. p. temperantia *naturalis*, fortitudo *naturalis*.

Monitum.

Detur-ne habitus, vnde oriatur, vbi locum habeat, quid requiratur ad suscipiendum habitum, quomodo augeatur, & minuatur, vnde vnitatem repetat & dignitatem, quotuplex sit, &c. quæritur; sed hæ & consimiles quæstiones theoreticæ, itaque non sunt huius loci: consule lib. 6. Ethic.

Vt { impropriè habit⁹ { animi { repræsentatiuus { laudabilis
propriè habitus { corporis { nó repræsétatiu⁹ { vitiosus } &c.

ARTICVLVS III.

De secunda specie.

Nomina.

Impotentia { sæpe absoluta priuatio potentiæ: vt subditas.
nunc potentia remissa & infirma: sed *naturalis*, non *habitualis*.

Potentia { Primò potentia materiæ, quæ opportunitas ad patiendum.
secundò potentia actiua naturalis, vel habitualis.
tertiò opportunitas quæuis actiua, vel passiua, vt in sermonibus Metaphysicis.
quartò vt hîc { communiter quæuis qualitas secundæ speciei.
propriè qualitas secundæ speciei eaque validior.

Facultas { aliquando quæuis potentia.
aliquando ars, quæ adhibeatur ad vtramque partem: vt Rhetorica.
nunc potentia naturalis, maximè autem quæ validior.

Nomen { habitus / vitij / virtutis } quomodo conueniat viribus naturalibus, declaratum alibi in moralibus.

Habitus naturales pertinent { potius ad hanc speciem.
quàm ad primam.

Neque appellantur habitus absolutè, sed *habitus naturales*.

Quid qualitas secundæ speciei?

Prima. Quibusdam est qualitas naturalis .j. alio modo quam assuetudine parta, quæ concessa ad agendum.

Digitized by Google

Aliis { qualitas naturalis / aut omnino qualitas } per quam { agitur. / aut resistitur. } 2.

Aliis qualitas naturaliter indita nobis, vel rebus aliis. 3.

Ad agendum: vt mens, voluntas, vis magnetis.

Vel ad resistendum: vt durities.

Vel ad patiendum, vt appetitus sensitiuus.

Videtur complectivires omnú rerum, saltem alias ab iis, quæ intentionaliter agunt, pertinentque ad tertiam speciem.

Definiri potest qualitas à natura indita ad agendum immanenter aut realiter, vel ad patiendum, vel ad resistendum:

Si generalius definiatur est qualitas quæ principium realiter agendi, vel resistendi, vel patiendi, siue producatur à natura siue per miraculum.

Discrimen primæ & secundæ Speciei.

Qualitas { *secundæ* speciei est principium operandi, &c. / *primæ* est tantum principium *benè* aut *malè* operandi §. Metaph. text. 25. }

Habitus solet parari in ea facultate per quam comparatur: vt iustitia in voluntate: facultas non necessario excitatur in opifice facultate.

Secernitur { vt dispositio leuis ab habitu. / ita impotentia à potentia. p. ingenium rude ab ingenio Aristotelis. }

Licet tamen vsurpare generatim nomen facultatis, & potentiæ naturalis, ad speciem totam significandam. Species hæc latissime patet, quia complectitur vires naturales omnium substantiarum.

Substantiarum { spiritalium, vt mentem, voluntatem. / corporearum { siue sint simplices: vt cœli, elementa. / siue mixtæ: vt plantæ, lapides, metalla. } }

Propterea si quis categoriam substantiarum instruat, ex hac qualitatis specie deprome notas præcipuas, quibus substantiarum denotentur species.

Alia distinctio.

Qualitas { primæ speciei, est incorporea / secundæ speciei, est corporea } Alexandro, sed perperàm.

Comparatur { qualitas primæ speciei vsu / qualitas secundæ speciei natura } ex Simplicio.

Obiectiones.

Natura contendit ad optima, Ergo facultas naturalis principium est, non agendi tantum, sed etiam bene agendi. Respondeo à facultate distingui habitum, & secernendum esse. *Prima.*

Digitized by Google

Idque { non quòd { facultas agendi tantum sit principium. / habitus bene aut male agendi sit principium.
sed quod { habitus bene, aut male agendi, non agendi simpliciter sit principium. / potentia contra sit principium agendi, siue assequatur perfectionem, siue non.

aut quod { facultas sit principium agendi primarium. / habitus sit tantum secundarium, atque adiuuans, vt iustitia, imago rei in mente.

2. Character sacerdotalis est principium agendi. p. retinendi, & remittendi peccata, &c. Ergo habitus aliqui sunt principium primarium operandi. Respondeex D. Thoma characterem illum esse potius facultatem quam habitum.

3. Frigus quod tepenti aquæ restituitur, non est insitum à natura, & naturale: Ergo non omnes facultates à natura inseruntur, & sunt naturales.

D. Ant. { si à natura insitum id dicatur vnum, quod inest à primo ortu C. / si etiam quod sponte innascitur, & succrescit, aut saltem citra assuetudinem N.

Discrimina nominum.

Si est validior qualitas secundæ speciei, dicitur *potentia*, facultas, potentia naturalis, interdum *naturalis virtus*.

Si infirmior, dicitur *impotentia*, impotentia naturalis, interdum naturale vitium.

Licet tamen vsurpare generatim nomen facultatis, potentiæ, & potentiæ naturalis, &c. ad hanc speciem totam significandam.

Quotuplex qualitas secundæ speciei?

Est { spiritalis { intensibilis { à primo ortu { aperta: / occulta. / non à primo ortu { aperta: / occulta. } / non intensibilis { à primo ortu { aperta: / occulta. / non à primo ortu { aperta: / occulta. }
corporea { intensibilis { à primo ortu { aperta: / occulta. / non à primo ortu { aperta: / occulta. } / non intensibilis { à primo ortu { aperta: / occulta. / non à primo ortu { aperta: / occulta. }

Est { vulgaris / hebes / excellens } { materiæ / formæ / totius } { ad agendum. / ad patiendum. / ad resistendum.

Est { primaria, vt mens { secundæ tantum speciei: vt mens.
secundaria, vt voluntas { secundæ & tertiæ: vt lumen, calor, frigus.

Hæc agunt tum realiter, tum intentionaliter. De qua re in rudimentis.

Monita.

Primum. 3. Facile est facere & cogitare naturam vtramque vniuersalem: difficile est tale vniuersale. p. quod tales complectatur species.

Digitized by Google

Ignoratio { plurium specierum / alicuius speciei } facit vt perperam cogitetur, definiatur genus. 3

Si nullum nosses animal nisi oculatum & sanguineum, &c. facile crederes rationem *oculati & sanguinei* pertinere ad communem naturam animalis.

Veteres vix agnoscebant habitus, qui diuinitus infunderentur, nec forent naturaliter parabiles. 5.

Vt hi contineantur inter habitus & qualitates primę speciei, nomine *habitus* videtur accipienda quæuis prõptitudo, & qualitas, quæ non sit principium fungendi munere, sed tantum *facilius* fungendi, siue procreetur in facultate per actionem eius, siue citra ipsius actionem. 6.

Oportet nosse ambitum alicuius generis, & nominis àntequam moliaris illius definitionem. 8

ARTICVLVS QVARTVS.

De Tertia specie.

Quid pathos quinto Metaphysicæ?

Primò qualitas *alterabilis*.
Secundò ipsa *alteratio*: vt calefactio.
Tertiò alteratio *perniciosa*.
Quartò magnitudo malorum & calamitatum.

Quid pati?

Primò recipere impressionem agentis.
Secundò recipere formam cum expulsione alterius. 3
Tertiò recipere & perpeti, sed cum dolore. *Sexta Categoria.*
Quartò recipere & perpeti alterius impressionem.
Quintò perturbari: vt timere, audere.

Quid passio?

Primò ipsa pathesis, ipsum pati. πάθεσις.
Secundò pathema, forma quæ recipitur per pathesim, vt calor. πάθημα.
Tertiò qualitas leuior, & minus durabilis.
Quartò effectus alterationis, aut alia qualitas tertiæ speciei.

Sed dupliciter { nunc quæuis qualitas huius ordinis. / nunc ea tantum, quæ denominat secundum quid, non absolutè.

Quintò affectus in moralibus negotiis.
Sextò accidens quoduis.

Quid pathetica & patibilis qualitas?

Est { generatim qualitas alteratiua qualitasue tertiæ speciei. / propriè qualitas tertiæ speciei quæ denominat absolutè.

Digitized by Google

Sic vocatur { non quod patiatur.
sed quod passionem inferat, vel à passione oriatur.

Definitur generatim qualitas corporis, quæ sit propriè sensibilis: vt sonus, odor, sapor, ... aut qualitas quę sit animi [saltem populari iudicio] & alia à prima, vel secunda specie, vt insania, ira, ira durabilior: si qualitas primæ speciei non procreatur nisi actione.

Assuetudo quę paratur passione videtur huc referenda, vt verecundia.

Sed satius eam referre ad primam speciem, vt assuetudo & habitus fungendi aliquo munere, non vis primaria.

Distinctio, & diuisio.

Secernitur { vt dispositio leuior, ab habitu.
ita passio, à patibilitate.

Passiua qualitas { animi: vt insania, ira durabilior.
Corporis { audibilis: vt sonus.
visibilis: lumen, colores.
odor suauis, insuauis,
sapor: vt amaror, dulcedo.
tactilis { prima: vt calor, frigus, humor, siccitas.
secundà: vt durities, mollities, leuitas, læuitas.

Hîc passio { qualitas ex motione: vt rubor ex verecundia, pallor ex timore.
Motio ipsa { non { quatenus est actio quædam.
quatenus receptio, & categoria patiendi.
sed quatenus aliquandiu durando afficit, ac determinat.

Videntur autem qualitatum animi genera tria statui posse.

Nempè { *naturales:* vt mens, voluntas, memoria.
acquisita { actione: vt logica, iustitia, reliquique proprij habitus.
perturbatione: vt insania, verecundia.

Verùm, ita futurum est, vt habitus morales, qui sunt potius assuetudo patiendi, quam agendi: vt indignatio, verecundia, &c. impropriè nominentur habitus, potiusque pertinent ad tertiam qualitatis speciem, quæ tamen omnia dicuntur tantum probabiliter.

ARTICVLVS

Digitized by Google

ARTICVLVS VLTIMVS.

De quarta ſpecie.

Nomen.

Formæ nomen explicatum in ſermone de ſpecie.

Forma figuralis { à nonnullis diſtinguitur.p.ab Alberto, Iamblico, Plotino. / videtur tamen promiſcuè ſic vſurpari.

Quid figura apud logicos?

Nunc ſpecies quę opponitur generi. *Schema.*
Nunc diſpoſitio argumenti in ſyllogiſmo.

Nunc { quantitas,magnitudo modificata,& determinata extrinſecè, ſiue ratione extremitatis. / aut exterior diſpoſitio magnitudinis,vel quantitatis.

Sed dicitur { minus propriè { in ſpiritalibus,vt figura Angeli. / in ſucceſſiuis,vt figura motus. / in diſcretis,vt figura numeri. } / propriè in magnitudine.

Hîc { nunc quantitas & magnitudo cum determinatione. / cum dicitur { cubus,figura ſolida. / figurarum alia plana,alia ſolida. } / nunc ſola determinatio & qualitas quę extrinſecè magnitudinem determinat.

Diciturque { vel ſolida reiue ſolidæ, vt figura cubi. / vel plana reiue planę,vt figura circuli,trianguli.

Sed addenda eſt linearis figura..... niſi *obliquitas & rectitudo* dicuntur inchoationes figuræ,potiuſquam figura.

Monitum.

Diuiſiones ſpecierum qualitatis petantur è rudimentis.

In prima { forſan quę dicuntur ſpecies intentionales. / certo aſſuetudines,qualitateſue partæ aſſuetudine. / forſan qui dicuntur naturales hábitus.

In ſecunda,qualitates quę ſunt primarium principium { vel patiendi. / vel reſiſtendi. / vel agendi ſaltem aliomodo quam intentionaliter.

In tertia { Primò qualitates corporis quæ propriè ſenſibiles, non communiter tantum, vt ſonus. / ſecundò animi qualitates quę ſenſibiles, & quaſi ſenſibiles ſaltem per interiorem ſenſum: vt ira,metus,&c.

Digitized by Google

IN CAPVT

De Sex vltimis Categoriis.

ARTICVLVS PRIMVS.

De ipsis communiter.

Quid significant sex postrema genera?

Prima opinio.

Mera sunt entia rationis si quibusdam creditur & opificia.
Refelluntur, quia citra cogitationis operam res agunt, patiuntur.

Secunda opinio.

Quibusdam { sunt formæ reales, sed extrinsecè denominantes.
{ τὸ vbi est locus quatenus denominat rem locatam, &c.

Refelluntur primo quia dantur veræ, intimæ, & intrinsecæ actiones & passiones.

Secundò quia vbiquitas { est in re locata potiusquam in loco.
{ distinguitur realiter à motu per quem acquiritur.

Tertia opinio.

Nonnullis sunt relationes secundum *dici*, non secundum τὸ *esse*.

Quarta opinio.

Quibusdam sunt reales quædam & categoricæ relationes, sed positę seorsim, propter frequentem illarum vsum, quia numerosa est suppellex tertiæ categoriæ.

Quinta opinio.

Ex Scoto. Quibusdam sunt *extrinsecæ* relationes quædam.

His { *intrinsecæ* ea relatio quæ positis *fundamento & termino* confestim ponitur, vt similitudo, paternitas, *æqualitas*.
{ *extrinsecæ*, quæ posito fundamẽto, & posito termino non ponitur.... nili ponatur etiam vtriusque vnio.... vt habitudo corporis ad animum.

Sexta opinio.

Quibusdam sunt entia quædam per accidens, sed celebriora.

Septima & maximè probabilis.

Ex Ammonio. Sunt formæ quædam *accidentariæ* & absolutæ.... sed implicitæ relatione, vel relationibus.
Actio e. g. est quid absolutum, sed inuoluens relationem.

Digitized by Google

Cur tam paucis comprehenduntur ab Aristotele?

Quia dum ruditer traduntur categoriæ & prædicamenta, satis est proponere & exemplis illustrare genera summa.

Significantne verè aliquid rei?

Videntur statuendæ hæ categoriæ, & significare aliquid essentiæ, quod in aliis categoriis reponi nequeat.

Quia sic sentiunt peripateticorum principes: in practicis satius est diuidere quam confundere præcepta.

Aliud facultas, aliud actio.... aliud locus, aliud esse in loco.

Si τὸ *vbi* est aliquid { tum reale. / tum diuersum à re locata, & à loco: pariter τὸ *quando*, τὸ *situm* esse: verum autem est antecedens, vt declarabitur postea, proinde & consequens.

Hæc genera plurimũ cõducunt ad omnem loquendi & differendi rationem.

Prima obiectio.

Aristoteles dum recenset passim categorias... fere non numerat, nisi quatuor vel sex priores.

R. non absoluere enumerationem, quia res notissima erat.

Secunda obiectio.

Motus & mutatio non est per se in vlla categoria.

Atqui actio & passiõ, vt calefactio, calefieri sunt motus 3. physicorũ, Ergo &c.

D. S. { si actio sit perfectiua, vt intellectio, vel momentanea N. / si corruptiua. D. { formaliter N. / identicè, subiectiuè, & realiter C.

Motus inquis ex primo de ortu latius patet quam actio, aut saltem quam corruptiua actio vt interpretantur. Ergo videtur esse genus cuius actio sit species.

N. C. quia sensus { latius patet quam homo. / non est tamen hominis genus.

Tertia obiectio.

Paronymum ponitur in categoria abstracti, vt candidum in categoria candoris.

Atqui postremæ differentiæ categoricę sunt paronyma eruta à prioribus categoriis. Ergo, &c.

D. S. nomine tenus C. reuera N.

Quarta obiectio.

Quando *locata* res nuncupatur, hoc significat tãtum externam denominationem. n. denominationem corporis à circumiacenti loco.

Ergo τὸ *vbi* seu τὸ esse in loco non facit categoriam.

R. primò formam extrinsecè denominantem. p. actionem transeuntem, vt ca-

Digitized by Google

lefactionem & calefacere posse pertinere ad categoriam.

Deinde D. A. { formaliter N. / efficienter aut occasionaliter C.

Quinta obiectio.

Tempus videtur vnum indiuidua speciei.
Ergo categoria quando non habet species.
R. *essendi* in tempore maiorem esse varietatem, quam *temporis*.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Agere & pati.

De actione & passione.

Nomenclatura actionis.

Agere, facere, operari, actio, effectio & consimilia vocabula promiscuè hîc vsurpantur.

Declaratur interdum verbo { actiuo passio, vt audire. / passiuo actio, vt audiri.

Actio { interdum ductio, agere est ducere. / in foro, in scena, in re oratoria quid significet, notum. / apud philosophos variè vsurpatur.

Nam { primò affectioni & contemplationi / secundò speculationi siue contemplationi } opponitur. / tertiò solam humanam naturam significat. / quartò operationem alteratiuam. / quintò, vt hîc, operationem quamuis

Effectio { nunc quæuis operatio. / nunc operatio, quę opponitur *praxi*, & contemplationi.

Agere, Facere { primò causare. / secundò causare per modum principii, motus. / tertiò causare efficaciter & per veram operationem, non per emanationem.

Caussatur { frigus per actionem quæ dicitur frigefactio. / frigefactio ipsa per emanationem. De qua re in rudimentis.

Eodem nomine verbali solent significari actio & passio, vt nomine calefactionis, frigefactionis.
Sed distinctè significantur per verba infinitiuà, vt per calefacere & calefieri.

Sunt-ne actio & passio motus?

D. { vel motus vsurpatur tantum, pro mutatione successiua, aut naturali, túq; non necessatio sunt motus. / vel pro quauis, tumque { realiter sunt motus / formaliter non item } vt calefactio.

Quid actio?

Id quod [non efficienter, materialiter, formaliter] aliquid agit, agereue dicitur.

Digitized by Google

Ignis agit { *formaliter* per, propterue ignem, caloremue excitandum.
materialiter per propositum pabulum .p. lignum.
efficienter per formam suam, per calorem suum.
formaliter per calefactionem ipsam.

Quid passio?

Id quo res formaliter patitur, patiue dicitur.

Actus agentis in patiente id est effectus primarius: vt calefactio, non secundarius, vt calor.

De actionis origine, et adiunctis.

Origo.

Actiones oriuntur à qualitatibus primi, & secundi generis, forteque & ab alijs. p. cùm agit color in oculum, sonus in aures. Possitne substantia creata operari, si destituatur quauis qualitate, Metaphysici quærunt.

Distinctio.

Actio { *immanens* effectum non transfundit extra facultatem, vnde oritur: vt velle, nolle.
transiẽs { alia Dei solius: vt creare mundum, conseruare, &c.
alia rerum creatarum, vt facere.

Immanens inhæret illi ipsi facultati, vnde prodit, & extrinsecè denominat.

Transiens { ferè dicitur inhærere rei patienti; vt aquæ calefactio, & extrinsecè tantum denominare, id quod agit. p. ignem.
nonnullis tamen constituitur in ipsa agenti facultate, dicitur-que denominare intrinsecè.

Transiens dicitur { apud illos quod sit extra rem agentem in patienti.
apud hos non quod ipsa per se transeat, sed quod transeat per effectum quem transfundit.

Actio per quam ignis calefacit aquam { secundum hos est in igni.
secundum illos est in aqua: sed hanc tractare quæstionem, non est huius loci.

Transiens actio nuncupatur effectio.

Effectio { vna *intentionalis*, per quam sensibilia producunt imaginem sui, vt color.
altera non intentionalis, quæ realis solet appellari: vt cum calor producit calorem.

Obiectiuncula.

Aqua quæ calescit non dicitur calens: Ergo non habens actionem. Probatur consecutio: Subiectum denominatur à forma quam habet: aqua non denominatur ab actione: Ergo, &c.

D. P. intrinsecą denominatione, C. extrinseca, N.

D. S. { non denominatur agens, C.
non denominatur patiens, N.

Digitized by Google

Calefactio denominat { intrinsecè aquam patientem. / extrinsecè ignem calefacientem.

Distinctio passionis.

Realis passio { vel immanenti respondet actioni, & tantum ratione ab illa distinguitur. / vel transeunti: tumque iudicium anceps: nam

distinguitur { realiter, si actio est in agenti sita. / formaliter tantum, si actio inhæresci t rei patienti.

Adiuncta cum passione exquisita.

Apud eos qui actionem transeuntem in re patienti collocant, sex occurrere possunt, quæ videantur realiter idem, nimirum effectus, vt calor; actio vt calefactio, passio, mutatio, motus, tempus. De quibus consule nostras institutiones.

Notæ quædam & affectiones.

Prima. Contraria { sæpe actioni actio / passioni passio } vt calefactioni, frigefactio.

2. Actionum / Passionum } quædam intenduntur & remittuntur.

3. Plurimæ sunt successiuæ.

4. Actio non procreatur per actionem aliam, ne regrediamur, &c.

5. Actioni semper adiungitur passio saltem minus exquisita.

6. Actio singularis non versatur circa obiectum generale;

nisi sit { vel mentis, vt τὸ intelligere / vel voluntatis vt τὸ velle } cibum.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De quatuor vltimis categorijs.

Sunt-ne aliquid rei?

Si τὸ *vbi* siue *vbiquitas* est aliquid rei, pari iure & aliæ sequentes categoriæ significabunt aliquid reale, &c.

Atqui vbiquitas est aliquid reale, idque absolutum: Ergo, &c.

Probo esse quid reale:

Quod est maioris entitatis, energiæ & perfectionis quam aliquid reale, & ipsum etiam est reale aliquid: motus localis est reale aliquid vt ambulare, vbiquitas est aliquid maioris perfectionis quam localis motus.

Digitized by Google

Nam { terminus positiui motus in quem desinit, est quid perfectius quam ipse motus.
calor productus est quid perfectius calefactione.
calêre est quid perfectius quam calescere.
motus localis terminatur in τὸ *vbi* tanquam in terminum intrinsecum à quo non distinguitur, nisi cogitatione: Ergo τὸ *vbi* siue vbiquitas est reale aliquid.

Probo esse quid absolutum.

Id in quod terminatur motus, est quid absolutum: ad relationem non datur motus: Atqui τὸ *vbi* terminat motum localem: Ergo, &c.

Nonne locus est terminus motus localis?

D. { extrinsecus & externus terminus esse potest.
non est tamen internus intimusque terminus:

quia { locus non est realiter idem cum locali motu.
internus terminus positiui motus est realiter idem cum ipso motu.

Propterea { motus fieri potest in inani spatio:
inane spatium est nihil.
motus localis est positiuum aliquid.

Vbinam τὸ vbi subiectiuè?

In qua re subiectiuè inuenitur motus, vt calefactio, frigefactio, &c. in eadem & terminus motus cum quo est realiter idem, vt calor productus.

Atqui motus localis est subiectiuè in re quæ mouetur: vbiquitas est terminus localis motionis, &c. Ergo vbiquitas residet in re quæ moueri dicitur.

τὸ moueri localiter interna est denominatio.

Monitum.

Incredibilem difficultatem ingenium humanum in rebus apprehendendis experitur.

Multa vulgus habet pro realibus & solidis, quæ sunt ens *rationale*. p. vmbram, cœcitatem, ducatum, seruitutem, &c.

Non dubium quin multa realia sint, quæ vix habemus pro realibus.

De situm esse.

Locus { vnus actu, hinc categoria hæc. 7. Categoria.
alter potestate & virtute, hinc diathesis, & situs magnitudinis.

Situs { in categoria est quædam affectio partium aut terminorum magnitudinis ad se inuicem.
hîc dispositio partium rei locatæ in ordine & habitudine ad locum & ad partes loci.

Dicitur { à situ res panonymè sita, sita esse ex capite de relatis.
à situ priori pars sita .p. in medio, in extremo.

Digitized by Google

Situs { hic proprium videtur habere domicilium.
in relatis ponitur ab Aristotele, quia inuoluit aliquid relationis.

Situs obseruatur { generatim in quibusuis corporibus.
præcipuè in viuentibus.

Situs humani corporis varietatē propè immensam habet vt pictores indicāt.

τὸ situm esse est affectio, vndè res formaliter sita nominatur, vt iacere, sedere, pronum esse, &c.

Conferimus { locum cum re locata, hinc prodit τὸ *vbi*.
partes loci cum partibus locati corporis, hinc *situm esse*.
partes rei locatæ inter se, hinc *situs magnitudinis* prodit.

Quòd sit corporis pars { vna dextera / altera sinistra } { vna superior / altera inferior } { vna anterior. / altera posterior,

hoc pendet à situ magnitudinis & quantitatis.

8. Categoria.

De Quando seu esse in tempore.

Quando, quo tempore, quo in tempore, & esse in tempore idem.

Definitur { esse in tempore tanquam in numero & mensura.
quod affirmatur ad quæstionem factam, quo tempore.
quod relinquitur ex adiacentia [cœlestis] temporis in re.

Si quid non patitur à tempore, non propriè est in tempore.

Quærunt à quo tempore res, vt Cæsar, Alexander, dicatur in tempore esse.

Dicitur { vel à suo, sua à duratione.
vel à quouis simul existenti tempore.
vel à tempore quod est mensura temporum reliquorum,

qui modus Aristoteli congruentissimus.

Quæritur cur τὸ quandiu non faciat nouam quandam categoriam?

Respondeo non facere præter extensionem & mensuram durationis, quia nihil significat.

Duratio rei { non essentia rei, aut existentia.
non assequi essentiam, vel admittere.
sed mora, & mansio rei in suo esse.

Duratio { vna fictitia: vt tempus quod cogitatur ante conditum orbem.
altera vera, quæ est permansio rei in suo esse.

Res { omnino incorruptibilis, vt Deus.
ommino corruptibilis, vt homo, calor.
vel { corruptibilis extrinsecè / incorruptibilis intrinsecè } vt Angelus, animus noster.

Quæuis creatura est corruptibilis extrinsecè, quia extra se habet principium à quo corrumpi possit nempè Deum: intrinsecè corruptibilia sunt primæ qualitates, ea in quibus primæ quatuor qualitates inueniuntur: vt quatuor elementa, item habitus animi, &.

Duratio

Digitized by Google

Duratio substantiarum quibusdam triplex. n.
- *æternitas*, siue sempiternitas Dei.
- *æuum* Angelorum, & animorum.
- *tempus* substantiarum reliquarum.

Quidam quadruplicem durationem statuunt.

Duratio
- *sempiternitas*, id est duratio Dei.
- *æuum*, duratio spiritalis creaturæ, aut substantiæ.
- *semieuum*, duratio substantiarum maximè caducarum.
- tempus
  - *discretum*, quod coalescit ex multis momentaneis actionibus.
  - *continuum*, & successiuum
    - *spiritale*: vt duratio intellectionis meæ.
    - *corporeum*: vt duratio calefactionis.

Tempus autem hoc postremum definitum est in categoria quantitatis.

Sumitur
- generatim, pro quauis duratione motus successiui, & rerum quæ mouentur.
- speciatim pro cœlesti tempore quod reliquorum est mensura.

Ad quæstionem, quando, respondemus
- per aduerbia temporis, vt heri, hodiè.
- per ablatiuos cas°, vt superiori ãno.

Quando tamen
- non est
  - nec ipsum tempus.
  - nec res quæ in tempore.
  - nec vtrumque.
- sed ex Porretano, quod relinquitur in re, ex adiacentia temporis.

Si quid vt Deus à tempore non patitur, non est propriè in tempore.

Momentaneum
- primò quod non durat nisi momento temporis, vt mors hominis.
- Secundò quod totum suum τὸ esse habet in momento, etiam si diutiùs duret, vt Deus.

τὸ esse hesternum & hodiernum
- Dei est planè idem.
- hominis non est planè idem.

In vno momento temporis multa momenta naturæ cogitantur naturalisque ordinis, imo innumerabilia.

Totus radius luminis producitur momento à lucerna: primus tamen gradus per naturæ ordinem producitur prius quam secundus, & hic quam tertius, & sic deinceps.

De Vbi siue de τῶ esse in loco.

9. Categoria.

In loco res
- *repletiuè*
- *definitiuè*
- *circumscriptiuè*

per actionem / per superficié / per essentiam

actu / vi rtute

inani. / superficiario.

Vbiquitas
- aliquando ab aduerbio vbique
- hic autem ab aduerbio vbi

deriuatur.

Definitur τὸ *vbi*, siue *vbitas* & *vbiquitas* circumscriptio corporis proueniens ex loci circumscriptione.

Digitized by Googl

Esse potest terminus localis motionis, ideo non est nihil.

Est { *permanens*: vt vbiquitas turris.
successiua: vt vbiquitas corporis quod mouetur.
momentanea: vt vbiquitas illustrationis.

In vbiquitate explicanda, periphrasi vtendum:

quia { concreta / abstracta } nomina nos deficiunt quibus explicentur species huius generis.

Ideo dicimur esse Romæ, esse Lutetiæ.

De vltima categoria. Ex Porretano.

De Habere.

Habendi varij modi infrà exponentur.

τὸ *habere* hîc abstractè est eorum quæ sunt circa corpus adiacentia secundum quam hoc habere dicitur, illud haberi tanquam arma, vestis, aut ornamentum: vt tunicatum esse, galeatum, annulatum, &c.

Denominatio hîc { *habẽtis* vt { armatus, galeatus. / vestitus, penulatus, palliatus, &c. / torquatus, bullatus, &c. } / *habiti*, vt induta vestis, annulus digito impositus. }

Quod habetur { ratione formæ, ad figuram & qualitatem pertinet. / ratione materiæ, ad substantiam vt aurum, lanam. }

Quod habetur { primò sit aliquid corporeum, vt annulus. / secundò circomponatur habenti corpori, vt annulus qui in digito, non qui in arca. / tertiò non sit de essentia habentis vt cutis. / quartò non inferatur à natura habenti, vt cornu tauro, folium arbori, sed ascisçatur vt vestes, arma & ornamenta corporis. }

IN EA QVÆ SEQVVNTVR CATEGORIAS.

Pauculæ quæstiones pro præfatione.

Postprædicamenta.

Quid sunt Postprædicamenta?

Quædam sunt quorum explicationem subiungere categorijs & annectere, Aristoteli, alteriue authori placuit:

quòd { in categorijs facta eorum mentio. / vel saltem doctrina eorum ad intelligendas categorias necessaria est. }

Postprædicamenta nominans { tum ea ipsa. / tum eorum explicationem. }

Quis doctrinæ huius & partis author?

Andronicus putat { non ab Aristotele contextam. / sed ab aliq huic assutam operi. }

Digitized by Google

Refellunt eum stylus, necessitas huius doctrinę, & alij interpretes Aristotelis.

Quot & quæ postprædicamenta?

Sunt sex numero, *oppositum, prius, & posterius, simul, & habere.*

Sed { numerus ille est arbitrarius.
mirorque Aristotelem prætermisisse τὸ *magis*, & τὸ *minus.*

Quid hæc significant, ponuntur-ne per se in categoria?

Ista non reponuntur per se, suo nom. ne in categoria.

Habere, quia est vocabulum anceps i

Oppositio, Simul, Prius, Posterius } quia { est relatio parum exquisita.
vagatur per omnes, aut per plures categorias.

Motus quia { categoriæ sunt constitutæ tantum propter terminos quibus significatur essentia naturaque rerum
motus { non est non esse.
non est esse.
sed progressio à non esse ad esse, & contrà.

Et sanè ipsa { non sunt propriè substantia, accidens.
sed tantum modi quidam & conformationes rerum.

Quo pacto distinguitur modus à differentia & accidente?

Differentia distinctum à conceptu rei cui additur conceptum habet, distinctamque essentiam, accidensque consimiliter. Ratio exemp. gr. habet distinctam notionem, & essentiam à natura animalis, & calor à natura ferri.

Modus { facit quidem, vt res cui additur paulò aliter habeat, atque haberet solitaria.
sed tamen ei nouam essentiam, & perfectionem non videtur adijcere vllam.

Calor aliter concipitur atque contrarius calor, sed sine adiectione, aut detractione entitatis, & perfectionis: de modis plura in Metaphysica.

Quinam modi præcipuè in rebus aduertendi?

Isti quidem præcipuè mihi considerandi videntur .n. *mutatio, compatibilitas, incompatibilitas, per se, per aliud, intensio, extensio, prius, posterius, simul,* &c. quia hinc mundus. Quarum quidem rerum, si res appellare decet, ita est ratio essentiæ tenuis, vt vix à nobis concipi queat.

Itaque admirandus opifex, qui momentis tam exilibus, ad mundi constituendam pulchritudinem est vsus: hæc enim illis continetur modis, vt facilè est intelligere. Nisi exemp. gr. foret *compatibilitas* & *intensio*, omnia forent extra se inuicem, neque exiguo in corpusculo .p. pomo, tanta varietas rerum animaduerteretur. p. substantia, odor, color, &c. quantam suspicere licet: nisi *incompatibilitas*, & extensio foret, omnia continerentur angustijs vnius puncti.

Digitized by Google

Niſi { quædam *per ſe* / quædam per aliud } exiſterent, finemque ſuum nanciſcerentur.

Niſi foret { bonum ſui diffundendi & communicandi appetens. / quod deterius cupidum adhæreſcendi rei meliori, ſanè vinculum rerum tolleretur, &c.

Poſſunt-ne modi iſti immutari?

Non dubium quin ſaltem in multis rebus modos iſtos Deus mutare poſſit, itáut ex. gr. ex incompatibilibus compatibiles fiant, aut contrà, vt duo corpora ſeſe inuicem ingrediantur, atque penetrent, vt odor cum calore nequeat ſubſiſtere, vt vertatur intenſio in extenſionem, vel contrà. Sed hæc altioris Philoſophiæ.

IN CAPVT

De Oppoſitis.

Summa contextus.

Hîc { primò quatuor genera oppoſitorum terminorum proponuntur. / ſecundò ipſa inter ſe conferuntur explicanturque diligentiùs. / tertiò contrariorum affectiones quædam declarantur.

Prima pars.

Oppoſitorum genera quatuor { *relata*: vt pater, & filius. / *contraria* ſeu aduerſa: vt calor, & frigus. / *priuatiua* ſeu habitus & priuatio. / *contradicentia*: vt homo non homo.

Secunda pars.

Ex oppoſitis { *relata* id quod ſunt, ſunt correlati oppoſiti. pater eſt pater filij. / ceterà non ſunt eius cui opponuntur id quod ſunt.

Calor non eſt calor frigoris.
Cæcitas non eſt cæcitas viſus.

Contraria ſunt eiuſmodi vt eorum alterum in ſubiecto cui conueniunt per naturam neceſſariò inſit .. .p. calor vel frigus aëri: niſi inter contraria .p. candorem & atrorem medium aliquid vt viror interijciatur, ſiue hoc ſiti ſortitum nomen, ſiue appellatione careat, vt multi medij colores.

Priuantia vt viſus, cæcitas { in eodem ſubiecto .p. in oculo. / ſed non ſimul.

Priuari dicitur priuatum-que eſſe quod non habet illud quod per naturam ipſum tunc habere oportebat.

Digitized by Google

Non est idem { priuari re aliqua.... quod *priuatio.*
habere rem aliquam quod *habitus*, hexis.

Nam concreta distinguntur ab abstractis.

(Hoc loco { priuari est esse priuatum.
habere est esse habens.)

Item { aliud, est affirmatio & negatio.
aliud affirmatum & negatum.

Priuantia { non sunt *relata* quia relata reciprocantur, neque intelliguntur nisi ex comparatione mutua.
non *contraria* primò quia neque mediata, neque immediata.

2. quia { à contrario in contrarium fieri mutatio semper potest, vt à frigore ad calorem, & à calore ad frigus.
à priuatione ad habitum. p. à cæcitate ad visum non potest.

Contradicentia distinguntur à cæteris oppositis .... quia contradictionis semper necesse est vnam partem esse veram, alteram falsam.... siue res sit in natura, siue non.

Tertia pars.

Contraria non necessariò sunt simul per naturam.

Contraria non possunt esse simul in subiecto eodem, n. [in summo gradu.]

Contraria { in eodem genere sunt posita, vt calor & frigus.
vel in contrariis generibus vt { iustitia in virtute.
iniustitia in vitio.

Aduersantur { mala bonis vt fortitudini } audacia.
mala malis vt ignauiæ }

APPENDIX.

ARTICVLVS PRIMVS.

De toto Oppositorum genere.

Quot modis spectatur Terminus?

Spectatur { aut absolutè & solitarius.
aut comparatè & cum altero collatus.

Sed qui termini non differunt nisi voce, non habentur propriè pro duobus terminis.

Digitized by Google

Idque { siue ab eodem idiomate petantur. / siue à diuersis.

Quomodo habent duo termini dum inter se conferuntur?

Sunt { pertinentes { diuersi { consentientes & compatibiles. / impertinentes { differentes { dissentientes & incompatibiles.

Consensio { vna essentialis: vt cùm color affirmatur de candore. / altera accidentaria: vt cùm candidum de frigido, de niue.

Affirmatio { vna per rectum / altera per obliquum } casum, vt declaratum alibi.

Qui sunt repugnantes termini?

Ii quorum vnus verè negatur de altero.

Quot sunt genera terminorum repugnantium?

Est { *disparatus*, dissentaneus & merè repugnans. / qui sic repugnat vt non sit oppositus. / qui ita pugnat cum vno vt similiter cum aliis diuersæ naturæ. / *oppositus*, propriè qui ita pugnat cum vno, vt non possit similiter pugnare cum vllo alio, qui sit diuersæ naturæ.

Calor { est oppositus si cum frigore conferatur. / est disparatus & impertinés, si conferatur cum marmore, cum ligno, cum ferro.

Quomodo vocantur opposita?

A Rhetoribus contraria . . . . à Logicis contraiacentia, contraposita, opposita, Antitheta.

Quid oppositio?

Oppositio definitur pugna duorum, ita instituta, vt neutrum cum re alia specie differenti simili ratione pugnare possit.

Opposita quæ maximè sibi repugnant { vel simpliciter. / vel saltem in suppositio.

Quotuplex oppositio?

Opponuntur { quædam omnino: vt candor & atror. / quædam secundum quid tantum: vt candor & viror.

Opponitur vnum { vel vni, vt calori frigus. / vel pluribus, vt candor virori, atrori.

Digitized by Google

Porrò vnum vni natura videtur oppoſuiſſe, ſi opponatur omnino.

Oppoſitio { quædam eſt ſimplex; de qua re hoc loco.
quædam complexa: vt cùm opponitur accuſatio defenſioni.

Quotuplex oppoſitio terminorum?

Eſt quadruplex: *contradictoria, priuatiua, relatiua & contraria.*

Sed ordo inuertendus ſi progredimur à minima oppoſitione ad maximam.

Oppoſitorum { vel vtrumque extremum } eſt habitus & quid poſitiuum.
vel alterum ſaltem }

Si vtrumque, excludunt ſe à ſubiecto { vel tantum ratione actus, & ſunt contraria. — *Contraria Relata.*
vel ratione *actus & potentiæ*, & ſunt relata.

Si vnicum, tum alterum { vel omnino nihil, & fit contradictio. — *Contradicentia.*
partim aliquid, partim nihil, & fit priuatio. — *Priuantia.*

Contraria poſſunt eſſe ſubiecto in eodem, relata non item.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De Relatis.

Quid, & vbi?

Relata { ratione eſſentiæ ſuæ ſunt in categoria, ſi ſunt categorica.
poſt categorias ratione oppoſitionis, quæ eſt modus quidam.

Definiuntur oppoſita, vbi extrema ſunt poſitiua, nec ſubiecto in eodem reperiri poſſunt, nec naturam habent abſolutam.

Monita.

Similia ſimilibus opponuntur { ſemper relatiuè. — *Primum.*
interdum contrariè.

Opponuntur { bonum & malum communiter, *priuatiuè.*
honeſtas & turpitudo { partim *contrariè,* — 2.
partim *priuatiuè.*

Oppoſita { quæuis referuntur per ſuum genus in h. m. — 3.
calor frigori eſt oppoſitus, contrarius.
frigus opponitur calori.
non omnia per ſe referuntur: calor non eſt calor frigoris.

Digitized by Google

ARTICVLVS TERTIVS.

De Contrarijs siue aduersis.

Nomen, notio.

Contrarietas nunc iugum oppositorum contrariorum, nunc oppositio & pugna contrariorum, nunc qualitas & affectio contraria.

Contraria
- primò quæuis opposita.
- 2. quæuis opposita alia à relatis.
- 3. quæ priuatiua, vel propriè contraria.
- 4. quę propriè contraria vt candor, atror, viror, seu opposita quarti ordinis.
- 5. quæ ita propriè contraria vt sint extrema.

Item.

Generalissimè quæuis opposita, aut etiam quæuis repugnantia.

Generatim
- interdum opposita in eodem genere positiua, vel in oppositis generibus.
- interdum opposita quæuis alia à relatis.

Propriissimè quæ longissimè distant, & maximè pugnant in eodem genere saltem remoto, seu in eodem genere, vel in contrariis generibus: in eodem genere, vt calor & frigus: in contrariis generibus, vt iustitia, iniustitia.

Sed
- contraria aliquando complectuntur, tum extrema quæ propriè extrema, tum media, quo sensu medii colores sunt contrarii.
- sæpe significant extrema tantum non autem media: quo sensu candor est contrarius atrori non rubori.

Contraria
- primò opposita quæuis aut repugnantia.
- 2. opposita positiua quæ sunt eiusdem generis, & alio modo quàm relatiuè pugnant.
- 3. quæ maximè distant in eodem genere, vel in oppositis generibus.

Quid contraria secundo significatu?

Interdum (vt media contineantur) quæ sub aliquo eodem genere sita, sibi opponuntur inuicem, aduersantur & differunt: vt oppositæ animalis differentiæ, bellua & homo.

Interdum vt excludantur media quæ sub eodem genere distant tanquam extremum ab extremo.

Quid tertio?

Latè (vt comprehendantur media) quæ in eodem genere proximo, vel remoto collocata siue in eodem genere, vel in oppositis generibus conueniunt eidem subiecto, & ab eo sese mutuò expellunt: vt candor, viror, rubor, atror.

Strictè vt excludantur media (ea quæ in eodem genere vel in oppositis & contrariis

Digitized by Google

contrariis generibus collocata differunt plurimum) & tanquam extremum ab extremo, & cum per naturam congruant eidem subiecto se se ab eo mutuò expellunt: vt candor & atror .... frigus & calor.

Expellunt se { non quia omnia contraria sint actuosa.
sed quia quantum vnius introimittitur, tantum alterius censetur excluſum.

Vbi contraria?

Quæ tertii significatus in qualitate, relatione, actione.
Quæ secundi in quauis categoria.
Differentiæ sunt qualitates aduersatiæ.

Genera contrariorum.

Contraria { *immediata*: vt calor & frigus.
mediata: vt candor & atror inter quos viror, rubor intercipitur, &c. } *Primum.*

Contrarium { vel est omnino extremum.
vel est medium & tantum secundum quid extremum. } 2.

Contrariantur { quędam vni, vt calor frigori.
quædam pluribus si creditur Peripateticis. } 3.

Contraria { primaria { calor { humor:
frigus { siccitas.
secundaria vt { grauitas { densitas { opacitas
leuitas { raritas { pellucidiras } &c. } 4.

Sunt { in oppositis generibus: vt iustitia & iniustitia.
in eodem proximo: vt atror & candor. } 5.

Perimunt se inuicem { per se vt calor & frigus.
per aliud vt candorem atror, per mutationem caloris, humoris, densitatis & similium aliarum affectionum. } 6.

Quæ conditiones exquisitæ contrarietatis?

Contraria exquisita { sint vtrimque aliquid rei.
sint accidentaria non substantialia.
pugnent & sint de oppositorum genere.
habeant idem genus saltem remotum.
habeant subiectum idem de cuius possessione dimicet.
plurimum siue maximè dissideant sub eodem genere.

Digitized by Google

Quænam maximè contraria?

Significatu { in secundo quæ plurimum in suo genere.
in 3. { latè quæ magis quam quę secundi tantum significatus.
strictè { et magis quàm quę secundi.
et magis quam quę media.

Quæ affectiones contrariorum?

Prima. Contraria sunt simul per naturam seu per naturę ordinem.

2. Cõtrariorum { generatim quoduis est priuatio alterius, vt calor frigoris, frigus caloris.
propriè { quod perfectius, est habitus vt calor.
quod imperfectius, dicitur priuatio. vt frigus.

3. Contraria per naturæ aptitudinem conueniunt eidem subiecto.
4. Sunt in eodem genere proximo, vel remoto.
5. Intenduntur & remittuntur sed non sola, quia intenditur lumen.
6. Si datur in natura rerum vnum ex contrariis, vt sanitas, non necessariò & alterum datur, vt morbus ex hoc loco. n. actu.
7. Si datur in natura rerum vnum ex contrariis & alterum datur. n. potestate ex primo de cœlo.
8. Contraria non mutantur 12. Metaphysicę : id est contrariorum vnum non euadit alterum.
Sed materia subiecta vtrumque contrariorum capit.
9. Contrariorum contrariæ consecutiones, contraria consequentia.
10. Necesse est { immediatorum contrariorum alterum inesse subiecto.
mediatorum alterum, vel medium.
11. Contrariorum { est eadem scientia & disciplina.
non est idem habitus, eadem assuetudo.
12. Cui rei contrariorum vnum conuenit, & alterum conuenire potest: nisi fortasse illud insit à natura, vt niui candor.
13. Contraria iuxta se posita magis elucescunt.
14. Oppositionum simplicium minima contrarietas.
15. De contrariis, & eorum coniugationibus in Topico negotio.

ARTICVLVS QVARTVS.

De Priuantibus seu habitu & priuatione.

Nomenclatura.

Prima. Priuationum { totum genus dicitur orbatio, priuatio, viduatio, priuatum esse, &c.
singulę species variè efferuntur.

Digitized by Google

p. { periphraſticè: vt priuatio viſus.
   { ſine periphraſi { nunc abſque particula priuatiua: vt cœcitas, ſurditas.
                     { nunc cum illa, vt inſanus, iniucundus, &c.

Priuatiua nomina multipliciter vſurpantur: 2

puta { pro negatione vt cœcitas lapidis, cœli, &c.
     { pro imminutione & priuatione ſecundũ quid: vt cœcitas cæcutiẽtis.
     { pro omnimoda & abſoluta priuatione, vt cœcitas Democriti.

Sed { multi termini prima fronte videntur priuatiui qui ſunt poſitiui.
    { qui terminus conuenit deo, non eſt priuatiuus propriè, vt *infinitas, immortalitas.*
    { orbatio { perfectionis eſt proprie priuatio, vt ſurditas.
              { imperfectionis impropriè eſt vt incorruptibilitas.

Priuatio { primò qualitas contraria, vt calor.
         { ſecundò quæ deterior è duabus contrariis vt frigus, atror. 3.
         { tertiò mutatio per quam aliquid eripitur, vt obcęcatio.
         { quartò abſentia formę & perfectionis, idque variè, vt declaratum in rudimentis.

Eſt { priuatum primò quod non habet. *Ex 5. Metaphyſica.*
    { ſecundò quod non habet illud quod habere poterat { vel ipſum. 4.
    {   { vel ipſius genꝰ.
    { poterat ipſum, vt cùm homo dicitur cœcus .... ipſius genus, vt cum talpa dicitur cœcus.
    { tertiò quod non habet nec habuit, quod habere debebat.
    { quartò id cui quod habebat eſt ereptum.

Carere quid ſignificet, Grammatici exponant. 5.

Egere { interdum eſt non habere rem quam debeas habere.
      { interdum rem habere quam habere debeas, debere habere quod habeas. 6.

Ideo ſapientia egere dicitur tum ſapiens, tum inſipiens.

Quid ſit vacuitas declaratur alibi, in ſermonibus acroamaticis lib. 5. 7.

Termini qui opponuntur tanquam habitus & priuatio, appellantur priuatiui, priuanteſque generatim.

Quid priuatio, quid habitus?

Habitus ſeu categoria, affirmatio eſt forma & perfectio quæ priuationi aduerſatur: vt anima, lumen, viſus.

De priuatione in metaphyſicis rudimentis.

Negatio { mera { cuiuſuis perfectionis, vt nihil.
       {   { non cuiuſuis: vt non homo.
       { non mera, quę { quaſi priuatio: vt vacuitas, annihilatio.
                       { vel priuatio propriè, cuius varii modi.

Digitized by Google

Priuatio { essentialis { antecedens { facultatis { omnimoda.
                                                  { energiæ { secundum quid.
         { accidentaria { subsequens

Est { per genus non per speciem, vt cœcitas talpæ.
    { per speciem { per sexum
                  { non per sexum } declaratur alibi.

Quædam affectiones.

Prima. Priuatio maiorem oppositionem facit quàm sola contrarietas.

2. Definiri { priuatio per habitum solet.
            { habitus per priuationem vix solet.

3. Priuantia pertinent eandem ad scientiam.
Inueniuntur eodem in subiecto non tamen simul: nisi priuatio sit tantum priuatio secundum quid.
Priuatio tamen quę secundum quid priuatio, non coniungitur cum illa parte, & proportione habitus quam perimit.

4. Priuantium non necesse est alterum inesse subiecto, nisi aduenerit idoneum tempus: canes primis diebus neque vident, neque sunt cœci.
Priuatio reuocatur ad habitum.
A priuatione ad habitum { datur progressus.
A cœcitate ad visum { sed negatur dari regressus. Distinguendũ tamẽ.
Quæritur vtrùm possit recuperari habitus qui priuatione est deletus.
D. { idem numero non recuperatur naturaliter. Aër recuperat lumen sed non amissum.
   { idem specie an possit recuperari, quæritur.
Mediatè { potest à materia eâdem. Quæ materia nunc est equus, eadem potest esse iterum equus.
        { non semper potest eodem ab indiuiduo, non quiuis æger conualescit.
Proximè { si actio sola est deleta, potest & immediatè. Ex non vidente sæpius efficior videns.
        { sin autem facultas formaue alia sit deperdita:
ea { vel est operosior, & non recuperatur: vt virtus, anima equi.
   { vel facilior & ignobilior, & potest recuperari siue sit substantialis, siue accidentari.: vt calor & forma ignis.

Monitum. Sed { interdum creditur deletus visus & nondum est deletus.
              { interdum creditur deleta facultas cùm tamen non est deleta, sed impedita tantum. p.. propter conturbationem temperici, & dispositionis.
Cum quis iacet graui oppressus pondere, ita vt sese mouere nequeat, tum tantne fractæ an tantum impeditæ & oppressæ vires, ignoramus, donec amoueatur pondus.

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

De Contradicentibus.

Quid contradictio?

Est affirmatio eiusdem de eodem secundum idem eademque omnia,

Illic { affirmatio quæ negatione tollitur.
negatio quæ affirmationi præponit aduerbium negandi.

De negatione, contradictione, in Metaphysicis. §

Quotuplex contradictio?

Est { composita { propositionum vt A & O, E & I.
argumentationum vt *barbara*, & *ferio*.
simplex { communissima, vt ens, & non ens.
non communissima: vt homo & non homo.

De contradictione simplici seu termino.

Terminus { *positiuus* dicitur habitus: vt videns.
priuatiuus dicitur priuatio: vt cæcitas.
quasi priuatiuus: vt vacuitas qui reuocari solet ad priuatiuum.
negatiuus in quo præfigitur negatio.

Negatiuus vt non homo, non animal, quod non est homo, quod non est animal.

Negatiuus { propriè qui non significat perfectionem,
interdum qui negationem præfixam habet.

Affirmatiuus { propriè qui significat perfectionem, vt homo.
interdum ille qui deletur aduerbio negandi: vt non doctus, quando dicitur minimè doctus.

Negatur { *positiuus*, vt cùm dicitur homo, & non homo.
priuatiuus, vt cum cœcus & non cœcus.
negatiuus vt cum non doctus, & minimè non doctus, non minimè non doctus.

Negatio enim negationi præponi potest in hunc modum:
Non doctus, minime non doctus, non minimè non doctus.

Sed Grammaticorum obseruandę { & leges.
& interpretationes.

Contradictio, oppositionum summa, si videlicet vna cum vna conferatur, non vna cum pluribus.

Magis pugnant ens, & non ens, quam res & res.

Contradictio { vna est solitaria, vt cùm dicitur homo non homo.
altera coniuncta cum alia oppositione, alijsue saltem occultè & implicitè.

Digitized by Google

Cum relatione pater opponitur filio { tanquam non filius. / tanquam pater.

Cum contrarietate, vt cum calor frigori { tanquam non frigus. / tanquam calor.

Cum priuatione, vt cum visus cœcitati { tanquam non cœcitas. / tanquam visus.

Cum { contrarietate / priuatione } vt cum iniustitia iustitiæ { tanquam non iustitia. / tanquam priuatio iustitiæ. / tanquam iniustitia.

Cum { priuatione / contrarietate / relatione } vt cũ auaritia liberalitati { tanquam non liberalitas. / tanquam illiberalitas. / tanquam auaritia. / tanquam correlatum.

Refertur enim saltem per genus in hunc modum,
Auaritia opponitur liberalitati.

De terminis { finitis / infinitis } { partim in rudimentis, / partim ad librum de Interpretatione.

Inter contradicentia nihil est, neque fingi potest medium.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De magis & minus, seu intensione & remissione.

Quot modis fit intentio & remissio?

Duob° { aut in duobus fit comparatio, non in vno tantum:
vt cùm magis candidus, quam eruditus aliquis dicitur.
aut in vno tantum, & magis propriè: vt quando nix dicitur candidior cygno, tumque τὸ magis fieri dupliciter cogitatur.

Fit { per vim maiorem { graduum intra gradus. / aut radicationis. / aut actiuitatis. / vel alio modo minus accurato.

Primò *extensionis* ratione hinc magis longum, magis marmoreum.
Secundò *existentiæ*: vt cum Socrates dicitur magis substantia quàm homo.
Tertiò *subiectionis*, hinc prima substantia, magis substantia, quam secunda.
Quartò *vicinitatis*, hinc homo magis est animal, quàm Socrates.
Quintò *similitudinis* cum Deo: tùm magis est quod est nobilius.
Sextò *functionis* melioris: hinc sapiens magis homo quam insipiens.
Septimò *qualitatis*, qui modus ad quintum reuocari potest.

Capiunt autem { magis / minus } { tum quæ contrarietatem habent exquisitam, vt calor. / tum alia quædam, vt lumen.

Digitized by Google

De accurata intentione, & remissione.

Gradus apud philosophos est minima aliqua essentiæ & rei particula.

Multitudo graduum { extra se inuicem facit extentionem, & quantitatem. (intensio. / intra se, itaut gradus gradum quasi ingrediatur est

Intensio { maior dicitur magis, seu intensio comparatè, & elatio. / minor dicitur minus, & remissio, depressio, imminutio.

Gradus { in quibusdam vnicus tantum: vt in homine vna humanitas tantum. / in quibusdam multiplex, sed per extensionem tantum: vt in iugero multi pedes. / in quibusdam multiplex, sed per intensionem in eodem quasi puncto: vt in eadem parte aëris multiplex lumen multis excitatum à lucernis.

Intensio { *heterogenea*, est quando gradus qui miscentur, sunt diuersæ naturæ: vt calor & frigus, animal & rationale. / *homogenea* cùm additur { vel *activitas* actiuitati: vt calefactiuitas calefactiuitati. / vel *radicatio* radicationi eiusdem naturæ .p. scientiæ. / vel gradui essentiæ *gradus* alter eiusdem definitionis, vt calori calor. Homogenea enim intensio tribus cogitatur ueri modis;

nempè { primò cùm gradus vnus additur alteri simili: vt lumini lumen, calori calor. / 2. cum vnus gradus, sine alterius adiectione magis radicatur: vt scientia fi difficilius euellatur. / 3. cum res sit magis actuosa sine accessione similis gradus.

Heterogenea intensio.

Heterogenea intensio duplex excogitari potest:

nempè { vna vbi gradus subordinantur essentialiter: vt quando generi differentia adiungitur. / altera vbi gradus non subordinantur essentialiter: vt cùm calorem ingreditur odor, sapor, &c.

Quando agitur de multitudine perfectionum ad naturam rei alicuius,

spectatur { aut multitudo omnium graduum aut perfectionum, quæ significari potest nomine entitatis. / aut tantum multitudo specierum perfectionis, quæ multitudo propriè dicitur essentia.

Ideò in fluuio dicitur esse plus entitatis, non plus essentiæ quàm in aquæ guttula.

Homo magis substantia quàm animal, animal quàm viuens, &c.

Ceterum hancce multitudinem gradutim heterogeneorum philosophi non solent appellare intentionem.

Digitized by Google

Homogenea.

Homogenea { non *exquisita* cùm res non superat se ipsam: vt cùm sol dicitur lucidior luna.
exquisita cùm res seipsam superat: vt cùm ferrum est magis calidum quam esset antea.

Non exquisitam Caietanus admittit in differentijs essentialibus, homo vnus altero rationalior, non seipso.

Exquisita { secundum *radicationem* tantùm, & actiuitatem: vt si nonnullis creditur cùm scientia intenditur.
secundum *actiuitatem* tantum: vt cùm calor quatuor graduum, validior est siccitati iunctus, quam calor alter totidem graduum copulatus cum humore.
secundum *essentiam*: vt quando essentia additur essentiæ, calori calor.

Idem calor { si humori iungatur minus } calefacit.
{ si siccitati iungatur magis }

Intensio fit { interdum momento temporis: vt in lumine.
{ interdum successiuè & paulatim, vt in calore.

Fit { *materiei* densitate & raritate: vt cùm ferrum candens dicitur calidius igni.
virtute & numero *causarum efficientium*: vt cùm lucernæ plures accenduntur ad magis illustrandum aërem.
contrarij expulsione: vt cum aqua pulso calore fit frigidior.
fundamenti, terminiue mutatione in relatis: vt cùm res vna fit alteri similior.
societate rei, atque entis propter sympathiam, aut retundentis propter antipathiam, vel contra: vt cùm calor validior cum siccitate.

Calor frigore obsessus fit validior per antiperistasim. De qua in physicis.

IN CAPITA

De prius, posterius, & simul.

Quot modis dicitur aliquid posterius?

Tot modis quot prius per oppositorum legem.

De prius ex quinto Metaphysicæ.

Priora & posteriora duplicem habent affectionem & collationem.

Nam { tum ad se inuicem referuntur { prius, ad posterius.
{ posterius, ad prius.
tum ad aliquod principium vnde æstimantur, p. ad locum & ad motum, &c.

Quicquid

Digitized by Google

Quicquid prius, id posterius { & aliquo. / & secundum aliquid.

Loco siue secundum locum prius quod propinquius cuidam principio loci.

Tempore prius quod à præsenti nunc distat { *magis* si præteritum sit. / *minus* si futurum.

Motu quod minus distat à principio motus, vt pueritia quam iuuentus.

Potentia quod vi maiore præditum.

Ordine & τάξει quod in dispositione aliqua prius collocatur.

Ex primo de Demonstratione.

Prius { ratione *nostri* quod secundum nos notius, clarius. / ratione *sui* quod secundum se notius.

Ex hoc loco.

Tempore & proprijssimè aliquid prius { siue sit caussa, vt architectus quàm domus. / siue non: vt Athenæ, quàm Roma.

Essendi consecutione quod consequens, siue id quod posito altero ponitur, itaut non contra: vt animal quam homo.

Perfectione, & dignitate quod excellentiorem naturam obtinet.

Ordine quod priori loco in scientia vel alibi, vt exordium quam narratio, vestibulum quam domus.

φύσει & natura in reciprocis quod caussa alterius, vt posse ratiocinari, quam posse prouidere, prohibere, ridere.

Monitum.

Aliquid secundum *intensionem* naturæ, & causalitatem, vt finis quam media, ciuitas quam domus.

Aliquid secundum *genesim*, & executionem per naturam prius, vt homo quam ciuitas.

Idque { vel sine reciprocatione vndè nascitur secundus modus. / vel cum reciprocatione, vndè quintus.

Prius-ne totum genesi quam pars, & ciuitas, quam homo? &c.

D. { si nomine totius intelligatur coniunctio vnioq; partium, videtur prius; quia pars non est actu & formaliter pars nisi per illam coniunctionem. / si intelligatur compositum ex partibus, non videtur esse.

Quot modis aliquid simul?

Dicitur { minus propriè *loco, subiecto, dignitate*, &c. / magis propriè, vt hîc { simul tempore. / simul naturâ.

Natura simul { relata quæ ita reciprocantur, vt vnum non sit altero prius. / item { differentiæ oppositæ diuidentes idem genus. / & species eiusdem generis.

Digitized by Google

De simul { ratione loci / ratione temporis } in physiologicis.

IN CAPITA

De motu, & habere.

Breuissima disceptatio de motu, déque mutatione.

Nomen.

Motus { generalissimè mutatio quæuis. / hic mutatio primaria, naturalis, ac per se, cuius statuuntur sex genera. / sæpè quæ mutatio corporea successiua, vt 3. Physicorum. / aliquando sola mutatio loci.

Quid mutatio motusue generalissimè?

Actus rei mutabilis quatenus est mutabilis. §
Actus rei mouentis, mutantisue in re mutabili.
Id quo aliquid formaliter mutari dicitur.
Progressio ad non essentiam, vel ad essentiam.

Vbi?

Motus { perse non ponitur in categoria, quæ est classis rerum & essentiarū, non inchoationum, aut desitionum. / reductiuè ponitur in categoria sui termini primarij, ac positiui: vt generatio hominis in categoria hominis.

Termini.

Versatur mutatio inter duos terminos.

Terminus { vnus *à quo* vt ab homine, à non homine. / alter *ad quem*: vt ad non hominem, ad hominem.

Terminus { vnus positiuus: vt homo, calor, frigus. / alter non item qui { *negatiuus* non mundus, non calor. / *priuatiuus*: vt priuatio caloris.

De natura & affectionibus motus, alibi diligentiùs suo loco.

In motù { aliquid quod mutatur, & euadit. / aliquid vndè progreditur. / aliquid ad quod progreditur.

Diuisio prima.

Abolitio { vna, est procreatio rei alicuius .p. hominis, caloris. / altera abolitio: vt mors hominis, obtenebratio.

Abolitio { aliquando est productio formæ oppositæ: vt quando frigore perimitur calor. / aliquando non, vt quando perimitur lumen, visus.

(··)

Digitized by Googl

Secunda diuiſio.

Mutatio { vna ſine actione, & operatione: vt quando columna, quæ non tractatur ex non ſimili euadit ſimilis.
altera per operationé: vt quando ex non homine efficitur homo.

Tertia diuiſio.

Motus { momentaneus: vt procreatio luminis, hominis.
ſucceſſiuus, qui fit paulatim & continuatè, vt accretio, decretio.

Quarta, quinta, ſexta diuiſio.

Mutatio { totalis { naturalis { diſcreta, vt ædificatio.
non diſcreta, vt illuminatio, mors hominis.
partialis { artificioſa { diſcreta, vt ædificatio.
non diſcreta, vt illuminatio, mors hominis.

De ſucceſſiuo motu.

Motus ſucceſſiuus, quicunque fit in tempore, ſiue paulatim & continuatè.

Hic { vel eſt ſpiritalis, vt motus Angeli.
vel corporeus, de quo agimus.

Corporeus { eſt *extenſus*, quia partes habet extra partes.
eſt *continuus*, quia partes illius inter ſe connectuntur.
eſt *ſucceſſiuus*, quia partes ipſius non ſunt momento in eodem.

Extenſio verò in ſucceſſiuo motu maximè in locali cogitatur triplex,

nempè { prima ratione ſubiecti, per quam partes motus funduntur per partes rei, quæ mouetur .p. per partes ferri, manus, &c.
ſecunda ratione temporis, per quam partes motus coëxtenduntur tempori.
tertia per quam partes motus coextenduntur interuallo, quod decurritur, aut effectu qui acquiritur.

Prima repetitur à mole, & magnitudine ſubiecti, diſtinguitque motum partis vnius ab alterius motu.

Secunda à tempore videtur repeti, eſt ipſa diuturnitas, & duratio motus.

Tertia { in locali motu manifeſtiſſima eſt, & reſpondet ſpatio, quod decurritur.
in alio motu difficiliùs animaduertitur .p. in calefactione.

Tertia generatim eſt extenſio per quam motus ſucceſſiuus coextenditur termino qui acquiritur.

Coextenditur ex. gr. { calefactio calori procreato, reſpondetque dimidiata dimidiato, frigefactio frigori.
motus localis { tum ſpatio quod decurritur.
tum vbiquitati quæ acquiritur.

Tertia hæc extenſio videtur propriam quandam conſtituere quantitatis rationem.

Digitized by Google

Inuenias duos locales motus, qui sint { æquales ratione subiecti, & temporis. / inæquales tamen ratione interualli:

item duos, qui sint { inæquales ratione durationis, & subiecti. / æquales tamen ratione interualli.

Ideo oportet illic excogitare extensionem, vndè prodeat illa æqualitas, aliam ab extensione temporis, atque subiecti.

Nonnulli tamen in locali motu hanc extensionem repetunt ab extensione spatij: vt motus localis non dicatur formaliter extensus nisi per accidens.

Ab alijs tamen ea extensio constituitur tanquam propria, & particularis species qualitatis, quæ sententia licet parum Aristotelica, fortè veritati congruit: verum de re illa suo loco.

Diuisio septima.

Mutatio { inter terminos merè contradicentes, quæ { vel creatio / vel annihilatio. / inter priuatiuos { à priuatione ad habitum, vt illustratio. / ab habitu in priuationem, vt obtenebratio. / inter positiuos, & contrarios vt à calore ad frigus.

Consule Compendium Physicum.

Octaua, & nona diuisio.

Mutatio { miraculosa { substantialis: vt ignitio, mors hominis. / naturalis { accidentaria, vt morbus.

Decima diuisio.

Motus. { vnus per se & *primarius*, qui terminatur tantùm ad quatuor categorias nempè ad substantiam, magnitudinem, qualitatem tertiæ speciei, & ad vbi, siue ad locum. / alter per accidens, & secundarius, qui aliò refertur. p. ad relationem, habitum, facultatem, &c.

De motu per se, ac primario.

Motus quo de hic agit Aristoteles constituuntur sex species,

nempè { in substantia { *generatio*: vt generari hominem, arborem, &c. / *corruptio*: vt extingui ignem, mori hominem. / in quantitate { incrementum à minori ad maiorem / decrementum à maiori ad minorem } molem progressio.

Digitized by Google

In qualitate tertiæ ſpeciei alteratio: in vbi ſiue loco mutatio loci ſucceſſiua.

Videntur fieri { quædam per propriam mutationem, & per ſe intendi à natura: vt ſuperiora. p. ſubſtantia, moles, &c.
quædam ad mutationem alterius: vt facultates ſubſtantiarum, figuræ, relationes, nec per ſe intendi à natura, ſiue non propter ſe.

Dum fit { homo, conſequitur mens, voluntas, &c.
ignis, conſequitur raritas eius.
motus localis, conſequitur figura, ſitus.

De generatione & corruptione.

Geneſis { artificioſa impropriè vocatur generatio, vt fabricatio nauis.
ſubſtantialis { nunc complectitur diſpoſitiones antecedentes & neceſſarias, ad ſubſtantialis formæ procreationem, tumque ſucceſſiua eſt.
nunc continet ſolam ſubſtantiæ procreationem, non diſpoſitiones, & alterationes neceſſarias, & momentanea eſt.

Momentanea { ſemper ſi ſpectetur intenſus terminus, quia ſubſtantiæ non intenduntur propriè.
non ſemper tamen, ſi ſpectetur extenſus terminus, vt cum lucerna ardet

Lignum { diſponitur, incaleſcit, exſiccatur, &c. paulatim.
igneſcit { momento temporis ſecundum vnam partem.
cum ſucceſſione tamen ſecundum multas partes.

Artificioſa fit compoſitione, configuratione, &c.

Incrementum, decrementum.

Accretio, & decretio pertinent { propriè ad quantitatem, quæ vocatur moles.
impropriè ad cætera. p. ad numerum.

Alteratio.

Alteratio { impropriè mutatio quæ libet qualitatis. p. figuræ.
propriè mutatio qualitatum tertiæ ſpeciei.
propriiſſimè mutatio primę qualitatis.

Calor { nunc conſit, fit cum forma ſubſtantiali, vt quando accenditur lignum.
Nunc fit non conſit: vt quando aqua incaleſcit.

Motus localis.

Motus localis eſt progreſſio ſucceſſiua { ab vno loco ad alium.
ſeu ab vno vbi ad aliud.

Fertur { ad locum tanquam ad extrinſecum
ad vbi tanquam ad intrinſecum } terminum. Eſtque multiplex,

Digitized by Google

motus { externus, seu violentus, vt trahi, vehi, pelli.
motus { internus { propter solam vniuersitatis conseruationem, vt quan
sponte fertur sursum ne detur vacuum, aut inanitas
internus { propter ipsam rem motam { coniunctus cum accretio
decretione.
solus { animalium, vt
volare.
aliorum etiam

vt { cœlestium in orbem.
leuium sursum.
grauium deorsum.
ventorum in latus.

Internum voco qui naturaliter, & à principio actiuo interno, externu
terno est principio, & violentus.

Generatio hominis formaliter non realiter distinguitur ab ipso hom
ipse homo quatenus fit, seu in fieri.

Motus, & genesis non dicuntur eiusdem generis. De qua re in co
diis.

Calefactio est { genesis caloris, non ferri.
mutatio ferri, non caloris.

Ne quis vero præceptori succenseret, quod hæc ab eo præpropere pe
sint, tanquam alieno loco, sciat non ideo falcem in messem alienam
immisisse, sed pro iure categoriarum, quæ sunt ordines rerumque cl
pro more practicarum disciplinarum modicè, ruditer, & secundum
notas id feciſſe.

De habere ex quinto Metaphysicæ.

Dicitur habere { primò quod suo impetu impellit vt febris hominem
secundò subiectum continens: vt nix candorem.
tertiò vas continens, vt cadus vinum.
quartò totum partes, vt homo caput.
quintò quod fulcit illud quod fulcitur.

Ex hoc loco.

Primò habetur quid tanquam qualitas à subiecto.
Secundò tanquam quantitas, vt cubitus.
Tertiò tanquam vestis, aut ornamentum, aut arma.
Quartò tanquam pars à toto.
Quintò tanquam contentum à loco aut vase.
Sextò tanquam possessum à possessore vt equus, ager.
Septimò tanquam vir ab vxore, aut vxor à viro.

Monita.

Denotat { τὸ habere illud in quo eſt aliud.
τὸ haberi illud quod in aliquo eſt.

Illud in quo eſt aliud obtinet proportionem loci.

Itaque { quod habet eſt quaſi locus ex Scaligero primo de cauſſis plantarum cap. tertio.
quod habetur videtur eſſe in habentis poteſtate.

Hinc illud Senecæ epiſtola octaua *habere nos putamus, habemur*. Hinc ille gloriabatur ſe ſe habere Laidem, reliquos haberi.

Quò reduci debeat τὸ habere, ſeu ad quam familiam vocum, iudicandum eſt ex ſignificatu.

Significatus eſt valdè multiplex .... ſæpeque continetur relatione quadam minus exquiſita.

FINIS.

Digitized by Google

IN LIBR.
DE INTERPRETATIONE
PAVCVLÆ QVÆSTIONES
Pro præfatione.

Quis Auctor Huius operis ?

ARistoteles, si quid fidei penes interpretes & stylum.
Alius ab Aristotele vt Andronico placuit, cuius sc
coniectura.

Obiectio Andronici.

Sensa animi { authori huius libri sunt / Aristoteli non sunt } *pathemata*. Ergo hic alius ab tele.

Neganda propositio: quia intelligere est pati, primo de anima, cap. t

Quæ diuisio ?

Opus hoc { est *vnus* liber *græcis*, & recentioribus latinis interpretibus. / *duplex* aliis, quibus *Alexander*, quarto Metaphysicæ, vide fragari.

Sed dissensio nullius est momenti.

Vnde titulus & inscriptio ?

Omnium consensu titulus huic libro factus ab argumento siue obiect
Itaque quot sententiæ circonferuntur de materia, & argumento: tot
inscriptione.

Interpretatio { auctori ad Herennium, est cum quiddam paulo obscu minus apertum, commutatis subinde verbis explana / Græcis Rhetoribus, vt Hermogeni, est elocutio orato

Neutra hæc interpretatio facit ad nostrum institutum.
Sed controuersia hæc dirimenda est ex argumento.

Quæ materia subiecta, siue obiecta ?

ἑρμηνία. Hermenia, siue interpretatio varios habet modos, & significatus.
Primò est *oratio clarior*, obscuriorem aperiens idiomate eodem vel diu

Hermogenes. Secundò *elocutio rhetorica*, quæ consistit in verborum { delectu. / collocatione.

Tertiò *ſymbolum*, & ſignum arbitrarium, quo ſenſa mentis exprimuntur.
Quartò *oratio*, aut vox ſignificans ex inſtitutione hominum.
Quintò *propoſitio vocalis*, ſeu oratio ſignificans verum, aut falſum.
Sextò *ſenſa animi*, quatenus imago rei intellectæ.

Significatus
- primus } alienus ab hoc noſtro inſtituto.
- ſecundus }
- ſextus non eſt magis proprius huius libri, quam reliqui organi.
- tertius } latius patet, quam vt contineatur anguſtiis huius libri.
- quartus }

Concludendum eſt materiam huius libri eſſe *propoſitionem*, ſeu vocalem propoſitionem.
Conſtat autem eam explicari, vt illius conficiendæ ratio intelligatur.

Quis ordo?

Qui categorias ab organo reiiciunt, fere hinc auſpicantur Logicam.

Sunt qui ſubiungunt
- categoricis topica.
- topicis interpretationem.

Sic ſentiendum eſt à ſimplicioribus terminis progrediendum eſſe ad orationes, & propoſitiones.

Obiectiuncula.

Simplices termini hîc exponuntur. Ergo fruſtra videmur introducti per Iſagogen & per categorias.

D. A. { quatenus ſunt ſubiectum, & prædicatum, ruditerq;, & breuiter C.
{ planè & abſolutè, perfectéque N.

N. Conſ. quia rudior hic, aut ieiunior doctrina terminorum, quàm vt bene diſſerendi cupido poſſit ſatisfacere.

Quæ methodus?

Progredimur
- primum componendo à ſimplicioribus elementis. p. nomine & verbo, ad *propoſitionem*, & orationem.
- deinde diuidendo à propoſitione, ad *illius ſpecies*.

Quæ operis diuiſio & argumentum?

Hîc
- primum exponuntur nomen, & verbum, definiunturque oratio, & enunciatio.
- deinde traduntur generales affectiones.
- tum fit progreſſus ad propoſitiones *infinitas*, & *modales*.

Libro ſecundo.

Sed vniuerſo operi breuis quaſi præfatio præponitur.

Continetne hoc opus perfectam propoſitionum doctrinam?

Diligentem ſane continet, non tamen omnibus abſolutam numeris, vt facile erit intelligere.
Sed danda eſt opera, vt acceſſione aliqua locupletetur, compendiaque adiungantur.

Digitized by Google

Liber primus.

IN CAPVT PRIMVM.

Summa.

Primum indicantur elementa huius artificii.
Deinde genera orationum, sedesque veritatis, & falsitatis, quæ non habent locum in simplicibus vocabulis, sed tantum in *compositione*, & *diuisione* i. affirmatione & negatione.

APPENDIX

DE SERMONE EXTERIORI.

Monitum.

Consulendi sermones compendiarii de memoria, de signo, de voce, de sermone exteriori.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Signo.

Quotuplex causſa humanæ intellectionis?

Est *finalis*, id propter quod impellimur ad cognoscendum.
Efficiens, vt animus, mens, habitus, Deus.
Instrumentaria, vt imago Cæsaris.
Obiectiua, & conditionalis, seu obiectum: quanquam hoc ad instrumentalem causſam videtur reuocari posſe.

Quotuplex obiectum?

Obiectum quod menti proponatur videtur triplex: nam vel *mouet tantum*, vt imago regis in mente nostra, species dianoëtica.
Vel *terminat tantum*, vt rex absens dum cognoscitur.
Vel *mouet atque terminat*, vt marmorea regis imago, quæ sic cognoscitur, vt ducat in alterius rei cognitionem.

Terminat cognitionem id quod cognoscitur, intelligitur.
Sed notio & intellectio est duplex:

quia { Vna est terminus non vltimus, vt imago regis, quando vna cum illa, & per illam apprehendo regem.
altera *est terminus vltimus*, vt rex cognitus.

Mouere est signorum.

Digitized by Google

Signum quid, quotuplex?

Signum eſt quod facultati cognoſcenti aliud à ſe repræſentat.
Signi definitio & diuiſiones repetantur è rudimentis.

Eſt { naturale / arbitrarium } { efficax / inefficax } { perſonale / impersonale } { formale / non formale }

Item { durabile / nõ durabile } { facile variatu / difficile variatu } { clarum / obſcurũ } { facile vſurpatu / difficile vſurpatu }

Item { interturbans officia vitæ / non interturbans officia vitæ } &c.

Efficax, facit quod ſignificat, vt vox Chriſti.
Perſonale, eſt ſymbolum quod vſurpatur pro rebus ſignificatis, vt in funere, reginæ ſimulacrum pro regina.
Formale dicitur quod repræſentat ſine cognitione ſui, vt imago Cęſaris in memoria.
Naturale, vt cum ex veſtigio cognoſcitur fera: ex voce iudicamus quiſnam loquatur.
Poſitiuum, ſeu arbitrarium, ſeu ex inſtitutione hominum ſignificans, vt hedera vinum vendibile, vox *homo*, animal rationale.

Apud Medicos { ſignum *vniuocum*, quod cum re ſignificata reciprocatur: vt virtus magnetis cum magnete, aut riſus cum homine. / *æquiuocum*, quod non reciprocatur, cum re ſignificata. }

Cur formale ſignum ſic appellatur?

Quia Ariſtoteli ſenſus dum ſuſcipit imagines rerum obiectarum dicitur accipere *formas* ſine materia. De qua re in ſermone de ſenſu.

Quæ virtutes ſigni potiſſimum arbitrarii?

Commendatur ſignum primo quod ſit facile *efformatu*, vſurpatu: .... nec interturbet officia vitæ.
Secundò, quod ſit *cognitu*, perceptuque facile, ei cui velis ſignificare.
Tertiò quod facile *variabile*, pro varietate rerum ſignificandarum.
Quartò quod *durabile*.
Quintò quod habeat *affinitatem* cum re ſignificata.

Quod maximum fundamentum ſigni arbitrarij?

Proprietas quædam memoriæ, quæ declarata in rudimentis.

Monitum.

Signum { externum / internum } { habituale / actuale } { ſpiritale / corporeum } { vnius rei / plurium rerum }

Item { fallax / non fallax } &c.

Digitized by Google

De monitorio signo, deque indicatorio in rudimentis.

Indicatorium { vel ad *negandum* valet, vt quod communius, in h.m.
Non sentit. Ergo non est homo.
vel ad *affirmandum*, vt quod angustioris ambitus.
Est homo. Ergo est animal.
Vel ad *affirmandum* & *negandum*, vt reciprocum.
Est quid rationale. Ergo est homo.
Non est aliquid rationale. Ergo non est homo.

Egent-ne signo conceptiones?

Egent { siue formales / siue obiectiuæ } accipiantur conceptiones.

Etenim debent declarari alteri, quoniam homo est gregale animal.
Cogitationes autem nostræ nunquam per se alteri patent.
Ratò res cogitatæ sunt in promptu, & ad manum.
Dum sunt in promptu, & ostentari possunt, fere coniunguntur cum rebus aliis, quas nobis cogitatas, quia natura producit omnia per congeriem:
Cum figura pomi ex. g. coniungunt. ur plurima.
Ratò res occurrantes eo quo occurrunt velis cogitatas ordine.
Egent quoniam memoria nostra est infœlix, &c.

Quotuplex vsurpatur ad conceptiones alteri significandas?

Conceptionum duplex occurrit signum:
quia { vnum est *naturale* & indicatorium, vt quando ex habitu corporis colligitur ira, vindictæ cogitatio, metus, amor, &c.
alterum *arbitrarium*, seu ex hominum institutione pendens, & consuetudine, sed *commonefactorium*.

Quare vsurpandum est positiuum & arbitrarium?

Quia naturalia signa sufficiunt quidem brutis animantibus;
quæ { non tendunt nisi ad affectus indicandos, significandos.
nec norunt { ex persequendis rebus nisi suaues,
ex fugiendis nisi molestas.

Nobis autem non sufficiunt, quibus natura concessit facultatem cognoscendi plura,

p. { suaue / molestum } { vtile / noxium } { iustum / iniustum } { honestũ / turpe } { bonum / malum / indifferens } &c.

Quare deligendum arbitrarium?

Quod vendicet sibi virtutes signi omnes, aut præcipuas.

Quotuplex requiritur?

Vnum pro *præsentibus* requiritur, ad quam rem varia vsurpamus;
p. *gestus*, vt faciunt pantomimi:
Colores, vt amatores facere solent:
Sonos tubarum, timpanorum, &c. vt faciunt militares homines, & saltatores:
Hederas, ignes, vexilla, & consimilia: sed potissimum voces humanas.

Digitized by Google

Alterum etiam pro *abſentibus*, vt tabulæ, pictura, ſtatuæ, &c.
Vſurpatur autem durabile, vel non durabile.

Quotuplex in nobis internum ſignum?

Eſt { vnum *habituale*, vt ſpecies & imago dianoëtica.
alterum *actuale*, vt verbum mentis.

Egemuſne ipſi exterioribus ſignis noſtrarum conceptionum?

Non egemus niſi ad recordationem, propter memoriæ noſtræ infœlicitatem.

Quid ſignificatio in ſigno arbitrario?

Et vis ſignificandi, & ſignificatio videtur illic eſſe quædam affectio rationalis ſigni ad rem ſignificandam, vt ſignificet vocabulum propter vim memoriæ, quæ declaratur alibi.
Facit inſtitutio, quæ decretum eſt, vt certum aliquod ſignum vſurpetur pro re quapiam.
Cuius inſtitutionis memoria magis requiritur in auditore, quàm in eo qui loquitur, ſignumque offert.
Non tam facit ſignificare, nec tantam variat ſignificationem ſigni arbitrarij, quod ſignum offert, quam vis & conditio memoriæ, cui exhibetur. Conſule articulum ſequentem.

ARTICVLVS II.

De Sermone & ſigno vocali.

De voce, vocum vſu.

Sonus eſt qualitas patibilis, auditu perceptibilis.
Vox eſt ſonus articulatus, qui profertur ore animalis.
Sonus gutturis articularis, qui profertur aliquid ſignificandi gratia 2. de an. ſiue ſpiritus quidam, ſurſum verſus, elatus, partibus quibuſdam veluti inſtrumentis conficiendus, & abſoluendus ex problemate 9. ſect. 27.
Voces aperiunt quomodo intus afficiatur animal.
Sermo conducit, ferè eſt neceſſarius ad ciuilis vitæ tuitionem, arguitque hominem eſſe ciuem per naturam, 1. Polit.
Senſuum duo ſunt maximè conducibiles ad cognitionem aſſequendam, *n.* { *viſus*, vt proprio marte cognoſcamus.
auditus, vt doceamus alios, & ab alijs diſcamus, ideo nuncupatur *diſciplinarum inſtrumentum.*

Quotuplex ſermo?

Eſt { vnus *interior*, qui cogitatio quatenus repræſentat rem cogitatam cogitanti.
alter *exterior*, & prophoricus, qui voce aut ſcripto, aut alio expreſſus ſigno.

Digreſſiones vitare { in interiori difficillimum.
in vocali facile.
in ſcripto ſermone facillimum.

Digitized by Google

Quotuplex animal?

Est { omnino mutum vt vermis & pisces ferè omnes.
emittens murmur, strepitumue elidens, vt apes, & quidam pisces.
vocale loquens { non loquens vllo modo, vt bos, canis.
specie tenus, vt graculus, psittacus.
propriè loquens .n. homo.

Quid vox & cuiusmodi?

Vocis definitio alibi posita, alibi ponenda.

Oportuit vocem pedetentim spargi, fluere in orbem, ad anteriora, & ad latus agere, nec durare, &c. De quibus conditionibus in physiologia.

Quotuplex vox?

Est { belluina, quæ significat affectus belluinos: voces aperiunt quomodo intus afficiatur bellua.
humana, quæ interdum significat res, interdum non.

Vox { belluina, vt hinnitus, gannitus, grunnitus, &c.
humana { significans { naturaliter, vt gemitus.
positiuè { simplex, vt nomen, verbum, &c.
composita { sine verbo, vt animal rationale
cum verbo { non proponés, vt veni.
proponens, vt homo venit.
non significans, vt blitri, festucus.

Sermo conducit fereque est necessarius ad ciuilis vitæ tuitionem.
arguit hominem esse ciuem per naturam, primo Politicorum.

λόγος. Vox { vel ita vox, vt non sit logos, & sermo, sufficitque belluis gregalibus ad indicationem doloris, & voluptatis.
vel est logos, & sermo & vni concessus homini, à natura, ex 1. Polit.

Quid locutio aut sermo?

Hîc est sonus quidam hominis, articulatus, auriſque instrumentis procuratus & explanatus cum instituto aliquid significandi, itaut literæ vocales, gutture consonantes, lingua & labijs proferantur, 4. de historia cap. 9.

Humana vox quid significat & quomodo?

Naturaliter, & endictiè significat *eum* qui loquitur, quæ eiadiunguntur,
vt cum ex voce colligis { quisnam loquatur.
quo sit temperamento, &c.

Partim naturaliter, partim ex conuentione, *positioneue* voces *similes dum materialiter* vsurpantur, vt cum dicitur,
homo est nomen, ... semper est aduerbium,

Ex arbitrio & institutione dicitur significare duo,
.n. { animi *pathemata*, formalesue conceptiones.
& ea quæ concipiuntur, conceptusue *obiectiuos*, quorum est symbolum, & signum personale.

Digitized by Google

Sed significat *monitoriè* tantum, non *enditticè*, siue indicatoriè.
Belluina vox debuit significare naturaliter: quia bellua cum sit irrationalis ad artificium confugere non potest.
Sed quæ significantur, non cuiuis significat animanti licet à quo audiantur.
Contemplamur voces quatenus significant animi sensa, & res intellectas.
Primum voces non sunt formalia signa, quia non ducunt in cognitionem, nisi ipsæ cognoscantur.
Præterea vt humanæ voces sunt per se inefficaces omnino, nisi homo sustineat personam Dei, ministerioque eius vtatur Deus, vt in Sacramentis:

Vsurpantur { personaliter pro rebus, quæ dicuntur significatæ, vt homo pro animali rationali.
non personaliter pro sensis animi. p. pro cognitione hominis.

Non-ne etiam humanæ voces sunt naturalia signa conceptionum?

Sententia prima.

Cratylus apud Platonem arbitratur *à natura* ipsa verbis insitam esse vim significandi, sed refelli solet:

Primò quia naturalia signa { sunt apud omnes eadem.
& à peritis rerum apud omnes nationes intelliguntur..

Secundò quia etiam rebus artificiosis nomina imposita sunt. p. domui naui.

Tertiò quia { fæpe rerum dissimillimarum idem est nomen.
rei vnius & eiusdem nomina plura dissimillima.

Quartò quia si cuique rei singulari natura imponeret nomen, imponeret innumerabilia.

Sententia secunda.

Hermogenes contendit nulli rei per naturam inesse nomen ... voces *non esse* vllo modo *signa naturalia*, sed arbitraria tantum, & positiua.
Quam sententiam hauserat à Protagora .... qui tale esse quidque dictitabat quale *videretur*.
Sed Hermogenes videtur refellendus, refutaturque;

Primò quia { vox à natura concessa homini, ad significationem, & societatis vsum.
vox naturali ductu à vocali animali vsurpatur ad significandũ.

Secundò quia omne instrumentum etiam artificiosum debet per *naturam posse*: debet natura sua esse aliquomodo opportunum, & ad vsum commodum. περικειμ.
Quod enim ex. gr. sit idoneus culter ad secandum, &c. non soli *formæ* artificiosæ acceptum referendum est,
Sed etiam *materiæ*, quæ est quid naturale;
Cum culter fictilis, & gipseus ad id munus ineptus deprehendatur.
Tertiò quia non videtur esse nisi periti nomina rebus imponere.

Digitized by Google

Tertia ſententia.

Rectius cum Socrate ſentire videntur, quivocabulorũ ſignificationé repetunt { partim à natura, partim ab hominum cõſtitutione.

Explicatio ſententiæ huius.

Notæ & conditiones ſigni, quinque principes propoſitæ ſunt articulo primo, ſiue virtutes.

Figura, *Voces* } tribus prioribus nominibus naturalia ſunt ſigna.

Sunt ad *ſignificandum* per naturam magis opportuna, quàm odores, quam ſapores, quam calores, quam motus, & cæterarum rerum ſenſibilium quiduis aliud.

4. *virtus ſigni.* Voces non *durant*, nec durare debent, vt ſignificatur alibi: niſi per memoriam, imaginemque ſui in memoria;

quæ { non difficulter retinet vocem imaginemue vocis. / difficulter reponit, vt experientia docet: & quidem plus audiendum, quam loquendum.

5 virtus ſigni. Ad *affinitatem* cum re ſignificata quod attinet;

vox { ſpectatur { aut nuda. / aut induta conceptione { tum rei. / tum ipſius vocis. } } vna { confertur cum rebus omnibus, earumque notionibus. / aut rei addicitur vni, ad eamque determinatur. }

Vox induta *notione*, quæ eſt quaſi illius *forma*, eſt affinis rei ſignificatæ, eo modo quo leoni homo, dum leonis perſonam habet; Cæſari lapis, cum figura Cæſaris ipſi impoſita eſt.

Sed hæc forma extrinſeca eſt, minimèque inſita, & inhærens voci, licet notio rei in memoria periti coniungatur cum notione vocis.

Affine quid { conceptio vocis conceptioni rei. / ſeu verbum cordis verbo mentis. }

Sed maximè per imaginum dianoëticarum connexionem, & quaſi agglutinationem, quæ mox indicanda.

Vox *nuda* { ſi conferatur cum rebus omnibus, non poteſt magnam, & notabilem obtinere cum vniuerſis affinitatem. / ſi conferatur cum vna certa, & determinata, } tum { aliquando affinitatem habet .p. ſi ſpectentur nomina quædam ſonorum, vt murmurare, latrare, boare, &c. / ferè vix vllam habet, niſi quando ſumitur materialiter. }

Obiectiones.

Digitized by Google

Obiectiones.

Quod facit vt vnum potius, quam aliud cogitetur, id maiorem cum re vna, quam cum alijs affinitatem habet, per naturam ſuam: Sed nomen homo id facit: Ergo, &c.

D. P. { ſi per ſe, & ſonum facit, C. / ſi tantum per aliud facit, N.

D. S. { per notitiam rei, coniunctam cum notitia vocabuli, in memoria, perque imaginem, C. / per ſe ipſum, N.

Id cuius afferri poteſt cauſſa idonea vel naturalis, non pendet à ſola voluntate, & inſtitutione hominum: 2.

Sed cur ardere ſignificet amorem, &c. redditur cauſſa: Ergo, &c.

Diſt. P. { ſi ipſius cauſſæ primaria cauſſa, & origo neutiquam eſt arbitraria, C. / ſi in cauſſis retexendis, tandem deuenitur ad aliquid, quod ex hominum inſtitutione pendeat, N.

N. C. quia cauſſa primaria eſt arbitraria.

Vbi multas protuleris cauſſas, tandem veniendum eſt ad aliquid cuius nulla cauſſa afferri poſſit, in negotio vocabulorum, niſi arbitraria.

Qua diſtinctione & ſolutione concidit, & euertitur quicquid congeritur apud Platonem, & alibi exemplorum, vt doceatur eſſe naturalis ſignificatio. *Monitū.*

Inſtrumenta neceſſaria ad aliquid naturale tuendum videntur debere eſſe naturalia. 3.

Significatio vocum eſt eiuſmodi, nam neceſſaria eſt ad tuitionem humanæ ſocietatis, quia eſt *naturale* aliquid: Ergo.

D. A. { ſi ſit planè naturale ſunt naturalia. / ſi ſit partim naturale, partim dianoëticum, poſſunt eſſe partim naturalia, partim artificioſa.

Ad S. Reſpondeo ſocietatem noſtram ita eſſe naturalem, vt ſit aliquomodo dianoëtica.

Pelluntur natura { vt apri ad vſum maiorum dentium, etiam antequam prodierint. / ita pueruli ad vſum vocum quoties dolent, lætantur, cupiunt, &c. Ergo vocum vſus eſt naturalis.

Reſpondeo eſſe naturalem, eo modo qui ſupra eſt explicatus.

Non negandum tamen ex humanis vocibus, quaſdam naturaliter ſignificare, vt gemitus.

Licet *calliditate*, & ſimulatione, earum vſus, & ſignificatio inuerti poſſit & peruerti.

Belluinæ voces ſignificant naturaliter, cur non & humanæ?

Reſp. 1. quia mente carent belluæ, neque ad artem confugere poſſunt.

Deinde quoniã belluinæ non ſignificant niſi affectus: lege Gellium, c. 4. l. 10.

Cur vox eligitur potius quam quiduis aliud?

Quia eſt *facilius* vſurpatu, effomatu: phantaſiæ vis ineſt maior ad voces,

Digitized by Google

quam ad quid aliud imitandum.
Voces non *interturbant* officia loquentis, non auditoris.
Facilè vox cum est vna comprehenditur à pluribus.
Facilè vox variatur pro varietate rerum significandarum.
Immò copia vocabúlorum & linguarum maximè turbat humanum genus, & induta est in peccati pœnam: Licet eâ vtatur Deus, ad bella inhibenda.
Vox facillimè accommodatur captui eius, quem docere vélis.
Vox non difficulter conseruatur in memoria, licet difficulter reponatur per recordationem.
Affinitatem cum rebus significatis habet: quia imago eius in memoria coniungitur, & affinitatem habet cum imagine rerum.
Affinitas illa talis qualis inter comites sociosue in itinere faciendo.
Insinuetur in memoriam { hodie imago rei, quæ dicitur *elephas*. / crastino die imago huius nominis *elephas*.
Vix affinitas nascitur vlla; nascitur si vtraque imago simul immittatur in memoriam;
idque { siue eodem momento temporis. / siue consequenter, sine insigni corruptione:
etiamsi imagines sint dissimillimæ.
Huius connexionis & affinitatis finis, non est obscurus.
Sed quo glutine natura vtitur ad coagmentationem: quibus machinis facit, vt imago prior reuocet posteriorem non autem contra.
Consulendus sermo de fundamentis locutionis.

Quid loqui?

Interdum est perspicue *indicare* vel reuelare. [vt cum Deus alloqui Prophetam dicitur.]
Siue in somnijs, siue vigilantem, siue verbis conformatis, siue alio modo.
Interdum idem atque perspicuè indicare, vt cum parietes dicuntur loqui, manus loquaces appellantur.
Interdum *sibi ipsi manifestare*, vt cum quis dicitur se alloqui.
Aliquando *cogitationem dirigere*, vt cum alloquimur Deum, cui nihil manifestare possumus.
Aliquando *proferre humanam vocem*, aut humanæ similem, vt cum graculus dicitur loqui.
Sæpius & propriè, est *efferre voce*, quod *conceperis* mente.

Verbum mentis.
Verbũ cordis.
Verbũ oris.

Seu { primò mente *comprehendere* aliquid. / secundò habere animum *manifestare* illud. / tertiò cogitare aliquod vocale *signum*. / quartò denique *proferre* illud signum.
Ideo { non propriè loquitur Graculus, Psitacus. / non integrè loquitur puer, qui legit, quæ non intelligit.
Locutionis definitiones repetantur è rudimentis.

Digitized by Google

Cuiuſmodi eſt loquendi munus?

Qui cogitat videtur *concipere*, fœtum conformare.
Mens enim per cogitationem fit quiduis: vt marmor fit Cæſar dum accipit figuram eius. *Ex tertio de anime.*
Ita mens euadit res concepta, euadit ex. gr. cœlum, & lapis.
Qui loquitur ille videtur parturire & *parere*: ſed partu fœliciſſimo, qui ia ſine ſuo & cuiuſquam diſpendio alium ditat.
Sapimus { tacita *cogitatione* nobis. / *locutione*, & nobis, & alijs.
Ideo *loqui* hominis eſt præcellentiſſimum munus.
Nec mirum ſi nobiliſſimæ artes in excolenda locutione occupentur.
Licet inſtrumenta non vſquequaque ornatum requirant.
Voce præterea obſtreticamur alienæ menti. Sed conſulendus ſermo de doctrina.

Quæ præcipua fundamenta locutionis?

Locutionis vtpote rei operoſiſſimæ fundamenta varia .p.
Primò *mens*, quæ intelligit, concipit.
Secundò *promitas* hominis ad ſocietatem, ad conſulendum alterum, conſulendum alteri, &c.
Tertiò *facultas* edendi vocem, & fœlicitas eius. De qua re ſupra.
Quartò *auditus* per quem voces inſinuantur in memoriam.
Quintò quæ declarata eſt in rudimentis proprietas, & conditio memoriæ, & imaginum ipſi inſeruientium, per quam efficitur:
vt imago dum in memoriam inſinuatur, ſi quæ ſimilis illi deliteſcat in memoria, eam excitet, ad faciendam recordationem,
vt ex duabus imaginibus ſimul immiſſis, dum vna excitatur, excitetur altera, & quaſi expergefiat.
vt ex duabus ſimul immiſſis, ſed per conſecutionem prior exſuſcitet poſteriorem, non poſterior priorem, niſi fortè per reminiſcentiam.
vt prior quæ proximè præceſſit, plures dum ſæpius immitteretur in memoriam, vel aliam præcedentem, aliaſue præcedentes determinentur, ad vnam è poſterioribus exſuſcitandam, potiuſquam alteram.
Deus { ſi præcedat *Melibœe*, reuocat nobis *hac otia*, &c. / ſi præcedat ipſum *miſerere mei*, reuocat *ſecundum magnam*, &c. / &c.
Ergo mentis noſtræ *affinitas*, cum analogijs, & proportionibus. De qua re alibi.
Quæ niſi eſſet, ediſcere linguas, & idiomata foret laborioſiſſimum:
Pluris tamen fit vſus in verbis, quam in analogia, *Monitũ.*
à qua non raro deprehenditur recedere.
Per analogiæ operam pueruli tempore breuiſſimo ediſcunt vocabulorum inflexiones.
vt amo ad amas, &c. ſe habet: ita dono ad donas, &c.

Digitized by Google

Quis author et Dominus vocabulorum?

Quis linguarum & idiomatum, quæ nunc habentur extiterit author, indagare non est Logici.

Populus vocabulorum dominus, potiùs quam sapiens.

Ideo *sapiendum est vt pauci sapiunt, loquendum est vt multi.*

Quanquam autem interpretatio eius qui loquitur, potiusquam auditoris.

Decet tamen eum, qui loquitur, seligere quæ intelligantur ab auditore.

Artifices porrò in arte sua sunt instar populi.

Nihil-ne iuris sapienti in vocabulorum significatione?

Est aliquid. Etenim rei nouæ, & veteri, quæ nomine careat licet nomen excogitare.

Aptissime autem quidque à suo fine denominatur.

Licet ab alio idiomate emendicare nomen.

Licet vetus nomen ad nouam transferre significationem.

Sæpeque nomen speciei traducitur ad totũ genus significandum, & contra

Licet periphrasi denominare, insignis autem speciem per periphrasim declarandi ratio, cum vsurpatur generale nomen, cum exemplo & specimine in hunc modum.

Accidens vt *simum*: accidens vt *curuum*.

Actus vt *scientia*: actus vt *scire*:

Perficit vt *pulchritudo* iuuentutem .j. tanquam fructus, aut appendix.

Est vt ludi Olympici .j. successiuè.

Coniugatur vt amo, amas, &c.

Nihil-ne ferè cuiuis?

Aut res vniuersalis est, & vix licet cuiuis illi imponere nomen, nisi sit notandæ authoritatis.

Aut indiuidua, tumque { aut vetus { aut multiplex in sua specie, vt canis. / aut recens { aut vnica, & singularis.

Si sit singularis, vt hic sol accipit speciei nomen.

Rei *veteri* imponere nomen vix licet, nisi viro præstanti, saltem in arte sua .p. in nautica, in militari, &c.

Recenti imponere nomen potest ille, cuius est, si nomine eget.

Paucissimis rebus singularibus propria nomina imponuntur .p. locis, hominibus, canibus, manibus, &c.

Sunt multa, quæ à domino suo appellantur, variantque appellationem, pro varietate domini, vt domus.

Monitũ. Ad occultationem, interdum pauci excogitant noua vocabula, conueniuntque de significatione.

Sæpe res non putatur esse, aut non distinguitur, quia non habet commune nomen.

Contra etiam putatur varia, propter varietatem nominis, cum est vna atque eadem.

Digitized by Google

Quæ maximè in locutione obſeruantur?

Primò vox ipſa, cum illius cogitatione, verboue cordis.
Secundò cogitatio rei, in eo qui loquitur, cum cogitatione in eo, qui audit.
Tertiò res cogitata, & ſignificata omittendo voluntatem ſignificandi.

Opus artificioſum { quoduis conſtat materia, & forma, vt ſtatua, domus.
logicum etiam voce, tanquam integumento.

Res cogitata eſt mentis opus, vt res intelligibilis pro *materia*, cogitatio pro *forma*.
Sed eſt opus inſenſibile, minimeque durans.

Ideo { verbis circumueſtitur, vt aliquomodo ſentiatur.
ſcriptis conſignatur vt duret, vt ſentiatur.

Quid ſignificent vocabula?

Significant verba { naturaliter quidem eum qui loquitur, & quę ei adiunguntur.
ex arbitrio { tum ſenſa, & paſſiones animi, & notiones, vt hoc loco.
tum res ſubiectas notionibus, ex primo Elenchorum.

Significant { prius quidem ſenſa animi, quam res ipſas.
ſed tamen potius res, quam animi ſenſa, ſi quotidianus ſpectetur vſus.

Si quidem quando hoc vocabulum *equus* aptè pronuntiatur, à me auditur, prius cogitatione in rem feror, quam in notitiam tuam.
Porrò vis ſignificandi vocabulis eſt quædam legica, ſeu rationalis affectio, vocis ad rem ſignificatam.
Vt ſignificet vocabulum, facit cognitio inſtitutionis, quâ decretum eſt certum aliquod vocabulum vſurpari pro re tali.
Huius inſtitutionis memoria magis requiritur in eo qui audit quam in eo qui loquitur, vt perſpicuum eſt ex eo quod latini idiomatis imperitus latina legit.
Quamquam non plane cenſetur loqui, quicumque legit, quæ non intelligit.

Facit-ne notitiam rei in mente auditoris, qui loquitur, an qui audit?

Qui loquitur { facit aliquomodo.
non facit per ſe, more cauſſæ naturalis, eo modo quo ignis inflammationem, & calorem.
facit per ſe more cauſſarum dianoëticarum, aut ſaltem facere poteſt, n. eo modo quo medicus per ſe facit ſanitatem, dum medelas adhibet.

Digitized by Google

Facit autem potius auditor ipſe, per declaratam memoriæ, & imaginum proprietatem.

Ideo ſeligenda verba, quorum ſenſus auditori ſit perſpicuus: niſi id fit corrumpitur loquendi munus, eneruatur eloquentia.

Proinde Dialecticus Ariſtotelicus, qui vult intelligi ab omnibus conſectatur vocabula communiſſima.

Vitat quę propria ſingularum artium, & quæ à paucis tantum intelliguntur.

Niſi quando res eſt tantum cum peritis eius artis, vnde eruantur propria vocabula.

Quæ locutionis vitia, quæ virtutes?

Præcipua vitia ſunt obſcuritas, falſitas.

Minoris momenti ſunt ſuperfluitas, aſperitas, imperitas, ineptitudo ad compoſitionem, ad propagationem.

Virtutes ſunt veritas, claritas, breuitas, puritas, mundities, &c.

De peripatetica oratione alibi.

Vnde obſcuritas?

A metaphora, inſolentia, ambiguitate, perturbatione ordinis, celeritate pronunciationis, &c.

Obſcurioris vocis poſtulanda interpretatio.

De ambiguitate in ſermone de diuidendo.

De falſitate, &c.

Cur turpiſſimum mentiri.

De falſitate & veritate in rudimentis Metaphyſicis.

Mentiri eſt quid maximè infame .... quia peruertit vſum rei maximè neceſſariæ. n. locutionis.

Si quid in aſſertione alioquin falſa reſidet veri, id iudicandum & ſecernendum à vanitate & mendacio.

Potius quam ſimpliciter neganda, & repudianda aſſertio.

Tum ne prodatur veritas, quę debet eſſe ſacroſancta.

Tum vt aſſertoris beneuolentia tibi concilietur.

Veritas { notionis per quam congruit rebus cognitis.
orationis { vna per quam cum cogitatione } conſentit.
altera per quam cum re cogitata }

Vnitas locutionis.

Locutio continet vocem, & conceptionem.

Eſt quid vnum, ſed per accidens tantum, vt fere ſolent eſſe inſtrumenta humana. p. domus, & nauis.

Cum autem ſæpe vox ſit vna, multiplex conceptio & contra.

Locutionis vnitas & vocis vnitas, non ſit pluris quam indumenti vt nec varietas.

Si ſenſus diſcrepat, diſcrepare locutio cenſetur.

Si ſenſus idem, eadem locutio.

Digitized by Google

Sed ſenſus & conceptionis vnitas, atque multiplicitas potius ex *obiectiua* repetenda eſt, quam ex *formali*.

Ambigua vox non habetur pro locutione vna.

Celeritas, tarditas, breuitas.

Celerior mentis in auditore ſolet eſſe motus, ... quam in eo qui loquitur linguæ.

Ideo compendiis verborum videtur vtendum.

Sæpeque oratio plus ſignificat, quam videatur ſignificare, per communem legem, vt cum ſic loquimur.

Vixit: Poteſt ambulare, Igitur non *ambulat*.

Si hac via (vnà) mors, ſum immortalis.

ſunt quædam peccata, quæ non remittuntur, neque in hoc, neque in futuro ſeculo.

Multi ex vocatis non adfuerunt, &c.

In quo conſulendus eſt grammaticorum vſus, & ſequendus.

Non vſquequaque tamen compendiis verborum opus, aut properandum eſt.

Quia memoriæ fœlicitas poſtulat tempus, & tarditatem in loquendo.

Monitum.

Sæpe inuertitur analogia grammatica, indeque oritur obſcuritas.

Quando actio declaratur paſſiuo verbo, vt *videri*.

τὸ *eſſe*, vt calere, per *incœptiuum*, vt caleſcere, &c.

Potentia per verbum, actus & energiæ. p. poſſe ridere, per ridere.

Præſens, per præteritum, aut contra, vt quod amatur, per amatum, &c.

Quomodo nomenclatura rei explicari ſolet?

Primò recenſentur *appellationes*.

Secundò explicatur vocabuli *author*, ſi occurrit etymon, compoſitio, & forma.

Tertiò *ſenſus* varii, tum proprii, tum metaphorici.

Quartò *coniugata vocabula*, & propagines cum *oppoſitis* ſi ad ea lubeat excurrere.

Quot modis vox vna conſideratur?

Conſideratur vel in oratione poſita, vel extra orationem.

Quotuplex locutio vocalis?

Eſt { barbara / non barbara } { commoda / incommoda } { ambigua / non ambigua } { conſueta / inſolens }

Item { dilucida / obſcura } { elegans / inelegans } { ſuauis / aſpera } { apta / inepta } { congrua / incongrua }

Item { compendioſa / incompendioſa } { ſimplex / compoſita } { ad vſum diuturniorem / ad vſum non diuturniorem. }

Digitized by Google

Eſt { ad fallendum { ex conuentione publicâ { vt ſcribatur
non ad fallendum { ex priuata tantum { non vt ſcribatur

Item { breuis. / longa } Eſt { nota pluribus { rei communis / rei ſingularis
nota paucioribus { rei ſingularis

Item { recens / vetus } &c.

De complexa locutione poſtea.

Monitum.

Qua via, & ratione ediſcere poſſis alicuius. p. barbari idioma cum ipſe non calleat tuum idioma, neque tu linguam ipſius, præcipi poteſt.

Præceptiones eius generis tradere logici potius, quam grammatici eſt, etiamſi huius aliquomodo.

ARTICVLVS TERTIVS.

De ſermone ſcripto, & de geſtu.

Quid ſcriptura?

Videtur eſſe figura aut pictura, quæ tanquam ſignum poſitiuum vſurpatur, ad ſignificandam vocem, vel elementum vocis, vel rem conceptam.

Quæ vitia, quæ virtutes?

Vitia & virtutes intelliguntur maximè ex diuiſione.

Quotuplex ſcriptura?

Eſt { facilior { efformatu { durabilior { elegantior
difficilis { perceptu { minus durabilis { vel rudior

Item { vulgatior { compendioſa { apertior { cum typo
vel rarior { vel minimè { occultior { ſine typo

Item { admirabilis. / vel non admirabilis.

Fit ex variatione coloris, vel excauando, vel aliomodo.

Scribis { tibi { publicè { ſenſa tua.
aliis { priuatis { ſenſa aliena.

Quod ſcribis { aut promis è tuæ memoriæ penu.
aut excipis ex ſcripto alio.
aut excipis prænuntiante alio.

Eſt

Digitized by Google

Est { vna scriptura, quæ proximè significat ... *glifica.*
vt scriptura qua nunc vtuntur Seres siue Chinæ. *Chinenses.*
quæ scriptura valdè est incommoda, difficulter ediscitur, efformatur, percipitur.
altera que proximè & immediatè significat *voces*, nec res, nisi interuentu vocis, & memoriæ, vt scriptura, Latina, Græca.

Idque { siue sit compendiosior, & destituta vocalibus, vt hebræa.
siue non, vt latina.

Quid scriptura posterioris generis?

Latè figura, quæ politiuè repræsentat aliquam vocem memoriæ, aut vocis elementum, vt cum scribitur elementum, quod nullius significationis vt regus.

Propriè figura, quæ politiuè repręsentat memorię aliquam vocem, & per vocem aliquam rei conceptionem, & rem conceptam.

Vt cum scribitur domus, Deus.

In quo hæc maximè consistit?

Consistit { in voce significata, magis quam in durabili figura.
in conceptione, potius quam in voce.

Conceptio autem durat per memoriam.

Ideo eius scripturæ { multiplicitas & vnitas } ex conceptione, potius quam aliunde æstimanda est.

Quare qui picturam sacri sermonis variat, non ideo censetur sacrum sermonem variare.

Qui picturæ sacri sermonis vitiosum affingat sensum, is non vsurpat sacram scripturam .... non sane magis quam qui habet indumenta regis is regem habet.

Propterea sacra scriptura continetur legitima, & idonea notione, potiusquam figura & sono.

Collatio quædam sermonis vocalis, cum scripto.

Fœlicius docemur, & memoriæ mandamus aliquid exhibitione rei, & voce .... quam sola rei cogitandæ exhibitione. *Collatio Prima.*
quia velis, nolis, multa simul exhibentur. p. figura, magnitudo.
Nec satis est certum in quo immorari cogitatione debeamus, nisi voce & alio scripto declaretur.

Fœlicius exhibitione rei, quam sola voce, quæ deterius memoriam rei refricat quam res ipsa, si possit exhiberi sensibus. 2.

Fœlicius voce aliena, quam nostra. 3.
Tum quia nostra minus recta ferit aures nostras.
Tum quia mens nostra magis distrahitur, dum loquimur, & audimus, quam dum audimus tantum.

Digitized by Google

5. Fœlicius elata, quam ſummiſſa voce.
4. Fœlicius ſola voce, quam legendo tacitè,
quia facilius comprehenduntur duo. ſ. vox & conceptio,.... quam tria, conceptio, vox, & figura.
6. Fœlicius tamen ſi legamus adhibendo vocem, quam ſi tacitè, vt pueruli experiuntur.
Tum quia vocem noſtram, & linguam informamus.
Tum quia vox melius imprimitur per aures, quam per oculos.

Paucula de ſcribendis in aliorum gratiam Logicis operibus.

Quæ opera logico elaborantur artificio, ſcribunturque, vt legantur.... ea fere oportet accuratiora eſſe, & magis elaborata, quam quæ pronunciantur tantum.
Primò quia longè facilius examinat lector, quam auditor.
Secundò quia in plurium iudicia ferè incurrunt.
Tertiò quia facilius noueris auditoris, quam lectoris captum.

Quartò quia multa in oratione præſidia, ad venuſtatem & illuſtrationem quibus ſcriptura deſtituitur. p. geſtus, varietas pronunciationis, interuallorum modus, auditor congruens, conformitas vocis, quæ cum auditu maior, quam cum viſu, &c.

Ideo præter communes de oratione logica, deque vocali præceptiones nonnihil de ſcribendo logicus præceptor pro officio monere poteſt, ac debet. p. de edendis libris, de dictandis ſcholis & de conſimilibus capitibus.

Paucula de dictationibus in ſchola Philoſophica.

Dictandi & excipiendi labo moleſtus, nec à veteribus Philoſophis vſurpatus.

Vt nec à nobiliſſimis recentium profeſſorum iuris, medicinæ, & philoſophiæ.

Citius auditor te docente comprehenderit mente & memoria ἀπρόφασιν, & ſcholam, quam dictante exceperit, ſcripſerit.

Sed { memoria eſt fallax, & infirma.... ideo confugiendum ad ſcripturam.
non ſemper vocales præceptores ſunt ad manum: ideo ad mutos confugiendum eſt.

Optime in ſcholis noſtris ageretur ſi omiſſo dictandi onere, ſeligeretur aliquid typis deſcriptum, quod auditori interpretaremur.

Sed { Ariſtoteles breuior, & obſcurior, quam vt ſine ſcripta interpretatione facile eum aſſequaris.
Porrò { breuiores eius interpretationes alienas, multi præceptores faſtidiunt præ ſuis.
grandiores mole ſua terrent auditorem, & lectorem.

Digitized by Google

Quare { difficile est abolere dictandi consuetudinem.
nec sine magistelli est, sed *magistratus*.

Cæterum hdus præceptor & prudens dare operam debet, vt labor ille dictandi, & excipiendi temperetur, commensuretur, & euadat fructuosus:

is erudit { aut vnum alterumue tantum.
aut plures.

Qui priu: tum vnum instituit, si mihi assentiatur, eum liberabit ista excipiendi molestia, & se, dictandi onere.

Dabit operam vt *aliena manu*, non inelegantes scriptas scholas suas nanciscatur: non lectione ipsum, sed voce tantum informabit.

Semel iterum que pronunciabit tantum, quantum auditorem vno quasi amplexu, impetu, & conceptu capere, & continere posse deprehenderit.

Id deinde ab ipso exiget: iterum atque iterum inculcabit si sit opus.

Vbi auditor bona fide retulerit, repoſueritque:

Pergat præceptor consimili via, & ratione:

Et secundum pensum, coniunget cum primo:

Tertiumque cum secundo, & cum primo, & sic deinceps quantum memoria auditoris feret.

Quantum licebit singula diurna pensa quotidie amplificabit, pro memoriæ captu.

Certè { dictandi munus, non minus imperitissimus aliquis defungi possit.... si modo ex scripto sit dictandum, legereque possit, quam peritissimus, & diligentissimus præceptor.

Ideo non satis bene bonæ horæ, operæque præceptoris in dictando collocantur.

Nihilominus qui pluſculos auditores habeat, vix possit dictandi legem per se abrogare, aut onus in alium reijcere.

Defungatur ergo eo munere, sed cum auditorum { plurimo fructu, minima molestia.

Selecta sint quæ dictantur { siue sensum spectes. siue vocabula.

Consulatur { claritati, breuitati omnino { captui vsui } auditoris } in tanta vitæ nostræ breuitate.

Nam { aliud scribere tyroni. aliud magistris & eruditis.

Tyronem vbi profecerit non deficiet copia acuratiorum commentationū.

Breuitas { non in verbis tantum ac sententiis quęratur. verumetiam in litteris, & figuris.

Digitized by Google

Facile eſt inter dictandum inculcare compendia ſcripturæ, & abbreuiationes:

Facile idoneum ſcripturę modum, & orthographiam.

Ad claritatem facit hoc, non mediocriter, quod ſcriptura, & pictura ſit elegans, lectuque facilis.

Perſpicuitas facit ſenſuum & verborum: facit ratio diuidendi & diſtinguendi ſcripto.

Scripta diuidenda, à præceptore ipſo, & carpenda: ita vt ad margines notandi aliquid & carpendi neceſſitas vix vlla relinquatur auditori & lectori.

Diuiſio
- partim in ſcriptionum, titulorumue opera procuretur.
- partim per periodos & commata.
- partim { ſingulas ſententias / ſingula argumenta / ſingulas reſponſiones } &c. inchoando à capite lineæ.
- partim { præcipua vocabula / præcipuas ſententias } deſignando literis { grandioribus / aut diſparatis.
- partim per tabulas, quas vulgo vocant.

Quæ ſcripta & dictata his præſidiis deſtituuntur: ea ſunt velut ædificia ſine fenestris.

Tabulas { ſcribere, & componere non ita difficile. / dictare paulo difficilius, ſed conſuetudine fit familiaris.

Conſulendus ſermo de rudimentis recolendis, ſermo de doctrina, ſermo de memoria, & collatio vocalis ſermonis cum ſcripto.

De Geſtibus.

Vt ſecundum locum inter ſigna conceptionum tenent literæ, & figurę... ita geſtus tertium.

Facilius caremus { literis, quam ſermone. / geſtu, quam literis.

Lib. 6. c. 3. Apud Plinium gentes quædam clingues, pro ſermone vtuntur *nutibus* & *motibus*.

Ex Aeliano cum tyrannus quidam edicto vetuiſſet loqui, ciues illius geſtibus, ac nutibus animi ſenſa proferebant apud ſe inuicem.

Celeberrima olim pantominorum ars, & loquax manus.

Celeberrima induſtria mutorum, quibus Sultani Turcici vtuntur delectantur.

Notum eſt quanti fiat geſtus in oratore, hiſtrione.

Obiectiunculæ.

Prima. Literę durabiliores. Ergo fœliciora ſigna. D. { ad diuturnitatem C. / ſimpliciter N.

Digitized by Google

Quæ ſigna pluribus ſignificant, & naturalius ea fœlicius ſignificant. 2.
Sed geſtus Pantomimorum Italis, Græcis, barbaris id repræſentant, quod voce nequit ſignificari, niſi peritis idiomatis eius, quo vtaris: repræſentantque naturaliter, & itavt ſpectatori non imponatur cura ediſcendæ ſignificationis.

Voces contra non ſignificant niſi ijs qui labore magno edidicerunt linguas.

Ergo Pantomimorum ars fœlicior eſt, quam cura & ſolertia grammaticorum, & Rhetorum, &c.

Diſt. P. { ſi æque facilè, & ſine interturbatione officiorum effingantur, varientur, percipiantur, C.
ſi res aliter habet, N.

N. C. quia geſtus difficilius finguntur, diſcuntur, variantur, percipiuntur, & impediunt manum plerumque, atque officia quibus tuemur humanam ſocietatem.

IN CAPVT II.

De Nomine.

Cur nomen præponitur verbo? ¶

Quia nomen inſtar *materiæ*, verbum inſtar *formæ*.
Nomen rem ſignificat, vt Alberto placet.
Verbum illius operationem & paſſionem, &c.

Quibus partibus orationis Logici egent?

Nulla pars orationis, ſi fortè excipiatur interiectio non eſt vſui Dialectico: quicquid nonnulli ſentiant.
Præpoſitiones valent ad exprimendum affectiones & relationes rerum.
Coniunctiones ad componendum propoſitiones & ſyllogiſmos.
Aduerbia ad negandum, modificandum, &c.
Participia funguntur officio verborum, adiectiuorum.
Pronomina ponuntur pro *nominibus*, maximè autem pro *proprijs*.
Articuli variant & inflectunt nominum ſignificationem.
Nominum & verborum notiſſimus vſus.
Reliquarum tamen partium definitiones repetendæ ſunt à grammaticis.
Præter nomen & verbum nihil definit Ariſtoteles.

Quid nomen Ariſtoteli?

Vox ſignificans ex inſtituto, ſine tempore [non ſignificando, more verborum, differentias temporis] *cuius partes* [ſi quæ ſint .p. literæ & ſyllabæ] *non ſignificant* [ſeparatè] *illud quod antea ſignificabant*, vt domus, ciuitas, reſpublica, &c.
Forum eſt res publica, non eſt Reſpublica.

Secernenda { vox ſignificans, à non ſignificanti.
arbitraria ſignificatio, à naturali, qualis in gemitu.

Digitized by Google

Nomina { quædam significant *tempus*, vt dies, annus.
quædam *rem* cum tempore coniunctam, vt ambulatio.
quædam quid quod *certo tempore fiat*, vt prandium.
nulla significant *cum tempore* .j. nulla inflectuntur per differentias temporis, more verborum.

Porrò nomen *vox* in definitione nominis, verbi, & orationis non tam *generis*, quam *materiæ* rationem habet.
Nomen *res* est artificiosa, constat voce, tanquam materia.

Quid nomen vulgo?

Primò vox quæuis *significans*, potissimum quæ simplex.
Secundò vox *simplex* significans, sine tempore.
Tertiò vox significans *sine tempore*, quæ *nominatiui casus*, & finita, vt homo, cœcus.
Quartò ea tantum, quæ præterea hoc habet, quod *addita verbo*, possit *orationem facere*.
Quintò proprium nomen, vt Socrates.

Obliqui casus { significant idem, quod nominatiuus, sed aliomodo.
vocantur à Logicis, non tam nomina, quam nominũ casus.

Nomen { substantiuum { finitum { recti casus.
infinitum { obliqui casus.
adiectiuum

IN CAPVT III.

De Verbo.

Quid verbum, et cuiusmodi?

Verbum in negotio vocum, sumitur multipliciter.
Primò & generalissimè sumitur pro vocabulo quouis.
Secundò & generatim, est vox significans ex institutione hominum, cuius pars nulla [sit, quæ est] separatim significat, quæque est terminorum in propositione copula, vt amo, non amo.
Tertiò & speciatim est *vox significans ex arbitrio cum differentijs temporis, simplex*, quæ est nota coniunctionis prædicati cum subiecto, eaque finita, & recta, vt sum, amo, &c.
Mitto quod verbum sumitur pro *vocabulo quouis*.

Verbum est { finitum, vt amo, lego, &c.
infinitum vt non amo, non lego.

amo { est finitum, si interpreteris, ego non sum amans.
non amo { infinitum, si ego sum non amans.

Rectum verbum est præsentis temporis, fereque indicatiui modi.

Digitized by Google

Sed { in modificatis / in coniunctiuis } propositionibus, sæpè pro indicatiuo modo ponitur infinitiuus, & subiunctiuus. (De quare postea) in hunc modum.

Necesse est hominem mori: si veneris dabo.

Verbum significat saltem *aliquando* aliquid aliud à copula.

Ideoque nit prædicatum, vt cum dicitur: homo ambulat, cœlum voluitur, &c.

Interdum etiam fungitur officio tum subiecti, tum prædicati, vt cum dicitur. Ningit, pluit, amatur, &c.

Sed tunc est oratio potius, quam verbum.

Verbum copula est, ideoque prædicatum nectit cum subiecto.

Partes omnes nondum sunt totum, nisi aptè coniungantur.

Notiones duæ .p. animalis, & currentis, non faciunt propositionem nisi connectantur.

Porrò connexio illa exprimitur per verbum personale.

Animal currens, oratio non propositio est.

το animal currit propositio est.

Participium, vt currens, *significat* tantum, non copulat.

Verbum { & significat idem quod participium. / & copulat significatum suum, cum subiecto.

Verbum { significat aliquid rei, vt amo, dilectionem. / copulat aut copulam significat .p. & cum significat aliquid .p. tempus, personam, numerum, &c.

In negotio vocum { aliud significatio. / aliud consignificatio.

Cur verbum dicitur forma propositionis?

Quia { *compositio* est forma rerum compositarum, secundo Physicorum. / verbum significat coniunctionem, compositionemque terminorũ.

Verbum { ratione vocis est *materia* quædam. / vt significat *rem* quandam, est *materia* mentalis propositionis obiectiuæ. / vt significat *coniunctionem*, est *forma* eius propositionis.

Quotuplex verbum?

Est { simplex Logicè [quia simplicem significat notionem formalem & imagine expressa vna.] / compositum. *Compositio* { vel grammatica est, vt in deambulo. / vel Logica, & proueniens ex ambiguitate vt incolo.

Digitized by Google

Homonymum { materialiter tantum est simplex, vt colo.
formaliter est multiplex antequam distinguatur.

Est { finitum vt amo, diligo, ambulo.
infinitum vt non amo, non ambulo.

Est { positiuum vt amo, luceo, video, &c.
priuatiuum vt cæcutio, obtenebresco.
negatiuum & infinitum, vt non luceo, non obscuror, &c.

Est { rectum { substantiuum { personale.
impersonale.
adiectiuum
obliquum { substantiuum { personale.
impersonale.
adiectiuum

Est { substantiuum verbum, *sum, es, est* quando vtrinq; copulat similes casus.
adiectiuum { tum quicquid præterea est verborum.
tum ipsum etiam *sum, es, est*, quoties non copulat similes casus.
vt cum dicitur Deus est: liber est Petri, seruus est domini.

Verbum { significat *tantum copulationem*, & fit propositio, quæ dicitur de *tertio adiacente* in h. n. homo est albus, homo est amans.
vel *copulam*, *& prædicatum*, & fit inde propositio, quæ dicitur de *secundo adiacente*, vt ex. gr. homo est, homo habet, aliquid amat, &c.
vel *copulam*, *& prædicatum*, & subiectum simul, tumque potius est propositio, quam verbum merum: vt ningit, pluit, grandinat, amatur, scribitur, &c.

IN CAPVT IIII.

De oratione.

De oratione, & propositione.

Pro summa, & appendice.

(..)

SECTIO PRIOR.

De oratione, & affectionibus terminorum.

Quid oratio?

Aristotelis est vox significans, ex institutione, cuius partes significant aliquid. n. illud ipsum, quod significabant, in oratione, significant tamen tanquam vocabulum, non [necessario] tanquam affirmatio, & negatio, siue tanquam [propositio.]

Deus sanctus, tota Æneis, oratio pro Milone.

Partes orationis { semper significant tanquam vocabulum.
sed aliquando tanquam propositio, vt quando resoluitur syllogismus in propositiones.

Quotuplex

Digitized by Google

Quotuplex oratio?

Est { dilucida { ambigua { plena, vt propositio, & definitio. / plenior, vt syllogismus. / plenissima, vt oratio pro Milone.
Est { obscura { nõ ambigua

Est expers verbi, vt definitio; vel cum verbo.

Sine verbo { per *coniunctionem*, vt Petrus & Paulus. / per *adiectionem*, vt Deus Sanctus. / per *appositionem*, vt Rex Ludouicus. / per *obliquum casum*, vt liber Petri. / per *aduerbium*, vt insigniter doctus.

Quæ cum verbo { vel proponit & enuntiat, vt ego amo. / vel non proponit, vt veni, ô vtinam venias.

Ferè amendatur ad oratores, poetas, Grammaticos:

Nisi { quatenus inde possunt componi propositiones.

quatenus reducitur ad propositionem, per interpretationem, in hunc modum. Vtinam venias, id est cupio te venire.

Cole Deum, id est, Deus est tibi colendus, iubeo te Deum colere, aut rogo.

De affectionibus vocabulorum in oratione, maximè autem in propositione.

De toto genere.

Affectionum vocabuli genera duo constituuntur.

Nam { quædam conueniunt ipsi etiam extra orationem, vt significatio. / quædam non nisi in oratione, vt coniunctio, disiunctio, prædicatio, &c.

Vocabulum aliter habet in oratione, aliter extra.

Omnino multis modis se habere potest:

Idque { siue sit categorema, vt nomen, verbum. / siue syncategorema, vt coniunctio, aduerbium.

Quo habeat modo intelligitur maximè ex adiunctis, potissimumque in propositione.

De syncategorematis pauca in rudimentis, & quædam infrà.

In categoremate consideranda est *suppositio*, *resolutio*, *amplificatio*, *significatio*, &c.

Quæ etiã aliqua ex parte per propositionem pertinent, ad syncategoremata.

De suppositione, significatione, verificatione.

Suppositio.

Vocabuli { significatio pendet ab authore, vel ab authoribus. / verificatio, à rebus ipsis significatis. / suppositio ab eo qui vtitur, est enim acceptio termini pro significato.

Digitized by Google

Videndum quas agat partes in propoſitione & oratione.

Quando propono in huncce modum : canis aliquis latrat;

Propoſitio { ſi ſpectetur animus, mens, non pertinet niſi ad vnum canem.
{ ſed tamen de pluribus verificari poteſt.

Terminus { eſt *relatiuus* grammaticè, vt qui, quæ, quod.
{ vel *abſolutus* grammaticè, vt currit, animal.

Relatiuus quo ſupponat modo intelligendum eſt ex abſoluto & antecedenti cuius gerit vices.

Non ſi vocabulum ſignificat tria, aut quatuor, aut plura.... Ideo ſemper, & vbique ſumitur pro tribus, aut quatuor, aut pluribus.

Non ſi poſſum præſtare plura, ideo ſemper præſto plura, dum præſto aliquid.

Relatiuus vnus *eſſentiæ*, qui *diuerſitatis*, vt aliud, alius; *identitatis*, vt qui, idem, ille, iſte:

Alter *accidentis*, qui *diſcrepantia*, vt diſſimilis, non talis, non tantus ... *identitatis*, vt ſimilis, aut talis, aut tantus.

Abſolutus variè terminus accipitur in oratione & applicatur.

Sumitur { pro *ſe vno*, vt quando ſic loqueris..... Petrus eſt ſonus à me pronunciatus nunc, &c.
{ pro *ſe & pro ſimilibus*, vt cum dicitur Petrus eſt nomen.
{ pro rebus conceptis, & ſignificatis, ſeu perſonaliter idque variè.

quia { impropriè, vt cum homo } nominatur arbor,
{ propriè, vt cum quercus }

Item { materialiter non formaliter, vt cum dicis luminoſum erit obſcurum.
{ formaliter { eſſentialiter, vt quando ſic loquimur, homo eſt animal candidum, eſt coloratum.
{ accidentariò, vt cum dicitur, nix eſt candida.

Mmitiũ. τὸ *eſt* verbum interdum videtur idem ſignificare atque *eſt eſſentialiter*; vt *prædicari*, interdum *prædicari eſſentialiter*.

Sumitur { determinatè, & diſcretè, vt cum ſic loquimur: hic homo eſt animal.
{ communiter, vt cum dicis: homo eſt animal.

Eſt { ſingularis, & indiuiduus, vt Lutetia, Petrus, Bucephalus.
{ communis { materialiter ſumptus.
{ perſonaliter ſumptus, tumq; { vel *ſimpliciter*.
{ vel *collectiuè*.
{ vel *diſtributiuè*.

Simpliciter, cum ſupponit tantum pro gradu ſuperiori, quatenus diſtinguitur à rebus ſubiectis in hunc modum: homo eſt ſpecies, animal eſt genus, animal eſt prius homine.

Digitized by Google

Distributiuè, vt cum sic loquimur, & sic interpretamur: homo est animal. p. vnusquisque homo est animal.

Collectiuè, vt quando sic loquimur: homines sunt multi: homo est innumerabilis, Apostoli sunt duodecim, aut quatuordecim: musæ sunt nouem, menses duodecim.

Quid materialiter sumi?

Nunc opponitur τῷ *personaliter* sumi, & idem atque sumi pro se, aut pro se, & similibus.

Nunc τῷ *formaliter* sumi, nunc & idem est atque sumi pro *materiali* significatu, vt quando sic loquimur: hoc candidum erit nigrum; clarum fiet obscurum: candidum est frigidum.

In concreto termino significatus { materialis / formalis } vt dictum alibi.

Quid personaliter sumi?

Est nunc sumi terminum pro re concepta, & significata siue simpliciter sumitur, siue distributiuè, siue collectiuè, ... nunc sumi distributiuè tantum, vel collectiuè: siue sumi pro inferioribus.

Resolutio terminorum.

Resolutio.

Resolutio hîc idem atque expositio vocabuli.

Est { vna *ascensus*, cum ex inferiori colligitur superius, in hunc modum. homo sentit .... Ergo animal sentit. / altera *descensus*, vbi nomen commune vsurpatur pro inferioribus, in hunc modum: homo est animal, ...Ergo Socrates est animal.

Descensus { vnus per coniunctionem copulatiuam .p. per *et*. / alter per disiunctionem, seu disiunctiuam coniunctionem, .p. per *vel*.

Ille dicitur { *copulatiuus*, si singula inferiora prædicata seorsim iungi possunt prædicato, & distributiuè, in hunc modum. homo est animal ..... Ergo Socrates est animal, Petrus est animal. / *copulatus*, vbi collectiuè tantum, non distributiuè inferiora iunguntur prædicato, in h. m. Musæ sunt nouem..... Ergo Clio & Thalia, &c. sunt nouem.

Hic *descensus* pariter est disiunctiuus, vel disiunctus.

Disiunctiuus vbi singula seorsim iunguntur cum prædicato;

vt, homo currit: Ergo { vel Socrates currit. / vel Petrus currit. / vel quis alius.

Disiunctiuus, vbi collectiuè coniunguntur inferiora cum prædicato,

Vt, cibus est necessarius: Ergo vel carnes, vel olera, vel fructus, &c. sunt necessaria.

Digitized by Google

De ampliatione.

Ampliatio.

Ampliatio { in foro est causſæ prorogatio.
hîc extensio termini ad plura *tempora*.

Vel ad *præteritum* extenditur, vt hîc: Liberalis erit fordidus. j. qui fuit vel erit liberalis.

Vel ad *omnia tempora*, vt in ista propositione: *homo erit animal*. j. homo qui est, homo qui fuit, homo qui erit.

Videndum est quid patiatur natura termini.

Extendenda quantum licet significatio, aut quantum expedit.

Porrò { non si oratio plures habet sensus, vera est in pluribus.
non si vera est in pluribus, ideo in pluribus accipienda.

Videndum quid quisque sentiat, potiusquam quid sentire debeat.

De restrictione.

Restrictio.

Significatio vocabuli variè restringitur, contrahitur:

.n. { citra *additionem* vocis alterius .p. per antonomasiam, hypothesim, suppositionem: vt cùm Petrus sumitur pro famulo: Poëta pro Homero, orator pro Cicerone.
per *additionem* .p. epitheti, cum quis dicitur vir imperitus: appositi, vt homo parens: aduerbij, vt scribere imperitè: & obliqui casus, vt seruus, voluptatis & consimilium, &c.

Quando autem duo termini coniunguntur, & ponuntur simul;

Tum { vel neuter alterum restringit, vt cum dicitur homo risibilis.
vel vterque alterum, vt cum ferrum calidum.
vel alter tantum, vt cum animal rationale, homo extensus.

De appellatione.

Appellatio.

Appellatio videtur esse quædam restrictionis species.

Eo nomine intelligimus rationem, qua vnum vocabulum cum altero coniungitur.

Præcipuè autem nomen cum nomine, per adiectionem, appositionem.

Aut aduerbium, cum verbo, vt cum dicimus velociter curro.

Danda est opera, vt epithetum, appositum, & aduerbium rectè coniungantur.

In hac ex .gr. propositione, fuit bonus Marius Imperator, epithetum bonus coniungi debet cum Imperator, non cum Marius.

Ex adiuncto terminus expendendus, vt cum dicitur, homo doctus, homo Græcus.

Sæpè quod adijcitur, terminum deturbat à significatu vero, & proprio, vt cum dicitur homo mortuus, homo pictus, &c.

Auditur nomen, homo, forma, & nomen veri hominis.

Subiungitur pictus. Retractas priorem notionem, & formas nouam.

Digitized by Google

Coniunctio, disiunctio.

Termini coniunguntur per particulam copulatiuam: vt cum dicitur, Petrus & Paulus, Petrus cum Paulo.

Citra hanc, tum { neuter mutat *significationem* alterius: licet fortè mutet *extensionem*: vt cum dicitur, homo candidus. / aut vnus mutat *significationem* alterius, vt cum dicitur, homo mortuus.

Coniunctio.

Disiunctio.

Itaque non semper licet { *coniuncta* diuidere. / *diuisa* coniungere.

Non si quis est bonus pictor, ideo est bonus.
Non si quis est bonus, & pictor, ideo est bonus pictor.

De alienatione.

Alienatione abducitur terminus à significatu, ad significatum, aliud alienare, aliud restringere.

Demutanda significatione.

Alienatio fit multis modis. p.
Synecdoche, vt cùm carina pro naui sumitur.
Syllepsi, vt hostis habet muros, æneid 2.
Hyperbole, vt cùm peruolare dicitur, qui velociter currit.
Allegoria, vt cum sensus vnus sumitur pro sensu altero.
Ironia, vt cum probus dicitur pro improbo.
Catachresi, vt cum parricida sumitur, pro homicida.
Metalepsi, vt cum natura sumitur, pro naturali.
Antonomasia, vt cum philosophus sumitur pro Aristotele.
Metonymia, vt cum Bacchus sumitur pro vino.
Metaphora, vt cum ardere significat amare, &c.

De prædicatione.

Quid prædicari, dici, enuntiari?

Est { aliquando *affirmari* & negari. / aliquando *verè & essentialiter* affirmari. / nunc *verè* affirmari.

Predicatio

Quotuplex huius generis?

Est { *signata*, vt homo prædicatur de Petro. / *exercita* { in *obliquo casu*, vt seruus est domini. / in *recto casu*, siue in nominatiuo casu, alioue qui sit virtutis eiusdem in h.m.

Homo est animal, ... necesse est hominem esse animal.

Quotuplex in recto casu?

Prima est *caussalis*, cùm prędicatum interpretamur in h. m. aut consimilem.
Medicus est sanitas. i. caussa & occasio sanitatis.
Christus est nostra iustificatio. i. caussa nostræ iustificationis.

Digitized by Google

Secunda constitui potest, quæ opponatur superiori, dicaturque *effectualis* vbi interpreteris prædicatum per nomen *effectus* in h.m.

Nostra salus est medicus. i. medici effectus.

Si medicus est salus, per conuersionem, salus est medicus.

Tertia per *concomitantiam* cum reali identitate vel sine illa in materiali est cum materia de forma prædicatur.

In formali est cum terminorum vnus formaliter dat esse alteri, vt circulus est aureus, aurum est circulare.

Vt cum sic loquimur: generatio vnius rei est corruptio alterius: aduentus hirundinis est aduentus veris: aduentus canis, est aduentus heri.

Quarta quę dicitur *formalis*, aut *identica*, saltem vbi aliquid de se ipso affirmatur.

Sed secunda videtur rarior, & ferè insolens.

Quotuplex identica?

Est { vel planè identica, & inutilis vt hîc: bonum est bonum .... homo est homo.
vel identica { secundum rem, & materiam: non secundum formam. / secundum ens, non secundum esse } vt hîc,

Homo est animal: Petrus est homo: marmor est candidum.

Quotuplex identica posterioris generis?

Est { *interna*, vt cum paries dicitur albus.
externa, vt quando dicitur visus, cognitus.

Fit { citra *communicationem idiomatum*, & proprietatum, vt homo est animal .... homo est candidus.
per *communicationem idiomatum*, vt cum in Christo attributa vnius naturæ prædicantur de altera, propter vnionem quam hypostasis facit in h. m.

Homo est Deus, homo est omnipotens, &c. Deus loquitur, Deus ambulat, crescit ætate, &c.

Est { *naturalis* & ordinata vbi prædicatur receptum de recipiente, in h.m. homo est animal, homo est capitatus, est candidus, &c.
inuersa & inordinata vbi contra: vt animal est homo .... rex est homo, figura est cerea.
media vt .... frigidum est candidum, rex est pictor.

Est { *secundum quid*, vt cum Aethiops dicitur dente candidus.
absolutè, vt cum dens Aethiopis dicitur candidus.

Est { imperfecta vt .... homo est animus.
perfecta vt .... homo est animus cum corpore.

Est { de *esse* vt. .... homo est animal.
de *ineſſe* vt .... homo est candidus.

Est { *reciproca*, vt homo est rationalis.
non *conuertibilis*, vt homo est animal.

Digitized by Google

Pertinet { ad res totales, vt cum homo dicitur esse animal.
ad partes, vt quando caput dicitur esse membrum.

Est { per se / per partem / per aliud } { præsentis / præteriti / futuri } temporis.

Sed ad præsens tempus reliqua duo reuocari solent vt æstimentur.

Prędicatio { disparata, vt lignum est panis.
non disparata, vt homo est animal.

Est { *singularis*, vt qui accedit est pater meus.
homonyma, vt lex est fundamentum.
synonyma, vt homo est animal.
paronyma, vt homo est candidus.

Prędicatio { in quid, vt homo est animal.
in quale, vt homo est rationalis.

Est { *immediata*, vt corpus est substantia / *mediata*, vt homo est substantia } vt dicetur alibi.

Est *singularis*, indefinita, particularis, vniuersalis, siue catholica.

Vniuersalis { vel tantum vniuersalis vt. . . . omnis homo currit
vel vniuersalis & per se vt. . . . . omnis homo est substantia
vel vniuersalis per se primo vt. . . . omnis homo est animal } de qua re alibi.

Prædicatio { in actu signato / in actu exercito } sed duplici sensu.

Priori sensu.

In *actu exercito*, quæ per verbum *est*, aut aliud verbum virtutis eiusdem, vbi prædicatum ponatur post verbum in h.m.

Homo est animal . . . nix est candida.

In *signato actu*, quę fit per verbum *prædicari*, aut aliud virtutis eiusdem in h. m.

Animal prędicatur de homine . . . candidum dicitur de niue.

Consimili autem ratione duplex est negatio { *signata*. / *exercita*.

Nauis negatur de homine . . . homo non est nauis.

Signatę prędicationes nec inusitatæ, nec inelegantes.

Hoc de te fertur . . . . quòd sis blandus, quod diligens, &c.

Posteriori sensu.

Signatus *actus* est in prędicatione, *quando* vnus terminus alteri tribuitur . . .

Digitized by Google

ſed ita vt non conueniat illi, dum ille conſideratur & manet in eo ſtatu, verum duntaxat illi poſito in inferioribus, & inferioribus illius, vt in iſtis propoſitionibus:

Animal eſt mortale, animal exiſtit, moritur.

nempe per ſingularia, quando euaſit ſingulare.

Exercitus actus eſt quando conuenit etiam in eo ſtatu, vt in his propoſitionibus: animal eſt ſubſtantia. .. animal ſentire poteſt.

Quicquid conuenit omnibus ſingularibus tribui ſolet vniuerſali per legem *enumerationis partium*, ſiue conueniat illi in eo ſtatu, ſiue non.

Hic homo eſt mortalis, & iſte, & ille, & ſic de cæteris.

Ergo omnis homo eſt mortalis.

Monitum.

Conſulendus ſermo de multiplicitate propoſitionum, & ſermo de intentionibus primis & ſecundis.

De negatione iudicandum eſt ex prædicatione.

De affectionibus Syncategorematum.

Terminorum conſignificantium præcipuæ claſſes alibi breuiter perſtrictæ.

Quæſtio generalis { aut inſinuat reſponſionẽ, vt { nonne venit? / nũ fletu ingemuit noſtro? ; aut non, tumque { vel interrogat vtramque partem, vt eſt ne, nec ne homo animal? / vel alteram tantum, vt eſt-ne homo animal?

Illatiuus, vt ergo, igitur, facit vt propoſitio aliam ſupponat, aliaſue vnde concludatur.

Vt *ſed*, atqui, &c. ſupponit duplicem propoſitionem præter illam cui præfigitur:

De oppoſitione. n. { vnam quæ antecedat / alteram quæ ſequatur } vt { homo eſt animal. / atqui Plato eſt homo. / ergo Plato eſt animal.

Ad ſimilitudinem, qui valet, annectit vnam propoſitionem alteri, vt exempli gratia, veluti, vt, quemadmodum, &c.

Modalis ſupponit vnam propoſitionem priorem illa cui inſeritur.

Homo impoſſibiliter eſt lapis. Ergo homo non eſt lapis.

Homo contingenter currit. Ergo currit.

Diſtributiuus extenſionem termini arguit in propoſitione, vt omnis, nullus, quidam.

Reduplicatiuus { et contrahit ſenſum propoſitionis. / et propoſitionem facit, exponibilem.

Excluſiui & exceptiui idem poſtulant.

Temporales

Digitized by Google

Temporales { generales, vt semper, numquam, nullo tempore
indeterminati, vt *aliquando* } qui particulare
determinati vt *hodie*, }

Locales { generales, vt vbique.
vel particulares { infiniti, seu indefiniti, vt *alicubi*
definiti, seu determinati, vt Romæ, Lutetiæ.

Locus particularis, vt Romę, Lutetiæ, non excludit quemuis alium, sed duntaxat eum, qui per naturam cum illo obtineri nequit.

Praua ergo hæc consecutio
Sequana est Lutetiæ, ergo non est apud Trecaces.

Idem iudicium ferendum est de tempore partiali. p. in h.m.
Viuit hodie Petrus, ergo non viuebat tempore Augusti.
Non si hodie viuit Petrus: propterea viuebat heri.

Comparatiui significant { intentionem, & remissionem
vel quantitatem, & extensionem } magis, minus, æquè.

Relatiui, qui, quæ, quod, quam, quę, &c. indicant præcessisse propositionem & remissionem.

Terminales indicant principium, vel finem, vt ab, ad.

Quę ordinem significant, vel sumuntur circa antecedentia, consequentia, vt primò, deinde, postea, &c.

SECTIO POSTERIOR.

De Propositione, seu enunciatione.

Nomen.

Ratio de qua agimus vocatur enunciatio, enunciatum, pronunciatum, proloquium, effatum, sententia, dictum, axioma, verbum, interpretatio, propositio, &c.

Quid propositio apud Logicos?

Aliquando { vt problema dialecticum, est interrogatio vtriusque partis in h.m. .... Est-ne, necne virtus medium?
ita propositio est interrogatio alterius partis contradictionis.

n. in dialecticis negotiis, siue in topicis. p. in h.m.
Nonne virtus moralis medium est? .... num virtus medium est?

Nunc & sępius propositio est *oratio affirmans, aut negans, significans verum, aut falsum.*

Digitized by Google

Dicibile, perfectum, pronunciabile, per se, quantum in ipso. i. Gellio interprete *sententia* in qua nihil desideratur.

Sed cum sit multiplex affirmatio: ita & negatio,

n. { simplex vt homo, non homo, equus, non equus.
{ composita { imperfecta, vt vtinam veniam, vtinam non veniam.
{ perfecta, vt homo est: homo non est.

Accipienda perfecta affirmatio, & perfecta veritas.

Est-ne propositio, compositio?

3. de anima, quæuis est compositio. n. ratione notionis.

Sed hîc { affirmatio est compositio } n. ratione rerum conceptarum.
{ negatio est diuisio }

Prior-ne affirmatio negatione?

Prior { quia *simplicior*, eo modo quo binarius ternario.
{ quia *notior*, primo posteriorum cap. 21.
{ quia *compositio* præcedit diuisionem.
{ quia *affirmatio* est perfectior.

Sed hæc non impediunt quo minus enuntiatio synonymè diuidatur in affirmationem, & negationem.

Quotuplex propositio, seu propositio analytica?

Analyticæ propositionis, quæ vera est, aut falsa, differentiæ repetuntur a variis rebus. p. tempore, materia, forma, prædicato, termino, verbo, quantitate, qualitate, sensu, simplicitate, &c. de quibus rebus partim in rudimentis, partim in sermone de simplicibus propositionibus.

Est { compositio siue affirmatio } { vera } { Idque { determinatè.
{ diuisio siue negatio } { falsa } { indeterminatè.

Est { compositi sensus } { de secundo adiacente } { laudabilis.
{ diuisi sensus } { de tertio adiacente } { vitiosa.

Est { coniunctiua } { absoluta } { signata } { in actu signato.
{ simplex } { modalis } { exercita } { in actu exercito.

Est { prædicans absolutè } { non philosophica } tumq, { Logica.
{ prædicans secundum quid } { philosophica } { Ethica.
{ Physica.

Est { finita } { probabilis } { necessaria } { præsentis } temporis.
{ infinita } { improbabilis } { possibilis } { præteriti }
{ mixta } { indifferens } { impossibilis } { futuri }

Digitized by Google

Necessaria
- nunc quæ necessariò vera, vt homo est animal.
- nunc quę necessariò vera, aut necessariò falsa.
- nunc quæ in materia necessaria, vt homo est animal.
- nunc quæ modalis & necessaria.
- nunc modalis, quæ necessaria, vel impossibilis.

Est
- positiua
- negatiua
- priuatiua
- & mixta

singularis
indefinita
vniuersalis
particularis

doctrinalis
dialectica
piraltica
sophistica

de re apparenti.
de apparentia determinata.
de apparentia absoluta.

Monitum.

Generum
- quædam sunt, vbi species simpliciores inseruiũt aliis componendis, vt in negotio figurarum, numerorum, orationum, operum fabrilium, &c.
- quædam vbi species vna vix componitur ex altera, vt in negotio plantarum, animalium, &c.

Solemus genus explicare per simplicem speciem, quæ ferę nihil complectitur præter genus. p. animal per zoophyton.

Sed potissimum id præstatur quando genus est prioris modi vt propositio.

Itaque non est mirum illud quod doctrina generalis de propositione dicitur repetenda ex doctrina de propositione simplici, maximè autem de absoluta.

Quæ vera propositio?

Verâ
- hîc quæ conformis rebus significatis.
- interdum & alibi, quæ conformis arti, & methodo in qua vsurpatur.

Determinatio.

Determinata
- vera propositio quæ
  - natura sua vera est.
  - vel ita vera, vt non possit esse falsa.
- falsa quę
  - vel natura falsa est.
  - aut ita falsa, vt non possit esse vera.

Quot modis dicitur determinari veritas?

Dicitur per suas causas, sua principia in materia necessaria & in impossibili, vt in his propositionibus & similibus, homo est animal .... animal non est numerus.

Per præsentiam, qua res præsens, aut quasi præsens est, & fuit.

Monitum.

Vt animantes & plantę
Ita rudimenta compendiaria
} dicuntur incrementum capere.

Capiunt non tam per Arithmeticam, quam per geometricam proportionem, nec tam per Geometricam, quam per harmonicam.

Vt in pusillo animali, ita in rudimentis aliquid quod vix incrementum capiat.

Quotuplex simplex propositio?

Simplex propositio ea est vbi vnum de vno enunciatur. i. affirmatur vel negatur.

Vna est quæ dicitur *modalis*, vt necessariò homo est animal.

Altera quæ simplex est, & *absoluta*.

Vtraque { vel absolutè consideratur. i. citra comparationem factam cum alia propositione. / vel comparatè. i. facta comparatione cum alia propositione.

IN CAPVT QVINTVM.

De Propositione simplici absoluta.

Quid categorica propositio?

Aristoteli propositio, quæ affirmatiua.

Aliquando propositio, quæ enunciat tantum. i. citra determinationem, & modum, siue sit simplex, siue composita, quæ est simplex, minimèque modalis.

Quæ hîc occurrunt consideranda?

Occurrit { dum spectatur absolutè, *materia & forma*, &c. / dum comparatè, *oppositio*, cum conuersione, & æquipollentia.

Sed hæc duo omittuntur ab Aristotele: consulenda rudimenta.

Partes propositionis.

Partes propositionis sunt *materia & forma*. n. *termini* sunt, & verbum quatenus copulat.

Terminus definitur id in quod dissoluitur propositio, & vnde componitur tanquam ex materi .

Artificiosa opera { constant materia & forma. / dissoluuntur tantùm in materiei partes.

quia dissolutione perimitur compositio, quæ forma.

Non dissoluuntur in materiam, nisi cogitatione.

Propositio autem res est artificiosa, dianoëticum opus ex duabus coagmentatum notionibus, *subiecto*, *predicato*.

Digitized by Google

Ergo quando diſſoluitur, amouenda eſt coagmentatio: amouendum eſt *verbum*, quatenus copulat: vt & quod adhæret verbo copulanti, quatenus copulat .p. aduerbium *non*, τὸ verè, τὸ falsò, τὸ materia, ſententia, & conſimilia, &c.

Retinendæ duæ notiones. n. ſubiectum & prædicatum.

Verbum { eſt pars materiæ ſi ſpectetur *vox*.
non eſt pars materiæ ſi ſpectetur *copulatio* ſignificata, quæ in mente reſidet.

De ſubiecto, de prædicato, de verbo alibi.

Materia propoſitionis *neceſſaria*, *impoſſibilis*, *contingens*.

neceſſaria vt cum dicitur, homo eſt animal, homo non eſt animal.

Impoſſibilis vt cùm: animus eſt numerus, animus non eſt numerus.

Contingens, vt: homo currit, homo non currit.

Quot modis dicatur neceſſaria propoſitio, explicatum eſt alibi.

τὸ *eſt* verbum quando eſt ſubſtantiuum, videtur ſignificare copulam tantum: non autem prędicatum vllum.

Copulatio { vna maior } { vna eſſentialis.
altera minor } { altera accidentaria.

Sed difficile eſt ſecernere vnam ab altera, itaque promiſcuè vtraque ſignificatur.

vt prędicare aliquando eſt affirmare eſſentialiter:

ita τὸ *eſſe*, aliquando eſt eſſe eſſentialiter, vt cum ſic loquimur: homo non eſt niſi animal rationale.

Subiectum { primò, idem atque obiectum.
ſecundò, receptaculum, & adminiculum ſubſtantiæ.
tertiò, materia quæuis.
quartò, inferius in eadem categoria.
quintò, terminus de quo alius verè affirmetur, tumque reſpondet prędicabili.
ſextò, vt hîc terminus de quo affirmatur, aut negatur alius.

Prædicatum { hîc terminus, qui affirmatur, aut negatur.
apud Porphyrium terminus verè affirmabilis.

Verbum.

Proponẽdo mens coniungit duas notiones, & imagines .p. animal & cursũ. nexus ille eſt forma propoſitionis, & exprimitur verbo.

Forma & connexio ſubiecti cum prædicato, ea ſignificatur verbo ſubſtantiuo, & adiectiuo, quatenus ſubſtantiuum virtute continet.

Verbum { *ſubſtantiuum*, ſum, es, eſt, quando copulat vtrinque nominandi caſus, vt homo eſt animal.
adiectiuum, vt cætera verba, & ipſum etiam verbum ſum, es, eſt, quando non habet poſt ſe nominandi caſum.

Currit idem eſt, atque eſt currens: amat, atque eſt amans, &c.

Digitized by Google

Quantitas.

De quantitate propositionis in rudimentis.

Vocabula { propria & singularia, vt Socrates.
communia { merè homonyma, vt ius.
analoga, vt fons.
vniuersalia, vt homo, animal.

Ex *subiecto* æstimatur extensio, siue quantitas propositionis simplicis, & absolutæ, non autem ex prædicato.

Itaque { homo est substantia, est angusta propositio.
animal viuit, est propositio longè amplior.

Subiectũ { singulare, hinc singularis propositio, vt Socrates est.
commune, hinc { indefinita, vt hõmo est.
vniuersalis, vt oĩs homo est, nullus homo est.
particularis, vt quidam homo est; multi homines non sunt.

Omnes tamen propositiones reuocantur ad A. E. I. O. quæ elementa quid significent, alibi expositum.

Notæ & signa quantitatis, *vt omnis, nullus, quidam* &c. solent apponi *subiecto*, vndè æstimatur propositionis extensio, & quantitas in h. m.
omnis homo est, quidam homo est.

Raro autem *prædicato* adiunguntur in hunc modum: omne rationale est omnis homo.

Qui dicit omne animal, omnem colorem, omnem plantam, &c. non semper intelligit omne indiuiduum animal, &c.

Sed sæpè omnem speciem animalis, &c.

Aliquando omne animal, quod nunc existat, &c.

Eius qui loquitur mens perpendenda.

Qualitas.

De veritate & falsitate in rudimentis Metaphysicis.

Hîc veritas { vna conformitas propositionis vocalis, cum mentali.
altera conformitas propositionis, cum rebus significatis.

Falsum qui dicit { data opera, vocatur *mentiens.*
per imprudentiam, vocatur *mendacium dicens.*

Deficit { mendacium dicentem, veritas posterior.
mentientem { vel vtraque veritas.
vel saltem prior, vt cum verum dicit, quamuis putet se falsum dicere.

Materia { in *necessaria* semper *affirmandum* est, vt propositio sit vera.
in *impossibili* semper *negandum.*
in *contingenti* aliquando *affirmandum*, aliquando negandum.

Digitized by Google

Affirmatio } æstimatur { in simplici propositione ex *verbo*.
Negatio } { in coniuncta ex particula *coniunctiua*.

De qua re alibi, vt & de præcipuis generibus propositionum, déque sensu composito, diuiso.

Quot modis propositio comparatur cum propositione altera?

Duobus quia { primò cum altera constante ijsdem terminis; siue sint eodem modo collocati, vt dum spectatur *oppositio*, æquipollentia; siue non, vt dum *conuersio*.
2. cum altera, quæ non constet ijsdem duobus terminis.

Idque { siue alter tantum sit diuersus, vt hîc.
amicus benefacit, amicus malefacit : homo est animal, equus est animal.
siue vterque, vt in istis propositionibus:
Amicus benefacit: inimicus malefacit.

Dum propositio vna confertur cum altera enunciatione:

tum { vel impertinens deprehenditur, vt si duæ istæ conferantur, homo est animal, cœlum voluitur.
vel pertinens deprehenditur;

Idque { vel propter inimicitiam, quum sunt oppositæ.
vel propter amicitiam, *quando* sunt reciprocæ, vel vna est consequens, vel altera antecedens.

Sed non debent conferri nisi pertinentes cum pertinentibus.

De oppositione propositionum.

Opposita propositio, quæ ita pugnat cum vna, vt non similiter pugnet cum altera.

Oppositio propositionum tum simplicium, tum aliarum, duplex:

Prior est pugna & oppositio duarum propositionum constantium *ijsdem terminis*, eodem modo collocatis:

vbi contrarietas, subcontrarietas, subalternatio, contradictio.

tria genera oppositarum propositionum proposuit Aristoteles, interpretes adiecerunt quartum, n. *subalternas*.

Posterior de qua loquitur Aristoteles secundo Topicorum prouenit ab oppositione *terminorum*.

De posteriori oppositione.

Proponantur duo contraria, & opposita prædicata, vt { bene merens. / male merens.

Item contraria duo *subiecta* duorum prædicatorum, vt { amicus. / inimicus.

Hinc oriuntur sex terminorum coniugationes siue sex paria, in h. m.

Sed quatuor tantum constant ex terminis pugnantibus.



Non aduersatur { neque bene mereri amico. / neque male mereri inimico.

Præterea coniugationes ipsæ & propositiones possunt tantum quatuor opponi modis, dum componuntur binæ.

Primò { A. B. .... amicus : benè meretur. / A. M ... amicus: malè meretur.

Secundò { A. B. amicus / I. B. inimicus } bene meretur,

Tertiò { I. B. inimicus bene / I. M. inimicus malè } meretur.

Quartò { A. M. amicus / I. M. inimicus } male meretur.

Aliæ { non subsistant { amicus est inimicus. / bene merens est male merens,. / vel non opponuntur vt { amicus bene, & inimicus male meretur. / inimicus bene meretur, & amicus male (meretur.

De priori oppositione.

Prior oppõsitio est pugna duarum propositionum constantium ijsdem terminis, eodemque modo collocatis, proueniens à diuersa qualitate, aut quantitate.

De hac Aristoteles, vel quis alius ab Aristotele; cap. vltimo.

Tria genera oppositarum propositionum apud Aristotelem, sed interpretes adiunxerunt quartum.

De contrarijs

Digitized by Google



De contrarijs propoſitionibus.

Contrarię ſunt { A, E } quarum { vtraque eſt vniuerſalis. / vna affirmat, altera negat.

Contrariarum propoſitionum nunquam vtraque ſimul eſt vera,

In *neceſſaria* materia { vera affirmatio, vt omnis homo eſt animal. / falſa negatio, vt nullus homo eſt animal.

In *impoſſibili* { vera negatio, vt nulla / falſa affirmatio, vt omnis } anima eſt numerus.

In *contingenti* ferè vtraque falſa vt { omnis homo / nullus homo } currit.

De ſubcontrarijs.

Subcontrariæ I, O. quarum { vna affirmat / altera negat } vtraque eſt particularis.

Subcontrariarum { ſæpe vtraque ſimul eſt vera. / nunquam vtraque ſimul eſt falſa.

Subcontrariarũ vera tantum { I in materia neceſſaria. / O in materia poſſibili.

De ſubalternis.

Subalternæ ſunt A & I, E & O.

Quantitate pugnant, quia vna generalis, altera particularis.

Qualitate { formæ ſeu { affirmatione / negatione } non pugnant. / materiæ ſeu { veritate / falſitate } { interdum pugnant. / interdum non pugnant.

Digitized by Google

Si vera est generalis, vera est particularis, non contrà.
Si falsa est particularis, falsa & generalis, non contrà.

Subaltrnæ quando { vtraque vera / vtraque falsa } non ita propriè puguant.

De contradicentibus.

Prima contradictionum est cum { vel A & O / vel E & I } opponuntur:

Vt { omnis homo est, quidam homo non est. / nullus homo est, quidam homo est.

Secunda est *quando* idem affirmatur, & negatur de singulari, in h. m.

Plato { est Philosophus / non est Philosophus } &c.

Tertia cùm idem affirmatur & negatur de communi termino: sed indefinitè, in hunc modum, homo { ambulat. / non ambulat.

Quæ { primi / secundi } generis contradictio, ea exquisita est.

Nam duarum propositionũ primi ordinis { vna vniuersalis / altera particularis } { vna affirmat / altera negat } { vna vera / altera falsa } &c.

Quæ tertij generis non est accurata, neque exquisita.

Exquisitę { numquam simul vera / numquam simul falsa } pars vtraque, &c.

Monitũ. De scientia, opinione, certitudine & incertitudine alibi.
Item de collatione propositionis cum propositione.

Conuersio & reciprocatio.

Conuersio apud Logicos { in terminis. / in propositionibus. / in syllogismis. }

Conuertere propositionem est è subiecto eius facere prędicatum, & contrà sine mutatione qualitatis.

In hoc negotio dicitur { *conuersa*, quæ conuertitur. / *conuertens*, quæ fit per conuersionem. }

Conuersio propositionum videtur triplex constituenda.
Quædam fit virtute *materiæ* in hunc modum. Omnis homo est animal rationale, omne animal rationale est homo.
Quædam virtute *formæ* propositionis, de qua hîc loquimur.

Digitized by Google

Vt quando conuertitur { A in I. / E in E, E in O, I in I, O in O, vt dicetur.

Quædam virtute *syllogismi*, vt cum *baralipton* reducitur ad *barbara*.

Prædicatum { vel est nomen substantiuum / vel nomen adiectiuum / vel verbum adiectiuum } in conuersa propositione.

Si est adiectiuum nomen, efficiendum venit substantiuum aliquidue illi apponendum per grammaticorum regulas, vt verbo personali supponi possit. Omne ebur est candidum: Ergo aliquid candidum est ebur.

Nisi verbum est substantiuum, opus est verbi dissolutione, aut periphrasi ad conuersionem, in hunc modum;

Homo ridet: Ergo { aliquid ridens est homo. / aliquid quod ridet est homo.

Conuersio { dicitur conuersio *per se*, conuersio *simplex* si seruatur quantitas, vt conuertitur { A in A, E in E, I in I, O in O } / dicitur conuersio per accidens, secundum accidens, si mutatur quantitas propositionis;

Vt si vertitur A in I; I in A; E in E; O in O.

Virtute formæ { A in I, conuertitur. / E in E, ideoque E in O. / & E in I. De qua re in rudimentis.

O in O conuertitur, sed itaut prædicatum conuersæ fiat infinitum, in h.m.

Quidam homo non est pictor.

Ergo quiddam quod non est pictor, non est homo.

Consulendus sermo de infinitis propositionibus.

De æquipollentia.

Æquipollētia facit { & ad verborum copiam. / & ad faciliorem sensus intelligentiam.

Quomodo oppositæ propositiones reducuntur in concordiam?

Oppositarum propositionum vna reducitur in alterius sensum, idque opera vnius negationis, aut duarum.

Regula prima.

Contradicens capit à *fronte negationem*, seu negandi aduerbium.

Omnis homo est.	Non omnis homo est.
Nullus homo est.	Non nullus homo est.
Quidam homo est.	Non quidam homo est.
Quidam homo non est.	Non quidam homo non est.

Digitized by Google

Regula ſecunda.

Contraria *præfigit verbo negationem*, vt:

Omnis homo eſt.	Omnis homo non eſt.
Nullus homo eſt.	Nullus homo non eſt.

Regula tertia.

Subalterna *vtrobique capit negationem*, vt tantumdem polleat, quantum altera ſubalterna, vt,

Omnis homo eſt.	Non omnis homo non eſt.
Quidam homo eſt.	Non quidam homo non eſt.
Nullus homo eſt.	Non nullus homo non eſt.
Quidam homo non eſt.	Nõ quidã homo minimè nõ eſt.

De futuris contingentibus.

IN CAPVT VI.

Summæ capitis.

Neceſſe eſt contradictionis [exquiſitæ] partem { vnam eſſe veram. / alteram eſſe falſam.

Quæritur de his partibus { vtrùm ſint determinatè veræ ac falſæ. / an tantum indeterminatè, indefinitè.

Obſeruetur triplex tempus { præteritum / præſens / futurum } { neceſſaria / impoſſibilis / contingens } materia.

Præteriti / Præſentis } temporis propoſitiones quæcunque tandem componantur ex materia ſunt determinatè veræ, aut determinatè falſæ.

Futuri temporis ſuperſunt propoſitiones, quibus aliquid futurum eſſe affirmatur, aut negatur.

Hæ { in neceſſaria / in impoſſibili } materia ſunt determinatè veræ, determinatè falſæ.

Eſtque { in neceſſaria materia { affirmatio vera / negatio falſa } / in impoſſibili { negatio vera / affirmatio falſa } } vt dictum.

At contingenti in materia neutra partium contradictionis de futuro tempore, eſt determinatè vera, ..., neutra eſt determinatè falſa. p. Socrates cras ambulabit.

Digitized by Google

Primò, quia si forent determinatè veræ, aut determinatè falsæ, omnia fato & necessitate fierent.

Deinde quia (quę ratio videtur eadem cum superiori :) tolleretur rerum omnium contingentia.

Si nanque hæc propositio (cras docebo) est determinatè vera;

Sane fieri non potest vt cras non doceam.

Ideò necesse est vt cras doceam.

Reciprocantur & æquipollent hæ duæ propositiones.

At inquis, fortè neutra pars contradictionis in huius generis propositionibus vera est, neutra falsa.

Reiicitur vero hæc suspicio ab Aristotele : quia ex veritate vnius colligitur falsitas alterius.

Ideoque necesse est sint verę, aut falsæ.

Non sunt tamen necessariò veræ, necessariò falsę:

Quia dantur casus, fortuna, consilium, deliberatio.

Quę vniuersa concidunt si quicquid futurum est, id necessario futurum est.

At inquis, necesse est, siue necessarium est, alteram partem esse veram, alteram falsam.

Ergo etiam *quando* contradictio ad futurum pertinet tempus;

D. necessarium { aliud absolutè necessarium, vt quòd sol oriatur hodie. quòd homo sit animal. aliud ex hypothesi & suppositione, vt Plato philosophatur, &c. necesse est Platonem philosophari, non simpliciter & absolutè, sed si philosophetur.

Atque hoc posteriori necessarii genere, quęlibet propositio futuri temporis est necessaria, Non quęlibet priori.

Differunt { apud Gręcos ἔσομαι & μελλῶ. apud nos hęc duo { ie seray. ie suis pour estre.

Si ie seray, ie seray veritablement.

Si ie suis pour estre, ie ne seray pas pourtant necessairement.

Il ne s'ensuit pas que ie doiue estre.

APPENDIX

DE CONTINGENTIA, ET PROpositione futuri temporis.

Monitum.

De veritate, de determinatione propositionum suprà.

Digitized by Google

Vera propositio hîc, quæ conformis rebus significatis.

Vera { inepta, vt homo erit homo.
apta { negans, vt actio non est passio.
affirmans, vt homo erit animal.

Apta non est affirmatio nisi prædicatum distinguatur formaliter à subiecto.

Distinctio autem formalis duplex aduertenda venit,

n. { *opposita*, cuiusmodi cernitur inter actionem & passionem, atque hæc ad affirmationem est inepta.
non *opposita*, nec repugnans, qualis cernitur inter hominem, & animal.

Determinatè { vera propositio, quę suapte natura vera est, aut ita vera, vt falsa esse nequeat.
falsa, quæ suapte natura falsa, vel ita falsa vt non possit esse vera.

Determinatur veritas { per causas, vt in hac propositione, homo erit animal.
per præsentiam { qua res præsens Deo.
qua res est, fuit-ue præsens nobis.

Contingentia { tollitur à Stoicis, & fati assertoribus.
retinetur à quibusdam: sed euersa Dei præuisione, *omniscientia*.
retinenda est cum Dei *omniscientia*.

Ex veteribus nonnulli, vt Cicero 2. de natura deorum, & lib. de fato, retinent quidem contingentiam, sed incertos contingentesque exitus à Deo credunt ignorari, donec euenia.t; liberumque hominem vt efficiant, sacrilegium faciunt, vt loquitur D. Augustin. de Ciuit.

Peripateticum est nullius rei cognitionem detrahere Deo: ita nihilominus vt retineatur contingentia.

De contingentia & necessitate in physicis, & metaphysicis.

Causarum { quædam nunquam impediuntur: hinc effectus necessarii vt eclipses:
quędam contra aliquando impediuntur: hinc euentus vt ruina domus.

Causæ { Naturales positis omnibus conditionibus cohibere se nequeunt vt ignis.
liberæ contrà, vt voluntas hominis.

Est-ne vera aut falsa propositio futuri temporis in materia contingenti?

Est, primò quia { omnis prositio ad materiam suam afficitur.
si afficitur propositio ad materiam, est affinis ipsi, vel dissentanea.

Secundò quia quæ futura sunt, possunt æquè in mente esse atque præterita.

Digitized by Google

Tertiò quia, quæ neceſſariò futura ſunt. ... non magis ſunt, quam quę futura contingenter.

Non deſunt tamen qui ſuſpicentur eſſe indifferentem, incertam, & quaſi ſuſpenſam. i. neque veram; neque falſam: quorum coniecturis occurrendum.

Obiectiones.

Si iam vera eſſet propoſitio, quâ contingens aliquid futurum dicitur, contingens eſſet neceſſarium: Contingens autem non eſt neceſſarium: Ergo. *Ex Ariſtotele, Prima.*

D. P. { ſi iam vera eſſet determinatè C.
ſi iam vera ſimpliciter, aut indeterminatè ſaltem: D. neceſſarium ex hypotheſi C. neceſſarium abſolutè, ſimpliciter, & omninò. N.

Relatio poſtulat exiſtentem terminum.

Veritas propoſitionis eſt quædam relatio eius ad rem cognitam. 2.

Ergo veritas ea non eſt antequam ſit quod cognoſcitur.

D. P. quia { ſi ſit realis eget termino in natura rerum exiſtenti.
ſi ſit rationalis ſufficere poteſt terminus, qui in mente exiſtat.

Ad concluſionem reſpondeo res futuras exiſtere in mente proponenti per imagines ſuas.

Prętera hæc argumentatio videtur ſic ſe habere;

Vt non minus oppugnet propoſitiones de prętérito, quam propoſitiones de futuro.

Nec minus propoſitiones de futuro neceſſario, quam propoſitionès de contingenti.

Eſt-ne vera aut falſa determinatè?

Eſt, ſi ad Deum referatur cui omnia ab æternitate ſunt tanquam prętentiſſima: non eſt, ſi expendatur ex nobis, & ex natura rerum cognitarum:

quia neque per cauſſas determinata eſt, ſiue per cauſſas rei, neque per prętentiam.

Sunt tamen qui aliter ſentiant, quorum argumenta diluenda ſunt.

Obiectiones.

Prima.

Futurum neceſſariò eſt futurum, vt candidum neceſſariò eſt candidum.

Atqui contingens illud de quo vera propoſitio eſt futurum.

Ergo neceſſariò eſt futurum.

D. P. { vel conditio illa. n. *neceſſariò*, cadit in *ſubiectum*, vt ſit hic ſenſus: quod neceſſariò eſt futurum, id futurum eſt.
vel *predicatum* afficit, vt ſit hæc ſententia: quicquid eſt futurum illud eſt futurum neceſſariò.
vel cadit in ipſam copulam hoc ſenſu: futurum neceſſe eſt eſſe futurum.

Primo ſenſu propoſitio vera eſt, ſed in ſumptione mutatur argumentum: Ideo concedo Prop. Conc. Sumpt. Nego Concl.

Digitized by Google

Secundò propositio falsa est & neganda.
Tertiò vera est propositio, sed conditio non potest afficere conclusionem: quia sumptio non est necessaria.
Ideò Conc. Prop. Conc. Sumpt. Nego Concl.

Monitum.

In negotio modalium syllogismorum ex maiori propositione necessaria, & minori contingente, non necessariò concluditur necessaria conclusio, itaque sunt vitiosi qui sequuntur syllogismi.

Quicquid currit, id necessariò mouetur.
Tu curris, tu contingenter curris, Ergo necessariò moueris.
Quicquid rerum præuisum est Deo, id necessariò eueniet.
Quod Socrates philosophetur est aliquid præuisum à Deo.
Ergo Socrates necessario philosophabitur.

Sunt autem probi ratione *formæ*, qui sequuntur, sed in iis falsa est propositio minor.

Quod currit, id necessariò mouetur.
At qui tu necessariò curris, Ergo necessariò moueris.
Quod præuisum est à Deo, id necessariò eueniet.
Socratem philosophaturum Deus præuidit necessariò, ergo Socrates necessariò philosophabitur.

Nunquam videmur magis laborare in soluendo syllogismo, quam cum per errorem creditur proba forma quæ est vitiosa.

3. Propositio, quæ significat fore quod futurum est, vera est.
D. determinatè N. determinatè vel indeterminatè C.
Cur propositio enuncians præterita, vel præsentia, determinatur potiùs, quam quæ enunciat futura?
R. quoniam præsentia rei determinat.

4. Hæc propositio ..., Socrates cras sedebit vel non sedebit .... est determinatè vera, aut determinatè falsa.
D. { quandiu annectuntur partes C.
{ si diuidatur in duas partes N.

5. Quod Deus futurum præuidit, non potest euenire aliter atque præuidit, necessariò eueniet, vt est præuisum.
Atqui Deus præuidit quicquid est futurum:
Ergo { quod futurum est, non potest euenire aliter.
{ quod futurum, necessariò futurum est.
Proinde { propositio futuri temporis est determinata.
{ nec videtur esse contingentiæ locus.
D. P. { in sensu composito C.
{ in sensu diuiso N.
Id est { si ratio habeatur diuinæ præscientiæ, si spectentur res præuisæ, vt præuisæ C.
{ si res præuisa consideratur secundum se, non vt est præuisa N.

Etenim

Digitized by Google

Etenim scientia diuina non imponit rei necessitatem, non euertit libertatem dei, neque alienam.

Neque superior argumentatio solutu difficilior, quam quę sequitur.

Quod verè videtur, id necessariò est.

Atqui verè video, & iudico te pingentem literas.

Ergo literas necessari ò pingis.

In qua tamen manifestum est aspectum meum necessitatis tibi nihil imponere.

Sanè quæ pręuidit Deus { euentura, ea euentura sunt. / non euentura, ea non euentura.

Sed { non quicquid pręuidit deus, id necessariò pręuidit. / quędam pręuidit euentura. p. Socratem ita vt pręuidere potuerit, non euentura. / quędam pręuidit non euentura, ita vt euentura pręuidere potuerit, p. alterum mundum.

Omnino { quędam deus necessariò pręuidit, nouit se esse futurum semper omnipotentem, neque potuit, neque potest aliter nosse. / quędam liberè præuidit cognouit nos futuros, sed potuit cognoscere nos neutiquam futuros.

Deus inquis, mutari nequit.

R. illud non significare mutabilitatem in deo, ... sed tantum in creatura, quæ potest esse, & non esse.

Solutio breuis.

Quicquid deus pręuidit futurum, id necessariò futurum est.

Atqui præuidit Socratem futurum, Ergo.

D. P. { si præuidit necessariò C. / si liberè D. { in sensu composito C. { necessitate hypothetica C. / in sensu diuiso N. { necessitate absoluta N.

D. S. liberè C. necessariò N.

Prętereà N. C. etiam si prętexuchar minorem propositionem.

In librum secundum.

IN CAPVT SEPTIMVM.

Diuisio Capitis.

Pars huius capitis { *prior de infinitis propositionibus.* / *posterior de coniunctione, & disiunctione terminorum.*

Digitized by Google

PARS PRIOR

DE INFINITIS PROPOSITIONIBVS.

Quid infinita Propositio?

ALiquando propositio indefinita, vt { homo est animal. / homo non est animal.

Nunc propositio quæ constat { vel subiecto / vel prædicato / vel vtroque } infinito, vt non animal est insensibile, bellua est non homo.

Non animal est non homo: quidquid est non animal, illud est non homo.

Termino finito si negatio præfigitur euadit infinitus, vt non homo.

Infinitus omnia significat, vel consignificat præter illud, quod diserte negat, & quę in isto includuntur. Non homo e. g. est congruens rebus omnibus: siue sint veræ, siue falsæ, præterquàm homini & inclusis nomine hominis, p. cuidam animali, cuidam substantiæ.

Obiectio.

Simplex propositio vnum de vno prædicat: Infinitus terminus non significat vnum, sed innumerabilia: Ergo subiectum, nec prædicatum simplicis propositionis esse non potest.

Dist. Sump. { per accidens materialiter, non formaliter, seu consignificando indicat innumerabilia, quibus conuenit vna negatio. / per se significat tantum vnam negationem, p. negationem hominis, quæ tamen conuenit rebus illis innumerabilibus.

Quomodo fit infinitus terminus?

Fit, dum negatio præfigitur finito termino in h.m.

Non homo, non animal, non indoctus .... quod non est homo, quod non est animal.

Terminus { finitus { positiuus vt iustus / priuatiuus vt iniustus } / infinitus, vt non iniustus. } hinc { positiua / priuatiua / negatiua } propositio.

item { finita / infinita } propositio.

A deteriori autem parte fieri consueuit denominatio propositionis.

Digitized by Google

Infinitus { vel categorema, vt non coloratum, non album.
vel syncategorema, vt non nunc, non semper.

Si solùm syncategorema infinitum est, propositio non censetur propriè infinita, vt Socrates est pictor non peritus.

Cur dicitur infinitus?

Quia cõplectitur quicquid est, & quicquid non est præter illud quod negat.

Fit-ne verbum infinitum?

D. { quatenus est *copula*, non euadit infinitum, infinitus terminus.
euadere potest quatenus est *prædicatum*: tumque ex nomine infinito æstimandum.

Sensus duplex dum negatio præfigitur verbo in h.m. non amo, non ambolo.
Vnus facit finitam, sed *negantem* propositionem, p. *quando* sic interpretaris.
Lapis non viuit. i. lapis non est viuens.
Alter facit *affirmantem*, sed infinitam in h. m.
Lapis non viuit. i. lapis est non viuens.

Porrò { connectitur cum verbo quando prædicatum afficit, vt non viuit, est non viuens.
non connectitur cum verbo, quando afficit copulam, vt non viuit, est non viuens, &c.

Sunt qui negant verbum numquam euadere infinitum, etiam si constituatur in propositione, sed falluntur.
Etenim quotiescumque syllogismi conclusio affirmat, vtraque antecedentium affirmare debet.
Nisi autem admittitur verbum infinitum, futurum est vt aliqua antecedentium neget in syllogismo concludenti affirmationem. Ergo aliquando verbum in propositione infinitum est.
Itaque ex duobus sensibus posterior videtur vsurpandus in sumptione sequentis syllogismi, & aliorum consimilium, qui efformantur innumerabiles.
Qui non honorat parentes, erit vitæ breuis:
Ingratus filius non honorat. i. est non honorans: Ergo erit vitæ breuis.

Vsurpandus { vt argumentum iteretur in syllogismo,
ne sint quatuor termini in vno syllogismo.
ne sumptio neget in figura prima, non honorans, honorans, vitæ breuis, ingratus.
ne conclusio nõ sequatur deteriorem partẽ, [est enim affirmãs.]

Accedit quod maior, & minor propositio debeat habere aliquem terminum communem. i. qui in vtraque inueniãtur.
Non habebunt autem in superiori syllogismo, si minor neget.
Etenim { maior habebit prõ argumento, non honorat.
minor habebit, prõ argumento, honorat.
Ergo verbum aliquando infinitum est in propositione.
Quoniam { prior sensus virtutis eiusdem est cum secundo.
Logicus se se accommodat Rhetoricæ, grammaticæ.

Digitized by Google

Sed ſubiectum eſt infinitum, quando ſic loquimur.
Qui non honorat, &c. is breuî morietur.
Qui non colit deum, is peribit, &c.

Differunt-ne duæ interpretationes verbi negati?

Quãdo verbo ſecundi adiacẽtis locum obtinenti præfigitur aduerbium negandi, duplex inde naſcitur ſenſus, vt ſuprà monuimus e.g.

Non currit Socrates { vel idem eſt atque Socrates non eſt currens.
vel idem atque, Socrates eſt non currens.

Senſu { priori negatur curſus.
posteriori affirmatur non curſus.

Senſu { priori nego curſum in natura rerum, de re aliqua quæ ſit Socrates.
posteriori nullum aſſeuero curſum, ſed in Socrate nego inueniri,

Cauendum diligenter ne negatio finita confundatur cum infinita affirmatione, legendum vltimum caput primi priorum.

In infinitis { qui conſequens? / qui antecedens?

Dum occurrunt termini finiti duo, quorum { vnus eſt antecedens, vt homo.
alter eſt cõſequens, vt animal.

Dum infinitatur { antecedens, euadit conſequens, vt non homo.
conſequens euadit antecedens, vt non animal.

Quò latius patet affirmatio, eò minus latè quę opponitur negatio.
Quando duo poſſident vniuerſam aliquam regionem: quò plus vnus poſſidet eò minus alter.

Dantur-ne infinitæ propoſitiones?

Miror eſſe qui prędicent infinitas iſtas propoſitiones inſolentes.
Dantur primò quia eleganter dicitur, non indoctus, non imperitus.
Secundò quia infinitus terminus ſæpe exprimitur in h.m.
Qui non colit Deũm. i. non colens.
Tertiò quia celeberrimi & creberrimi ſunt ſyllogiſmi, quorum ſpecimen ſuprà propoſuimus.
In his fere verbum ſumptionis infiniti prędicati fungitur officio ad h.m. vt:
Quidquid non viuit, illud eſt animæ expers.
Nullus lapis viuit, [omnis lapis eſt non viuens.]
Ergo omnis lapis eſt expers animæ.

Sumptionẽm interpretor { hoc modo, omnis lapis eſt non viuens.
non autem, omnis lapis non eſt viuens.

Primò quia cõcluſio ſequitur deteriorem partem; nõ affirmat ſi minor negat.
2. quia ſyllogiſmus non conſtat niſi ex tribus terminis.
Forent autem quatuor, ſi priori modo interpretarer,

n. { lapis, ſubiectum.
expers animæ, prædicatum.
viuit, argumentum.

Digitized by

Quotuplex infinita propoſitio?

Eſt de tertio adiacente, vt { non animal eſt non homo. / quod non eſt animal, illud eſt non homo.

De ſecundo adiacente { ex verbo ſum, es, eſt, vt ex. gr. non homo eſt ... quod non eſt, homo eſt. / ex alio verbo, vt { non homo currit. / aliquid quod non eſt homo currit.

Eſt { ſubiecti / prędicati / vtriuſque } infiniti. Eſt { prætęriti / præſentis / futuri } temporis.

Eſt indefinita, generalis, particularis, ſingularis.

Eſt vera, vel falſa, ... affirmans vel negans.

Monitum.

Si categorema ſit infinitum, non ideo propoſitio cenſetur infinita, vt cum ſic loquimur: homo non imperitus loquitur ..... Socrates currit neutiquam velociter.

Particularis omittitur ab Ariſtotele, intelligitur ex indefinita.

Omittitur conſtans alio verbo à verbo ſum, es, eſt, ſed æſtimanda ex verbo ſum, es, eſt.

Omittitur differentia repetita à falſitate, & veritate.

Quot modis conſideratur infinita propoſitio?

Conſideratur tum abſolutè, tum comparatè.

Cum qua comparatur comparatione?

Primo cum alia infinita propoſitione, vbi { oppoſitio. / conuerſio. / æquipollentia.

Secundò cum *poſitiua* propoſitione, factaue ex termino finito, qui opponitur infinito, vt videns non videnti.

Tertiò cum *priuatiua*, quæ conſtat priuatiuo termino.

Sed habitus habendus tanquã priuatio priuationis, aut negatio, ſi priuatiuus terminus in infinitum eſt conuerſus, vt cũ dicimus, cœcus non cœcus, &c.

Omnino ſequimur grammaticorum regulas, in negotio negationum.

Poſita priuatione ponitur negatio, nõ contra: Eſt cœcus: Ergo eſt nõ videns.

Sublata negatione, tollitur priuatio, non contrà: Non eſt non videns: Ergo non eſt cœcus.

Quid priuatiua propoſitio?

Aliquando quæ negat, vt homo non eſt animal.

Nunc quæ conſtat priuatiuo termino, vt [illegible] gr. Democritus eſt cœcus. Cœcitas eſt quædam inſenſibilitas.

De oppoſitione propoſitionum infinitarum.

Contrarietatem, ſubcontrarietatem & ſubalternationem animaduertere hîc

Digitized by Google

facile eſt: niſi quod propter æquipollentiam fit vt duæ vni aduerſentur.

Contrarietas, & ſubcontrarietas.

Contraria generalis affirmatio, generali negationi conſtanti ijſdem terminis, eodemque modo collocatis, &c.

Omnis homo eſt — *Nullus non homo eſt.*

Aliquis non homo eſt — *Aliquis non homo non eſt.*

Contradictio propoſitionum de ſecundo adiacente, tum finitarum, tum infinitarum.

Affirmatio { definita, definitæ / generalis, particulari } negationi opponitur { in infinitis / & in finitis } propoſitionib.

Homo eſt, homo non eſt. Omnis homo eſt, non omnis homo eſt.
Non homo eſt, non homo non eſt. Oīs homo eſt, non oīs homo nō eſt.

Quadruplex hæc oppoſitio procreat duodecim oppoſitiones.

Contradictio propoſitionum de tertio adiacente.

Finitarum propoſitionum de tertio adiacente contradictio duplex, quæ naſcitur ex quatuor propoſitionibus, vt

Homo eſt iuſtus, homo non eſt iuſtus.
Omnis homo eſt iuſtus, non omnis homo eſt iuſtus.

Quod attinet ad infinitas propoſitiones in præſenti tempore duodecim occurrunt propoſitiones, ſex contradictiones.

Propoſitionis ſubiecto
- indefinita
  - affirmans ..... non homo eſt iuſtus.
  - negans ..... non homo non eſt iuſtus.
- definita
  - affirmans ..... omnis non homo eſt iuſtus.
  - negans ..... non omnis non homo eſt iuſtus.

Propoſitionis prædicato
- indefinita
  - affirmans ..... homo eſt non iuſtus.
  - negans ..... homo non eſt non iuſtus.
- definita
  - affirmans ..... omnis homo eſt non iuſtus.
  - negans ..... non omnis homo eſt non iuſtus.

Propoſitionis vtroque
- indefinita
  - affirmans ..... non homo eſt non iuſtus.
  - negans ..... non homo non eſt non iuſtus.
- definita
  - affirmans ..... omnis non homo eſt non iuſtus.
  - negans ..... non omnis non homo eſt non iuſtus.

Definita eſt generalis vel particularis.

Digitized by Google

Possunt consimili ratione fieri duodecim propositiones futuri temporis totidemque præteriti.

Collatio infinitarum propositionum cum alijs.

Conferri debet prædicatum { infinitum, cum positiuo. / infinitum, cum priuatiuo. / priuatiuum, cum positiuo.

Colligitur { ex affirmatione prædicati positiui, negatio infiniti. / ex negatione prædicati positiui, affirmatio infiniti.

Homo est iustus.	Ergo homo non est non iustus.
Homo non est iustus	Ergo homo non est non iustus.
Omnis homo est iustus.	Ergo nullus homo est non iustus.
Nullus homo est iustus.	Ergo omnis homo est non iustus.

Colligitur { ex affirmatione priuatiui, infiniti affirmatio / ex negatione infiniti, priuatiui negatio } sed non contrà

nia in subiecto apto.

Homo est iniustus.	Ergo homo est non iustus.
Homo non est non iustus.	Ergo homo non est iniustus.

PARS POSTERIOR.

Et contexitur.

DE CONIVNCTIONE ET DISIVNCTIONE terminorum.

Sed quoniam alia coniuncta

Denominant { quædam simpliciter, vt animal hominem, album niuem. / quædam secundum quid tantum { vel quia *leuiter*, nec *diu* afficiũt, vt albedo timidũ / vel quia *exiguam* afficiãt partem, vt albedo Æthiopem.

Iunguntur termini duobus modis,

.n. { vel itaut vnus mutet significationem alterius, vt cùm cadauer appellatur homo mortuus. / vel itaut neuter mutet significationem alterius, vt cum Socrates vocatur homo candidus.

Itaque non semper licet { vel coniuncta diuidere, / vel diuisa coniungere.

Non enim si Appelles est pictor bonus, propterea est bonus.
Non si quispiam est bonus, & pictor; propterea est bonus pictor.

Digitized by Google

Loquimur autem de coniunctione terminorum, quæ sit sine particula coniunctiua.

Itaque obseruandæ hæ quatuor regulæ veniunt.

Prima regula.

A diuisis ad coniuncta, non est tutum argumentari, *quando* coniunguntur per accidens.

Secunda regula.

Licet in ijs quorum vnum in altero continetur potentia, non actu.

[Licet non semper sit vsquequaque apta locutio.]

Socrates est homo, & animal.... est homo & risibilis.

Sed rectiùs dicatur homo risibilis, quàm homo animal.

Tertia regula.

Coniuncta non licet diuidere, si constant terminis pugnantibus: cadauer est homo mortuus: sed non est homo.

Quarta regula.

Non est tutum diuidere coniuncta, quæ coniunguntur per accidens: Si Homerus est bonus poëta, non ideo est bonus.

APPENDIX
DE PROPOSITIONIBVS CONIVNCTIS siue hypotheticis.
ARTICVLVS PRIMVS.
De toto genere.

Quid coniuncta propositio seu quæ coniunctione vna?

Ea vbi & alter, vel vterque terminorum geminatur, apertè aut occultè.

Monitū. Depromenda è rudimentis quæ illic continentur.

Tautologiæ in scribendo fugiendæ, non in legendo.

Veritas.

Veritas æstimanda ex affirmatione, negatione, & singulis partibus.

Dissolutio.

Dum detrahitur coniunctio particulaue coniunctiua vt habeantur singulæ partes compositæ propositionis, interdum mutatur grammaticus modus .p.dū dissoluuntur quæ sequuntur hypotheticæ propositiones.

Si veneris exorabis —— venies —— exorabis.

Si iusseris parebo —— iubebis —— parebo.

Falsum est me venisse & vidisse —— non & veni, & vidi.

Quantitas.

Digitized by Google

Quantitas.

Sunt qui hypotheticis propoſitionibus nullam affingant quantitatem.

Certè verè ſunt indefinitæ ..... ſi tamen ſoleant haberi pro generalioribus.

Generalis exprimetur ſi præponatur particula *ſemper*, aut conſimilis, in h° m. Semper ſi homo ſentit, homo eſt animal.

Particularis, ſi τὸ *ali quando*, velaliquid conſimile, in hunc modum: *Aliquando* ſi homo ſentit, homo eſt animal.

Negatio.

Vt negatiua ſit propoſitio hypothetica, ſiue coniunctiua,

debet { negari coniunctiua particula. / propoſitio inchoari vno ex iſtis modis, qui ſunt;

Non nec ..... non neque ..... non vel ..... non ſi ..... non niſi ....., non quia.

Aut alio qui ſit virtutis eiuſdem. p. ad hunc modum.

Non & veni & vidi: non *vel* veni, velvidi.

Non *ſi* veni vidi: non *quia* veni vidi.

Sed pro particula *non*, ſolemus vſurpare elegantер τὸ *nego*, τὸ falſum eſt, aut quid aliud conſimile, in hunc modum: Nego me & veniſſe & vidiſſe. Falſum eſt me & veniſſe & vidiſſe.

Affirmatiua cenſetur propoſitio hypothetica, quæ aliter habet.

Etiamſi ſexcentas complectatur negationes vt: Veni, ſed non vidi. Neque veni, neque vidi.

Interpretamur { τὸ *neque* ..... & *non* ..... non autem *non &*. / τὸ *niſi* ..... *ſi non* ..... non autem *non ſi*.

Quotuplex coniunctiua propoſitio? ¶

Eſt { copulatiua, diſiunctiua, conditionalis, cauſalis } componitur { ex abſolutis propoſitionibus. / ex modalibus, modoue affectis. / ex alijs coniunctiuis. / ex duobus pluribuſue generibus.

Duobus tantum membris { conſtat neceſſario vt { conditionalis. / cauſalis. } / non neceſſario conſtat, tumique { copulatiua. / veldiſiuncti- (ua.

Eſt { affirmans, negans } { vera, falſa } { aperta, occulta } { exponibilis, non exponibilis } &c.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De quatuor primis præcipuisque differentijs.

Veritas copulatiuæ.

Ad affirmationis veritatem requiritur, vt sint vera singula membra singulæue propositiones, .p. simplices, .p. in hac assertione: Conueni ipsum. Exposui criminationem suam: respondit, sed negaui, &c.

Nisi vera est affirmatio } vera est negatio.
Si vel vnum membrum falsum est }

Conducibile tamen distinguere & respondere ad singula membra, quàm totam assseuerationem inficiari.

ne prodatur causſa veritatis..... ne cum hoste ciuis opprimatur. De qua re in sermone de respondendo.

Veritas disiunctiuæ.

Vt *affirmatio* sit vera in disiunctiuis, duo requiruntur.

Est { vnum vt membra disiunctiuæ sint incompatibilia, .p. hæc. est par..... vel impar.
alterum vt eorum vnum necesse sit esse verum: numerus est par, vel impar.

Necesse est numerum esse parem, vel imparem.

Sed necessitas non semper est exquisita, & reuocabilis ad contradictionem, quia disiunctionis laudabilis duplex est genus.

Est { vna *necessaria*, vt hæc, numerus est { vel par. / vel impar.
altera *probabilis* tantùm, non necessaria, vt Petrus { est domi. / vel in foro.

Hypothetica propositio.

Hypothetica { latè quæuis composita propositio. / strictè & propriè conditionalis tantùm.

Veritas conditionalis propositionis.

Ad veritatem *affirmationis* vnum necessarium est: nempè vt necessario ex antecedenti inferatur consequens; in hunc modum;

Si homo est animal, homo sentire potest.

Quemadmodum ad probabilitatem, vt probabiliter, in hunc modum. Si pater veniſſet, vidiſſem ipsum.

Posito antecedenti ponitur consequens, non contrà: Si est homo est animal; non si est animal, ideo est homo.

Sublato consequenti, tollitur antecedens, non contrà: Nisi est animal, non

Digitized by Google

est homo: non si non est homo, ideo non est animal.

Veritas caussalis.

Ad veritatem affirmationis, duo hîc requiruntur .p. in hac assertione. homo sentit; *quia* homo est animal: homo est animal: *quia* homo sentit.

Requiritur { primò, vt vtraque pars sit vera .p. { homo est animal. / homo sentit.
secundò, vt quæ pars habet sibi præfixum τὸ *quia* vel similem aliam particulam sit causa alterius, vt hic: Quia homo sentit, homo est animal.

Quia nix candida est, disgregat visum.

Sed causa plerumque assignatur cur res cognoscatur, potiusquam cur res sit .p. in hunc modum: equus est, quia hinnit.

Sæpè probabilis tantum, non necessaria, vt hîc: Quia me vidisti, accessisti.

Affirmatio / Negatio } æstimatur { in simplicibus propositionibus ex *verbo*: / in hypotheticis ex particula coniunctiua.

ARTICVLVS III.

De exponibili propositione.

Quid exponibilis, quid exponens?

Exponibilis propositio, ea quæ sensu coniunctiua est propter aliquid in ipsa inclusum, licet verbis videatur simplex, vt: ego solus veni, & tamen omnes disputant præter Socratem.

Exponentes coniunctiuæ faciunt vnam propositionem apertè hypotheticam eiusdem sensus cum exponibili, vt; Ego veni, & alij non venerunt: Socrates non disputat, tamen alij disputant.

Quicquid autem facit propositiones exponibiles, id quandam relationem arguit, vt magis, minus, præter, solum, quatenus, incipio, vel desino, &c.

Quæ genera?

Id quod reddit propositionem exponibilem duplex:

Nam { vel adhæret verbo, vt cum dicitur incipio, desino, incalesco, vireresco, &c.
vel non, vt cum dicitur magis, minus, præter, solum, quatenus.

Item { affirmatur vt præter, solus, magis.
vel negatur, vt non solus, non magis, &c.

Ad exponibiles pertinent exclusiuæ, exceptiuæ, &c.

Quomodo exponitur exponibilis?

Copulatiua exponitur propositione, & interdum causali, si affirmetur id quod reddit exponibilem. p. in hunc modum. Solus veni .i. veni & alij non venerunt.

Digitized by Google

Diſiunctiua ſi negetur, in hunc modum: Non ſolus veni .j. vel non veni, vel alij etiam venerunt.

ARTICVLVS IIII.

De excluſiua propoſitione.

Excluſiua propoſitio eſt, quæ conſtat particula *ſolum*, aliaue ſimili, quæ ſit ſignum excluſionis.

Excluſio { vel affirmatur, vt ſolum, ſolus, tantummodo.
vel negatur, vt non ſolum, non ſolus, non tantum.

Excluſio non excludit ea, quæ conſequuntur rem, cui apponitur: ſiue quæ inde neceſſariò inferuntur.

Ex. gr. { qui aſſeuerat muſas eſſe tantum nouem, non negat eſſe tres.
qui ait duntaxat te eſſe hominem, non negat te eſſe animal.

Ea afficit { vel quid *adiunctum* termino, vt, Socrates habet veſtem tantum vnam.
vel *prædicatum*, quod { vel numerus, vt muſæ ſunt tantum nouem.
vel quid aliud, vt homo eſt tantummodo animal rationale.
vel *ſubiectum* denique, vt ſolus homo ratiocinatur.

Hinc autem naſci poteſt propoſitio, quæ multiplici excluſione conſtet.

Solus Socrates habet veſtem duntaxat vnam.

Sed hæc mixtio æſtimanda eſt, ex ſimplicibus formis.

Signum { ait { affirmato verbo, vt Solus homo eſt rationalis.
negato verbo, vt Solus homo non eſt rationalis.
negat { affirmato verbo, vt Non ſolus homo eſt rationalis.
negato verbo, vt Non ſolus homo non eſt rationalis.

Expoſitio propoſitionis vbi excluſio afficit ſubiectum.

Tollitur primo ſignum. j. particula excluſiua .p. *ſolus*; Deinde nectitur duplex exponens propoſitio, in hunc modum,

{ primò { copulatiuè fiat, cum ſignum affirmatur.
diſiunctiuè, per *vel*, cum ſignum negatur.
ſecundò { prior conſtet eodem prædicato, & ſubiecto, quo exponibilis.
poſterior negatione ſubiecti, & eodem attributo.

Digitized by Google

n. ita vt { tertiò { si prior affirmet, posterior neget. / si prior neget, posterior affirmet. } / quartò { copulando retineatur affirmatio, & negatio. / disiungendo mutetur affirmatio in negationem, negatio in affirmationem. }

Solus homo est animal rationale. i. { homo est animal rationale. / et non homo non est animal rationale. }

Solus homo non est rationalis. i. { homo non est irrationalis. / et omne non homo est non irrationale quid. }

Non solus homo est miser. i. { vel homo non est miser. / vel aliquid quod non homo est, miserum est. }

Quomodo exponitur illa cuius prædicatio afficitur exclusione?

Hæc { vel affirmat { numerum, vt musæ sunt tantum nouem. / vel aliud, vt homo est tantum animal rationale. } / vel negat { numerum, vt musæ non sunt tantum tres. / vel aliud, vt homo non est tantum animal. }

Si affirmetur numerus, expones copulatiuè ad hunc modum:

Musæ sunt tantum nouem. i. { musæ sunt nouem. / & musæ non sunt plures. }

Si affirmetur aliud à numero, expones copulatiuè, ad hunc modum.

Homo est tantum animal rationale. i. { homo est animal rationale. / nec homo est aliud ab animali rationali. }

Si negetur numerus, opus est disiunctione, ad h.m.

Musæ non sunt tantummodo tres. i. { vel musę non sunt tres. / vel sunt plures tribus. }

Item si negetur aliquid aliud à numero, disiunctione opus est ad h.m.

Homo non est tantum animal. i. { vel homo non est animal. / vel est etiam aliud ab animali. }

De exclusione rei adiunctæ termino.

Exclusio rei adiunctę termino, ex superioribus sermonibus facilè æstimatur.

ARTICVLVS QVINTVS.

De exceptiuis propoſitionibus.

Exceptiuam propoſitionem facit particula *præter*, aliaue ſimilis, vt: omne animal *præter* hominem eſt irrationale.

Exceptio nectit duo. n. { id vnde fit exceptio. p. animal. / et id quod excipitur. p. hominem.

Fit { copulatiuè, ſeu collectiuè vt; omnis homo eſt omne animal *præter* belluam. / diſtributiuè { à *ſubiecto*, vt omne animal præter hominem eſt irrationale. / ab *adiecto*, vt video meos omnes præter Socratem.

Copulatiuam illam exceptionem omittimus, diſtributiuam vnam intuemur.

Exceptio { apta eſſe poteſt, cum exceptum continetur in eo vnde excipitur tanquam in ſuperiori: vt homo in animali, &c. / inepta eſt, quæ ſecus habet, vt ſi dicas omnem hominem præter lapidem currere.

Continetur { vel tanquam pars *integri*, vt dentes in Aethiope. / vel tanquam pars *ſubiectiua*, vt homo in animali.

Exceptio ex adiuncto & prædicato vt cum Æthiopes dicuntur nigri, præterquàm dentibus, facilè æſtimatur ex ea quæ fit à ſubiecto.

Quotuplex exceptio à ſubiecto?

Quadruplex conſtituitur.

A fronte { aiens { affirmato verbo, vt: omne animal pręter hominem eſt irrationale. / negato verbo, vt: omne animal præter hominem non ratiocinatur.

A fronte { negans { affirmato verbo, vt: non omne animal pręter hominem currit. / negato verbo, vt: non omne animal præter hominem non currit.

Expoſitio.

A fronte { aiens ſibi toti præfixam negationem non habet, exponiturque copulatiuè. / negans contra habet, exponiturque diſiunctiuè.

Omnis homo pręter Socratem currit. i. { Socrates non currit. / et cæteri homines currunt.

Omnis homo præter Socratem non currit. i. { Socrates currit. / et cæteri homines non currit.

Digitized by Google

Non omnis homo præter Socratem currit. i. { vel Socrates currit. / vel non omnes alij homines currunt.

Non omnis homo præter Socratem non currit. i. { vel Socrates currit. / vel cęteri homines non currunt.

ARTICVLVS VI.

De Reduplicatiuis.

Reduplicatio.

Quâ, quatenus, quo nomine, qua parte, &c. & similes particulæ, formulæque pertinent ad hunc locum.

Hæ denotant { vel conditionem tantum secundum quam aliquid alteri dicitur cõuenire, vt hîc: homo quatenus aperit oculos, videt. / vel causam veram, quę { vel reciproca est, vt homo quatenus homo ridet. / vel non reciproca, vt homo quatenus homo est animal.

Item causa est { vel rei, vt homo quatenus rationalis ridet. / vel cognitionis tantú, vt homo quatenus ridet, est rationalis.

Reduplicatiua.

Quatenus { aut annectit termino alium terminum, vt homo quatenus animal. / aut eundem sibi ipsi iungit, vt homo quatenus homo.

Vtroque modo { vel cum verbo, vt { homo quatenus est animal, sentit. / homo quaten' est homo ratiocinatur. / vel sine verbo, vt { homo quatenus animal sentit. / homo quatenus homo ratiocinatur.

Quatenus si verbum proprium subiunctum habet, efficit causalem propositionem in h.m. homo quatenus homo est animal.

Quatenus dum annectit termino alium terminum, non propriè facit reduplicatiuam, sed verbo si desit subaudito, superaddito, causalem propositionem.

Reduplicatiua propriè est vbi terminus idem per particulam quatenus, aliamue similem iteratur, sine accessione alterius verbi, ab eo quod prædicatum nectit, cum subiecto reduplicando, ingeminandoue, vt homo quatenus homo ratiocinatur.

Digitized by Google

Quotuplex?

A fronte { aiens { affirmato verbo, vt homo quatenus homo eſt animal.
negato verbo, vt homo quatenus homo non eſt ſenſibilis.
negans { affirmato verbo, vt nõ homo quatenus homo currit.
negato verbo, vt nõ homo quatenus homo non ratiocinatur.

Expoſitio.

Expoſitio fit per cauſalem propoſitionem, ſubiuncto verbo ſum, es, eſt particulæ reduplicatiuæ ſi à fronte affirmet propoſitio in h.m.

Homo quà homo ratiocinatur. i. { homo ratiocinatur.
quia eſt homo.

Quando à fronte negat, exponitur per diſiunctionem;

Non homo, quà homo currit. i. { vel homo non currit.
vel non ideo currit quia homo.

ARTICVLVS VII.

De Comparatiuis propoſitionibus.

Comparatiua.

Magis quàm, minus quàm, æquè atque ſimileſque aliæ particulę, & gradus ſuperlatiui & comparatiui, comparatiuam propoſitionem faciunt.

Comparatio affirmata { impropria, quando quæ comparantur non conſentiunt in eo habendo, in quo fit comparatio, vt ſi dicatur mel felle dulcius.
propria { æqualitatis, vt ego sũ tãtus quantus tu.
inæqualitatis vt { ſum maior Petro, [vbi exceſſus.]
ſum minor Petro [vbi defectus.]

Item { vel affirmatur, vt ego ſum maior Petro.
vel negatur, vt ego non ſum maior Petro.

Contemnuntur improprię illę comparationes.

Quidquid affirmatur *comparatiuè*, debet affirmari *abſolutè*, non ſecundum quid tantum: ſecùs comparatio impropria eſt, licet enim à comparatiuo & ſuperlatiuo argumentari ad poſitiuum gradum, vt, nix eſt ebore candidior, Ergo eſt candida.

Lac eſt minus candidum quam nix: Ergo candidum eſt.

Expoſitio.

Cum negatur comparatio, expoſitio fit *diſiunctione*, ad hunc modum:

Homo

Digitized by Google

Homo non eſt ſagacior cane. i.
- vel homo non eſt ſagax.
- vel canis non eſt ſagax.
- vel canis magis eſt ſagax.
- vel canis æquè eſt ſagax ac homo.

Cum affirmatur comparatio exponitur *copulatiuè*, ad hunc modum.

Homo cane eſt ſagacior. i.
- homo eſt ſagax,
- et canis eſt ſagax.
- et canis non eſt magis ſagax, quàm homo.
- et canis non eſt æquè ſagax, atque homo.

Ariſtoteles philoſophorum eſt acutiſſimus. i.
- philoſophi acuti ſũt, Ariſtoteles eſt philoſoph⁹, ideoq; acutus.
- et alii non ſunt æquè acuti, neque magis.

ARTICVLVS VIII.

De Inchoationem deſitionemque ſignificantibus propoſitionibus.

Huc pertinent potiſſimùm duo verba, vt incipio, deſino, item verba incœptiua, vt frigeſco, luceſco & ſimilia.

Conſtat
- incœptiua
  - aut verbo quod à grammaticis nuncupatur incœptiuum, vt luceſco:
  - aut verbo *incipio*
- deſitiua vero verbo *deſino*

} ſed his duobus verbis poſtponitur.

Poſtponitur inquam
- aut nihil vt
  - Socrates deſinit.
  - Socrates incipit.
- aut aliquid vt
  - Socrates incipit calere.
  - Socrates deſinit calere.

Iam etiam rerum incipientium, & deſinentium varietas animaduertenda eſt.

Harum
- quædam intenduntur, & remittuntur in quibus verba incœptiua, vt caleſco, vireſco, non neceſſariò ſignificant rem non extitiſſe nullomodo antea: ſed ſignificant non extitiſſe abſolutè, aut ſaltem ſecundum quid.
- quædam non item vbi verba incœptiua, vt igneſco, creſco, ſignificant rem non extitiſſe immediatè antea.

Durant
- vel vno tantum momento, in eoque incipiunt, ſunt, deſinunt, vt vinculum indiuiduũ quo partes motus temporiſue cõnectũtur.
- vel diutius idque
  - aut ſucceſſiuè, vt calefactio.
  - aut permanenter, vt calor, calidum.

Quod fit
- interdum eſt eo momento tẽporis, quo fieri dicitur, vt calor.
- interdum non eſt, ſeu non neceſſariò eſt, niſi inchoatè, vt domus dum ædificatur.

Digitized by Google

Res esse { incipit { extrinsecè, per vltimum suum -- *non esse.*
intrinsecè per primum *suum esse.*
desinit { intrinsecè, per vltimum *suum esse.*
extrinsecè, per primum *suum non esse.*

De qua varietate alibi, nihil enim ad institutum nostrum videtur facere.

Expositio.

Exponitur hîc { affirmatio copulatiua propositione } pro more: porrò facile est superiores intuẽti regulas, & diuisiones expositiones conficere in h.m.
negatio disiunctiua propositione }

Ignis desinit esse. i. { ignis nunc est.
et mox non erit.

ignis incipit esse. i. { ignis nunc est.
et antea non erat.

Ignis non desinit esse. i. { vel nunc non est ignis.
vel mox etiam erit.

Diligentiùs philosophari de desitione, & incœptione rerũ, non est huius loci.

IN CAPVT OCTAVVM.

De Modalibus propositionibus.

Monitum.

Aristoteles exponit *æquipollentiam*, & oppositionem modalium.
Quæ in rudimentis accessione aliqua locupletanda sunt.

Quotuplex modus propositionis?

Vel afficit minorem terminum, aliquidue ipsi adiunctum, hoc pacto.
Qui verè amicus diligit amicum propter se.
Vel *maiorem*, aliquidue ei annexum, vt hîc, equus perniciter currit.
Vel *tempus* quod verbo consignificatur, vt hîc, luna non semper lucet, diu curro.
Vel denique *copulam* connexionemue prædicati cum subiecto.

Tum { vnus est, qui non indicat intrinsecam rationem consentionis, aut dissentionis terminorum, vt in his propositionibus: mundus Aristoteli est æternus: mundus meo iudicio non est æternus.
alter qui contra indicat, sed videtur esse duplicis generis.

Nam { vel non arguit materiei genus, vt e. g.
verè, falsò, per se, per accidens, specie tenus.
vel arguit illud, vt *possibiliter, contingenter, impossibiliter, necessariò.*

Digitized by Google

Quid modalis propoſitio?

Generatim propoſitio, quæ quouis determinata modo, aut magis determinata, quàm altera vt e.g. hęc: equus celeriter currit.

Eſt enim magis determinata, quàm quę ſequitur: equus currit.

Hic & ſpeciatim duntaxat ea, quę aſſeuerat, negatue aliquid eſſe *poſſibiliter*, vel *contingenter*, vel *impoſſibiliter*, vel *neceſſariò*.

Quæ partes eius?

Modus, qui { exprimitur verbo, nomine, vt neceſſariò, neceſſe, oportet : affirmatur vel negatur poſſibiliter non poſſibiliter, eſt quadruplex edifcendusque ordine.

Dictum, i. propoſitio abſoluta, quæ reliquitur detracto modo.

Sed *quando* detrahitur modus, ſæpe verbum alterius grammatici modi in indicatiuum mutandum venit, propter grammaticorum regulas.

Sunto enim hę propoſitiones diſſoluendę { neceſſe eſt me amare. / fieri poteſt vt amem.

Si detrahatur modus, iſtę propoſitiones naſcituræ ſunt, nec ſine mutatione temporis grammatici.

Ego amabo.... ego amo.

Dictum.

In dicto, ***materia***, quę { ſubiectũ { neceſſaria, vt hominẽ eſſe animal / impoſſibilis, vt hominẽ eſſe lapidẽ } poſſibile. / prædicatũ { poſſibilis, vt hominem currere }

Forma quæ eſt { verbum ſubſtantiuum, vt hominem eſſe animal / verbum adiectiuum, vt hominem deambulare } poſſibile eſt.

Quantitas, quadruplex quæ { ſingularis, vt Ariſtotelem / indefinita, vt hominem / generalis, vt omnem hominem / particularis, vt aliquem hominem } currere poſſibile eſt.

Qualitas { formalis { affirmatio, vt hominem currere / negatio, vt hominem non currere } poſſibile eſt. / materialis { veritas / falſitas } quæ pendẽt ex modi & materiæ cõſenſione.

Modus.

Modus { affirmatur, vt poſſibile eſt, contingens eſt, impoſſibile eſt, neceſſarium eſt. / negatur, vt non poſſibile eſt, non contingens eſt, non impoſſibile eſt, non neceſſarium eſt.

Digitized by Google

Varietas modalium constantium eodem prædicato, & subiecto.

Hîc { A, E, I, V } { purpurea, iliace, amabimus, edentuli } de quo negotio in rudimentis.

A affirmat *modum*, affirmat *dictum*, vt.... necessariò homo est.
E affirmat *modum*, negat *dictum*, vt ----- necessariò homo non est.
I negat *modum*, affirmat *dictum*, vt ----- non necessariò homo est.
V negat *modum*, negat *dictum*, vt ----- non necessariò homo non est.

Pertinet syllaba { prima ad possibilem. / secunda ad contingentem. / tertia ad impossibilem / quarta ad necessarium } mo dum.

Vocalium A. E. I. V. significatio indicata in compendiis.

Quid necessaria propositio?

Quot modis dicitur necessaria propositio, iam dictum est.

Quot modis materia est necessaria?

Est { ratione vtriusq; termini vt hîc; homo est rationalis, animal est sensitiuũ. / ratione alterius tantum, vt hîc { homo est animal. / candidum est coloratum. }

Necesse est hominem esse rationalem, & rationalem esse hominem.

At { necesse est hominem esse animal. / non necesse est animal esse hominem. }

Quid possibile?

Est { nunc quod neque impossibile, neque necessariũ, sed rariori significatu. / nunc quod esse potest { siue sit { siue fiat { siue necessariò. / siue non fiat { siue non necessariò. } } } / siue non sit { siue fiat { siue necessariò. / siue non fiat { siue non necessariò. } } } }

Quem significatum maximè vsurpamus.
Non facit *Deus quicquid facere potest.*

Possibilium { quædam nunquam fiunt. / quædam *aliquando* fiunt, quæ { vel necessariò. / vel contingenter. } }

Possibilium { alia nunquam sunt. { siue contingenter. / siue non. } / alia sunt *aliquando*, idque { siue contingenter. / siue non. } }

Quid contingens?

Id { primò videtur aliquomodo confundi posse cum possibili. / 2. est quod est aliquando; siue necessariò, siue non: siue semper, siue non. / 3. quod fit est-ue aliquando: sed non necessariò. }

Contingens in collationibus compendiariis confunditur cum possibili.

Digitized by Google

Cùm tertio ſignificatu ſumitur, collationes aliter ſunt inſtituendæ, ad quam rem magis opus eſt ingenij contentione.

Hoc tertio ſenſu { contingit hominem currere, &c.
non contingit hominem eſſe animal, fieri eclipſes, eum eſſe qui nunquam eſt futurus, &c.

Quot efferuntur modales propoſitiones ijſdem terminis citra conuerſionem conſtantes?

Sexdecim, 4. poſſibiles, 4. contingentes, 4. impoſſibiles, 4. neceſſariæ, vt

A poſſibile eſt hominem eſſe animal.
E poſſibile eſt hominem non eſſe animal.
I non poſſibile eſt hominem eſſe animal.
V non poſſibile eſt hominem non eſſe animal.

A contingens eſt hominem eſſe animal.
E contingens eſt hominem non eſſe animal.
I non eſt contingens hominem eſſe animal.
V non eſt contingens hominem non eſſe animal.

A impoſſibile eſt hominem eſſe animal.
E impoſſibile eſt hominem non eſſe animal.
I non impoſſibile eſt hominem eſſe animal.
V non impoſſibile eſt hominem non eſſe animal.

A neceſſarium eſt hominem eſſe animal.
E neceſſarium eſt hominem non eſſe animal.
I non neceſſarium eſt hominem eſſe animal.
V non neceſſarium eſt hominem non eſſe animal.

De collatione propoſitionum modalium.

Hactenus modalis propoſitio in ſe ſpectata eſt, nunc verò conferenda eſt cum propoſitione altera.

Confertur autem primùm cum *categorica*, deindè verò cum *modali*.

Reſpondet { A { neceſſarij modi A / impoſſibilis ... E / poſſibilis contingentis } I } ſimplici, non modali, per proportionem quandam.
Reſpondet { E { poſſibilis / contingentis } O } ſimplici, non modali, per proportionem quandam.

Reſpondere dixi, non autem eſſe planè virtutis eiuſdem.

Modalis autem cum modali duobus confertur modis.

Confertur { nunc cum modalibus eiuſdem generis .p. impoſſibilis cum impoſſibilibus, neceſſaria cum neceſſarijs.
nunc cum modalibus aliorum generum .p. neceſſaria cum poſſibili contingenti, impoſſibili.

Digitized by Google



Ad posterioris collationis negotium proponuntur 4. vocabula .n. *purpurea, iliace, amabimus, edentuli.*

Hinc patet æquipollentia, conuersio, oppositio.

Æquipollentia, quia quæcunque propositiones continentur eodem vocabulo, idem significant, vt in hoc exemplo.

PVR non est possibile hominem non esse animal.
PV non est contingens hominem non esse animal.
RE impossibile est hominem non esse animal.
A necesse est hominem esse animal.

Conuersio, quia conuertitur { purpurea / amabimus } in amabimus. iliace in iliace.

Oppositio .n. *contrarietas*, *subcontrarietas*, &c. eodem hîc intelligitur modo quo in simplicibus absolutis siue in A E I O..



Purpurea in amabimus conuertitur.

Necessariò homo est animal: Ergo possibiliter animal est homo.

Necesse est hominem esse animal: Ergo possibile est aliquod animal esse hominem.

Amabimus conuertitur in amabimus, in hunc modum.

Possibile est Regem esse figulum: Ergo possibile est figulum esse Regem.

Conuertitur iliace in iliace, in hunc modum.

Fieri potest vt animal sit planta: Ergo fieri potest vt planta sit animal.

Digitized by Google

IN CAPVT VLTIMVM.

De Oppoſitione.

Oppoſitio varia in propoſitionibus, vt declaratur.

.n. { vna, cum duæ propoſitiones conſtant ijſdem terminis, eodemque modo collocatis, pugnant tamen, de qua ſæpius loquuti ſumus.
altera cum de eodem ſubiecto oppoſita affirmantur vel negantur, in hunc modum.

Lex eſt æqua. Lex eſt iniqua.
Lex non eſt æqua. Lex non eſt iniqua.

Prior oppoſitio pendet { *à quantitate*, vt in ſubalternis. / vel ab *affirmatione* & negatione.

Quæritur vtrùm duæ propoſitiones contradicentes, quarum vna affirmat quod altera negat, vt: Coruus eſt niger: coruus non eſt niger. Aqua eſt frigida, aqua non eſt frigida.

Magis aduerſantur ſibi inuicem & opponuntur:

Quàm duæ de eodem, vel oppoſita affirmantes, vel oppoſita negantes:

vt coruus { eſt niger / eſt albus. } coruus { non eſt niger. / non eſt albus. }

Reſpondet Ariſtoteles magis aduerſari affirmationem negationi .j. oppoſitas prioris generis:

quàm { affirmationem affirmationi / negationem negationi } .j. propoſitiones poſterioris generis.

Quia { vt ſe res habet in mente: ita & in verbis. / in mente verò magis opponitur affirmatio negationi, &c. Et illinc potius ſpectatur diſſenſio opinionum.

Ideo & in voce ſeu ſermone exteriori, ita ſe res habet.

Sumptio firmanda eſt. Sed prius quæritur,

vtrùm opiniones, & propoſitiones ſint contrariæ *quando* contraria duo affirmantur de duobus contrarijs, in hunc modum.

Bonum eſt bonum ..... malum eſt malum.
Videns eſt ſenſibilis cœcus eſt inſenſibilis.

Reſpondet autem Ariſtoteles eſſe contrarias, & oppoſitas: quia oppoſitio [habitualis] poteſt eſſe eadem contra duo. *Ratio* 1.

Adde quod poſſunt eſſe ſimul veræ.

Sumptio ſuperior probatur, quia *vnum vni opponitur*, futurum vero vt multa vni *aduerſentur niſi hanc* amplexemur.

Vera oppoſitio propoſitionum conſiſtit in affirmatione, & negatione eiuſdem de eodem. 2.

Digitized by Google

Vnde oriatur { veritas, quæ geneti similis. / falsitas, quæ corruptioni, destructioni.

Maximè aduersari sunt sentienda, quæ maximè pugnant, ratione veritatis & falsitatis: idque per se. Semper autem contradicentium vna vera, altera falsa.

Qui modus oppositionis considerandus est in propositionibus, debet habere locum in omni rerum genere.

Omnia sortiuntur *contradictionem*, non omnia *contrarietatem*.

Vtres habet in infinitis, ita & in finitis propositionibus.

Illic autem potissimum ponderatur oppositio affirmationis, & negationis.

Huic enim propositioni, non bonum est bonum,

opponitur { non ita, non bonum est malum. / sed hæc, non bonum non est bonum,

Monitum.

Consulenda quæ docuimus in cap. de oppositis.

Aliæ oppositiones ferè inuoluunt contradictiones, vt declaratum,

Ais me esse perfidum, mendacem, &c.

Respondeo me esse fidum mendacem, &c.

Ea responsione abundè Nego me esse perfidum, &c.

Vt fatentur etiam qui agunt de singulari certamine.

FINIS.

BREVIS

Digitized by Google

BREVIS

COMMENTATIO DE LOGICA ORATIONE, ET DOCTRINA.

Pro Isagoge ad Analytica.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Quæstione.

Quid Quæstio?

ST { oratio elata per interrogationem.
   { oratio qua indagatur medium, & omnino quæritur, & interrogatur aliquid.

Quauis quæstione quæritur medium, siue argumentum, 2. Posteriorum, cap. 2.

Quotuplex quæstio?

Diuisio prima.

Dicitur { *causa*, thesis, & est de re vniuersali, vt de Rege puero.
        { *controuersia*, hypothesis, & est de re singulari, vt de Rege Ludouico.

Quid thesis apud nos?

Est { nunc quæstio vniuersalis.
    { nunc assertio quæuis, vt ferè in schola.
    { nunc assertio paradoxa.
    { nunc & sæpè notio quæ ponitur non probatur, vt definitiones, & communes notiones.

Diuisio secunda.

Est { simplex { de existentia vt *an sit*, an res sit, an sit vera.
    {   { de essentia vt *quid sit*, quid res sit.
    { complexa { *an ita sit* .p. qualis sit, quanta sit.
    {   { cur ita sit, vt quare homo est mortalis.

Digitized by Google

Quot ſunt genera eorum quæ quæruntur: Tot eorum quæ de re ig. ſciuntur aut comprehenduntur.

Tertia diuiſio.

Eſt { *ſyllogiſtica* ea ad quam licet reſpondere per *etiam*, aut *non*: vt ex. gr. curritne homo, eſtne animal rationale.
non ſyllogiſtica ad quam non licet: vt ex. gr.

Quid eſt homo? cur homo eſt? qualis homo? quotuplex homo? vbi hab.

Quotuplex ſyllogiſtica?

Syllogiſtica { vel interrogat vtramque partem contradictionis, & dicitur propriè quæſtio, & problema apud Dialecticos, ſiue Topicos: vt eſtne, nec ne homo animal?
vel alteram tantùm, & appellatur propoſitio: vt,
Nonne homo eſt animal? (pro affirmatione.)
Num homo eſt animal? (pro negatione.)

Quarta diuiſio.

Eſt { ſolubilis .j. ſolutu facilis.
ardua, & ſolutu difficilis: vt,
Qui dicit ſe mentiri, mentiturne, an verum dicit?

Quinta diuiſio.

Eſt { Philoſophica, tumque Logica, vel Ethica, vel Phyſica.
non Philoſophica: vt militaris, ſutoria, ſartoria.

Sexta diuiſio.

Eſt { velanalytica, reſolutoria, didaſcalica, doctrinalis.
vel Dialectica, ſiue propriè Dialectica.

Quotuplex analytica?

Eſt { primaria: vt *an ſit, quid ſit, an ita ſit, cur ita ſit.*
ſecundaria: vt *eſtne homo, quid eſt homo, an albus homo, cur albus homo.*

Quid quæſtio Dialectica?

Eſt { primò quæſtio quæuis ſyllogiſtica.
ſecundò ſyllogiſtica quæ interrogat vtramque partem contradictionis.
tertiò ſyllogiſtica quę interrogat vtramque partem, nec eſt indifferens, ſed probabilis, vel improbabilis.

Quæ interrogat alteram tantum partem, quotuplex?

Eſt { probabilis, quæ videtur vera omnibus, aut pluribus, &c.
improbabilis, quæ improbatur, videtur falſa omnibus, &c.
neutra & indifferens. De qua non eſt latum neque iudicium, neque præiudicium.

Digitized by Google

Omnino quotuplex Dialectica quæstio?

Est { primaria } { Philosophica vt Logica, Ethica, &c.
    { secundaria } { vel non Philosophica.

Primaria { estne nec ne accidens } { conuenitne nec ne.
         { estne nec ne genus   } { conuenitne essentialiter.
         { estne nec ne proprium   } { conuenitne reciprocè.
         { estne nec ne definitio } { cõuenitne essentialiter, & reciprocè.

Monitum.

Quid problema, quid theorema significet in Logica, Mathematica, declaratum alibi.

ARTICVLVS II.

De prænotione & doctrina.

Quid prænotio?

Stoïcis est noema naturale. De qua re alibi, in Compendio Logico & passim in categorematis Porphyrianis. νόημα.

Nobis { generatim notitia præcedens notitiam.
      { propriè notitia antecedens aliam, & ad eam necessaria: vt sensio ad intellectionem.
      { proprijssimè intellectio, quæ ita antecedit alteram, & ad eam necessaria est, vt ipsam faciat, aut saltem dirigat.

Definiri potest notitia mentis alteram præcedens, eamque faciens, aut dirigens saltem.

Quo modo vocatur?

Dicitur { prognosis, præcognitio, cognitio antecedens, thesis, & positio, quia ponitur non probatur. προγνωσις.
       { item hypothesis, & suppositio, sed tantum quando est propositio quæ ponitur non probatur: vt, omne totum est parte maius.

Quid præcognitum?

Id cuius cognitio & intelligentia anticipatur ad alterius rei notitiam dirigendam, aut faciendam.

Quotuplex prænotio?

Prima est *vocabuli*, quæ non pertinet mentalem ad orationem.

Secunda *essentiæ*, quâ quid res sit præcognoscimus.

Tertia *existentiæ* quâ an res sit, aut an sit vera propositio præcognoscimus, seu præcognoscimus rem esse, aut veram esse propositionem.

Est { vna quæ dirigit tantum doctrinam: vt si præcognoscas quid significet vterque terminus conclusionis, & quid sit vterque saltem rudi præcognitione.
    { altera quæ efficit doctrinam: vt præcognitio probationis.

Digitized by Google

Quid dianoëticum?

Διανοητικόν. Latè quidquid intellectiuum, intellectuale, mentale.
Propriè quod est discursiuum, ratiocinatiuum.

Quid doctrina, seu doctrina dianoëtica?

διδασκαλία. Doctrina & didascalia apud Aristotelem videtur opponi præcognitioni, & intellectui, qui opponitur scientiæ & opinioni.

Ea doctrina { Auerroi, est notitia rei quæsitæ. / Diuo Thomæ, est notitia dubiæ rei.

Omnis doctrina & disciplina dianoetica fit ex antecedenti cognitione, & ex antecognitis.

De nomine doctrinæ alibi .n. paulò inferiùs ad lib. Apodicticos.

Eadem energia dicitur doctrina & disciplina, didascalia, & mathesis.

Quotuplex doctrina dianoëtica?

Est scientia vel opinio discursiua, vel non discursiua.

ARTICVLVS III. §

De Oratione Logica.

Ordo.

Ordinis ratio repetenda ex sermone de methodo.

Ab elementorum explicatione progrediendum est ad illud exponendum quod indè coagmentatum, vt in physiologia, à principijs ad corpus naturale: Atqui in Isagoge, Categorijs & Interpretatione explicata sunt elementa orationis Logicæ: Ergo ad huius explicationé accedendum: nullam autem descriptionem eius suppeditauit Aristoteles, sed facile est è specierum descriptionibus elicere descriptionem generis.

Nomen.

Præcipuæ species materiei nostræ sunt { definitio, vt animal rationale. / diuisio. / argumentatio, vt syllogismus. / methodus, vt tota physiologia.

Ad commune genus reuocantur per expressionem similitudinum, communitatum.

Illud quia nomine caret periphrasticè est efferendum.

Dicitur *modus cognoscendi*, modus intelligendi, instrumentum cognoscendi.

Opus Logicùm siue opus Logicæ artis, vt architecturæ, domus.

Logica oratio, oratio Philosophi, oratio Philosophica.

Oratio veritatis index, & manifestatrix.

ἐνδεικτικὸν. Oratio quâ ignotum elicitur ex noto, tanquam ex endictico signo.

Operis / Orationis } distinctio posita in rudimentis cum notione.

Digitized by Google

Ratio moduſue cognoſcendi, & intelligendi ſumitur multipliciter.

Sumitur { Primò, pro ipſa logica arte.
2. pro cognitionis qualibet determinatione.
3. vt hîc pro logica oratione.

Inſtrumentum ſciendi, ſiue cognoſcendi, variè ſumitur,

P. { pro mente ipſa, quæ eſt organum organorum.
pro logica, quæ vulgò appellatur organum.
pro quouis habitu mentis, & quouis adiumento intellectionis.
pro logica oratione.

Quid hæc Oratio?

Eſt oratio quæ vi ſua ac per ſe veritatem efficit clariorem, credibiliorem, & nos certiores.

Oratio qua ignotum comprehenditur ex noto. In quauis arte legitimum opus eſt effectus ille, qui per ſe ſufficit ad finis aſſecutionem.

Vt domus integra ad habitationem, nauis ad nauigationem.

Partes logicæ orationis efficiunt veritatem manifeſtiorem: ſed non niſi in legitimam operis formam coagmentatæ, & compoſitæ. *Obiect.*

Cuiuſmodi eſt Logica oratio?

Logica oratio continet tria, vocem, notionem, rem ſignificatam.

Nulla ſimplici termino abſoluitur.

Quæque à rebus clarioribus ad obſcuriorem, prouehit mentem.

Cuiuſque dignitas ex cauſſis & effectis, claritate, certitudine, &c. æſtimatur.

Quotuplex forma orationis Logicæ?

Quadruplex { definitio, diuiſio, argumentatio, methodus } quæ examinanda ad amuſſim traditæ definitionis.

Partes per naturam ſunt clariores quàm totum.

Diuiſio explicat totum per partes amouendo compoſitionem, coagmentationem: vt cùm diſſoluitur per cogitationem machinale horologium.

Definitio rem explicat { per partes ſed coniungendo & aptè collocando.
per cauſſas, quæ per naturam clariores.
per adiuncta.

Argumentatio mentem prouehit à propoſitione ad propoſitionem tanquam à gradu ad gradum.

Methodus propria vi, & non emendicata à definitione, diuiſione, argumentatione, veritatem manifeſtiorem facit.

Etenim ſi ſimul multæ demõſtrationes, diuiſiones, definitiones, & propoſitiones, perturbato proponantur ordine: non erit perſpicua oratio æquè, atq; ſi bene diſponantur.

Præterea oratio logica anguſtioris magnitudinis componi poteſt, quę ſit expers diuiſionum, definitionum & argumentationum,

Digitized by Google

Idque { tum aptè { tum clarè { tùm artificioſè. / tùm inartificioſè. } / tum obſcurè { tùm artificioſè. / tùm inartificioſè. } } / tum ineptè { tum clarè { tùm artificioſè. / tùm inartificioſè. } / tum obſcurè { tùm artificioſè. / tùm inartificioſè. } } }

Omnino logici eſt methodos componere, & orationes grandiores, quæ ſint idoneæ ad illuſtrationem veritatis.

Thema { dirigitur, diſponiturque methodo. / tractatur { argumentatione, ſi ſit propoſitio. / definitione { ſi ſit ſimplex. } / diuiſione { ſi ſit ſimplex. } } }

Virtus definitionis { alia, quatenus eſt definitio. / alia, quatenus eſt argumentum, & pars ſyllogiſmi. / alia quatenus eſt pars methodi. }

Obiectiones.

Non niſi duo cognoſcendi inſtrumenta { diuiſio / compoſitio } ex Phædro Platonis.

Reſponde compoſitionis nomine contineri poſſe methodum, argumentationem, definitionem.

Principiorum cognitio eſt inſtrumentum cognoſcendi, itemque mens, oculus, imagines rerum &c. Ergo plura quam quatuor cognoſcendi inſtrumenta.

D. C. { ſi ſpectentur tres priores ſignificatus G. / ſi ſpectetur duntaxat quartus N. }

Non ſunt niſi tres mentis operationes: Ergo non niſi tria cognoſcendi inſtrumenta. Negatur conſecutio.

reſolutio eſt inſtrumentum, D. { idem cum argumentatione, aut methodo, C. / diuerſum N. }

Reſponſum viri docti { facit nos certiores. / ſæpe tamen continetur vnica propoſitione. }

Ergo vnica propoſitio poteſt nos certiores reddere, veritatem manifeſtare: Ideò propoſitio meretur nomen logicæ orationis.

D. P. { vi authoritatis C per ſe vnum N. / in voce, & in eo qui reſpondet C. / in mente eius qui interrogauit, & qui audit N. }

Etenim euadit illic in integram argumentationem in hunc modum:

Credendum eſt quod reſpondetur & narratur ab eo qui nolit fallere, nec fallat per imprudentiam:

Quod nunc auditur eiuſmodi eſt. Ergo, &c.

Logica oratio eſt æquè valida in ore vnius, & in ore alterius.

Digitized by Google

Monitum.

Sunt qui reuocant { definitionem / argumentationem / methodum. } ad nomen compositionis.

Sunt qui methodum non numerant, inter instrumenta cognoscendi.

Sunt qui solam argumentationem habeant pro instrumento cognitionis.

Sed constat Logici esse præcipere { de definiendo. / de diuidendo. / de argumentando. / de construendis methodis.

Itaque dissensiones illæ parui sunt momenti.

De definiendo, de diuidendo loquemur alibi. n. ad Posteriorum calcem.

ARTICVLVS IIII.

De tertia mentis operatione.

Quid Illatio, & consequentia?

Inferre & argumentari communissimè est colligere vnam propositionem ex alia, vel ex aliis paulatim mentem promouere à propositione, vel propositionibus, ad propositionem.

Quæ nomenclatura, quæ distinctio?

Appellatur fides, argumentũ, argumentatio, demonstratio, signum, consecutio, consequentia, ratiocinatio, tertia mentis operatio. &c.

Sed argumentatio nunc complectitur conclusionem tanquam partem, nunc nomen.

Quæ partes priori sensu? quis earum ordo?

Partes sunt duæ { *antecedens*, siue probatio. / *consequens*, siue conclusio.

Sed { aliquando præcedit consequens in vocali oratione in h. m. Sol lucet .... quoniam est dies. / aliquando { præcedit antecedens / subiungitur consequens } in h. m.

Est dies ..... Ergo Sol lucet.

Quotuplex Argumentatio?

Est { vna vitiosa. / altera proba, quæ est { vel probabilis tantum. / vel necessaria.

Digitized by Google

Probabilis { vel ratione materiæ est talis: vt, barbara, quando aliqua propositionum antecedentium est probabilis tantum, non necessaria.
vel ratione formę & dispositionis: vt syllogismus ex duplici affirmatione in secunda figura.

Quod amisi est candidum, rotundum, &c.
Quod video est candidum, rotundum, &c.
Ergo fortasse est illud quod amisi.

Inductio Socratica, & exemplum.

Quæ leges Consecutionis, & illationis probæ?

Prima & princeps regula.

Contradictio conclusionis euertit antecedens, si proba, est illatio p. in hunc modum.

Animal sentit, Equus est animal, Ergo equus sentit.
Equus non sentit .... est animal. Ergo aliquod animal non sentit.

Secunda.

ex 8. Top. cap. 4. & 5.

Antecedens { verum veram conclusionem parit, vt: equus { docetur. Ergo memoria valet.
falsum { et veram / et falsam } in h. modum.

Equus eligit { Ergo viuit. Ergo ratiocinatur.

Tertia.

Ex 8. Phy. sic. cap. 5 9. Metaph. 5. 1. Priorum cap. 11.

Antecedens { necessarium necessarium conclusionem parit.
equus sentit: Ergo equus est animal.
contingens { contingentem / necessariam } vt equus currit { Ergo mouetur. Ergo est animal.
impossibile impossibilem .... contingentem .... necessariam vt:

Planta sentit { Ergo dolere potest. Ergo alteratur actu. Ergo viuit.

Quarta.

Ex 1 priorũ cap. 13. & 7. Metaph. cap. 4.

Conclusio { vera ex vero, & ex falso / falsa ex falso duntaxat } nascitur.
impossibilis ex impossibili.
contingens { ex contingenti / ex impossibili }

necessaria

Digitized by Google

Conclusio { necessaria { ex necessario. / ex contingenti. / ex impossibili. } antecedenti nascitur.

Monitum.

Hîc { necessarium, quod necessariò / contingens, quod contingenter / possibile, quod possibiliter / impossible, quod impossibiliter } verum.

Vnde colligitur antecedens, colligitur & consequens.

Ex 1. Priorũ cap. 21. 2. priorum cap. 2. & 4.

Quicquid cum antecedenti coniungi potest, & cum consequenti potest, non contra.

Consulendus sermo de syllogismo.

Quotuplex argumentatio proba?

Est { vna magis propria, & vsitata, vbi conclusio constat aliis terminis, quam propositionum antecedentium vlla: vt, homo sedet: Ergo homo est animal. / altera minus propria, minus vsitata, vbi antecedens propositio & consequens constant planè ijsdem terminis.

Monitum.

Idque { vel cum inuersione, seu conuersione propositionis. vt cum vertitur A in I, E in E &c. / vel sine inuersione, vt cum infertur, concluditur,

I ex A omnis homo est: Ergo quidam homo est.

O ex E nullus homo est. Ergo quidam homo non est.

Quod genus argumentationis intelligendum est ex priori, & videtur esse Enthymema quoddam.

Quænam formulæ prioris argumentationis?

Prima diuisio.

Argumentatio fit { per interrogationem: vt à dialectico. / aut citra interrogationis operam.

Secunda diuisio.

Argumentationes { præcipuæ Inductio & Syllogismus. / minus præcipuæ, exemplum, enthymema, epicherema rhetoricum, sorites, dilemma.

Tertia diuisio.

Virtute formæ concludit { necessariò, vt barbara, celarent, &c. / vel probabiliter tantum: vt inductio Socratica, exemplum, syllogismus secundæ figuræ ex affirmatione duplici.

Digitized by Google

Quarta.

Prima. Est { vel virtute tantum syllogismus: vt Enthymema, inductio, exemplum &c.
vel etiam secundum formam, tumque dicitur absolutè syllogismus.
argumentationis virtus videtur imiti syllogismo, & ad syllogismum quæuis reducendo: ideo ex syllogismo intelligenda quæ pertinent ad vniuersum genus argumentationis.

2. Reuocari potest { ad syllogismum, Enthymema.
ad enthymema, exemplum & inductio.

3. Sed syllogismi fere indigent propositione vniuersali, quæ fit per inductionem: ideò syllogismus videtur supponere inductionem.
Et reuera necesse est inductio præcedat primum syllogismum constantem generali propositione.

4. Ita nihilominus præcedit, vt huius certitudo tum demum perfectè appareat, cùm reducta est ad aliquem syllogismum: itaque partim præcedit, partim sequitur.

5. Quod autem syllogismus benè conformatus concludat necessariò, si antecedentes concedantur hoc per se clarum est. ... saltem in formis melioribus. p. barbara, celarent, &c. nec probatur nisi per prima axiomata.

6. Quod propositio vniuersalis sit concedenda, inductione probatur.

Quinta & sexta.

Argumentatio { mutila } { simplex.
integra } { composita.

Monitum Vt non tantum machinas principes explicant mechanici. p. rotam, vectem, cuneum, &c. verumetiam alias quasdam mutilas & compositas. p. bipennem, securim:

Ita Logici { non solùm syllogismum exponunt.
verum etiam alias argumentationes, quæ syllogismo vim suam acceptam referunt: maximè quando agunt de vocali oratione, vbi compendia quærenda.

Monitum Consulendæ diuisiones syllogismi paulo inferiùs exponendæ.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De variis speciebus Argumentationis.

Epicherema.

ἐπιχείρημα. ἀπὸ τοῦ πιάζω. Apud nos { vt aporema syllogismus dialecticus deducens ad incommodum:
ita Epicherema syllogismus dialecticus ostensiuus.

Digitized by Google

Sed Epicherema apud Rhetoras est syllogismus in vnam contractus propositionem aut interrogationem, vt:

Patrem filius acusat? à Nazareth potest esse aliquid boni?

Sorites.

Sorites dicitur gradatio & argumentatio à primo ad vltimum.

Duos aut plures coacervat & gradatim continuat syllogismos, in hunc modum;

Homo est animal..... animal viuit .... quod viuit, mixtum est..... quod mixtum est, quatuor elementa continet.

Ergo à primo ad vltimum homo constat quatuor elementis.

Cùm autem in syllogismo bene conformato conclusionis falsæ culpa reicienda sit in antecedentes:

Est { facile in syllogismo propter paucitatem / difficile in gradatione propter multitudinem } propositionum antecedentium conijcere quænam sit accusanda.

Dilemma.

Dilemma videtur esse syllogismus mutilus, aut integer, vbi argumentum ducitur ab enumeratione partium, sumptionique adiungitur confirmatio vtriusque partis, omniumue partium. p. in h. m.

Si veniet, vel hac, vel illa via.

Atqui { non hac, quia hoc obest, &c. / non illa, quia tale impedimentum, &c.

Ergo non veniet.

Dilemma { infirmat / confirmat } est { duarum partium / plurium partium } { enthymema. / integer syllogismus.

IN QVATVOR LIBROS ANALYTICOS.

Pauculæ Quæstiones pro Præfatione.

Quis author?

ARistoteles, si quid fidei { penes stylum & characterem. / penes interpretes, commentatores. / penes citationes. } Analytica citat passim Aristoteles, vt in lib. de interpreta. 8. Topico. 6. Ethico.

Non consentit tamen census librorum Analyticorum apud Laërtium in Aristotele positus cum hocce quaternario numero: sed potuit Aristoteles multa scripsisse Analytica opera ---- vt Ethica multa composuit.

gitized by Google

Quæ materia obiecta?

Est { Præcipua materia analyticorum apodixis siue demonstratio.
adæquata { priorum syllogismus, ex cap. 2. lib. 1. Priorum.
posteriorum apodixis, siue demonstratio.

α' πόδει-ξις.

Tractatur-ne syllogism⁹ tanquã illatiuus, an tanquã probatiu⁹?

Tractatur vtroque nomine, quia { et forma syllogismi exponitur.
et ratio inueniendi argumenti.

Primò Aristoteles initio huius operis profitetur se acturum de demonstratione. Respondeo eum indicare materiam præcipuam non totam.

2. Syllogismus creditur proponi pro materia toti organo Aristoteli : Ergo non æquatur prioribus Analyticis.

D. Ant. { si consideretur vt explicandus per omnia principia, per partes, per species, proponitur toti organo.
si consideretur vt explicandus per se, siue per suam materiam, & formam formæque species, proponitur prioribus analyticis.

Quæ inscriptio?

Titulus occurrit tum communis, tum proprius.

Communis quatuor librorum, quia { ab omnibus analytici resolutorii inscribuntur seu de analysi resolutione.
à quibusdam dicuntur critici, seu de iudicio.

Proprius { priorum { de syllogismo.
de prima analysi, de priori analysi.
posteriorum, quia inscribuntur { analytica posteriora.
de posteriori aut secunda resolutione: de apodixi siue de demonstratione.

In mente vis vna { inueniendi / iudicandi } vt dicetur alibi: vnde hi libri à nonnullis appellantur critici.

Sæpe cum opus habet communem titulum, partes priuatum sortiuntur.

Quid ἀναλύειν?

Est { aliquando redire, reuertere, vt soluere discedere est.
aliquando enecuare, dubitare, dissoluere.
sæpius in philosophicis reducere aliquid non coaluit. { ad ea vnde coaluit prodiit.
vel ad simpliciora ex quib⁹

Resolutio fit re ipsa & à natura, & à nobis, & sola cogitatione, tumque resolutio & analysis occurrit multiplex,

p. { *totius* in suas partes: vt speciei in genus & differentiam, horologii in varias machinas.
compositi in simpliciora è quibus tamen non componitur : vt cum progredimur ab homine ad belluam, hinc ad plantam.
causæ in effectus. p. luminis in calefactionem, indurationem, liquefactionem, attenuationem.
effectus in causam, quæ practica vel theoretica.

Digitized by Google

Est { theoretica .j. conclusionis in principia vnde nascitur.
practica. j. finis in media .p. sanitatis in diætam, pharmaca, &c.

Vnde apellantur hæc analytica?

Non ab analysi illa: De qua agetur cap. tertio decimo lib. 1.
Non à demonstratione, & apodixi } quia titulus foret iusto angustior.
Non à demonstratione accuratiori }
Non à methodo resolutoria, vt Ciceronis liber, partitiones à diuisiua methodo:
primò, quia ratio hæc inscribendi insolens.
secundò, quia si hoc opus propter methodum inscriberetur resolutio, adiungenda foret differentia .p. in hunc modum.
resolutio Logica, analysis Logica, vt partitiones Ciceronis dicuntur oratoriæ.
tertiò, quia quæ hîc docetur ars, ea per se, & omissa methodo, vocatur analytica, vt cap. 4. lib. 4. Metaphysicæ.

Sed { ex eo quod { resoluere significat ratiocinari.
{ syllogismus est quædam resolutio quęstionis in principia.
{ aut ex eo quod docetur ars resoluendi syllogismum & orationem Logicam in partes, syllogismumque ad præcepta artis, examinandi per resolutionem;

Artificis est opus .p. { domum { & artificiosè condere.
{ orationem { & ad leges artis examinare & retexere,

Sed alicuius operis { genesis pertinet ad authorem tantum.
{ analysis & examen etiam ad alios.

Grammatici } resoluunt opera sua vt examinent.
Artifices }

Verum hîc analytica est ars resoluendi, siue examinandi per resolutionem, atque etiam componendi non quiduis, sed doctrinam & scientiam; seu ea pars Logicæ, quæ opponitur Dialecticæ, vt Metaphysica Physiologię.

Quæ prior, quæ posterior analysis?

Analytica { vna generalis, quâ expenditur syllogismus, aut doctrina generatim.
{ altera particularis, quæ { vel demonstrationis & scientiæ.
{ vel opinionis.

Sed præcepta examinandæ opinionis { partim à generali arte repetuntur.
{ partim intelliguntur ex arte demonstrandi.

Digitized by Google

Quæ ratio ordinis?

Analyticis librum de Interpretatione præponimus, quia ſyllogiſmus componitur ex propoſitione.

Topica { nonnulli præponunt tanquam inuentionem iudicio.
alij poſtponunt, & rectiùs.

Quia { genus antecedit ſpeciem.
ſermo inſtituitur, & habetur { in prioribus analyticis de ſyllogiſmo.
in Topicis de probabili ſyllogiſmo.

Quæ ratio vtilitatis & methodi?

Quæ dicuntur de vtilitate totius Logicæ potiſſimùm pertinent ad analyticã. Methodus hîc varia. Reſoluimus, componimus, & diuidendo à genere progredimur ad ſpecies.

Quæ operis partitio?

Ex quadraginta libris Analyticis, qui nomine Ariſtotelis inſcripti in bibliothecis antiquis reperiebantur, ceteri tanquam adulterini ſunt reiecti. Seruati hi ſoli quatuor teſte Philopono.

Diuiduntur in duas partes, quarum quæque duobus continetur libris.

Pertinent libri { duo priores ad ſyllogiſmum.
duo poſteriores ad demonſtrationem.

Libro { primo { primum quæ ad naturam ſyllogiſmi pertinent exponuntur.
deindè quæ ad inuentionem medij, ſiue argumenti.
ſecundo { primum perſtringuntur affectiones & proprietates ſyllogiſmorum.
deindè reliquæ argumentationis formæ reuocantur ad ſyllogiſmum.

IN LIBRVM PRIMVM PRIORVM ANALYTICORVM.

Prior pars

IN CAPVT.

Summa.

Ad demonſtrandi methodum & [artem,] quæ nobis proponitur [pro ſcopo] neceſſarium eſt noſſe quid ſit propoſitio, quid terminus, &c.

Ὅρος. Horos, & terminus definitur id in quod reſoluitur propoſitio, quæ-

Digitized by Google

Propositio { Analytica definitur oratio affirmans, aut negans, vera, aut falsa: Diuiditur in vniuersalem, particularem, indefinitam, [singularem.]
Dialectica, est oratio vtramq; partem contradictionis cõplexa.
Apodictica, ea assertio quæ vera, prima, &c.

Dialectica propositio { interroganti est oratio, quæ interrogat vtramque partem contradictionis.
ratiocinanti apud se, est aliquid assumptũ probabile.

[Ex 8. Top. Dialecticus { primum apud se conficit syllogismum.
deindè interrogat singulas propositiones.]

Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, &c. Vide infrà eius definitionem.

Syllogismus { *perfectus* non indiget nisi propositionibus antecedẽtibus, vt videatur perspicuè concludere.
imperfectus præterea eget commutatione { vel terminorũ. / vel sumptionũ.

Dici de omni, est nihil contineri sub subiecto de quo non affirmetur attributum, in hunc modum.
Omnis homo est animal .... omnis Platanus viuit.

Dici de nullo est nihil contineri sub subiecto, de quo non negetur attributum, in hunc modum.
Nulla planta sentit.

APPENDIX, DE SYLLOGISMO SIVE RATIOCINATIONE.

Quid ratiocinari?

Apud Arithmeticos quid sit notum est.

Apud nos { propriè est vti syllogismo.
generatim est argumentari.
communissimè est è notione vnius rei in alterius venire cognitionem. p. definiendo, diuidendo, argumentando Angelorum more.

Quot modis nomen syllogismi sumitur?

Indicat { nunc probationem tantum, non conclusionem, & dicitur absolui duabus propositionibus.
nunc { probationem cum conclusione.
motum quendam cum quiete.
causam quandam cum effectu.

Digitized by Google

Syllogiſmus { nunc opponitur *proſyllogiſmo*.... & tunc ſignificat ſyllogiſmũ principem & præcipuum, cui alter ſit præponendus. nunc ſignificat quamlibet ratiocinationem.

Quid ſyllogiſmus ſiue ratiocinatio?

Definitur oratiò in qua quibuſdam [duobus] poſitis (diſpoſitis conceſſis) diuerſum quid ab ijs neceſſariò [virtute formæ & diſpoſitionis non ſemper virtute materiæ] efficitur (concluditur) quia ea ſunt admiſſa.

Ponuntur propoſitiones { vel natura, vt in demonſtrationibus. vel opinione, vt in dialecticis ſermonibus. vel conſenſu, vt in piraticis, ſophiſticis.

Quid definitur hîc?

* *Conceptio formalis. Conceptio obiectiua.*

Definitur { vel ipſa mentis ratiocinantis actio. vel potius mentis ratiocinantis opus.

Definitur { non { qui forma eſt vitioſus ſyllogiſmus. / ille tantum, qui conſtat laudabili tum materia, tum forma. / ſed qui forma & diſpoſitione eſt probus, minimè vitioſus.

Idque { ſiue ſit illatiuus / ſiue ſit probatiuus } { ſiue ex veris / ſiue ex falſis } { ſiue ſit categoricus / ſiue non ſit } &c.

Obiectiuncula.

Syllogiſmus eſt inſtrumentum. Inſtrumentum, vt cultellus, vomer, &c. debet conſtare idonea materia non quauis. Eſt hoc in hoc.

Reſpondeo nihil non eſſe idoneam materiam ſyllogiſmi, ſi modo ſit credibile.

Eſt-ne concluſio pars ſyllogiſmi?

Partem eſſe { negant Commentator, & Albertus. affirmant Philoponus, & complures alij. Sed quæſtio theoretica, ideoque leuiter excutienda.

Syllogiſmus { ſi complectitur cauſſam cum effectu, motum cum quiete, probationem cum concluſione, tum definitur per concluſionem tanquam per partem. ſi tantum cauſſam non effectum, probationem non concluſionem, tunc definitur per concluſionem tanquam per terminum.

Nec dubium quin vtroque ſenſu conſcriptus legatur ſyllogiſmus.

Aduerte in ijs quæ pendent noſtro ab arbitrio totum nunc eſſe maius, nunc eſſe minus, &c.

Exiſtentia.

An detur ſyllogiſmus quæremus in apodicticis ad librum primum.

Digitized by Google

Cur?

Ratiocinandum ne ratiocinemur { motus propter quietem. / syllogiſmus velut diſcurſus propter concluſionem.

Opifex ſyllogiſmi homo per animum & mentem, diſcipuluſque potius quam præceptor. Quæritur vtrum ratiocinentur Angeli, ſed non eſt huius loci; quæſtio enim theoretica, ideo à Logica ad Metaphyſicam amandanda.

Materia propoſitiones cùm terminis, vt declaratum in rudimentis.

Genus ſi quæratur, ſyllogiſmus eſt { tum logica oratio, quia veritatem reddit clariorem. / tum doctrina, & diſciplina, quoniam ex prænotione pendet.

De prænotionibus ſuprà, & ad librum primum de Demonſtratione.

Quæ hîc prænotionis ratio?

Præter prænotionem { tum vocum quæ in vocali oratione. / tum terminorum pertinentium ad quæſtionem, ſiue concluſionem:

Duplici; in ſyllogiſmo quouis, prænotione videtur opus.

Requiritur { primò vt præcognoſcas vtramque propoſitionem antecedentem eſſe. j. eſſe veram. / ſecundò vt præcognoſcas formam ſyllogiſmi probam eſſe.

Cognoſcitur-ne concluſio cum antecedenti?

De hac quæſtione ad librum de Demonſtratione.

Quotuplex doctrina de ſyllogiſmo?

Eſt { communis { de inueniendo ſyllogiſmo, de inuentione argumenti. / de conſtruendo, de geneſi ſyllogiſmi. / particularis { de examinando, explorando, reſoluendo.

Quot modis proponitur ſyllogiſmus?

Proponitur { nunc per interrogationem, vt à Dialecticis. / nunc citra vllam interrogationem, vt in recenti diſputandi ratione.

Quæ ſint ſyllogiſmi poteſtates, quæ vitia, quæretur poſtea.

Doctrina communis repetenda { partim à rudimentis. / partim ex ſyllogiſmi ſimplicis explicatione.

Digitized by Google

Quotuplex ſyllogiſmus?

Quæ principes ſyllogiſmorum differentiæ?

Diuiſio prima.

Eſt { aut *exercitus* ſyllogiſmus, cuius eſt frequentior vſus: vt animal viuit: homo eſt animal: Ergo homo viuit.
aut *ſignatus* ſyllogiſmus, & rarior .n. qui fit vſurpando legem, aut fundamentum ſyllogiſmi, in hunc modum.

Quod prædicatur de ſuperiori, id de inferiori dicitur.
Atqui { animal eſt homine ſuperius.
viuens prędicatur de animali.
Ergo viuens prædicatur de homine.

Diuiſio ſecunda.

Syllogiſmus concludit virtute formæ { aut neceſſariò: vt barbara, &c.
aut probabiliter tantum, & per ſuſpicionem: vt ſyllogiſmus ex duplici affirmatione in ſecunda figura.

Quod amiſi eſt } candidum, oblongum, &c.
Quod vidi eſt }
Forſan igitur eſt id quod quæro.

Si vtimur argumentis non modo neceſſarijs, verumetiam probabilibus:
Cur non etiam non modo neceſſariò concludentibus ſyllogiſmorum formis, verumetiam & ſuſpicionem parientibus.

Tertia diuiſio.

Syllogiſmus { *illatiuus*, qui probæ formæ.
probatiuus, qui probæ materiæ. qui ex propoſitionibus veris.

Quarta diuiſio.

Syllogiſmus { *imminutus*, & mutilus vt enthymema.
integer { ſiue ſit ſimplex.
ſiue conglobatus.

Quinta diuiſio.

Eſt { *finitus*, qui non conſtat niſi ex finitis propoſitionibus.
infinitus qui aliquo infinito termino: vt.
Qui non viuit Deo, is pro mortuo.
Impius non viuit Deo: Ergo, &c.

Sexta diuiſio.

Dicitur { *affirmatiuus* & categoricus, qui affirmationem } concludit.
negatiuus & priuatiuus, qui negationem }

§

Digitized by Google

Septima diuiſio.

Eſt { *clarus.* / *obſcurus.* Obſcuritas { vel à materia. / vel à forma.

Octaua diuiſio. †

Eſt { philoſophicus: vt Logicus, Ethicus, &c. / non philoſophicus: vt ſutorius, militaris, medicus.

Nona diuiſio.

Reduplicatione { caret. / conſtat, vt { animal quatenus animal, ſentit. / homo quatenus homo, eſt animal: Ergo, &c

Decima diuiſio.

Eſt { *verus* / *falſus* } tùm { primò qui concludit falſum. / ſecundò qui verum, ſed ex falſis aſſertionibus. / tertiò qui non eſt illius methodi, in qua vſurpatur.

Vt ſi à medico probatio morbi proferatur theologica.

Vndecima diuiſio.

Eſt { *perfectus* / *imperfectus* } ſed { nunc qui mutilus, vt enthymema. / nunc qui obſcurus, vt baralipton,

Duodecima diuiſio.

Eſt { *probus* / *vitioſus* } qui { vel non apparet probus. / vel apparet probus, & eſt periculoſior.

Vitioſus { aut demonſtratiuo opponitur, & dicitur *pſeudographus*, falsò deſcriptiuus. / aut dialectico piraſticoue, & dicitur Sophiſticus, contentioſus.

Opponitur propriè { apodictico, pſeudographus. / piraſtico contentioſus, litigioſus. / dialectico ſophiſticus.

Decima-tertia diuiſio.

Conſtat { ex communibus, & eſt Metaphyſicus, vel Dialecticus. / ex proprijs particularis alicuius diſciplinæ: vt Ethicus, phyſicus, &c.

Decima-quarta diuiſio.

Syllogiſmus { vel non eſt ſyllogiſmus. / vel eſt, tumque alium confirmat ſyllogiſmum, vnamue ex

Digitized by Google

illius propoſitionibus antecedentibus.

Decima-quinta diuiſio.

Eſt { *directus* ſyllogiſmus, qui quaſi rectà via, & ſecundum expectationem auditorum in concluſionem deſinit, vt barbara, celarent, &c.
indirectus qui aliter habet: vt baralipton, celantes, dabitis, fapeſmo, friſeſomorum.

Decima-ſexta diuiſio.

Syllogiſmus eſt fictio, vel non.

Fictio eſt quando maior propoſitio eſt conditionalis, ſed cum iſta adiuncta ratione..... Quia ſimilium ſimilis ratio, in hunc modum.

Si videre eſt pati, pariter intelligere eſt pati.
Quia ſimilium ſimilis ratio.
Atqui τὸ videre eſt pati quoddam. Ergo etiam intelligere eſt pati, accipere impreſſionem.

Aut omnino aliquid de vno probatur, quod ſit ſimile alteri .p. in hunc modum.

Similium ſimilis ratio eſt quo nomine ſimilia ſunt:

At { mens & oculus / intelligere, & videre } ſunt res affines.

Porrò τὸ videre eſt pati.

Ergo τὸ intelligere eſt pati, & accipere impreſſionem.

Monitũ. Sed ad fictionem reuocari poteſt ſyllogiſmus conditionalis qui innititur diſſimilitudini vt ſequens.

Si candor diſſipat aſpectum, atror congregat.
Quia diſſimilium diſſimilis ratio. Contrariorum contraria ſunt conſequentia.
Atqui candor diſſipat viſum. Ergo, &c.

Decima-ſeptima diuiſio.

Syllogiſmus { vnus vbi termini omnes in recto caſu collocantur.
alter vbi aliquis in obliquo, in hunc modum.

Deus non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum.
Deus eſt Deus Abrahæ. Ergo Abraham viuit. ¶
Habeo panem: panis eſt cibus..... Ergo habeo cibum.

Syllogiſmus ex obliquo caſu internoſcere non eſt difficile.

Hi { adrectos ſunt reducendi.
reducuntur non difficulter ab homine exercitato in rebus grammaticis, in hunc modum.

Id cuius Deus eſt, Deus viuit.
Ille cuius Deus eſt, viuit: Abraham eſt aliquis cuius Deus eſt Deus,
Ergo, &c.

Digitized by Google

Grammaticæ } varietates ferendæ, modò non euertant ſenſum.
Rhetoricæ }

Non ſi variatur affectio grammatica, ideò & ſenſus variatur.

Grammatici eſt ſententiam vnam eandem per omnes efferre caſus ſexcentis modis.

Cauendum tamen ne obliquus imponat caſus, ne videatur iterari argumentum confeſtim, quia vnus terminus ponitur ſemel in recto, ſemel in obliquo caſu: peruerſéque fiat applicatio. p. nè ſic argumentemur;

Filiatio non eſt niſi ſuppoſiti.
Suppoſitum in Chriſto eſt vnicum.
Ergo filiatio in Chriſto eſt vnica.

Sic enim argumentandum & concludendum erat.

Ergo filiatio in Chriſto non eſt niſi vnius.

Decima octaua, & decima nona.

Syllogiſmus { *neceſſarius* / *poſsibilis* / *impoſsibilis* } { *vniuerſalis*, vt barbara. / *particularis*, vt darii, ferio. / *ſingularis*, de quo alibi. }

Syllogiſmus non efficitur ex ſingularibus decimo metaphyſicę cap. 13. *Obiectio.*

R. { vel nomine ſyllogiſmi ſignificari illic demonſtrationem. / vel nomine ſingularium intelligi particulares propoſitiones. }

Viceſima diuiſio.

Eſt { argumentatio ad hominem: vt cum errore vno tuo refello alterum. / vel alterius generis argumentatio. }

Viceſima prima, & viceſima ſecunda.

Eſt { *apodicticus* / *dialecticus* / *piraſticus* } { vel neceſſarius / vel proſyllogiſmus } de qua re alibi.

Proſyllogiſmi { præcedunt in veteri / ſubſequuntur in recenti } diſputandi ratione.

Viceſima tertia, & viceſima quarta.

Indicat { vel rem eſſe / vel eſſe talem / vel propter quid ſit } eſt { expoſitorius. / aut non expoſitorius. }

Quinam expoſitorius?

Qui { conſtat argumento ſingulari in h. m.
Ludouicus eſt Rex Galliæ.
hic quem intueris eſt Ludouicus.
ergo hic quem intueris eſt Rex Galliæ.
aut omnino conſtat argumento determinato per particulam, idem, in h. m. }

Digitized by Google

Quoddam animal ridere poteſt.
Illud *idem* animal ratiocinari poteſt.
Ergo aliquid, quod ratiocinari poteſt, ridere poteſt.

Expoſitorii ſyllogiſmi videntur excipiâ quibuſdam ſyllogiſmorum regulis. p. ab iis.

Maior eſto generalis in prima & ſecunda figura, ex duabus particularibus nihil concluditur: ex duabus affirmationibus nihil concluditur in ſecunda figura.

Viceſima quinta.

Eſt { *ſimplex*, qui { vel categoricus / vel modalis / vel mixtus } de qua re poſteà.
Eſt { *hypotheticus*, qui { copulatiuus / diſiunctiuus / conditionalis } de qua re poſteà.

Viceſima ſexta.

Eſt { vel *oſtenſiuus* ſiue probans per oſtenſionem.
Eſt { vel *deducens* ad incommodum. i. { ad impoſſibile. / aut ſaltem ad falſum.

Quid oſtendere?

Eſt { aliquando ſyllogiſmi probitatem declarare ea reductione, & exploratione quę vocatur oſtenſiua: De qua re poſtea.
Eſt { nunc contexere ſyllogiſmum qui concludat quaſi tergiuerſatione ſententiam, quę ſuſcipitur probanda. p. in h. m.

Animal nutritur: Cœlum non nutritur. Ergo cœlum non eſt animal; quod probandum erat.

Quid deducere ad incommodum?

In negotio de ſyllogiſmo explorando quid ſit, dicetur poſtea.

Hîc & generatim ex contradictione ſententiæ & concluſionis, quę probanda ſuſcipitur..... ex aliqua alia propoſitione accerſita, quæ ſit vera aut ſaltem concedatur, elicere aliquam falſam concluſionem.

Omnino concludere falſum { partim ex contradictione ſententiæ probandæ. / partim ex alia propoſitione quę concedatur in hunc modum.

Animal pabulo eget (quæ propoſitio accerſita.)
Cœlum (iudicio tuo eſt animal:) quæ contradictio ſententię probandæ.
Ergo cœlum pabulo eget, quod eſt abſurdum dictu, & falſum.

Debet autem ſyllogiſmus generis huius retexi in h. m.

Si falſa eſt concluſio ſyllogiſmi benè conformati: falſa etiam ea antecedens propoſitio, propter quam falſitas euenit & concluſa eſt.

Digitized by Google

Porrò { huius ſyllogiſmi benè conformati falſa eſt concluſio.
cuenit autem & concluſa eſt falſitas, propterea quod cœlum dicitur eſſe animal: Ergo cœlum non eſt animal .... falſum eſt cœlum eſſe animal.

Etenim nunquam concluſio ſyllogiſmi, qui probæ ſit formæ, falſa eſt, quin ſit falſa antecedentium propoſitionum { vel altera. / vel vtraque.

Quando autem inter retexendum ratiocinans culpam falſę concluſionis in eam reiicit antecedentem, in quam reiici non debet: tunc reſponſionis hæc formula, vel conſimilis eſt vſurpanda, non propter hòc accidit falſum, ſed non ſolemus retexere ad ſuperiorem modum, niſi apud peritos rerum logicarum.

Quid categoricus ſyllogiſmus?

Eſt { primò qui affirmatiuus, vt barbara, darii.
ſecundò qui ſimplex, non hypotheticus.
tertiò qui ſimplex non hypotheticus, non modalis, ſiue qui ſimplex, abſolutus.

Quotuplex de hoc doctrina?

Eſt { particularis.
communis, quæ { de conſtruendo. / de inueniendo. / de explorando.

Vnde intelligitur ſtructura?

Intelligitur ex materia & forma. De qua re in rudimentis.

Datur ne figura quarta, quæ dicitur Galeni?

D. { non datur, ſi prima figura definiatur in h.m. figura vbi argumentum ſemel ſubiicitur, ſemel prædicatur: quia quinque modi indirecti nempe baralipton, &c. reuocantur ad figuram primam.
datur ſi figura prima definiatur in ſequentem modum.

Figura vbi argumentum ſubiicitur maiori termino cõcluſionis, & prędicatur de minori: Nimirum vt complectatur quinque modos indirectos.

Non eſt certandum de definitionibus: Si tibi vna non arrideat, melior proferatur.

Quod fundamentum tertiæ figuræ?

Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt inter ſe eadem.

Homo { eſt rationalis / eſt animal } ergo aliquod animal eſt rationale.

Quod fundamentum ſecundæ figuræ?

Quicquid ſequitur ex antecedenti, ſequitur ex conſequenti.

Digitized by Google

Omne animal } nutritur ..... Ergo cœlum non eſt animal.
nullum cœlum }

Si cœlum foret animal, ſanè foret { cœlum antecedens. / animal conſequens.

Ideò { quicquid ex cœlo / id ex animali } conſequeretur, concluderetur.

Porrò { ex cœlo ſequitur τὸ non nutriri. / ſeu de cœlo dicitur, quod non nutriatur.

Ideò { de animali prædicaretur τὸ non nutriri. / animal non nutriretur: quod abſurdum.

Quod fundamentum primæ figuræ?

Quicquid de conſequenti { affirmatur, id affirmatur / negatur, id negatur } de antecedenti.

Monitum.

Supponenda doctrina compendiaria, & aliquid adiungendum pro appendice.

Concluſio ſequitur deteriorem partem. Effectus integer non niſi ex cauſſa integra.

Quæ propoſitio deterior?

Eſt quid deterius { negatio quàm affirmatio. / particularis quàm vniuerſalis propoſitio. / τὸ per accidens quam τὸ per ſe. / contingens quam abſolutum. / abſolutum quàm neceſſarium.

Quibus literis ſignificantur tres termini in figura quaque?

In prima { A prædicatum / B argumentum / C ſubiectum } in ſecunda { N prædicatum / M argumentum / O ſubiectum }

{ in tertia { T prædicatum. / S argumentum. / R ſubiectum.

Vtitur illis primo quia res illi erat cum hominibus in puluere mathematico exercitatis: vtuntur mathematici literis ad ſuas deſignationes.

Secundò ne exemplorum difficultas moretur auditorem.

Tertiò, vt intelligamus præcepta ſyllogiſmi materiæ cuiuis applicari.

Ita nihilominus vtitur illis, vt interim ſæpæ alia & vera exempla inſerat.

IN II. ET III. CAPITA,

De Propositione.

Propositio { de *inesse* seu absoluta: vt homo est animal.
modalis { necessaria, ad quam impossibilis } reuocatur.
contingens, ad quam possibilis }

Propositio affirmat, negat, est generalis, particularis, indefinita.

A in I, I in I, E in E conuertitur.

Conuersio { purpurea in amabimus { necesse est hominem esse animal. / ergo possibile animal esse hominem.
amabimus in amabimus { possibile est figulum esse regem. / ergo possibile regem esse figulum.
iliace in iliace { impossibile cœlum nutriri. / ergo impossibile quod nutritur esse cœlum.

Singularis propositio omittitur ab Aristotele: intelligi potest ex particulari, atque etiam generali.

Deus idem atque vnus Deus.

Abraham idem atque omnis Abraham.

IN CAPVT QVARTVM.

De primo Schemate seu prima figura. Syllogismorum:

Qui hîc modi?

Vitiosi multi, qui internoscendi beneficio regularum syllogismi.

Laudabiles { recti quatuor, barbara, celarent, darii, ferio.
indirecti quinque, baralipton, celantes, dabitis, fapesmo, frisesomorum.

Hi sunt vix vllius vsus, & omittuntur ab Aristotele.



Exemplum primi modi.

BAR omne B est A. quisquis perpetuò pauet est miserrimus.
BA omne C est B omnis tyrannus perpetuò pauet.
RA omne C est A ergo omnis tyrannus est miserrimus.

Exemplum secundi.

CE nullum B est A nihil violentum est durabile.
LA omne C est B. omne ciuile bellum est violentum.
RENT nullum C est A. ergo nullum ciuile bellum est durabile.

Digitized by Google

Exemplum tertij.

DA omne B est A Quicunque turbat pacem est exitiosus.
RI aliquod C est B multi ex magistratibus turbant pacem.
I aliquod C est A. Ergo multi magistratus sunt exitiosi.

Exemplum quarti.

FE nullum B est A nemo intemperans sapit.
RI quoddam C est B Plerique senes sunt intemperantes.
O quoddam C non est A. Ergo plerique senes non sapiunt.

Exempla indirectorum modorum.

BA omnis tyrannus est reipublicæ hostis.
RA omnis tyrannus est inuasor.
LIPT Ergo aliquis reipublicæ hostis est inuasor, & omnis inuasor est reipublicæ hostis.
CE nulli effœminati sunt bellicosi.
LAN omnes sardanapali sunt effœminati.
TES Ergo nulli bellicosi sunt sardanapali, & nullus Sardanapalus est bellicosus.
DA omnis parricida est eculeo insuendus.
BI nonnulli ciuium parricidæ.
TIS. Ergo aliqui eculeo insuendi sunt ciues: & aliqui ciues sunt eculeo insuendi.
FA omnis bonus princeps est seuerus
PES nemo crudelis est bonus princeps.
MO ergo aliqui seueri non sunt crudeles, &c.
FRI aliqui ex helluonibus sunt vrbani.
SE nulli temperantes sunt helluones.
SO ergo aliqui vrbani non sunt temperantes.

IN CAPVT QVINTVM.

De secunda figura.

Cum generales.

CE nullum N est M nulla virtus } vtitur probro.
SA omne O est M omnis temeritas }
RE nullum O est N Ergo nulla temeritas est virtus.

Rursus si.

CA omne N est M omne animal } sentit.
MES nullum O est M nulla planta }
TRES nullum O est N Ergo nulla planta est animal.

Si ergo M nulli, &c.

FES nullum M est N nemo superstitiosus est Atheus.

Digitized by Google

TI quoddam O est M impiorum multi sunt Athei.
NO quoddam O non est N. Ergo impiorum multi non sunt superstitiosi.

Rursus si.

BA omne N est M quicunque patriam amant } colunt patrias leges.
RO quoddam O non est M ciuium multi non }
CO quoddam O non est N. Ergo ciuium multi non amant patriam.

De duplici affirmatione in secunda figura.

Prima propositio.

Syllogismus ex duplici affirmatione in secunda figura non solet concludere necessariò.

Homo est animal.... equus est animal.
Non ideò tamen necessariò equus est homo.

Gignit tamen suspicionem. Exemplum elegans apud Aristotelem.

Sequitur { prægnantem esse pallidam. i. prægnans est pallida.
hanc esse pallidam..... i. hæc pallida est.

Ideo putant hanc esse prægnantem: Ergo forsan hæc est prægnans.

Secunda propositio.

Syllogismis huius generis carere nequit hominum vita: quia videntur necessarii, & solent vsurpari ad indaginem. p. hostis, prædæ, rei amissę. coniectura præcedit certitudinem.

Tertia propositio.

Syllogismi huius generis offenduntur plurimi in sermone familiari dum indagamus aliquid, & plures interiori sermone efformantur.

Quod quæro } est quid candidum, oblongum, &c.
Quod amisi }
Quod intueor est quid candidum, oblongum, &c.
Ergo forsan est id quod quæro.

Quarta propositio.

Syllogismi huius generis concludunt necessariò si expositorii sunt.
Omnino concludunt necessariò quotiescunque propositio seu maior propositio potest simpliciter conuerti per conuersionem A in A.
p. primò quando quod illic affirmatur est singulare.
Siue quando argumentum est singulare in h.m.

Quem quæro } est Ludouicus, pater meus est.
Quem video }
Ergo quem video, est quem quæro.

Secundò quando argumentandum iteratur in sumptione fit expositorium per particulam in h.m.

Digitized by Google

Quod sentit est animal.
Quod imaginatur est idem animal.
Ergo quod imaginatur sentit.

Tertiò quando argumentum in vtraque antecedenti propositione est communis terminus sed determinatus, vt determinari solet in nostro vernaculo sermone per articulum & particulam: *Le*, in hunc modum.

Le Roy droicturier est le Prince que nous desirons:
Le Roy clement est le Prince que nous desirons:
Donc le Roy clement est le Roy droicturier.

Multum differunt istæ duæ assertiones apud nos.

Celuy que ie cherche est le Roy.
Celuy que ie cherche est vn Roy.

Quinta propositio.

In astronomicis & practicis indagationibus possunt vsui esse syllogismi secundæ figuræ duplici affirmatione, etiam citra talem determinationem: nimirum quoties non tam quæritur totum & vniuersum genus, quàm aliquid quod ad illud referri possit. p.m h.m.

Quod quæro } est medela quæ morbo possit mederi meo.
Quod porrigis }
Ergo quod porrigis est id quod quæro.

Monitum.

Quando non dubitamus neque de maiori, neque de minori propositione, & tamen dubitamus de conclusione: dubitandum est de syllogismi forma, & illius probitate.

Exempla liceat proferre innumerabilia ad superiorum assertionum confirmationem.

Syllogismi forma fallax sæpe, aut dubia saltem, vt:
Quem quæro ille est purpureo amictu indutus.
Quem video ille est purpureo amictu indutus.
Ergo quem video est ille quem quæro, &c.

IN CAPVT SEXTVM.

De figura tertia.

Est-ne proba?

Valla reprehenditur.

Vallæ { tertia figura nihil sanitatis habet.
ideo { Aristoteles Polyphemus, & nugator.
ideo { Peripatetici natio insaniens.

Digitized by Google

Verum facilè hominis hujus { contumeliæ contemnuntur. / argumenta refelluntur.

Nemo inquit non auerſatur modos tertiæ figuræ tanquam prodigia.
Sed refellitur quia ea figura ipſe Valla vtitur, cap. 15. lib. 3. licet illic per imprudentiam ſyllogiſmum tertiæ figuræ pro ſecundæ exemplo proferat.

Imò { nihil vſitatius quàm generalem probationem, regulam, propoſitionem retellere exceptione & inſtantia. / id autem ferè fit & quidem elegantiſſimè per figuram tertiam.

Poëta { eſt maſculini generis. / eſt verbum terminatum in A.

Ergo aliquod vocabulum terminatum in A eſt maſculini generis.
Iuſtitia non habet duas oppoſitas vitioſitates.
Iuſtitia eſt virtus.
Ergo non omnis virtus habet duas oppoſitas vitioſitates.



Modi tertiæ figyræ.

Primus modus. §

DA omne S eſt T. omnis bonus princeps conſulit Reip.
RAP omne S eſt R. omnis bonus princeps eſt manſuetus.
TI quoddam R eſt T. Ergo aliquis manſuetus conſulit Reip.

Secundus modus.

FE nullum S eſt T. nullum bellum eſt expetendum.
LAP omne S eſt R. omne bellum mittitur à Deo.
TON. Ergo aliquod R non eſt T. Ergo non quicquid mittitur à Deo eſt expetendum.

Tertius modus.

DI aliquod S eſt T. aliquod bellum eſt luctuoſum & exitiale.
SA omne S eſt R omne bellum eſt à Dei prouidentia.
MIS aliquod Ergo R eſt T. ER. aliquid quod à Dei prouidentia luctuoſum eſt.

Quartus modus.

DA omne S eſt T. omnis morbus eſt timendus.
TI aliquod S eſt R. aliquis morbus eſt breuis.
SI. Ergo aliquod R eſt T. Ergo aliquid breue eſt timendum.

Quintus modus.

BO aliquod S non eſt T. non omnes ſcelerati ſunt interficiendi.
CAR omne S eſt R. omnes ſcelerati ſunt inuiſi Deo.
DO. Ergo aliquod R non eſt T. Ergo non quiſquis eſt inuiſus Deo, ille interficiendus venit.

Sextus modus.

FE nullum S eſt T. nullum remedium eſt aſpernandum.
RI aliquod S eſt R. aliqua remediorum ſunt inſuauia.
SON. Ergo aliquod R non eſt T. Ergo aliquid inſuaue non eſt aſpernandũ.

Digitized by Google

IN CAPVT VII.

De figuris in genere.

Leges ſyllogiſmorum poſitę in rudimentis. De reductione poſteà.

Monita.

Sæpè ſumptio videtur eſſe finita & negans .... & tamen eſt affirmans infinita vt in hoc ſyllogiſmo & conſimilibus.

Qui non ſeminat non metet: hic non ſeminat. Ergo.

Sæpè reuera ſumptio eſt negans cùm tamen ſyllogiſmus prima fronte videatur eſſe primæ figuræ, vt apud Ariſtotelem 1. Ethic. cap. 3. quando ſic argumentatur.

Qui nouit ille eſt idoneus iudex.

Iuuenis non nouit: Ergò, &c.

Sed conuertere licet propoſitionem propter idiomatis proprietatem, vt ſyllogiſmus cuadat ſecundæ figuræ, in hunc modum & ſenſum.

Qui nouit, ille demum eſt idoneus iudex.

.j. qui iudex eſt idoneus, ille nouit.

Sed iuuenis non nouit. Ergo, &c.

Non paucæ occurrunt propoſitiones quibus particula, demum, inſerenda, vt idoneus ſenſus habeatur.

IN CAPITA VIII. IX. ET multa ſequentia.

Quot ſunt ſyllogiſmi?

Sunt tres vniformes, totidemque mixti.

- Vniformes
  - *abſoluti*, & categorici, de quibus hactenus.
  - *neceſſarij*. De quibus agitur, diſputatur cap. 8.
  - *contingentes* qui
    - generatim conſiderantur cap. 12.
    - ſpeciatim in figura
      - prima cap. 13.
      - ſecunda cap. 16.
      - tertia cap. 17.
- Mixti
  - ex abſoluto, & neceſſario
    - in prima, qui cap. 9.
    - in ſecunda, qui cap. 10.
    - in tertia, qui cap. 11.
  - ex contingenti, & abſoluto qui cap. 14. 17. 20.
  - ex contingenti & neceſſario, qui cap. 15. 18.

Quot fingi poſſunt ſyllogiſmorum modi?

Probi ſyllogiſmi pauci. Sed partim probi, partim improbi occurrunt plurimi.

Digitized by Google

Primo 16. nempè { AA, AE, AI, AO. / EE, EA, EI, EO. / II, IA, IE, IO. / OO, OA, OE, OI.

Hinc sexaginta quatuor, quia quisque fingi potest concludere { A. / E. / I. / O.

Horum quisque institui potest sex modis suprà indicatis, hinc nascuntur 384. modi.

Triplex autè concludendi modus, cõcludimus { rem esse, vel non esse. / accidere rẽ esse vel non esse. / necessariò rẽ esse, vel nõ esse.

Hinc prodeunt modi mille ducenti quiquaginta modi.
Quem numerum si duxeris in tres figuras, nascentur modi 3756.
Potest hic numerus rursus duci in tria tempora, hinc nascuntur modi 11268.
Mitto quod in mixtionibus nunc maior, nunc minor est absoluta; &c.

De necessario.

Necessarij syllogismi ferè intelliguntur ex absolutis.

Mixtio necessarij cum absoluto.

Syllogismus cõstat { ex necessario / ex absoluto } concludit { nunc necessariò. / nunc absolutè tantum.

Impossibile reuocatur ad necessarium.

De contingenti.

Contingens quod neque necessarium, neque impossibile, neque absolutũ.
Aristoteli cui mundus est æternus, quod nec necessarium, nec impossibile id aliquando contingit. *Cap. 12.*
Est { contingens indefinitum, quod non ferè fit vno modo, ita contingit nasci marem, & nasci fœminam. / contingens natum quod ferè fit vno modo, contingit hominem habere duas manus.
Contingens ferè accidit, vel raro, vel est indefinitum & æquè propendens in vtramque partem.
Ex duplici contingenti vtiliter fit syllogismus in quouis modo primę figurę. *Cap. 13.*
Quicumque nauigat, facere naufragium potest.
Omnis homo nauigare potest. ERGO, &c. *Cap. 16.*
Inutiliter in secunda figura.
Vtiliter in tertia vt concludatur { tum contingens. / tum necessarium. *Cap. 19.*

Mixtio contingentis cum absoluto.

Syllogismus ex vna contingenti, & altera absoluta propositione

efficitur { vtiliter in prima figura. / in secunda { vtiliter si affirmet / inutiliter si neget } contingens. / vtiliter in tertia. }

Cap. 14. Cap. 17.

Mixtio contingentis & necessarij.

Cap. 20.

Necessarium cum contingenti miscetur vtiliter { in prima figura. / in secunda si contingens affirmat. / in tertia, sed concluditur contingens, non necessarium. }

Cap. 15. Cap 18. Cap. 21.

Monita.

Cauendum ne nobis imponant propositiones exponibiles.

Sæpè vsurpantur in syllogismo pro vna exponentium. p. in h. m.

Solum animal sentit: spongia non est animal. ergo.

Particula, demum, propositionem facit exponibilem.

In hoc syllogismo videtur minor negare, & minor affirmare.

Et tamen si perpendatur expositio, syllogismus pertinet ad Celarent.

Nullum non animal sentit: omnis spongia est non animal. ergo nulla spongia sentit.

IN CAPVT XXII.

De figurarum numero.

Syllogismus affirmat..... negat..... ostendit, deducit, est generalis..... particularis..... indefinitus.

Ostensiuus quiuis in aliqua è tribus figuris.

IN CAPVT XXIII.

Idem iudicium est de syllogismis deducentibus ad incommodum.

IN CAPVT XXIIII.

Iam vero in omni.

Leges modorum repetantur è rudimentis..... fundamenta syllogismorum suprà.

IN CAPVT XXV.

Hoc etiam constat.

Tribus terminis absoluitur syllogismus simplex, sed pluribus modis siue argumentis eadem quæstio potest confirmari.

IN CAPVT

Digitized by Google

IN CAPVT XXVI.

Quod cùm planè.

In syllogismo duæ propositiones. n. si excludatur conclusio.
Syllogismus est prosyllogismus, vel propriè syllogismus.

IN CAPVT XXVII.

Quæstiones possunt oppugnari modis { aliæ pluribus, vt A E. / aliæ paucioribus, vt I O.

Difficilius priores defenduntur.

AD VICESIMVM OCTAVVM, ET XXIX CAPITA.

De Inueniendo Syllogismo.

Seu,

De generali methodo Inueniendi signi, & Argumenti.

Cur præcessit sermo de structura syllogismi?

Quoniam est prior { materia secundum genesim. / finis & forma secundum intentionem & notitiam.

Cuiusmodi materiam eligere oporteat, non intelligimus nisi proposito fine.

Quotuplex methodus, & via inueniendi syllogismi?

Est { generalis & vniuersalis, quæ docet quomodo argumentum affectum esse debeat, ad vtramque partem conclusionis.
particularis { vitiosa, vt sophistica.
laudabilis { apodictica { didascalica quæ scientiam.
dialectica { dialectica quæ opinionem.
pirastica quæ ingenij examé.

In quo consistit ratio inueniendi syllogismi?

Primò in eo quod quæstiones & dubitationes inueniantur.
Principium philosophandi est bene dubitare.
Secundò in excogitatione fidei, & probationis quâ tollatur dubitatio.

Quid fides siue probatio?

Est argumentum vel axioma quod adhibetur ad componendum syllogismum & confirmandum conclusionem.

Digitized by Google

Quotuplex?

Est { *simplex*. n. medium siue argumentum, & medius terminus.
complexa seu propositio antecedens, quæ dicitur signum.

Quid signum in hoc negotio?

Est propositio apodictica .j. syllogistica, ea necessaria, aut probabilis quæ vsurpatur ad concludendum.

Quotuplex signum?

τεκμήριον. εἰκός. ἔνδοξος.

Est { vel necessarium τεκμήριον.
vel non, & dicitur probabile, verisimile.

Verisimile propriè æstimatur ex rebus ipsis, definitur quod ferè fit, licet non semper, aut saltem aliquando fit.

Probabile æstimatur ex opinione hominum, vt constat ex rudimentis.

In quo consistit inuentio signi?

In eo quod habeatur quæstio, inueniatur autem argumentum quo confirmetur.

Quotuplex affectio argumenti ad vnum terminum conclusionis?

Triplex .n. consecutio, antecessio, repugnantia.

Argumentum est { vel consequens / vel antecedens / vel repugnans } terminus dum confertur cum aliquo conclusionis termino.

IN CAPVT XXX.

Quot sunt genera rerum?

Tria { quędam non dicuntur de re alia tanquam inferiori nempè singulares.
quædam { & prædicantur / & subijciuntur } .n. quæ interijciuntur inter summum genus & indiuidua.
quædam ita prædicantur, vt de ipsis nihil prædicetur. n. summa genera.

Quot genera terminorum?

Terminus { antecedens { generatim minor terminus propositionis. / hîc ille de quo alius terminus verè affirmatur. }
consequens { generatim qui de alio affirmatur vel negatur. / hîc ille qui de alio verè affirmatur. }
repugnans { tum de quo alio negatur. / tum ille de quo alius negatur. }

Digitized by Google

Vide { quis sit { tum maior / tum minor } quæstionis terminus.
tum quid quemque { consequatur. / definiat tanquam proprium. / comitetur tanquam adiunctum. / euertat tanquam repugnans. } (··)

Quotuplex consequens?

Est { naturale & præcipuè quærendum: vt bipes si cum homine conferatur.
aduentitium { siue verè conueniat: vt homini ambulare. / siue opinione tenus: vt Soli calidum esse.

Consequitur { totam speciem, vt risus hominem, & idoneum est ad efficiendam generalem propositionem: omnis homo est risus particeps. / vel partem tantum, vt albedo hominis, marmoris, &c.

Hinc non nascitur particularis & indefinita propositio.

Consequens { vel *vicinum* est: vt hinnire equo. / vel *remotum*, vt currere si cum equo conferatur.

Consequens { vel reciprocum & potius vsurpandum. / vel non reciprocum.

Est { necessarium atque potissimum indagandum.
vel contingens, idque { aut ferè. / aut rarò. / aut indefinitè.

Quot modis affectum esse potest Argumentum ad duos terminos conclusionis?

Quotuplex argumenti genus?

Nouem modis argumentum referri potest & affectum esse ad duos terminos conclusionis .n. maiorem & minorem.

Vel consequitur { tum maiorem / tum minorem } sed inutiliter in secunda figura. B

Ex duplici affirmatione [nisi ad suspicionem] ... Æthiops est ater .... talpa est ater.

Vel antecedit { tum maiorem / tum minorem } vtiliter in figura tertia. C——G

Æthiops est niger ..... Æthiops est ingeniosus.
Ergo aliquis ingeniosus est niger.

Digitized by Google

D H Vel repugnat { tum maiori / tum minori } inutiliter in figura quauis.

Quia ex duplici negatione nihil concluditur.

Homo non est quadrupes ..... equus non est homo.

B—G Vel { consequitur maiorem / antecedit minorem } in prima figura vtiliter, licet indirectè.

Omnis inuasor est tyrannus.

Omnis tyrannus est Reip. hostis.

Ergo aliquis Reip. hostis est inuasor.

B—H Vel { consequitur maiorem / repugnat minori } vt in camestres, baroco.

Leges sunt obseruandæ.

Praua consuetudo non est obseruanda.

Ergo praua consuetudo non est lex.

C—F Vel { antecedit maiorem / consequitur minorem } vt in barbara, darij.

Animal sentit ..... homo est animal ..... Ergo.

C H Vel { antecedit maiorem / repugnat minori } inutiliter, quia in prima & tertia figura minor debet affirmare.

Homo est animal, equus non est homo.

Homo non est animal ..... homo non est equus.

D—F Vel { repugnat maiori / consequitur minorem } vt in celarent, cesare, ferio, festino.

D—G Vel { repugnat maiori / antecedit minorem } vt in felapton, bocardo, ferison. §

Nulla virtus est reijcienda.

Omnis virtus est difficilis.

Ergo aliquid difficile non est reijciendum.

Quare non relinquuntur nisi sex formæ argumenti vtiles ad concludendum, sex vtilia argumenta.

Quæ præcepta communia?

Vt A concludatur, argumentum { antecedat maiorem. / consequatur minorem. }

Vt I, argumentum antecedat vtrumque terminum conclusionis.

Vt E, argumentum { consequatur vnum. / repugnet alteri. } §

Digitized by Google

Vt O, argumentum { repugnet maiori. / antecedat minorem.

Verum { quod concludit A, concludit I. / quod concludit E, concludit O.



Quo ſchemate declaratur hoc artificium?

Declaratur figura quadam, quæ vulgò nuncupatur *pons aſinorum*, ... non tam propter difficultatem perceptionis præceptorum, ... quàm quod executio eſt operoſa.



Ex ſex conſonantibus quæ ſunt B, C, D, F, G, H. componuntur vocabula nouem, quibus ſignificantur totidem argumenti genera. Sunt autem,

Fecana, *cageti*, *dafenes*.
Hebare, *gedaco*, *gebali*.

Digitized by Google

Febas, hecas, hedas.

Quæ ratio significatus?

Tertiæ syllabæ absentia significat argumentum inutile esse;

n. { *febas* quia ex duplici affirmatione in secunda figura nihil concluditur.
hécas quia minor debet affirmare { tum in prima. / tum in tertia.
hedas quia negatio duplex inutilis est.

Tertia syllaba vbi adest indicat quænam conclusio ex argumento elici possit.

Atque in tertia syllaba { A / E / I / O } significat idem quod suprà.

In tertia syllaba consonantes nullius sunt significationis.

In primis duabus syllabis omnium vocabulorum sex occurrunt consonantes, vocales duæ.

Ac { per B consequens maiorem terminum / per C antecedens maiorem terminum / per D repugnans maiori termino } argumentum significatur.
Vt { per F consequens maiorem terminum / per G antecedens minorem terminum / per H repugnans minori termino } argumentum significatur.

Porrò { A maiorem / E minorem } propositionem significat: vt res sit magis perspicua.

IN CAPVT XXX.

Vt autem.

Syllogismus { absolutus } ostendit.
Syllogismus { modificatus } deducit ad incommodum.

Ad quemuis syllogismum valet proposita methodus.

IN CAPVT XXXI.

Ex his igitur.

Nulli non inseruit syllogismo superior methodus.

Sed simpliciter & vniuersè exponitur hoc loco ... accuratiùs & particulariter in Dialectica.

Digitized by Google

IN CAPVT XXXII.

Huius autem viæ.

Diuiſio generis in partes à nonnullis creditur eſſe vniuerſalis ratio inueniendi argumenti. Sed eſt potius ſyllogiſmus quidam ex hac ratione conſtitutus.

Diuiſio { per ſe { vel propoſitio tantum eſt. / vel ſimplex quidam intuitus partium & totius. / dum tamen applicatur ut ſyllogiſmus in h. m.

Animal eſt mortale, vel immortale.
Homo eſt animal non immortale tamen. Ergo, &c.

Diuiſio non eſt vniuerſalis ratio inueniendi argumenti ..., cùm non poſſit valere ad omne genus quæſtionis & problematis.

IN CAPVT XXXIII.

De Analyſi Syllogiſmi.

De reſolutione ſyllogiſmi.

Dicendum autem.

Syllogiſmus { inuenitur de qua re nunc præcipiebamus. / diſponitur & conſtruitur. De qua re antè. / diſſoluitur in terminos & propoſitiones, in materiam & formam.

Porrò multiplex analyſis, & reſolutio ſyllogiſmi.

Eſt { conficiendi conformandi, & eſt reſolutio quæſtionis ſeu concluſionis in propoſitiones. / confecti : tum { prima quâ concluſio comparatur cum figuris omnibus. / ſecunda quâ ſyllogiſmi reducuntur ad alios ſyllogiſmos. / tertia quâ ſyllogiſmus diſſoluitur in ſuas partes.

IN CAPVT XXXIV.

Atque in ſua extrema.

Medium ſiue argumentum eſt terminus qui bis ponitur in antecedentibus.
Ex medii vario ſitu figura triplex.
Oratio non eſt ſyllogiſmus niſi iteretur medium.

Digitized by Google

IN CAPVT XXXV.

At enim ferè fit.

Cauendum nè termini similes pro eodem capiantur, vt { Aristomenes. / et Aristomenes musicus.

Non est idem { fit Aristomenes. / et fit Aristomenes musicus.

IN CAPITA XXXVI. ET VII.

Sæpenumero.

Si periphrasi est explicatus terminus, non ideo est repudiandus.
Non semper quærendum nomen in quod periphrasis vertatur quia plerumque inueniri non potest.
Cum quisque terminus inter ratiocinandum inueniatur induplici propositione:
Debet vtrobique vsurpari eodem modo, eodem sensu, eadem suppositione.

Syllogismus { rectus, vbi omnes termini sunt nominatiui casus. / obliquus, vbi terminus in obliquo ponitur: vt scientia est boni ..... sapientia est scientia ..... Ergo sapientia est boni.

Logici tamen dissoluunt τὸ ἐστ illud in duas partes. n. in est ens. vt rectus habeatur casus & terminus.

IN CAPVT XXXVIII.

Illud autem quod.

Syllogismus { vnus non fit per reduplicationem: vt. animal sentit ..... homo est animal ..... Ergo homo sentit. / alter contrà, & dicitur *reduplicatiuus*: vt. animal quatenus animal sentit ..... homo est animal ..... Ergo homo sentit.

Reduplicatiuus est angustior specialiorque simplici: quoniam reduplicatio contrahit, determinat.
Cauendum in facienda resolutione, nè reduplicatio malè applicetur.

IN

Digitized by Google

IN CAPVT XXXIX.

Nomina etiam nominibus.

Licet obſcuriorem vocem & orationem mutare in magis perſpicuam.
Sed hoc ita faciendum, vt non mutetur ſignificatio.
Hæc mutatur facile in ſermone græco, vt & in Gallica additione & detractione articulorum. p.cum dicitur σελήνη, & ἡ σελήνη.

Differunt { voluptas eſt bonum. / voluptas eſt τὸ bonum.

Le plaiſir eſt *vn* bien
Le plaiſir eſt *le* bien.
voluptas eſt ἀγαθὸν.
voluptas eſt τὸ ἀγαθὸν.

Porrò vt geometer cum loquitur de linea experte latitudinis, exhibet tamen pro exemplo lineas verè latas : ita non magnopere refert quibus vtaris exemplis: ſi modo res & præceptum intelligatur.
Hinc illud axioma quod in ſcholis frequens.
Exemplorum non requiritur veritas, ſed manifeſtatio.

IN CAPVT XL.

Iam verò interdum.

Syllogiſmus { ſimplex qui ſimpliciter probat. / hypotheticus qui ex conuentione & hypotheſi, ſed hîc videtur duplex;

n. { vnus qui continet ipſam hypotheſim per coniunctionem, vt: Si latronibus iuſtitia eſt neceſſaria, omnibus mortalibus neceſſaria eſt. Atqui neceſſaria eſt etiam latronibus: Ergo; &c. / alter qui continet probationem μεταλήψεως & ſumptionis cõſtitutæ in priori ſyllogiſmo illo hypothetico vt ſequens :

Quod prædam diuidit per Geometricam proportionem, neceſſarium eſt latronibus.
Sed iuſtitia eſt id quod diuidit, &c. Ergo, &c.

Hypotheticorum { quidam facilè / quidam difficulter } reducuntur ad ſimplices.

Digitized by Google

IN CAPVT XLI.

In quæstionibus autem.

Licet aliquos syllogismos primæ figuræ transferre, vel ad secundam, vel ad tertiam, vel ad vtramque & contrà, &c.

Mutatio primæ figuræ.

Mutatur { celarent in celare per conuersionem maioris: in camestros per conuersionem maioris & transpositionem.
Darii in datisi per conuersionem minoris.
ferio { in festino per maioris / in ferison per minoris } conuersionem.

Mutatio secundæ & tertiæ in primam.

Negotium mutationis huius in appendice exponetur.

IN CAPVT XLII.

Nec verò parum refert.

Syllogismus { finitus cuius termini omnes sunt finiti.
infinitus qui constat termino vno infinito, vel duobus, vel tribus: vt

Qui non certat, non coronabitur.
Multi non certant. i. multi sunt non certantes: Ergo, &c.

Quid sit infinita propositio, quam multiplex, quomodo opponatur, conferatur, expositum ad librum de interpretatione.

APPENDIX

De Analysi & examine syllogismi.

AD CAPVT XLI.

De Examinando & explorando Syllogismo.

Quot maximè modis exploratur Syllogismus iam confectus?

Primò examinatur, probatur, exploratur adhibitis legibus *consecutionis*, figurarum, & modorum.

Secundò *reductione* illa quæ ostensiua dicitur.

Digitized by Google

Tertiò, *deductione* ad incommodum & inconueniens.
Quartò, *mutatione* materiæ obſcurioris in clariorem ſeruata ſyllogiſmi forma.
Quintò adhibendo hancce legem & regulam ſequentem, quæ valet ad improbitatem detegendam .... ſed non ſufficit.
Quotieſcumque vtraque antecedentium propoſitionum eſt vera .... & tamen concluſio eſt falſa .... improba eſt & vitioſa ſyllogiſmi forma.

Quo conſilio exploratur ſyllogiſmus?

Exploratur { aut animi gratiâ & quæuis ratio examinis probari & vſurpari poteſt.
aut neceſſitate, tumque { aut ipſi dubitamus } de probitate, improbitate.
aut aduerſarius dubitat }

Si ipſi dubitamus, ſeligamus rationem quæ nobis videtur commodiſſima.
Si aduerſarius dubitat { vel argumentamur.
vel reſpondemus.
Dum argumentamur, debemus indicare ſyllogiſmi probitatem, ſi eſt idoneus. quod fit commodiſſimè deducendo ad incommodum.
Aut mutare ſyllogiſmum ſi parum probus videatur.
Si reſpondemus neceſſarium eſt arguere vitioſitatem formæ ſyllogiſticæ: vt abundè reſpõſionis fungamur munere: nec negemus tantum, verum etiam negationis proferamus cauſſam.
Id autem fit commodiſſimè per examen quartum. p. in h.m.
Sic argumentatur aduerſarius { fœlicitas expetitur ſui gratia.
ſanitas expetitur ſui gratia. Ergo, &c.
Sic decet reſpondere C. P. C. S. N. C.
Quia omnis homo eſt animal .... omnis equus eſt animal .... nec tamen equus eſt homo.

De primo examine.

Primum vſurpamus examinis & explorationis genus, cùm aſſeueramus & negamus ſyllogiſmum eſſe in modo & figura legitimis, eſſe benè conformatum: cum indicamus regulam in quam peccet. p. in h.m.
N. C. quia ſumptio non debet negare in prima & tertia figura.
N. C. quia propoſitio non eſt generalis, &c.
N. C. quia ſyllogiſmus tuus contexitur ex duplici affirmatione in figura ſecunda.
Cum indicamus modum quo ſit conformatus hocce, e. g. pacto.
Syllogiſmus eſt conformatus in baroco, in darapti, &c.
Sed primum examen non eſt vſurpandum extra ſcholam, niſi in tacita exploratione.

De quinto.

Hoc genus examinis non vſurpamus apud te.

Digitized by Google

Vbi per hoc examen deprehendisti improbitatem syllogismi,
Si respondes, dato operam vt negationi conclusionis subiungatur quartum examen.
Si interrogas effice meliorem syllogismum.

De tertio examine.

Ratio examinis huius explicata in rudimentis.
Est omnium commodissima, cum quis tuetur syllogismum cuius forma immeritò culpetur.
Quid si, inquis, aduersarius probationis neget conclusionem post antecedentium concessionem?

Respondeo {
- fere pluris auditorem fieri quam aduersarium.
- Si quis clari & luculenti syllogismi concessis antecedentibus neget conclusionem eum indignum esse cum quo disseras.
- Non tolere negari conclusionem syllogismi post concessas antecedentes, nisi quando modus est obscurior & imperfectior: probationem obscurioris modi constare modo clariori.

De secundo siue de Reductione Ostensiua.

Quid reducere ostensiuè?

Est syllogismum probum sed imperfectiorem conuertere in meliorem modum quo probatio illustrior fiat.

Qui perfectiores modi, qui imperfectiores?

Perfectiores sunt Barbara, celarent, darii, ferio.
Reliqui imperfectiores quia superantur perspicuitate.

Qui imperfectiorum reducuntur ostensiuè?

Omnes præter duos qui sunt Baroco, Bocardo.

Quibus instrumentis procuratur hæc reductio?

Procuratur conuersione propositionis & transpositione.
Transponere est maiori ex propositione facere minorem, & contrà.
Conuertere propositionem quid sit, declaratum.

Conuertitur {
- simpliciter A in A, E in E, I in I, O in O.
- per accidens A in I, I in A, E in O, O in E.

Conuertitur {
- A in A
- O in O
- I in A
- O in E

} {
- non virtute propositionis.
- sed virtute syllogismi & materiæ.

Quomodo explicatur totum negotium huius reductionis?

Considerandæ nouemdecim vocabula. n. barbara, &c.

Illic { syllabæ de quibus in rudimentis.
literæ { vocales A, E, I, O, quarum nota significatio.
consonantes { capitales B, C, D, F.
non capitales ex quibus quatuor considerandæ veniunt C, M, S, P.

Quid significant capitales consonantes?

B. ad Barbara reuocari modum imperfectiorem quem inchoat.
C. ad Celarent, vt Cesare, camestres, &c.
D. ad Darij, vt dabitis, darapti, &c.
F. ad Ferio, vt festino, &c.

Quid quatuor non capitales?

C. contumacem esse modum, nec capacem reductionis huius. n. Baroco, Bocardo.
M. inuersione seu transpositione esse opus.
S. simpliciter conuertendam esse propositionem quam sequitur.
P. per accidens conuertendam esse, &c.

APPENDIX
AD RVDIMENTA, ET AD caput quadragesimum.

Inst. 3 p. 201.

De Syllogismis hypotheticis.

Quid syllogismus compositus, seu hypotheticus?

Syllogismus { cuius virtus pendet à coniunctiua propositione.
vbi tota conclusio, aut materia conclusionis est pars maioris propositionis saltem implicitè.

De Copulatiuo.

Copulatiuus syllogismus constat copulatione negatiua.
Vtque tollatur pars vna, cæteras ponit. p. in hunc modum.
Non & Nero superstitiosus & Atheus.
Atqui est superstitiosus. Ergo non est Atheus. ¶

De disiunctiuo.

Disiunctiuus constat disiunctione affirmata.
Sunt autem tres illius modi.

Digitized by Google

Primus modus.

Vna parte diſiunctionis poſita .j. conceſſa in aſſumptione amouentur aliæ, in hunc modum.

Quod video eſt lupus vel canis.
Atqui eſt lupus. Ergo non eſt canis.

Secundus modus.

Vna pars diſiunctionis rectè concluditur ſi amouétur ceteræ in aſſumptione.

Ethica eſt theoretica, vel practica, vel effectiua:
Atqui non eſt theoretica, non effectiua. Ergo, &c.

Tertius modus.

Si negata vna parte pluribuſue negatis ſuperſunt adhuc duæ, aut plures concludi poſſunt per diſiunctionem.

Logica eſt ſpeculatiua, vel actiua, vel effectiua.
Atqui non eſt ſpeculatiua.
Ergo eſt actiua, vel effectiua.

Monitũ. Fallax diſiunctiuus ſyllogiſmus præcipuè qui ſecundi modi, quoties diſiunctio non eſt accurata nec neceſſaria, ſed probabilis tantum. p. in h. m.

Vel in templo vel in foro. Non in foro. Ergo in templo.

De conditionali, qui propriè hypotheticus.

Syllogiſmus hypotheticus ſeu ſuppoſitorius quid ſit apud nos, quæritur.

Aliquando { vel conditionalis ſyllogiſmus: vt qui ſequitur.
Si iuſtitia neceſſaria eſt latronibus, neceſſaria eſt cuiuis.
Atqui neceſſaria eſt latronibus. Ergo, &c.
vel ſyllogiſmus quo confirmatur ſumptio conditionalis.

Exemplum poſitum ſuprà.

Aliquando quiuis ſyllogiſmus compoſitus { ſiue ſit copulatiuus. / ſiue ſit diſiunctiuus. / ſiue conditionalis.

Nunc & propriè ſyllogiſmus conditionalis, qui conſtat maiori propoſitione conditionali & affirmante. Modi autem illius duo aſſignantur.

Primus modus.

Poſito antecedenti .... ponitur conſequens, non contrà.

Si ſum Lutetiæ, ſum in Gallia.
Sum Lutetiæ .... Ergo in Gallia.

Non autem, in hunc modum.

Atqui ſum in Gallia. Ergo Lutetiæ.

Ponitur antecedens dum conditio amouetur.

Secundus modus.

Sublato conſequenti tollitur antecedens, non contrà: vt, Si ſum Romæ, ſum in Italia.

Atqui non ſum in Italia. ERGO non Romæ.

Non autem hocce pacto & modo.

Atqui non ſum Romæ. ERGO non in Italia.

Digitized by Google

Conſequens tollitur cum { negatio ipſi præfigitur. / aut negatio ab eo dimouetur.

Sæpè maior propoſitio non eſt niſi probabilis, tumque concluſio non eſt *Monitũ*, neceſſaria .p. in hunc modum.

Si adeſt canis, ſequitur herus.
Atqui video canem, adeſt canis. Ergo ſequitur herus.

Propoſitio cauſalis non parit ſyllogiſmum non eſt maior propoſitio vllius ſyllogiſmi.

Sed ipſa quando affirmat, eſt ſyllogiſmus quidam licet mutilus, eſt enim enthymema, vt declaratum alibi.

Quô referendi ſunt ſyllogiſmi qui fiunt per quantum, quale, vt ſe habet, etc.

Multi ſyllogiſmi fiunt per particulas formulaſue ſuperiores aut conſimiles, in hunc modum.

Quod eſt Romæ non eſt apud Indos.
Homines, arbores, &c. ſunt Romæ: Ergo.
Quantum hoc, tantum & illud.
Hoc ſeſquipedale: Ergo & illud.
Qualis eſt Socrates, talis eſt Plato.
Socrates candidus: Ergo & Plato.
Vt ſe habent duo ad quatuor: ita quatuor ad octo.
Atqui duo ſunt dimidium quatuor: Ergo, &c.

De primo exemplo & conſimilibus ſyllogiſmis loquemur alibi: Qui ſanè videntur repodendi inter ſimplices ſyllogiſmos.

Alia exempla cum ſimilibus à nonnullis reducuntur ad coniunctiuos ſyllogiſmos; certè hypothetici ſunt ſi hi proferantur ſenſus, & conſimiles.

Si hoc eſt ſeſquipedale, & illud.
Atqui hoc ſeſquipedale eſt: Ergo, &c.
Si Socrates eſt candidus, & Plato candidus. Atqui, &c.
Si duo ſunt dimidium, &c.

Sed hæ interpretationes contrahunt ſenſum maioris propoſitionis.

Licet reducant ipſum ad neceſſarium & ſufficientem: Videntur poſſe reduci ad ſyllogiſmos abſolutos, licet ſignatos & conſtantes propoſitionibus ſignatis in huncce modum.

Ratio quantitati conueniens huic rei, eſt ratio conueniens illi.
Atqui ſeſquipedale eſſe, eſt ratio quæ huic conueniens rei: Ergo, &c.
Quæ ratio qualis conuenit Socrati, eadem Platoni.
Atqui τὸ candidum eſt ratio qualis Socrati conueniens: Ergo.
Quæ ratio conuenit duobus dum referuntur ad quatuor, ea conuenit quatuor dum referuntur ad 8.
Atqui dimidium eſſe eſt ratio conueniens duobus, &c.

Verum ſunt fallaces generis huius ſyllogiſmi: niſi propoſitio maior ſit generalis, ſæpè autem non eſt generalis & vniuerſalis: itaque decet ſyllogiſmi imbecillitatem indicare, eo modo quo indicandam ſuprà declarauimus.

Digitized by Google

Vtile distinguere, in hunc modum.

Quantum hoc, tantum illud. D. { secundum quid & aliquam comparationem, C. / omnino & secundum quamuis rationé, N.

Qualis Socrates, talis Plato. D. { secundum quid & aliquam comparationem, C. / secundum quamuis similitudinem, N.

Vt se habet pater ad filium, ita rex ad subditos.

Dist. { si τὸ vt interpreteris quemcumque ad modum, N. / si quem ad modum, aliquem ad modum, C. sed negati conclusio potest.

Quia in { prima / secunda } figura maior propositio debet esse generalis.

Monitum.

Monuimus plerosque Sophismos qui constent affirmatione duplici videri prima fronte pertinere ad secundam figuram ..... qui nihilominus ad primam sint referendi: Quoniam in ijs maiorem propositionem propter aliquam conditionem licet simpliciter conuertere, vt quando, in hunc modum argumentamur aut consimilem.

Homo non est nisi animal rationale.
Homo si definiendo explicetur, est animal rationale.
Homo definitur animal rationale, &c.
Atqui Socrates est animal rationale: Ergo Socrates est homo.

Si enim vera est maior propositio, vera est & quæ sufficitur & sequitur in illius locum ad hunc modum.

Animal rationale est homo.

Monitū. Quando secunda in figura duplex affirmatio est vera, & tamen conclusio falsa;

tunc { non est omnino falsa. / sed partim falsa, partim vera, vt patet in sequenti syllogismo.

Homo est animal: equus est animal. Ergo equus est homo.

Equus { non est homo, quia non est animal rationale. / est tamen animal.

Finis Libri primi Priorum.

IN LIBRVM

Digitized by Google

IN LIBRVM SECVNDVM PRIORVM ANALYTICORVM PARTITIO.

IN prima parte exponuntur sex partes, & facultates.
In secunda, vitia, imbecillitates syllogismi.
In tertia imperfectiores argumentationum formæ, argumentum & vis inueniendi.

PRIMA PARS.

DE SEX SYLLOGISMI POTESTATIBVS. *Potestas Prima.*

IN CAPVT I.

Concludere plura syllogismi est facultas prima, id fit variè.

Primò per conuersionem conclusionis, vertitur autem { A in I. / E in E, E in O. / I in I.

Secundò per mutationem argumenti generalioris in minus generale:
Viuentis in animal, animalis in hominem.

Tertiò { per subiecti generalioris mutationem in specialius; vt hominis in Socratem. / aut per particularis in aliud particulare simile. p. hominis in equum, circuli in triangulum, fortitudinis in temperantiam.

IN SECVNDVM, TERTIVM, ET QVARTVM CAPITA. *Potestas 2.*

Concludere ex falsis verum syllogismus potest in omni figura.

Falsa propositio { vel omnino falsa: vt chimæra est animal. / vel secundum quid tantum: vt canis est lupus.

Digitized by Google

Aliquid lupi eſt in cane.

Octo modis ex falſa antecedenti propoſitione colligi poteſt verum ſeu concluſio vera.

Falſa { vtraque, tum { vel omnino } vtraque. / vel ſecundum quid } vtraque. / vel propoſitio omnino, ſumptio ſecundum quid. / vel ſumptio omnino, propoſitio ſecundum quid. / vna tumque { vel propoſitio } idque { vel omnino. / vel ſecundum quid tantum. } / vel ſumptio }

In quaque figura ex falſo colligitur verum: niſi in prima quando ſumptio eſt planè falſa.

Ex vero falſum colligi nullomodo poteſt ratiocinando, ſyllogiſando.

Quia { poſito antecedenti ponitur conſequens. / ſublato conſequenti tollitur antecedens. }

Si ex vero colligeretur falſum, foret ſimul vera pars vtraque contradictionis, quod fieri nequit.

Veritas non pugnat cum veritate, falſitas pugnat { & cum falſitate aliqua. / & cum aliqua veritate. }

Sed non cum quauis.

IN QVINTVM, SEXTVM, SEPTIMVM CAPITA.

Circulariter concludere, ſeu in orbem concludere poſſe, ſyllogiſmi eſt facultas tertia.

3. *Poteſtas.* Circulus in ratiocinando dicitur fieri cum ex concluſione & altera antecedentium, ſimplex conuerſa concluditur reliqua.

Eſto ex. gr. hic ſyllogiſmus { omnis homo ridet. / omne rationale eſt homo. Ergo, &c. }

Circulus efficietur, in hunc modum.

Omne rationale ridet.

Omnis homo eſt rationalis. Ergo omnis homo ridet.

In barbara quiduis concludi poteſt, ſi termini ſint reciproci.

In celarent { concluditur C *e* per conuerſionem A in A. / non concluditur *la* niſi per prolepſin & aſſumptionem. }

In darij { concluditur minor circulariter. / non concluditur maior }

Digitized by Google

Assumptio fit quando conclusioni adiungitur causſa, & fundamentum syl ogismi.

Porrò { in Cesare concluditur C E. / in Camestres concluditur M E S. / in Baroco concluditur R O. / in Festino nihil concluditur circulariter, nisi quod affirmatio concludi potest per assumptionem contradictionis.

In tertia figura { si vtraque est vniuersalis nihil concluditur circulariter. / sæpius particularis concluditur { circulariter si assumet. / per assumptionẽ si neget.

IN OCTAVVM, NONVM, DECIMVM CAPITA.

Conuersio est facultas syllogismi quarta.
Conuertitur tum propositio, tum syllogismus.
Conuertitur syllogismus quando ex contradictione conclusionis & vna antecedentiũ colligitur contradictio reliqua vt fit in tertio genere examinis. 4.

IN CAPITA XI. XII. XIII. XIIII.

Deducere ad incommodum, inconueniens, falsum & impossibile, syllogismi est facultas quinta, qua de re suprà disputatum. 5.

IN CAPITA XV. XVI. XVII.

Concludere aliquid ex oppositis propositionibus syllogismus potest, in hunc modum. 6.

Nullus homo currit ..... omnis homo currit ..... Ergo nullus homo est homo.

Subalternæ propositiones non propriè opponuntur.
Subcontrariarum vtraque est particularis, ideo nihil concludunt.
In prima figura non habet locum hæc facultas: Quia illic argumentum nunc subijcitur, nunc prædicatur.

IN SECVNDAM LIBRI PARTEM. *De vitijs syllogismi.*

PRÆFATIVNCVLA.

Virtutum similitudine vitia decipiunt.
Postulatio principij aliquid habet affinitatis cum probatione circulari.

Digitized by Google

Deceptio ex opinione cum facultate sexta, &c.
Præcipua syllogismi vitia sunt tria.

Vitium Primum.

IN CAPVT XVIII.

De petitione principij.

Agitur de petitione principij { hîc propter veritatem. / octauo Topicorum } { propter opinionem. / in elenchis }

Petere & postulare seu interrogare principium, est cum aliquid te probare simules aut probare videaris, non probare tamen.

Petitur variè:

put? { primò cum { vis concedi conclusionem vitiosi syllogismi. / vel ratiocinari per aliquid aliud à conclusione, sed quod sit ipsa obscurius, aut æquè obscurum. } / secundò cum idem per idem probas { aut confestim. / aut post aliquid intercapedinis. } }

Nunquam conclusio interroganda est octauo Topic.
Probationum est interrogari.
Qui conclusionem interrogat, petit principium.
Peti potest principium in figura omni.

Sumere tanquam concessa, quæ non conceduntur, est principium petentis cum principium petitur in propositione, termini sumptionis reciprocantur. Cum in sumptione termini, propositionis idem valent.

IN CAPVT XIX.

Vitium 2.

De non causſa tanquam causſa.

Non propter hoc falsum accidit est vsitata responsionis formula dum retexitur deductio ad incommodum vt deprehendatur causſa falsæ conclusionis.

Quando aliquid euenit, vt exempli gratia victoria, morbus, discordia, &c. quod multa antecesserunt: Non est idem omnium iudicium de causſa, sed hîc euentus acceptus refertur ab vno vni causſæ, ab altero alteri: vt victoria fortunæ, virtuti Imperatoris, æquitáti causſæ, pedestribus copijs, equitatui, hostium dissidio.

Si quæ verò affertur causſa quæ nobis idonea non videatur:
Respondemus non propter hoc.

Digitized by Google

Eodem modo quia vanitas propoſitionis concluſæ ſyllogiſmo non poteſt emanare niſi à falſitate antecedentium, ſi proba ſyllogiſmi forma, dum venamur cauſſam illius falſitatis varium iudicium eſſe ſolet.

Culpat { hic maiorem propoſitionem, aliquidue ei annexum. / ille minorem &c.

Quando vero aliqua propoſitio nobis videtur immeritò accuſari, reſpondendum eſt non propter hoc accidit falſum.

Proponat e.g. aliquis hunc ſyllogiſmum.

Habitus qui conſtitutus extra voluntatem & fontem bonæ intentionis non facit virum bonum.

Fortitudo eſt habitus extra voluntatem conſtitutus.

Ergo fortitudo non facit virum bonum ....quod abſurdum dictu.

Si quis contendat ſumptionem in cauſſa eſſe, cur concludatur falſum.

Reſpondendum eſt non propter hoc.

Accipit non cauſſam pro cauſſa, qui culpat propoſitionem quæ non eſt culpanda.

Culpatur { ineptiſſimè propoſitio ſermonis prolixioris quæ nullum habet vocabulum commune cum concluſione falſa. / ineptè quæ commune habet, ſed eſt vera.

In gradationibus operoſum eſt deprehendere cauſſam falſæ concluſionis.

IN CAPVT XX.

Falſa ratio idem atque concluſio deductionis ad incommodum.

Hæc { non ex vero ſeu ex antecedentibus quâ parte veræ ſunt. / ſed concluditur ex annexa falſitate.

Præcepta interrogandi & reſpondendi lib. octauo Top.

Reprehenditur qui fatetur contradictionem.

Syllogiſmus qui concludit contradictionem ſententiæ noſtræ, dicitur reprehenſio, elenchus: ſed qui concludit contrarium, concludit etiam contradictionem.

IN CAPITA XXI.

De Deceptione ex opinione.

Sæpe nos decipit erronea perſuaſio noſtra, efficitque,

vt videamur nobis { reprehendere quod non reprehendimus. / reprehendi cum non reprehendimur, & vt magis decipiamur, reprehendamur & capiamur ànobis, quàm ab aduerſario.

Digitized by Google

Hoc autem variè fit.

Primò { vni eidemque rei. p. Socrati insunt duo. p. { pictor. / prætor. }
horumque vni aliquid per se ineſt, vt prętori magiſtratus: ita vt alteri. p. pictori per se non conſueriat.
indeque conſtruas oppoſitas ratiocinationes. p. in h. m.

Pictor non eſt magiſtratus.
Socrates eſt pictor.
Ergo Socrates non eſt magiſtratus.
Prætor non eſt magiſtratus.
Socrates eſt prætor.
Ergo Socrates non eſt magiſtratus.

Secundò quando quatuor pluraue in ſeriem categoricam digeruntur, vt Qualitas, habitus, virtus, Theologica virtus, charitas.

Si quis aliquid eorum quę intericiuntur putet non interiici, & tamen ſuperius eſſe inferiori. p. in h. m.

Virtus non eſt qualitas.
Qualitas eſt virtus. . . . Ergo.

Si quis nouit parentem alicuius, non ideo auum, &c.

Tertiò quando nouimus generalem propoſitionem. p. hanc.

Omnis pater eſt colendus, ne ſis vitæ breuis.

Minorem tamen ignoramus. p. iſtam.

Benefactor eſt parens: ac propterea non fatemur aliquid quod tamen naſciturum eſt ex maiori propoſitione. p. hanc aſſertionem.

Ingratus non eſt futurus longæuus.

Quartò quando concedimus vtramque partem contradictionis, quod vnaquæque probabili ratione nobis videatur comprobata.

Quintò quando contrariorum, vt viſus & cæcitatis, fortitudinis & temeritatis creditur eadem eſſe natura & definitio.

Sextò quando propter contrarias rationes fatemur contraria;

p. animum { eſſe mortalem quod doleat, egeat organo. / eſſe immortalem quod teneatur naturali deſiderio æternitatis.

De reciprocatione.

IN TERTIAM PARTEM.

DE RECIPROCATIONE, INDVctione, exemplo, &c.

IN CAPVT XXII.

De Conuerſione.

Quid ſit reciprocatio propoſitionum, explicatum eſt.

Digitized by Google

In figura prima eueniunt crebrò reciprocationes & conuerſiones.
Sex proponuntur regulæ.

Prima regula.

Quoties maior & minor terminus in prima figura reciprocantur, vt homo & ridens: neceſſe eſt argumentum reciprocetur, vt rationale.

Tùm circulares fiunt probationes naſcunturque ſex ſyllogiſmi ex tribus terminis. ſint ex.g. termini.

Homo ridet .... rationale eſt homo. ... Ergo rationale ridet.
Homo eſt rationalis .... riſibile eſt homo .... Ergo riſibile eſt rationale.
Rationale ridet .... homo eſt rationalis .... Ergo homo ridet.
Quod ridet homo eſt .... rationale ridet .... Ergo quod rationale, eſt homo.
Riſibile eſt homo .... rationale eſt riſibile. Ergo omne rationale eſt homo.
Quod ridet, rationale eſt: atqui homo ridet: Ergo homo eſt rationalis.

Secunda regula.

Quando reciprocantur { hinc duo: vt ingenitum & incorruptibile. / hinc alia duo: vt genitum & corruptibile.

Si primum & tertium ſunt ita affecta: vt eorum alterum de re qualibet dici oporteat:
Simul tamen affirmari nequeant: tum ſecundum etiam & quartum ita ſe habebunt.

Ingenitum .... incorruptibile, genitum, corruptibile.



Tertia regula.

Quando par differentiarum aut contrariorum componitur cum altero;

vt { calidum / frigidum } cum { ſiccо. / humido. }
vt { prudens / imprudens } cum { probo / improbo. }

Tum { ſi primum non reciprocatur cum tertio, neque ſecundum cum 4. reciprocabitur. / ſi primum cum tertio reciprocatur, reciprocabitur etiam ſecundum cum quarto.

Quarta regula.

Cum quid dicitur de duobus ſolis. i. ita vt dici nequeat de re vlla, quæ duobus illis non comprehendatur;

Vt ex.g. { A de B & C. / animal de ſentienti & homine, ſi horum vnum generatim prædicatur de altero, vt ſentiés de homine, illud cum primo reciprocabitur.

Digitized by Google

Quinta regula.

Quando duo vt { anima / risibile } insunt vni. p. homini;

Si illorum vnum cum hoc reciprocatur, vt risibile cum homine, & reliquum de illo prædicabitur.

Quidquid ridet est animal.

Sexta regula.

Quæ pertinet ad bonorum delectum.

Ponatur { hinc vnum bonum cum opposito malo / hinc alterum bonum cum opposito malo } hocce pacto;

Sanitas, ægritudo; diuitiæ, paupertas.

Si bonorum vnum coniunctum cum malo quod alteri opponitur, vt sanitas cum paupertate ..... est optabilius quàm alterum bonum cum altero malo:

Profecto bonum illud præstabilius.

Sanitas ✕ ægritudo.
Diuitiæ ✕ paupertas.

IN CAPITA XXIII. XXIV.

ἐπαγωγὴ De epagoge in rudimentis.

Inductio communis in syllogismi formam configurari potest, cum sit velut Enthymema.

Syllogismus { vnus per medium qui opponitur inductiuo, estque naturâ notior. / alter per epagogen, seu inductionem qui secundum nos clarior. }

In hoc probas extremum de medio per aliud extremum quod cum priori extremo reciprocetur.

Ex.g. { medium B. inesse extremo A per extremum C. / ἀ"χολ ον inesse longeuo per omnia singularia, siue particularia. }

Exemplum { vnum vbi ex particulari colligitur genus: vt Cæsar ita se gessit: Ergo imperatores ita se debent gerere. / alterum vbi ex singulari colligitur singulare aliud: hoc Alexander gesserat, gerere igitur & Cæsarem decuit. }

Exemplum { aliud quo probamus. / aliud quo præceptum aliquod, vel definitio illustratur, quodque

Digitized by Google

quodque in ſcholis creberrimè vſurpatur.

IN CAPVT XXV.

Apagoge ſeu abductio in Logica, Mathematica, eſt tranſitio ab vno theoremate, aut problemate ad aliud ex quo colligitur.

Platonicis eſt ratiocinatio vera ſimile inferens. Verùm Ariſtoteli eſt quando concedimus maiorem propoſitionem, & poſtulamus minoris confirmationem.

IN CAPITA XXVI. XXVII. XXVIII.

ἀπαγωγὴ

Significatus multiplices non eſt huius loci exponere.

Signum { ſimplex quoduis argumentum, idoneum ad probationem quæſtionis.
complexum eſt propoſitio neceſſaria, vel probabilis, quæ adhibetur ad faciendam fidem.

Credibile { generatim quicquid fide dignum, ſiue ſit neceſſarium, ſiue veriſimile tantum.
ſpeciatim quod non eſt neceſſarium, & tamen veriſimile.

Credibile { ſi æſtimatur ex opinione hominum vocatur probabile.
ſi verò ex natura rei, dicitur veriſimile.

Eſt igitur.

Enthymema eſt ſyllogiſmus cui altera antecedentium deeſt.

Deeſt { propoſitio ſi in antecedenti inuenitur minor terminus. Homo ſentit: Ergo eſt animal.
ſumptio ſi maior terminus concluſionis inuenitur in antecedenti, vt animal ſentit: Ergo eſt homo.

IN CAPVT XXIX. ET VLT.

φυσιογνωμονικὰ

Phyſiognomia vtitur ſignis. Ideo ad illam digreditur Ariſtoteles.

Definitur ars coniectandi naturam hominum aliarumque animantium ex ſpecie & aſpectu.

Duæ hypotheſes.

Naturales affectus immutant { non modo corpus. — *Prima.*
verumetiam animum: ita vt ingenium prodere & patefacere poſſint.

Vnius affectus naturalis. p. fortitudinis naturalis vnicum eſt ſignum videlicet proprium. — 2.

Digitized by Google

Præceptum.

Si quæ affectio vt e.g. fortitudo, naturalis fortitudo, &c.

Primum. ineſt vni toti ſpeciei generiue vt leonibus: ineſtque alteri, aliiſue, vt equo, homini, &c. Sed ita vt non inueniatur in omnibus, quæ hîc continentur, p. in omnibus hominibus: tunc vt inueniatur ſignum huius naturalis affectionis:

Inſpiciendum eſt quid conſequatur hanc affectionem in indiuiduis poſterioris generis: hocque pro ſigno affectionis eſt habendum: vt pro ligno fortitudinis habere grandes extremitates.

2. Quando in re vnâ duæ affectiones offenduntur;

Vt in eodem homine { memoria excellens per naturam. / et fortitudo naturalis, nec facile vnius ſignum ſecernitur à ſigno alterius, oculi coniiciendi ſunt vbi ex affectionibus non niſi vna inueniatur.

Finis Libri ſecundi Priorum Analyticorum.

Digitized by Google

AD DVOS LIBROS APODICTICOS.

PRO PRÆFATIVNCVLA.

BREVES DVO TRACTATVS.

PRior de hoc opere, de mentis operatione, de doctrina.
Posterior de comprehensione, & illius oppugnatione potissimumque Pyrrhonia.

TRACTATVS PRIOR.

ARTICVLVS PRIMVS.

De his Libris Apodicticis.

Quid ars Didascalica, seu doctrinalis?

D. Hic est tantum ars demonstrandi, seu ars conficiendi, & examinandi demonstrationes.
at si omnibus suis absoluatur numeris, est ars condendi, & omnibus modis Logicis elaborandi methodum, & disciplinam iustionis magnitudinis, cuiusmodi est Physiologia.
Sed scientia, & demonstratio dum applicatur rebus singularibus euadit in opinionem per applicationem rerum singularium: ideo ars sciendi inseruire potest opinionibus.

Quomodo vocatur?

Analytica posterior, didascalica, seu ars doctrinalis & apodictica, seu demonstratiua.

Author & Scopus huius operis.

De authore suprà. Scopus est instruere demonstrandi artem.

Inscriptio, materia.

Tituli, & inscriptiones declarantur suprà.

Digitized by Google

Obiectum { vel ſciendi inſtrumentum, quod { demonſtratio. / definitio. ; vel demonſtratio potius, ita vt propter hanc tractetur definitio.

Ordo.

Hi libri { poſtponuntur prioribus analyticis: quia genus antecedit ſpeciem, ſyllogiſmus demonſtrationem. / prę ponuntur libris Topicis & Dialecticis.

Primò quia veritas eſt probabilitatis regula.

Secundò quia philoſophema vt difficilius effectu quàm epicherema, & aporema, non eſt tamen intellectu & comprehenſu.

Obiectiones.

Probabilia faciliora quàm neceſſaria. D. { ſi ſpectetur exercitatio C. / ſi præceptio & quæſtio N.

Citantur Topica in Analyticis & reſolutoriis.

R. citari { et antecedentes libros in ſequentibus. / et ſequentes in antecedentibus.

Prius agendum eſt de materia quàm de forma ſyllogiſmi.

Atqui agitur { de materia in Topicis. / de forma in apodicticis, aut ſaltem in analyticis: Ergo.

Nego { P. quia materia non intelligitur niſi ex forma. / S. quia { in apodicticis de materia & forma demonſtrationis agitur. / in topicis de materia & forma dialectici ſyllogiſmi.

Efficitur-ne vnum opus ex prioribus et poſterioribus analyticis?

Efficitur vt conſtat ex proœmio & epilogo.

Genus coniungi ſolet cum ſpecie nobiliori ſimpliciori: de quare in methodicis.

Obiect.

Demõſtratio non admittit omnes figuras, omnes ſyllogiſmorum modos, ſed tantùm eos qui concludunt A vel E.

Syllogiſmus Dialecticus contrà nullam figuram, nullum reſpuit modum. Ergo priores libri analytici pertinent potius ad dialecticum, quam ad apodicticum.

D. A. { ſi nomine demonſtrationis intelligatur doctrina quæuis N. / ſi duntaxat ſyllogiſmus neceſſarius, & qui ſcientiam gignat;

D. { ſi oſtendit, C. / ſi deducit ad incommodum N.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De mentis functionibus.

Quænam actio, functioue mentis?

¶

Est { vt sensus sentire, visus videre.
ita mentis intelligere, concipere, cogitare.

Quæ notionum mentis appellationes?

Sunt { aliæ communes: vt noëma, noësis, animi pathema, notio, conceptio, intellectus, intelligentia, animi sensum, cogitatio, dianoëa, &c.
aliæ propriæ, & speciales: vt fides, opinio, scientia, ratiocinium, &c.

Quid intellectio?

Est functio eius facultatis, quæ appellatur mens & *hegemonicum*. *ἡγεμονικὸν.*
Est quasi impressio quæ fit in hegemonico, & parte principe àre obiecta speciene eius per quam impressionem res apprehenditur, cognoscitur, intelligitur.

Qui scopus intellectionis?

Est { nunc cum Deo & homine veritas, seu notitia ipsa. *In theoreticis.*
nunc præterea opus. j. opera vel effectus operæ, vt ex. gr. in moralibus actio rectæ rationi congruens. *In practicis.*

Quid obiectum terminans?

Menti obijcitur ens, non quatenus ens, sed quatenus intelligibile.
Quanquam vnumquodque habet è veritate, vt ex esse.
De obiecto mentis in rudimentis.

Quinam opifex?

Deus, mens ipsa, obiectum, & imago eius intentionalis.
Intelligere solemus per phantasmata, quæ percellunt etiam inter dormiendũ.

Quæ partes?

Partes perfectæ intellectionis, apprehensio, diiudicatio: apprehendit propositionem qui assequitur illius sensum quamuis nesciat vtrùm sit vera.

Quotuplex dijudicatio?

Est { vna priuatiua cum fit ἐποχὴ, siue suspensio assensus.
altera positiua cum assentimur imaginationi & inclinamur.

Quid assensus?

Dist. { nunc sumitur tàntum pro inclinatione ea facultatis crĩticæ, quæ certa est.
nunc pro quauis { siue sit certa.
siue incerta, & dubia.

Digitized by Google

Quid fides?

Est { nunc assensus quiuis potissimum mentis.
nunc assensus dubius.
nunc assensus propter authoritatem.

Quotuplex assensus mentis? §

Quinque gradus intellectionis positi in rudimentis;
.n. { hinc epoche.
hinc quadruplex assensus, vbi { triplex opinio.
comprehensio, & dogma.

Quæ virtutes, quæ vitia?

Virtutes, veritas, perspicuitas, certitudo, fœcunditas, veracitas, &c.
Vitia ex virtutibus intelliguntur. [··]
Certitudo est firmitas adhæsionis & assensus.
Credibilitas { vna est à perspicuitate.
altera à probatione.
Fallacitas ab obiecto, à sensu, à mente ipsa.
Dignitas ex virtutibus & ex causa potissimúmque ex obiecto æstimatur.

Quot modis dicitur falsa intellectio?

Dicitur { aut quia dissentit ab intellecta re.
aut quia non est eius disciplinæ, in qua profertur: vt si medicus proferat primigenium peccatum.
Falsitas etiam in eo quod pluribus fiat quàm fieri debet.

In quo consistit veritas?

In dijudicatione potius quam in apprehentione. ¶

Quotuplex humana intellectio?

Diuisio prima.

Mens { vel configuratur ab obiectis proindéque à sensibus, præceptoribus & memoria, estque instar cerei pomi.
vel se ipsa liberè configurat, estque instar pomi naturalis.
Idque { partim in apprehendendo, imaginando { per abstractionem.
per complexionem.
partim & maximè in iudicando.
Stoicis noëma { vel *naturale*, & dicitur prænotio, impressio quæ fit in mente, vtdum conspicitur leo.
vel *artificiosum*: vt propositio, argumentatio.
Apprehensiones & imaginationes à sensu pendent, sed sensu comprehensa & apprehensa variè immutamus per abstractiónem & complexionem.
Nam in abstrahendo & complectendo mens liberior est.

Digitized by Google

Sensus { & abstrahit / & complectitur } { sed citra libertatem.

Secunda, tertia, quarta diuisio.

Intellectio { certa { euidens { vera. / obscura { falsa. } } } / incerta { euidens { vera. / obscura { falsa. } } } } (..)

Quinta, sexta, septima diuisio.

Est { affirmans / negans } { facilior / difficilior } { theoretica. / practica. }

Octaua, nona, decima diuisio

Est { velox / tarda } { simplex / complexa } { rudior, & popularis. / accuratior, exquisita, exacta.

Vndecima, duodecima diuisio.

Est { comprehensiua / non comprehensiua } { visiua, & intuitiua, quæ rei tanquam præsentis. / abstractiua, quæ rei tanquam absentis, vt dum regem absentem cogitamus.

Abstractiua { nunc quæ rei tanquam absentis. / nunc quæ separat, unamque percipit sine alio coniuncto.

Comprehensiua { nunc iudicatio certa explorata quæ dicitur perceptio, comprehensio, scientia & dogma, &c. / nunc ea notio quæ assequitur quicquid in re est: quo sensu Deum apprehendimus non comprehendimus, imò vix quidquam comprehendimus.

Intuitiua { nunc prima mentis operatio. / nunc quæ rei tanquam præsentis. §

Decima-tertia diuisio.

Est { *directa*: vt cum cognoscis cœlum. / *reflexa*: vt cum cognoscis te cognouisse.

Decima-quarta, decima-quinta diuisio.

Est credibilis vel incredibilis. Incredibile etiam quod creditur difficile.

Est rei spiritalis vel corporeæ ..... Sed spiritalia non innotescunt, nisi per res corporeas.

Decima-sexta diuisio.

Est singularis intellectio, vel vniuersalis & catholica.

Singularis { vel quia obiecti singularis: vt notitia per quam cognoscitur Deus. / vel quia subiecti singularis: vt cognitio per quam de cœlo philosopharis, &c.

Digitized by Google

Hæc { aliquando circa commune obiectum occupatur.
aliquando vero circa singulare.

Intelligo & volo ..... tum cibum ..... tum hunc cibum, & volo.

Sed moueo hunc lapidem, non lapidem ; video hunc solem, non autem solem.

Decima-septima, decima-octaua, decima-nona diuisio.

Est { necessaria / impossibilis / contingens } { intellectus / scientia / opinio } { intuitus animi. / propositio. / argumentatio. }

Vicesima diuisio.

Sermo est interior vel exterior. De qua diuisione in rudimentis. ¶

Opinio { nunc intelligentia quæuis.
nunc intelligentia certa & assensus cum formidine.
nunc intelligentia, quæ potest aut potuit aliter habere: vt cogitatio pluuiæ præteritæ.

Vicesima-prima, & vicesima secunda diuisio.

Apprehendimus, inferimus, distinguimus, eligimus.

Studemus audiendo, legendo, disputando, meditando, quæ singula peculiares quasdam præceptiones sortiri possunt.

Vicesima tertia diuisio.

Inuenimus ipsi, vel ab aliis excogitata assequimur.

Monitũ. Consulatur articulus sequens, sermo de mente, de obiectis mentis, & de virtutibus mentis.

ARTICVLVS III.

De doctrina, & de disciplina.

Quî ista differunt?

Quibusdam { doctrina & didascalia in doctore & magistro. ¶
disciplina & mathesis in discipulo.

μάθησις. At Aristoteli tum doctrina, tum disciplina in discipulo est.

Vt res sit eadem { didascalia & doctrina in doctore in magistro.
disciplina quatenus in discipulo est.

Res eadem dicitur { lectio quatenus lectione comprehensibilis.
acroasis & acroama quatenus auditu comprehensibilis.

Quid doctrina?

Aliquando est notitia quæ pendeat ex prænotione, maximè quatenus à doctore pendet, vt conclusio.

Sæpe idem atque eruditio quæuis, quoduis docere.

Quid

Digitized by Google

Quid docere?

Primò quamuis facultatem, quę sit capax habilitatis erudire, habiliorem facere ..... vt cum dicitur doceri manus.

Secundò erudire facultatem apprehensiuam animalis docilis quod necesse est valeat memoria & phantasia: vt cum dicitur doceri equus, psittacus, &c.

Tertiò erudire mentem potissimum alienam aliquid ipsi imprimere.

Quid docere propriè?

Est in alterius mentem aut nostram signi obiectiue opera insinuare aliquid quod ignorabat, maximè si hoc cognoscatur à docente, & notitia fiat per prænotionem.

Quid caussa doctrinæ?

Scopus eruditio eius qui docetur.

Opifex { partim præceptor cum signo & obiecto. / partim discipuli sensus, mens, & memoria. } §

Obiectum quod cognoscitur recenter à discipulo.

Cuiusmodi debet esse doctrina?

Debet esse accommodata argumento, loco, tempori, reipub. fini, &c.

Cuius est præcipere de docendo?

Logici præcipere de docendo, de discendo.

Partes aliæ discipuli, aliæ doctoris.

Quotuplex doctrina?

Diuisio prima. †

Aut exemplo obiectiue exhibitione mens docetur.

Tumque { quod docet non necessariò nouit. / res ipsæ nos erudiunt, imprimunt imaginem sui. }

Aut aliquo signo naturali .p. hedera, vexillo, voce, scriptura, &c.

De signo suprà.

Secunda diuisio.

Est { vna theoretica doctrina per quam mens eruditur, sed non instruitur ad regendum. / altera practica vbi mens debet informari vt erudiatur obsequens facultas. }

Hic opus est præcepto. ..... exemplo. Præceptum { generale: vt fuge consortium scelerati. / singulare: vt noli cum isto habitare. }

Exemplum { in magistro / in discipulo / in alio } est { verum: vt cùm pictores docent. / verbis tantum adumbratum: vt quando medici & politici in scholis, & in libris exempla proponunt. }

Digitized by Google

Optima practicæ eruditionis ratio cum præcepto, tum generali, tum particulari subiungitur exemplum: verum duplex, primum præceptoris, alterum discipuli, vt in pingendi arte, saltandi, &c.

Hinc multi gradus secundarij.

Certè vbi exempla rara, operosa, tunc oportet signis & verbis ea adumbrare: vt ferè fit in arte medica, politica, & militari, &c. Sed de practica disciplina sæpius.

Tertia diuisio.

Qui docet, vel exercet, vel non exercet. De qua re in Ethicis præludijs.

Quarta diuisio.

Docemus { nunc plures simul: vt in scholis & concionibus.
nunc vnum tantum putâ cum nobilior adolescens à præceptore instituitur: quæ docendi rationes sunt valdè discrepantes. Posterior multis præceptis continetur. Consulatur sermo de scriptura.

Quinta diuisio.

Eruditio { vna est publica & quasi politica.
altera priuata & domestica, œconomica.

Sexta diuisio.

Docemus { aut accuratè. p. mathematico more.
aut ruditer, populariter veluti typo, confectando similitudines, & per exempla.

Septima diuisio.

Docemus nos ipsi, docemus alios.

Sensa animi declaramus alteri, verbo, scripto, alio signo.

Res externas declaramus { nunc ipsas similesue alias exhibendo.
nunc autem signo.

Docere verbo quàm scripto conducibilius, præsertim si quis priuatim instituatur. Scriptura tamen est opus propter absentes & memoriæ imbecillitatem.

Digitized by Google

TRACTATVS POSTERIOR.

DE COMPREHENSIONE, ET ILLIVS oppugnatione potiſſimùm Pyrrhonia, déque Inſtrumento ſciendi.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Comprehenſione, déque ad ipſam affectione potiſſimum Pyrrhonia.

Quomodo hæc tria affecta, epoche, opinio, et perceptio?

APprehenſio & imaginatio ſine aſſenſu, & cum epoche, eſt ſimilis manui expanſæ.

Aſſenſus dubius, ſiue opinio manui paululum inclinatæ.

Perceptio ſiue comprehenſio ſimilis pugno.

Sub auroram de muro ſpecto aliquid in foſſa conſtitutum putà funem intortum.

Primum ſit nec ne funis, an ſerpens dubito.

Deindè ſuſpicor funem eſſe non ſerpentem, vbi illuxit, comprehendo eſſe ſerpentem, non funem.

Quotuplex cogitatur perceptio, ſiue comprehenſio?

Cogitatur { vna per ſenſum { vna cum probatione { vna cum perſpicuitate. / altera ſine perſpicuitate: vt eùm credimus myſteria diuina. / altera citra probationem { altera per mentem

Datur-ne aliquid comprehenſionis?

Datur, quia habemus mentem & ſenſum.

Cupiditas ſciendi eſt naturalis, ideo non fruſtrà.

Comprehenſio neceſſaria ad viuendum, alioquin animal non potius vtiles cibos, quam inutiles conſectaretur, &c. ſuum peteret quàm alienum nidum, &c.

Natura non deficit in neceſſarijs.

Impoſſibile eſt quiduis eſſe contingens & fortuitum. Multa ſunt rata, firma, neceſſaria.

Monitum.

Non eſt architecti } aſtruere operis ſui poſſibilitatem.
Non eſt Logici }

Digitized by Google

Quomodo affecti veteres philosophi ad perceptionem & veritatem?

1. Quibusdam simul vera { affirmatio / negatio } seu vtraque pars contradictionis.
2. Quorundam iudicio { nihil verum, / omnia falsa.
3. Protagoræ { tale quidque quale videatur. / vtraque pars contradictionis potest esse simul vera. Quia vtraque potest videri vera.
4. Anaxagoræ { omnia confusa, nihil syncerum. / lapis non est magis lapis quàm aurum, &c. De qua re in rudimentis.
5. Heraclito & quibusdam alijs omnia perenniter fluunt, ideoque sunt incomprehensibilia.

Dogmaticis ferè { neque nihil / neque quiduis } comprehensibile ingenio humano.

Omnino philosophi se dederunt inuestigationi scientiæ, seu veritatis, & puræ perceptionis, comprehensionis.

Quæsitor veritatis { vel affirmat se illam inuenisse: vt qui dicitur *dogmaticus* philosophus. / vel negat se inuenisse, & certò deprehendere:

cumque { vel negat posse inueniri veritatem, seu comprehendi: vt aliquis ex Academicis. / vel perseuerat in inuestigatione, & quæsitione: vt *scepticus* philosophus.

Dogmaticorum familiæ plures .p. Pythagorei, Stoïci, Epicurei, &c.

Academia quintuplex.

Antiqua quæ Socratis, & Platonis.

Media quæ Arcesilai, qui etiam opinionem tollebat.

Noua quæ Carneadis, & Clitomachi.

Quarta quæ Philonis & Charmidæ.

Quinta denique Antiochi.

Noua in academia ita iudicantur omnia incomprehensibilia, vt tamen opinio opinione æstimetur probabilior.

Comprehensionem { soli dogmatici retinuerunt, aut scientiam. / sustulerunt ceteri.

Consulendus sermo de sectis Philosophicis.

De Pyrrhonia Philosophia.

Quid scepti:a Philosophia?

Sceptica virtus definitur facultas, qua sensibilia & intelligibilia conferun-

Digitized by Google

tur, vt tandem deueniatur ad Epochen quantum licet, nec retineatur assensus vllus, nisi ille quo inclinamur ad phantasiam præsentem, astruaturque ataraxia, & fœlicitas. ἀπαραξία.

Quid epoche?

Est retentio assensus propter isostheniam .... i. parem vim, paria momenta in oppositis rebus ... seu in vtaque parte contradictionis. ἰσοσθένεια.

Quid ataraxia, apathia?

Est vacuitas à perturbationibus maximeque à doloribus internis .... quæ oritur ab epoche. ἀπάθεια.

In quo consistit fœlicitas pyrrhonia?

In indolentia quæ videtur minus turbare officia nostra quàm voluptas.

Quomodo vocatur hæc secta?

Nominatur
- pyrrhonia ab authore.
- aporetica à dubitando.
- sceptica à quærendo, indagando.
- ephectica ab epoche, & suspensione opinionis.

Quonam pacto epochen astruere pyrrhonia conatur?

Inquirit
- generatim
  - tum in omnem rationem comprehensionis, in omnes sectas.
  - tum in totam philosophiæ rationem.
- speciatim in singulas philosophorum sectas .... in quamque philosophiæ partem, in moralem, in naturalem, &c.

Per quid inquirit?

Inquirit per id quod appellatur tropus, & modus epoches.

Quid modus epoches?

Via & methodus quâ vtitur Scepticus ad inhibendam omnem assensionem, præter eam, per quam inclinamur ad phantasiam determinatam.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Elementa generalis inquisitionis pyrrhoniæ.

Monitum.

Ex Laërtio, Sexto philosopho, & Galeno depromenda elementa pyrrhoniæ inquisitionis.

Quotuplex epoches modus qui pertineat generalem ad inquisitionem?

Prima diuisio.

Est
- vnus à *indicante*, mendaci, fallaci.
- alter à *rebus indicatis*, quæ incomprehensibiles.

Digitized by Google

Nisi datur comprehensor, iudex, testis, & explorator cui tutò fidatur, non habetur comprehensio. Non datur autem, &c.

Nam si detur, is sit { vel sensus / vel intellectus / vel vterque } cum non habeatur alia critica facultas.

Neuter autem, quoniam mendacr haud tutò creditur.

Mendax { *intellectus* quia refellitur intellectu & sensu. / *sensus* quia refellitur { et ratione. / et sensu { tum alio. / tum eodem.

Iam quamuis daretur comprehensor, non daretur tamen comprehensio si neutiquam datur comprehensibile: non datur autem quia etiam illi ipsi qui putant aliquid à se comprehendi videntur fateri tria;

n. { primò non comprehendi quæ confusa, p. medelas simplices vnde componitur theriaca. / 2. non comprehendi quę perenniter agitantur, mutantur. / 3. hallucinationes accidere propter collationem, &c.

Omnia autem deprehenduntur { tum confusa. / tum posita in perenni motu. / tum adiuncta aliis.

Secunda diuisio.

Modi epoches aut vetustiores, aut recentiores & excogitati à recentioribus pyrrhoniis.

Vetustiores modi.

Primus modus petitur ex *animalium varietate.*

Varia animalium temperamenta, variæ constitutiones:

Proinde sunt varię phantasię & affectiones.

Ita vt quod videtur vni { insuaue, id tuaue / noxium, id vtile } videatur alteri.

Præterea belluarum multæ sensu hominem videntur antecellere.

Secundus modus ex *hominum differentia.* Dissimilia sunt hominum iudicia de re eadem: propter varietatem regionis, ætatis, valetudinis, temperamenti, &c.

Tertius ex organi *sensus* diuersa constitutione. p. oculi, linguæ, aurium, manus, &c. Etiam in eodem homine cibus idem aliter atque aliter afficit linguam.

Quartus ex varia dispositione sensus etiam seruato eodem temperamento. p. ex somno & vigilia, motu & quiete, audacia & timore, odio & amore, & affectu vario.

Oculus dum mouetur. p. in naui, iudicat rem moueri, quæ eidem quiescenti quiescere videtur.

Digitized by Google

Exiguum ſonum inter dormiendum imaginamur tanquam ingentem fragorem, &c.

Quintus ex interuallis, poſitionibus, & locis.

Res vna eademque apparet { eminus exigua. / propiùs intuenti magna : pro ſitu vario

etiam citra diſcrimen interualli, res eadem apparet coloris nunc vnius, nunc alterius : vt columbę collum. nunc magna, nunc parua.

Sextus ex permixtionibus & confuſionibus rerum.

Nihil purum ſub ſenſum cadit, omnia confuſa : itaque incertum eſt vnde prodeat ſpecies & apparentia.

Res vna eademque aliis atque aliis adiuncta, aliter atque aliter afficere deprehenditur. Conſulatur ſermo de non cauſſa tanquam cauſſa.

Septimus à quantitatibus, conſtitutionibus & comprehenſionibus ſubiectorum, ſeu rerum quæ obiiciuntur.

Ramenta caprini cornu apparent alba : at compoſita ſeu in ipſo cornu apparent nigra.

Madida tela apparet { vno modo nigrior. / altero candidior.

Pro vario ſtatu & quantitate res apparet aliter atque aliter, videtur nocere, prodeſſe: vt vinum, pharmacum, &c.

Octauus ex relatione, ad aliquid .... res eadem relata ad aliud atque aliud videtur alia atque alia;

P. { magna / parua } { albeſcens / nigreſcens } { melior / deterior } &c.

Nonus à crebrò & raro contingentibus.

Frequentia minuit / Raritas auget } pretium & admirationem.

Decimus (qui maximè ſpectat ad moralia) ex inſtitutis, conſuetudinibus, legibus, fabuloſis perſuaſionibus, decretis ſectæ & [religionis.]

Hinc idem videtur { vrbanum / inurbanum } { iuſtum / iniuſtum } { turpe / honeſtum }

item { credibile / incredibile } &c

Monitum.

Iudicat { aliter homo / aliter bellua } vtri fidendum ?

Primum.

Digitized by Google

2. Vt fidas homini iudicat { aliter hic / aliter ille } cui credendum?

3. Vis, huic credi. p. sano non ægro, vigilanti non dormienti? &c.
At hic ipse pro vario organi temperamento & sensorii aliter atque aliter iudicare deprehenditur. Cui fidendum est temperamento?

4. In eodem temperamento pro varietate alterius affectionis, ad sensorium pertinentis varia iudicia eiusdem numero sensus .... cui fidendum constitutioni?

5. Si tali fidendum constitutioni ais, quærit Pyrrhonius;
Ex quâ distantia petenda est perceptio; nam pro varia distantia, varium iudicium: ex quo situ & collocationis genere?
Vt autem iudex fingatur probè habere:

Quæritur { an ei fidendum cum ducitur authoritate tantum, / an cum suo ipsius sensu, } *Decimus.*

Vtque à iudice digrediamur ad rem diiudicandam, obiicit Pyrrhonius nihil
6. videri occurrere quod sit purum & syncerum: nam res quæuis vnius naturæ inuenitur & deprehenditur confusa cum aliis dissentaneæ naturæ: quæritur quænam internoscendi possit vsurpari ratio.

7. Vt fingamus occursare syncerum aliquid, restat nihilominus dubitatio.

Quia res apparet { aliter cum magna { aliter seorsim posita. / aliter cum parua { aliter composita cum re alia consimili. } }

8. Præterea { aliter dum consideratur sola. / aliter dum refertur aliò. }

9. Item { aliter vbi est rara. / aliter vbi est frequens. }

Recentiores modi.

Primus modus è recentioribus ducitur à dissidentia philosophorum.

Dissidere deprehenduntur philosophi { tum ab aliis. / tum à se inuicem. }

Secundus ille qui in infinitum reiicit: Pyrrhonius probationis probationem petit, idque in infinitum.

Tertius petitur à relatione ad aliquid, qui videtur suprà positus.

Sed relatio { vna à natura. / altera à nobis. }

Quartus hypothecticus seu suppositorius, reiicitur dogmata quod innitantur suppositionibus

Digitized by Google

ſuppoſitionibus. i. propoſitionibus minimè probatis minimè demonſtratis.

Quintus dicitur diallelus. i. alternatorius, & videtur pertinere ad principii petitionem. De qua ſuprà.

Confirmas ſolem lucere quia ſit dies.

Reſpondet Scepticus probationem hanc conſimiliter egere confirmatione à Sole repetita, vt ſint eiuſdem ordinis & conditionis hæ duæ propoſitiones. διαλληλος.

Eſt dies quia ſol lucet.

Sol lucet quia eſt dies.

Tertia diuiſio.

Scepticus modus petitur { vel à iudicante. / vel à iudicato. / vel ab vtroque.

Quarta diuiſio.

Modus { vel eſt appendix, aut ſoboles modi communioris. / vel eſt communior. Sunt autem communiſſimi duo.

Prior.

Nihil comprehenditur ex *ſe ipſo* ſine probatione.

Quia controuerſia de ſenſibilibus & intellectualibus. i. quâ quæritur vtrum ſenſui potius quâ ratiocinationi fides adhiberi debeat eſt indiiudicabilis.

Etenim non datur iudex [tertius] non criterium cui poſſis credere: nemo iudex in ſua cauſſa.

Poſterior.

Nihil comprehenditur ex alio [per probationem.]

Etenim { vel in infinitum progrediemur. / vel deuenietur ad aliquid quod comprehendatur ex ſe ipſo.

Apud Peripateticos deueniendum eſt ad axiomata indemonſtrabilia.

Quinta diuiſio.

Modi ad ætiologiam pertinent vel aliò.

Modi ætiologici.

Ætiologiæ & cauſſæ redditioni, ſcientia innititur & incumbit, itaque diruta ætiologia neceſſe eſt corruat ſcientia.

Tradit autem Sextus philoſophus octo modos ex Onezidemo, quibus dogmatica ætiologia refellatur, & philoſophia, quæ ſe cauſſæ indagatricem profitetur.

Primus eſt quoniam quæ non apparent non vidétur manifeſto probari & benè percipi per ea quæ apparent.

Roma non benè concipitur per Lutetiam etiam apud eos qui admittunt perceptionis aliquid & comprehenſionis.

Secundus quia ex multis cauſſis & rationibus quæ proferri poſſunt ac debent, fere non redditur & profertur niſi vnica.

Digitized by Google

Effectus tamen si est similis caussæ, est cuiuis similis non vni tantum etiam iudicio dogmaticorum.

Tertius quia eorum quę ſunt ordinate [p. domus, nauis, &c.]

Vbi quid post quid quæ afferuntur caussæ nullum fere ostendunt ordinem: & tamen non satis est nosse caussas..... nisi ordo cognoscatur etiam iudicio dogmaticorum, vt in pharmacorum compositione, &c.

Quartus quia nescimus vtrum quę non apparent, quę nunquam sunt conspecta eodem se habent modo quo apparent. p. vtrum eodem modo aliena quo nostra: Vtrum caninus dolor sit nostro similis, &c.

Quintus quia redditur caussa virtute suppositionum receptarum quidem passim sed dubiarum, partim horum axiomatum.

Omnia appetunt bonum.

Quæ sunt æqualia vni tertio, sunt inter se æqualia.

Sextus quia sumuntur in suppositionibus sæpe numero quæ facile [alicubi] deprehendi possunt.

Sed prętermittuntur quę iis repugnant quamuis sint æquè probabilia.

Nihil natura frustra fieri non omnes credunt.

Sæpe non proferũtur rationes & coniecturę nisi in vnam partem, cum tamen in vtramque proferri possint.

φαινόμενα *Septimus* quia plerumque rationes particulares quæ afferuntur, repugnant,... tum hypothesibus, tum phænomenis siue iis quę apparent.

Apud Peripateticos aliquando propositio vniuersalis credibilior, quam particularis, aliquando contrà. De qua re alibi.

Octauus quia dubia ferè astruuntur per æquè dubia.

Monitum circa quartum.

Quæ nunquam sensu deprehensa non possumus apprehendere, nisi ex sensu deprehensis.

In huius generis apprehensionibus sæpe deprehendimus nos hallucinatos quando quod non deprehendebatur sensu, postea deprehenditur sensu: vt Roma.

Cur non hallucinemur in iis quę { neque vnquam deprehensa / neque vnquam deprehendenda. } sensu.

Affinitas enim maior sensibili cum sensibili. p. Romę cum Lutetia, cum Babylone, &c. quam cum insensibili. p. motui ferri cum virtute magnetis quæ numquam sentit, nec sentiri potest.

Digitized by Google

ARTICVLVS TERTIVS.

Elementa pyrrhoniæ in Logicam inquisitionis.

Eius opugnationis ratio.

Prius in rationalem philosophiam, siue in Logicam inquirit Scepticus, quam in naturalem & moralem.

Logica dicitur esse scientia aut ars syllogistica, inductiua, definitiua, diuisiua, ars ratiocinandi, inducendi, &c.

Ad hæc officia opus diiudicatione, criterio, signo, vero, veritate, toto, parte, generibus, speciebus, communibus accidentibus, &c.

Ideo in hæc inquirit Scepticus vt & in syllogismum, inductionem, &c.

Inquisitionis capita pauca perstringamus.

De criterio seu iudicatorio.

Criterium est instrumentum idoneum ad peragendam diiudicationem, & cui acquiescentes viuimus, aut animantes viuunt.

Id { communiter mensura quæuis comprehensionis: vt visus, visio, phantasia, phantasma. / peculiariter mensura artificiosa comprehensionis: vt regula, vlna, perpendiculum, norma, &c. / peculiarissimè mẽsura artificiosa quę potest adhiberi artificiosè ad comprehensionem rei incertæ.

Seu mensura rationalis quæ adhibetur ad veritatis indagationem,

Atque huius tertii generis tres sunt differentiæ:

n. { criterium *à quo* seu ipse homo. / criterium *per quod*, seu sensus & intellectus. / criterium *secundum quod*, seu applicatio phantasiæ quâ diiudicamus.

Omnis autem mensura debet esse nota: iudex autem & criterium est mensura quædam. Quare, &c.

De *criterio* à quo.

Quid sit homo, philosophorum nemo vnquam explicare potuit.

Socrates apertè fatetur se nescire an sit homo, an aliud quidpiam.

De *criterio* per quod.

Prima.

Diiudicare certò non possumus { neque per sensum / neque per intellectum / neque per vtrumque } quia vterque mendax.

De *criterio* secundum quod.

Phantasiam & imaginationem imaginari & apprehendere non possumus:

dicitur esse impressio quædam in hegemonico, in anima.

In anima autem quæ est spiritus, aliquidue spiritu tenuius

Digitized by Google

quæ impreſſio cogitari poteſt ?

2. Quamuis apprehenderemus phantaſiam & imaginationem, non comprehenderemus tamen.

3. Quamuis comprehenderetur phantaſia & imaginatio : per eam tamen res externæ non diiudicarentur : vt homo, calor, ferrum, calor ferri, &c.

Nam { applicatur phantaſia rebus externis { non per ſe ipſam. / ſed tantum per ſenſum exteriorem.
hîc { non percipit externa ſubiecta. p. ferrum, calorem ferri, grauitatem, leuitatem, &c. / ſed tantum paſſiones ſuas, impreſſiones ſibi factas. p. calefactionem manus.

Non externa quia { neque per hæc ipſa. / neque per aſſimilationem.

Non per hęc ipſa, quoniam ſi ex hypotheſi ferrum non afficeret manum, pondus non premeret, non deprehenderetur, vt non percipitur pondus incudis cui ſubtrahas.

Non per *aſſimilationem* quod paſſio dicatur eſſe ſimilis cauſſæ externæ vnde oritur, p. calefactio manus calori ferri, grauitati grauitatio.

Quî enim ſcire potes vtrùm imago ſit ſimilis rei quam nunquam es intuitus, neque nouiſti niſi per hanc imaginationem.

Iudicandum eſt de ſpecie tota vt iudicamus de indiuiduo.

Quando aliquis cernit aliquid per imaginem ſolam: vt nos vultum Cæſaris, Alexandri. &c. non poteſt eſſe idoneus iudex conformitatis.

4. Iam ſi phantaſia fingatur & ponatur eſſe capax iudicii ferendi de rebus externis, de re apparenti, non de ſola apparentia;

tùm { aut cuiuis phantaſiæ & imaginationi eſt credendum. / aut iudicandum & decernendum cui potius ſit credendum & cur ?

p. { cur vigilanti potius quam dormienti. / perito potius quàm imperito. / ſano potius quàm ægroto. / ſano potius quàm inſano ſit adhibenda fides.

Hoc vero iudicari & decerni non poteſt vllo modo.

Quia { neque ſine phantaſia, quoniam apprehenſio & imaginatio non foret neceſſaria ad diiudicandum. / neque per phantaſiam illam quæ diiudicatur : quoniam nemo iudex in ſua cauſſa: nihil ſe ipſo clarius. / neque per aliam phantaſiam, impreſſionem, & applicationem.

Etenim prius iudicandum foret vtrùm hæc ipſa ſit credibilior..... atque ita progrederemur in infinitum.

Digitized by Google

De signo ex dogmaticis.

Ex Stoicis.

Est
- vnum commouefactorium & admonitorium signum.
- hoc autem
  - patrocinatur vitæ communi.
  - non oppugnatur à Pyrrhonijs.
- alterum endicticum, commonstratorium, indicatorium. ἔνδεικτικον.

Definitur axioma in vero coniuncto antecedens, quo detegitur id quod delitescit..... quod ex propria naturæ constitutione non per [solam] proprietatem memoriæ, &c. Id cuius est signum ..... vt fluxus sudoris porum & meatum cutis.

Sceptica de signo coniectura.

Res
- vel certa esse dicitur: vt sol, lumen, calor, frigus, dolor, &c. & ex se ipsa in notitiam venit.
- vel incerta & ignota, idque tripliciter:
  - incerta planè & omnino itaut nunquam cadat cadereue sub comprehensionem possit.
  - ad tempus incerta: vt regio incognita, herba incognita, &c.
  - videlicet res quæ cum naturam euidentem habeat, tamen propter aliquam causam ad tempus nobis est incerta & incognita.
  - per naturam incerta videlicet, quæ non potest per se ipsam percipi comprehendi, licet ex rebus alijs percipiatur.

Ex. gr.
- porus ex sudoris fluxu, anima ex vitali functione.
- virtus magnetis ex procursu ferri.
- Deus optimus maximus ex inspectione mundi.

Signo eget
- nullo
  - quod certum.
- monitorio
  - quod omnino
  - quod ad tempus
- monitorio
  - quod per naturam
- indicatorio

} incertum. Apud Stoicos.

Axiomatum & signorum endicticorum vniuersum genus oppugnatur à Pyrrhonijs per modos indicatos.

De vero & veritate.

Stoïcis
- vt pugnus est certus quidam habitus manus.
- manus certo configurata modo.
- ita epistheme & scientia est ipsum hegemonicum (pars ipsa princeps,) quatenus certo se habet modo. ἐπιστήμη.

Iisdem
- veritas est scientia verborum pronunciatiua.
- verum est dictum conforme rebus quæ dicuntur.

Sed
- *essentia* differunt, quia
  - verum incorporeum est nec substantiale.
  - veritas corporea mens Stoicis corpus.
- constitutione quia verum est simplicius.

Digitized by Google

facultate quia veritas ſcientiæ neceſſariò adhæret, non autem neceſſario verum.

Verum { vel ſimplex ſiue incomplexum : vt terra eſt grauis.
vel complexum & coniunctum.

Id { à falſo ad falſum : vt ſi terra volat, pennigera eſt.
à falſo in verum: vt ſi terra volat, terra eſt.
à vero in verum: vt ſi terra eſt grauis, nititur deorſum. ¶

Pronunciatio { de re ipſa apparenti : vt { nix eſt alba. / nix non eſt alba.
de apparentia { certa & determinata { nix mihi nunc videtur alba. / nix mihi nunc non videtur alba.
absolutè { nix videtur alba. / nix non videtur alba.

Certa phantaſia & apparentia quæ circunſcribitur certo tempore, certa perſona, &c.

Scepticus dubitat ſitne aliquid natura verum, ſitne veritas vlla.

De vero & veritate alibi.n.in Metaphyſica.

Mel videtur { & dulce / & amarum } ideo { Democrito dulce & amarum. / Heraclito nec dulce nec amarum.

De Demonſtratione, &c.

Demonſtrationis partes non ſunt ſimul, ideo nec ipſa eſt.

Enumeratio innumerabiliũ { ſuperat hominis captum. / videtur neceſſaria ad inductionis aſtructionẽ.

Definitionem vllius rei quis aſtruxit?

De Pyrrhonio ſermone.

ἀπάθεια. Apathia eſt affectio per quam dicimus nos nihil affirmare, vel negare.

ἀφασία. Aporeticus delectatur vocibus aphaſiam exprimentibus, cuiuſmodi ſunt quæ ſequuntur.

Fortaſſe, fortaſſe non, id eſt res fortè ita habet, fortè non.

Licet, non licet, fieri poteſt vt ſit, fieri poteſt vt non ſit.

Non magis..... id eſt non potius hoc quam illud.

Cohibeo aſſenſionem, nihil definio, comprehendo. ¶

Omnia incomprehenſibilia, imperceptibilia.

Æqualis oratio cuiuis orationi aduerſatur.

Perſeuero in inueſtigatione?

Monitum.

Si quid Scepticus videtur affirmare, ſi quid negare.

Digitized by Google

Id accipiendum est tantum de apparentia certa & præsenti.

Cuius est Pyrrhonios impugnare?

Physici tantum & Metaphysici cum Dialectico.

Logicus non astruit probatione, sed supponit operis sui possibilitatem.

Dari perceptionis aliquid.

Insensibilia norunt aliquid { lapis nouit centrum & descensum. / vitis nouit conformare pampinum. / &c.

Porrò { vt norint metaphoricè, norunt tamen certò. / certitudo pluris fit in negotio cognitionis practicæ, quam ratio & forma quæ sit propria non metaphorica.

Ideo deteriùs naturaegillet cum animantibus quam cum illis.....nisi animantes aliquid comprehenderent .p. nidificationem, nidum, &c.

Fontes solutionum.

Non omnia sunt in perenni motu & fluctuatione, nec quæuis agitatio impedit perceptionem. 1.

Non omnia inligniter confusa... nec quæuis confusio impedit perceptionẽ. 2.

Confusio & permixtio non impedit quominus deprehendat { visus lumen. / tactus calorem, & adustionem. / gustus saporem, &c, } 3.

Quando quis errat, sed vniformiter & constanter error deprehendi potest.

Sic autem hallucinatur sensus.

Sensus { non videtur hallucinari circa genus proprij sensibilis .p. circa saporem. / non errat si obseruentur conditiones quæ requiruntur, & sunt deprehensibiles. } 4.

Nihil imaginamur nisi sensu fuerit comprehensum per se, vel per aliud.

Sed quæ sentiuntur, velis, nolis imprimunt menti aliquam imaginationem sui. 5.

Notiones { copulare / seiungere } non difficile est menti.

Quædam ita clara, vt ijs mente apprehensis qui non assentiatur citra dubitationem ille sit irrationalis. 7.

Menti { perspicacia inest per quam ijs assentiatur citra probationem. / fœcunditas per quam è syllogismo creet conclusionem. } 8.

Omnia ferè sensui subduxit Deus ne, &c. 9

Multi multa se sentire putant quæ tamen non sentiuntur ipsæ .p. grauitatẽ. 11.

Sufficit nosse ruditer quid res sint .p. quid dolor, quid adustio, &c.

Est { aliud iudicare de affectu nostro. / aliud iudicare de rebus externis .p. de qualitate ferri. } 12.

Digitized by Google

13. Fatendum ex affectibus noſtris nos imaginari alienos .p. dolorem canis ex dolore noſtro.

14. Homines animantes { accidentibus & proprietatibus rerum externarum ſæpè videntur conſentire .p. de figura, de calore, de magnitudine, &c. / videntur diſſentire, verè non diſſentiunt } in iudicio de voluptate, dolore, & alijs affectibus.

15. Quia { quodque animal de ſua voluptate & affectione iudicat. / ſi quid vni eſt commenſuratum, gratum & ſuaue, non ideo & alteri eſt.

16. Sæpè genus deprehendimus, nec vltimam aſſequimur differentiam rei.

17. Aſtruere & noſſe { vniuerſale, talevniuerſale, difficile. } de qua re alibi.

Clarum in pleriſque rebus effectum reſpondere cauſſæ.

18. Enumeratio innumerabilium non requiritur ad inductionem.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De Inſtrumento ſciendi.

Quid ſciendi Inſtrumentum?

Eſt oratio Logica, quæ ſcientiam gignit. De ſcientia poſtea.

Quotuplex?

Scientiam conſpicuæ & notandæ magnitudinis .p. Logicam Ethicam, &c. machinamur inſtrumentis omnis generis .p. inductione, ſyllogiſmo, &c.

Scientiam partialem & minimam quæ ſit intelligentia certa, perſpicua per cauſſam non niſi demonſtrando, definiendo.

Itaque ſciendi inſtrumenta duo .n. { definitio. / demonſtratio. }

Quæ ſententia confirmatur tum ratione, tum teſtimonio. ¶

Ratio.

Scitur rei { eſſentia hinc definitio. / proprietas, hinc demonſtratio. } ¶

Quod ſcitur aut eſt problema, aut non,

Explicatur { τὸ quid ſit definitione. / alia quæſtio demonſtratione. }

Primo

Digitized by Google

Testimonia Aristotelis.

Primo posterior.

Scientia dicitur parari demonstratione ..... posteaque videndum an sit alius sciendi modus.

E septimo Metaphysicæ magis rem scire tum nos opinamur cum nouimus quid sit quam generalis aut quanta, &c. 1. de an. text 11. 8. Physic. tex. 3. 1. Metaphysicæ, cap. vlt, &c.

Obiectiones.

Demonstratio facit scire. Respondeo facere, sed non solam.

In definitione nulla veritas. Dist. { simplex, N. / composita & enunciatiua, C.

Definitio est pars demonstrationis. D. { quatenus detegit proprietatem rei, C. / quatenus naturam & essentiam rei, [N.

Epagoge siue inductio facit scire ex primo Metaphysicæ.

Dist. { scire generatim seu cognoscere & intelligere, C. / scire propriè, Dist. { per se, & propriè, N. / per aliud, nempè per principia quæ declarantur inductione, Concedo.

Quæ demonstratio, quæ definitio, & sciendi instrumentum?

Demonstramus { per causſam / per effectum } { vniuersaliter / particulariter } { ostendendo. / deducendo ad impossibile.

Definitio scientiam { parit { si genere, & differentia / si materia, & forma / si genere, & proprietate } constat. / disparit si aliter habet.

Definitio & demonstratio quomodo differunt?

Communitates } colligantur ex vtriusque explicatione.
Discrimina }

Consensus.

Consentiunt primò quia pendent ex prænotione, Metaph. cap. vlt. 6. Topic. cap. 3. Poster. 1.

Secũdò quia progreditur { exquisita { demonstratio à causſis & principijs rei. / definitio à genere & differentia, vel materia & forma.

Digitized by Google

minus exquisita { demonstratio ab effectu. / definitio à proprietate.

Tertiò quia materiam necessariam postulant.
Quartò quia vtrumque instrumentum est oratio scientiam ingenerans.

Discrimen.

Differunt primò quia aperit { definitio essentiam, quid res sit. / demonstratio affectionem an sit res, qualis sit, & propter quid.

Secundò quia vnius rei { vna est definitio exquisita, saltem vnius generis. / demonstrationes multæ esse possunt.

Tertiò quia definitio caret affirmatione, & negatione, demonstratio non item.
Quartò quia definitio explicat, demonstratio probat.
Quintò quoniam definitio est elementum demonstrationis non contrà.

Sextò quia { definitio exquisita rem aperit per principia, quæ componunt essentiam eius. / in demonstratione non sunt causæ de natura proprietatis definitionis quæ probatur.

Præstantia.

Auerroes nobiliorem auguratur definitionem necimmeritò.
Primò quia præstat scire quid res sit, quam qualis, &c. 3. Metaph. cap. 1. 7. Metaph. cap. 5.
Secundò quia ex definitione facile colliguntur proprietates, ex 4. Physic. cap. 3. non autem ex demonstratione essentia rei.
Tertiò quia definitio & naturam rei aperit, & accidentium causas, 1. de anima capit. 2.
Quartò quia definitio magis cõgruit substantiæ, demonstratio accidentibus.
Quintò quia definitio angelicæ cognitioni, similiorem notitiam procreat.
Sextò quia definitione paratur scientia nobilior.

Idque { siue spectetur præstantia materiæ: definitur substantia, demonstratur affectio. / siue certitudo, est enim definitio elementum demonstrationis proindéque certior.

Septimò quia nobilior definitio, quia causas nobiliores habet.
Non explicat nisi vnam quæstionem .n. τὸ quid est, sed ea præstat alijs tribus.

Obiectiones.

1. Tunc res scitur cum demonstrata est, 1. Posterior. Respondetur tunc sciri, sed non tunc temporis.
2. Aristoteles totam ferè analyticam contulit ad demonstrationem. Respondetur præterea esse operosioris præceptionis, non nobiliorem.

Digitized by Google

Totum parte eſt nobilius: definitio demonſtrationis elementum eſt. Ergo. 3.

Diſt. { quatenus arguit proprietatem rei, C.
quatenus explicat quid res ſit, N.

Si nobilior definitio cur non prior explicatur, maximè cùm ſit ſimplicior? 4.
Reſponde quia organi Ariſtotelici materia præcipua eſt ſyllogiſmus.

Prima functio mentis ignobilior quam tertia. 5.

Diſt. { quatenus hanc componit, C. non ideo tamen eſt ignobilior:
ſimpliciter, N.

Definitio demonſtrationem { componit quatenus eſt argumentum.
non componit quatenus eſt oratio explicans quid res ſit.

FINIS.

Digitized by Google

IN LIBRVM PRIMVM DE DEMONSTRATIONE.

SVMMA.

ἀπόδει-ξις. DOCETVR quid sit apodixis, propter quid, & quotuplex. Demonstrationem esse ponit, non probat Aristoteles.

INCAPVT I.

Est-ne hoc caput proœmium?

Si nomine proœmij intelligitur initium tractationis, est. (*)
Si legitimum proœmium, non est.

Quæ summa capitis?

Omnis doctrina dianoëtica pendet ex prænotione.

Dianoëtica { propriè discursiua, argumentatiua.
generatim intellectiua congruenter Aristoteli, tertio de anima.

Prænotio { vna qua quid res sit præcognoscimus.
altera qua rem esse ponimus ac præcognoscimus.

Præcognoscitur { *principium* vtrumque demonstrationis, i. vtraque antecedens propositio.
subiectum, siue minor terminus } conclusionis & quæstionis.
prædicatum, siue maior terminus }

Præcognoscimus { de principijs *an sint*, i. ea esse, seu esse vera.
de prædicato *quid sit*.
de subiecto { & *quid sit*.
& *an sit*, seu ipsum esse.

Principia generalia prius cognoscuntur quam conclusio: sumptio simul seu ferè eodem tempore.

Conclusio antequam probetur { partim est nota.
partim ignota.

Qui nouit vniuersalem propositionem, quæritur, noueritne particularem?

Digitized by Google

D. { nouit secundum quid.
{ non nouit ἁπλῶς, omnino & simpliciter.

APPENDIX

DE PRÆCOGNITIONE, PRÆCOGNOSCENDIS, & materia demonstrationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid Præcognitio & quotuplex?

Monitum.

De præcognitione suprà, vt & de axiomate vnde orditur Aristoteles.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quæ cognitio pendet à prænotione?

Instructio quæstionis.

Notitia aliena minimeque huc pertinens vt Angeli, Dei, &c.....

Nostra { si diuinitus infusa vt in prophetis, prænotionem requirere non videtur.
{ si naturalis est sensus, vel mentis.

Quę interioris sensus ea citra controuersiam eget præsenti, vel præterita opera exterioris.

Quæ exterioris est sensus: vt visio, auditio, non postulat antecedentem notionem ne regrediamur in infinitum.

Notitia mentis quæuis in initiis eget opera sensus: quia mens principio est instar purę chartæ: sed cognitio sensus quamuis antecedat non est propriè prænotio.

Neutiquam autem quæuis notitia mentis eget prænotione, nè in infinitum regrediamur.

Quæ nam prænotione egeat, vt intelligamus, percurrendæ sunt tres mentis operationes, cum quatuor quæstionibus.

Prima mentis operatio.

Quod per primam operationem mentis cognoscendum, intelligendum;

Id { vel signo aliquo exprimitur. p. voce, pictura, &c. tumque oportet præcognoscere signi significationem.
{ vel occurrit, tumque simplex aut compositum.

Digitized by Google

Si ſimplex cognoſci poteſt ſine prænotione: niſi quando diſſoluitur, ſeparaturque à toto: vt ratio ab homine.

Si compoſitum { confuſè ſine prænotione intelligi poteſt. / diſtinctè nequit: quia præcognoſcendæ partes.

Definitionem egere prænotione teſtatur Ariſtoteles, Sexto Top. cap. tertio ſecundo Poſteriorum cap. 22.

Secunda.

Omnis propoſitio vt perfectè intelligatur, videtur indigere prænotione partium.

Propoſitio in argumentatione { vel eſt principium, de quo poſtea. / vel concluſio.

Termini concluſionis præcognoſcendi.

Tertia.

Ratiocinari eſt ex vna propoſitione vel pluribus aliam colligere .... ideo ad ratiocinandum prænotione eſt opus.

Methodi & artes definiunt, ratiocinantur, &c. Ideo prænotione indigent.

Quotuplex prænotio neceſſaria ad ſyllogiſmum alium & demonſtrationem?

Syllogiſmo { in mentali, præcognoſcendum { quid res ſit. / an res ſit. / in vocali præterea quid ſignificet nomen ex capite 8.

Quot præcognoſcenda et quæ in demonſtratione?

Tria Ariſtoteli { minor / maior } terminus concluſionis, & quæſtionis { et antecedens. / ſiue vtrumque principium.

Monitum.

Vt ſyllogiſmus faciat concluſionem, hoc requiri videtur:
Vt præcognoſcas & præuideas probitatem formę ſyllogiſticę.

Ideo videntur quatuor eſſe præcognoſcenda in ſyllogiſmo.

Sed quartum omittitur ab Ariſtotele, quia ad philoſophiam adfertur, & ad demonſtrationem naturale mentis lumen, cuius opera iudicamus de probitate formæ ſyllogiſticæ.

Vtrum requiratur hæc præuiſio, quærat Phyſiologus.

Mens interdum videtur priùs à probatione prolabi in concluſionem quam examinare ſyllogiſmum.

Quid præcognoſcendum eſt in ſingulis quæſtionibus.

{ an res ſit, afferto prænotionem tum vocabuli, tum rei ſignificatæ.

Digitized by Google

Cognitur { quid res ſit, afferto prænotionem vocabuli, & exiſtentię.
an ita ſit } præcognoſce { tum rem eſſe.
cur ita ſit } præcognoſce { tum quid ſit.

Quando concludimus aliquid eſſe. p. Deum eſſe, prouidentiam eſſe, &c. non autem aliquid eſſe hoc, vel illud. p. Deum eſſe bonum, Deum eſſe iudicem: tunc ſane exiſtentia ſubiecti probatur, non ſupponitur.

ARTICVLVS III.

De Præcognoſcendis.

De Pronotione terminorum.

Concluſio non ſupponitur, præcognoſcitur-ue, ſed probatur.
Termini tamen quæſtionis præcognoſcendi ſunt.
Argumenti præcognitio non deſideratur . . . quia ſi conſtat veras eſſe antecedentes, conſtabit veram eſſe concluſionem, ſiue comprehendas argumentum, ſiue non.

Quid præcognoſcendum de ſubiecto concluſionis?

quid eſt, & eſſentiam citra controuerſiam præcognoſcere oportet: ſed non requiritur exquiſita definitio.
Exiſtentia eius vtrum ſit præcognoſcenda & ſupponenda quæritur. i. vtrum ponere debeamus ſubiectum exiſtere.
Vt reſpondeas aduerte varietatem ſubiecti, exiſtentię, demonſtrationis.

Subiectum { vel ſcientia totalis: vt numerus arithmeticæ.
vel vnius quæſtionis: vt homo, iuſtitia.

Exiſtentia { *habitualis* potentialiſue per quam res poſſibilis.
actualis per quam res de facto in natura rerum.

Demonſtramus { propter quid res ſit, effectum per cauſſam.
rem eſſe hoc, vel non eſſe hoc, vt Deum eſſe iudicem, &c.
rem eſſe aut non eſſe: vt dari prouidentiam, non dari diametri commenſurabilitatem.

In hoc tertio demonſtrationis genere exiſtentia nullo modo ſupponitur, ſed probatur vel impugnatur.
Alias ad demonſtrationes quod attinet in ſcientiis, fere non niſi ſupponimus poſſibilitatem.
In rebus contingentibus dum ratiocinamur, ſupponenda vera, & actualis exiſtentia vt concluſio affirmet.
Qui probat Socratem currere, ſupponit Socratem eſſe.
Quæritur vtrum ſcientia totalis probare poſſit ſuum ſubiectum exiſtere.
Reſpondeo non poſſe niſi per effectus.

Digitized by Google

De prænotione proprietatis seu prædicati.

Propria passio seu prędicatum conclusionis probatur inesse aut non inesse: ideo non postulat prænotionem existentię.... ideo duntaxat significationis,& existentiæ.

Sed { in demonstrationibus supponenda est definitio paulò accuratior. / in dialecticis probationibus sufficit rudis.

De prænotione formæ syllogisticæ.

Prędnotiones { alię variantur pro varietate demonstrationum,quæstionum. / formę syllogisticę pauciſſimę sunt,& singulę sexcentis materiis accommodantur.

IN CAPVT II.

Summa.

Quisnam scire dicitur?

Qui causſam per quam res est,ita causſam esse nouit,vt credat non posse aliter habere rem.

Per quid scientia paratur?

Per demonstrationem, vt & per definitionem.

Quid demonstratio?

Est syllogismus qui scientiam parit.

Unde oritur?

Oritur ex antecedentibus propositionibus & principiis.

Cuiusmodi debent esse propositiones?

Debent esse *vera, prima immediata, notiores, priores,* causſæ conclusionis.

Quot modis dicitur notius?

Notius { quid ratione *sui*: vt fenestra, quàm domus. / quid ratione *nostri*: vt totum quàm pars.

Quid propositio seu propositio analytica?

Pars altera contradictionis affirmans, aut negans.

Quid principium demonstrationis?

Propositio vniuersalis,vera,immediata,prima, notior, & causſa conclusionis.

Quid dialectica propositio?

Interrogatio vtriusque partis contradictionis. vt,

Estne,

Digitized by Google

Eſt-ne necne prouidentia ?

Quid contradictio ?

Oppoſitio duarum propoſitionum inter quas medium nihil poteſt reperiri. i. quarum neceſſe eſt vnam eſſe veram, alteram falſam.

Quot ſunt genera principiorum demonſtrationis?

Sunt alia plane perſpicua : vt e. g.
Omne totum eſt parte maius.
Alia egent aliqua declaratione vt principium aſtronomiæ.
Cœlum mouetur æquabiliter, videtur tamen moueri inæquabiliter.

Quot ſunt propoſitionum genera ?

Sunt { aliæ ſimplices, vt definitiones. / aliæ complexæ quæ vocantur hypotheſes, axiomata, &c.

Quid poſitiones ?

Quæ in limine ſcientiæ tanquam fundamenta collocantur, & neutiquam probantur.

Quare principium concluſione clarius?

Quia id propter quod alterum tale eſt, & ipſum magis tale eſt.

IN CAPVT III.

Summa.

Errant { tum qui nihil ſciri putant. / tum qui omnium rerum eſſe ſcientiam.

Illi verentur ne in infinitum ſit progrediendum, ſed perperam, quia venitur tandem ad aliquid indemonſtrabile.

Hi circulum admittunt in demonſtrando ſed malè : etenim idem non eſt eodem notius, & ignotius ſecundum idem notioris & ignotioris genus.

Nihil per ſe ipſum demonſtratur: cumque demonſtratio non componatur niſi ex tribus terminis, ſi tres termini ſemper reciprocantur, per iſtum circulum reciprocantur.

Omnis demonſtratio futura eſt in barbara vt conſtat ex ſuperiori libro cap. 13.

Digitized by Google

APPENDIX

AD SVPERIORA CAPITA.

De Scientia, demonſtrationum materia, & poſitionibus, &c.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Scientia.

Quid ſcire?

Aliquando cognoſcere, intelligere, &c.
Aliquando certò noſſe, & comprehendere, &c.
Aliquando intelligere certò & perſpicuè: vt cùm principia dicuntur ſciri.
Nunc intelligere certò, perſpicuè & per cauſſam, ſiue per probationem.

Quid ἐπιστήμη & ſcientia?

Aliquando doctrina iuſtæ magnitudinis, & methodus: vt tota phyſiologia.
Aliquando quæuis intelligentia rei, & intellectio.
Aliquando comprehenſio, ſeu cognitio certa & perſpicua.
Nunc notitia certa, perſpicua per cauſſam, maximè autem quæ vniuerſalis.

Definitio ſcientiæ.

Eſt { *obiectiua* ſcientia: vt homo definitus.
{ *formalis* { *actualis*, quæ ipſum τὸ ſcire.
{ *habitualis* { vel à natura, & eſt quoddam acumen mentis.
{ vel ab aſſuetudine, & eſt propriè virtus mentis.

Sed ſignificatus iſti, vt ſint varii & multiplices, ſunt affines tamen: vnuſque intelligitur ex alio, beneficio proportionis.

Scientia in mente ſed { formalis *ſubiectiuè*.
{ obiectiua *obiectiuè* tantum & per imaginem ſui, eo modo quo paries in oculo eſt.

Quomodo comparatur virtus mentis?

Paratur præcipuè doctrina, & præceptoris opera, eoque nomine differt à tute morali.

Digitized by Google

Doctrina { nemo inuitus fieri potest temperans, fortis, bonus.
aliquis fieri doctus, sciensque potest; etiamsi reluctetur.

Multa siquidem meminimus, quæ velimus obliuione obruta, cumque narratur aliquid, velis nolis in mentem, memoriamque tuam influit.

Doctrina autem eget experimento; proindeque & tempore, eget enim experimentum tempore.

Experientia gignitur ex multis recordationibus eiusdem rei. 1. eiusdem attributi obseruati in pluribus, aut in vno sæpius: vt quando aliquis recordatur rhabarbarum profuisse Petro, Paulo, &c. vbi sæpius idem deprehensum est, tandem fit experientia & inductio. De qua re alibi.

Distinctio obseruanda.

Experientia { vna sensuum, quę in bellüis locum habere potest.
altera accurata, quæ solius mentis.

Habitus mentis { vnus apprehensiuus: vt cùm assequeris sensum huius propositionis: stellę sunt æquales.
alter iudicatiuus: vt cum cognoscimus, & percipimus stellas esse æquales, vel contrà.

Experientia { vt apprehendamus opus est { non accurata ne regrediamur in infinitum.
sed priori quia nihil in mente nisi in sensu fuerit.
vt assentiamur { temerè, sufficere videtur illa prior experientia
non temerè, requiritur etiam accurata: saltem si principia spectentur.

Quæ causſæ scientiæ?

Finalis causſa scientię, τὸ scire & interdum quid præterea.

Efficiens { *præcipua* { *vniuersalis*: vt Deus.
particularis: vt homo, animus, & mens.
organica, & instrumentaria:

P. { *pietas*, quæ primæ causſæ conciliat opem.
memoria, à qua experientia.
sensus, vnde mens emendicat, quod intelligit.
species intentionalis, & quod ipsam facit.
dispositio organi congruens, quodque ipsam facit.
cerebrum, &c.

Materia *subiecta* { non sola mens theoretica, licet appelletur *epistemonica*.
sed etiam practica, licet appelletur *doxastica*, &c.

Obiecta materia siue τὸ scibile varias habet conditiones.

Primò causſas habet secundo metaphysicę, primo posteriorum.

Secundò doceri, discique potest.

Digitized by Google

Tertiò synonymum, vel analogum est.

Quartò vnum est { *genere*, vel *proportione*, vel *attributione*, si totale. / *specie*, vel *genere*, vel *proportione*, vel *attributione*, si partiale.

Omnino debet esse synonymum, vel analogicum: à qua lege videtur Deus excipiendus: quanquam Deus est eminenter vniuersalis.

Quintò est ens *per se*, & non per *accidens* textu 15. & 46.

Sextò necessarium, æternum, & immutabile textu 7. 15. 20. 24.

Quæritur tamen sciaturne aliquid singulare præter Deum.

Item scirine possint quę vocantur rationis entia.

Scitur-ne ens per accidens?

D. { si ens per accidens interpreteris contingens, & casuale, tum Aristoteli non cadit neque sub scientiam, neque sub artem. / sin autem interpreteris quod est vnum tantum per aggregationem: vt resp. familia, sanitas, pulchritudo, exercitus, &c.

Tum videtur sciri posse saltem quando inuenitur necessaria connexio.

Inter causſam & effectum, inter signum & significatum..... quoties tale facit semper tale.

Omnia fere artificiosa opera & plurima ex naturalibus organis sunt ens per accidens ad posteriorem sensum.

Quomodo affectus qui scit?

Ita affectus vt putet rem non posse [nec potuisse] aliter habere.

Scientia est-ne reminiscentia?

Platoni nostra omnis scientia est superioris vitę recordatio, ex Mænone, Phædro, Phœdone Thæeteto & 1. de repub. credebat animum extitisse antequam in corpus intrudatur: dùm detruditur incidere in rerum omnium obliuionem, in quam etiam nonnulli vi morborum incidunt. Vnde Socrates obstetriciam artem dictitabat se profiteri, quâ fœtus verè in animo iam concepti & efformati in lucem proferrentur.

Aristoteli contrà, aliud est discere, aliud reminisci. mens est initio instar puræ chartæ, &c.

Refellitur opinio platonis, primò quia inani fundamento nititur.

2. quia vt cognitio singularis comparatur recens, ita & scientia comparari potest.
3. Quia cœcus philosophari non potest de coloribus. De hac sententia alibi plura.

Quid scientia?

Intellectio certa, perspicua rei vniuersalis per propriam causſam.

Deus est eminenter vniuersalis: est essentia quædam vltimam assecuta perfectionem.

Quæ scientiæ conditiones?

Veritas, perspicuitas, certitudo, præstantia, accuratio, &

Digitized by Google

ruditas, amabilitas, abſtractio, ſubalternatio, vniuerſalitas, fœcunditas, & conſimilia.

Veritas { à re obiecta pendet, vt conſtat ex definitione.
à conditione { tum *ſubiecti*, quia mens perficienda eſt rerum verarum perfectione.
tum *inſtrumentorum*. Definitio & demonſtratio conſtant ex veris.

Scientia eſt pictura quædam, tertio de animo.

Vera pictura quæ ſimilis rei pictæ.

Perſpicuitas { in re obiecta eſt magna intelligibilitas.
in notitia eſt claritas profluës ex intelligibilitate rei, & intellectiuitate. Requiritur magis vt res bene apprehendatur, quam vt certitudo habeatur.

Certitudo { in ſcientia eſt firma adhæſio mentis.
in rebus eſt conſtantia. Certitudo, niſi oritur à perſpicuitate, poteſt cohærere cum falſitate: voluntas mentem quodam modo in ſeruitutem redigere poteſt.

Præſtantia { partim à cauſſis petitur maximéque ab obiecto.
partim ab affectionibus.

Prioritas { alia ratione noſtri } in ſcientijs.
alia ratione rerum } in ſcientijs.

Eſt { vt ſciendi munus in homine præcellentiſſimum.
ita cupiditas ſciendi omnium cupiditatum ſumma & maximè naturalis.

De negotio abſtractionis.

Abſtractio { quid ſit apud Logicos latè declaratum alibi .n. in Vniuerſalibus & paſſim.
in ſcientia eſt affectio per quam obiectum eius ad materiam naturalem afficitur, & ab ea ſaltem aliquomodo ſeparatur.

Separatur autem per cogitationem ſaltem à materia ſingulari & ſenſibili.

Sed abſtractio pro ſcientijs triplex conſtituitur, Phyſica, Mathematica, Metaphyſica.

Phyſica, vbi energia conſideratur in materia, vbi eſt forma materialis & re & ratione: vt anima equi. quod conſideratur eſt hoc in hoc.

Mathematica, vbi eſt materialis forma, re, non ratione.

Metaphyſica, vbi forma immaterialis, & re, & ratione: vt triangulus, &c.

Quartus videtur fingi poſſe modus, vbi forma ſine energia ſit materialis ratione non re, conſideretur cum materia, nec tamen ſit materialis: vt anima noſtra.

Quanquam hæc, & quicquid aliquomodo afficitur ad materiam, poteſt appellari quid re ipſa materiale.

Sutoria, ſartoria, & reliquæ artes conſimiles Phyſica vtuntur abſtractione

Digitized by Google

quandiu occupantur in vniuerſo genere: conſiderant hoc in hoc, certam formam in certa materia.

De Subalternatione.

Quid?

Pendent { vt { in rep. magiſtratus à magiſtratu.
in natura rerum cauſſæ, à cauſſa: vt arbores à ſole.
ita philoſophia & encyclopædia, diſciplinæ à diſciplinis. Quæ ſubiectio appellatur *ſubalternatio.*

Scientia { quæ alteri ſubijcitur, *ſubalternata* dicitur.
cui altera ſubijcitur, *ſubalternans* appellatur.

Quotuplex ſubalternatio?

Diuiſio prima.

Eſt { *extrinſeca* vna ſubalternatio per quam doctrina ad aliã refertur aliquomodo tanquam ad finem, aut imperantem: vt militaris ad politicam.
intrinſeca altera quando vna diſciplina ab altera pendet { ratione principiorum & axiomatum,
vel ratione obiecti.
vel vtroque nomine.

Quotuplex extrinſeca?

Eſt { vna vbi ſubalternans vtitur ſubalternata: vt politica militari arte.
altera vbi imperat alteri aliquomodo nec tamen vtitur ea: Quo ſenſu arti tuendæ religionis imperat politica, quanquam non tam imperat ipſi, quam in ipſius gratiam.

Quotuplex intrinſeca?

Eſt { vna vbi pars ſubijcitur toti diſciplinæ: vt ſcientia de anima phyſiologiæ.
altera vbi diſciplina vna ab alia pendet, neque tamen eſt pars illius: .... quomodo medicina pendet à phyſiologia.

Quid hæc ſubalternatio?

Eſt affectio ſcientiæ vnius ad alteram cuius non ſit pars, vndè nihilominus mutuetur principia, vel materiam, vel principia & materiam.

Quotuplex hæc?

Triplex { prima *principiorum* ratione, cum principia ſubalternata omnia, vel aliqua pendent à ſubalternanti.
ſecunda *obiecti* ratione quando obiectum ſubalternatæ continetur ſub obiecto ſubalternantis.
tertia ratione *obiecti* & *principiorum*.

Digitized by Google

Subalternatio ratione principiorum.

Vulgo principia & axiomata dicuntur quatuor modis communia esse:

.n. *vsu*: vt principia Logicæ quæ inseruiunt disciplinis omnibus, quamuis aliarum nullam constituant partem.
extrinsecè & confirmatione quando principia vnius scientiæ .p. Metaphysicæ fulciunt principia alterius .p. Physiologiæ, neque tamen inseruntur huius demonstrationibus.
proportione textu 24. quando principium vnum per analogiam multis scientijs commune: vt
si ab æqualibus auferas æqualia, quæ remanent æqualia sunt.
mutatione quando principia scientiæ vnius .p. artis nauticæ mutuò ab ab altera accipiuntur .p. à physiologia: qui vnus modus propriè huc pertinet.

Quot modis habent principia quæ mutuò accepta?

Duobus { vel sunt conclusiones in subalternanti: vt
omnis abies natat, &c. contraria contrarijs curantur.
vel sunt principia in superiori siue subalternanti: vt
Natura nihil facit frustra. Datur motus, &c.

Quotuplex subalternatio ratione obiecti?

Duplex quia disciplina inferior duobus modis obiectum mutuatur à superiori:

.n. primò itaut inferior afficiat illud differentia quadam essentiali: quomodo Physica mutuatur corpus naturale à Metaphysica, & considerat illud quatenus naturale.
secundò itaut inferior contrahat obiectum, accidentaria tantum, non autem essentiali differentia: hoc modo medicina mutuatur hominem à physiologia, & speculatur illum tanquam sanabilem, ægrum, sanum, &c. vt militaris tanquam militarem.

Secunda diuisio.

Subalternatio vel est exquisita, vel non.

Quid requiritur ad exquisitam?

Requiritur { primum vt materia subalternæ sit realiter idem cum materia saltem partiali subalternantis.
secundum, vt distinguatur tantum per discrimen accidentarium.
tertium, vt principia inferioris sint conclusiones in superiori, & probentur illic, non ponantur tantum.

Variæ quæstiones de Subalternatione.

Primò quæritur vtrum Metaphysicæ reliquæ methodi subalternentur.
Secundò vtrum Logicæ.
Tertiò vtrum naturalis Theologia reuelatæ subijciatur.
Quartò vtrum nostra Theologia reuelata scientiæ beatorum.

Digitized by Google

Quintò vtrum practicæ ſubalternentur theoreticis in eodem occupatis argumento.

Sextò vtrum phyſiologiæ aſtronomia, geographia, muſica, &c.

Septimò vtrum arithmeticæ muſica, geometriæ aſtronomia, &c. quæ quęſtiones examinandæ ad ſuperiores regulas, ſed danda eſt operavt conſentiamus de definitionibus.

Quęritur liceatne à ſcientia proſilire ad aliam ſcientiam. Non licet niſi à ſubalternata ad ſubalternantem, ex 1. de cœlo cap. 3.

ARTICVLVS II.

De Demonſtratione generatim.

Quid apodixis ſiue demonſtratio?

Eſt { latè ſyllogiſmus, argumentatio, indicatio.
{ hîc ſyllogiſmus qui ſcientiam parit.

Dicitur philoſophema, ſermo didaſcalicus, ſyllogiſmus apodicticus, &c.

Quæ partes?

Partes ſunt materia, & forma.

Materia { remota, termini.
{ proxima, propoſitiones.

Quæ conditiones?

Propoſitiones apodicticæ debent eſſe *veræ, primæ, immediatæ, notiores,* cauſſæ concluſionis, textu quinto.

Eſſe de *omni*, aut *nullo*.

Eſſe per ſe, ſiue ſecundum eſſe.

Eſſe primò vniuerſales & catholicæ.

Eſſe neceſſariæ, proprię, ęternæ, incorruptibiles. (...)

Non demonſtratur, neque quiduis, neque nihil.

Demonſtratio variè capit incrementum.

Demonſtrationes non progrediuntur in infinitum.

Admittunt regreſſum, non circulum.

Non verſantur circa fortuita, & rara, non circa ea quæ ſentiuntur.

Sunt doctrina, ideoque pendent ex prænotione.

Demonſtrationi aduerſatur { non tantum inſcitia & ignoratio.
{ verum etiam & opinio.

Ex falſo demonſtrare verum { non licet per oſtenſionem.
{ licet deducendo ad incommodum.

Demonſtrationes reciprocæ, ſunt, vel non.

Digitized by Google

Quæ differentiæ demonstrationis?

Est { affirmans / negans } { theoretica / practica } { vniuersalis / particularis }

Item { per ostensionem / per deductionem } { demonstratio quia / demonstratio propter quid }

Item { simplex / hypothetica } { constans ex terminis reciprocis. / non constans ex terminis reciprocis. }

Quot termini in simplici demonstratione?

Tres, *subiectum* cui pathos & attributum conuenit vel repugnat.
Prædicatum conclusionis, pathos aliquod conueniens, aut repugnans. πάθος.
Et *argumentum*, siue medius terminus.

Quomodo termini debent esse affecti in propositione apodictica?

Primò terminus dicitur de omni, altero, aut de nullo.

Secundò per se { inest si affirmatur. / repugnat si negatur. }

Tertiò debent prædicari catholicè, vniuersaliter, primò & immediatè, si est exquisita propositio.

Per primam legem prædicatum debet conuenire aut repugnare omnibus, quæ comprehenduntur subiecti ambitu. j. propositio apodictica debet esse vniuersaliter, & sine exceptione vera.

Per secundam non debent permisceri heterogenea.

Per tertiam debent efferri cum eo subiecto cui primo conuenit aut repugnat; vt sensibile cum animali, &c.

ARTICVLVS III.

De positionibus.

Quid hîc positio, & thesis?

Id quod in scientia ponitur, non probatur. θέσις.

Quotuplex positio?

Vel est definitio, vel hypothesis, propositio, suppositio.

Definitiones non demonstrantur. De qua re in sequenti libro.

Definitionis causa à nobis afferri nequit: nam causa nulla nisi à diuino exéplari repetatur..... sed exemplaria diuina nos latent.

Quotuplex principium demonstrationis?

Est { *simplex*: vt definitio, causa, effectus, & omnino argumentum. / *compositum*: siue complexum quod quædam propositio. }

Digitized by Google

Quid compoſitum principium?

Eſt. { latè quæuis propoſitio antecedens in demouſtrando.
{ in demonſtrando propriè propoſitio certa, perſpicua, indemonſtrabilis.

Propoſitio vniuerſalis, vera, immediata, indemonſtrabilis, prima, notior concluſione, & cauſſa eius.

Quomodo vocatur?

Axioma non à dignitate, ſed ab opinatione, exiſtimatione.
Communis notio..... communis ſententia..... principium..... principium demonſtrandi.
Item poſtulatum & petitio..... ſed tunc eſt axioma quo ſignificatur licere aliquid facere, licet ſecundum formulam videatur oratio qua poſtulatur: vt liceat aliquid facere quod poſſibile factu.
Liceat rectam lineam vlterius producere.
Liceat à puncto ad punctum rectam ducere lineam.
Liceat de maiori linea reſecare portionem aliquam.

Cuinam rei reſpondet? ¶

Principia proportione reſpondent feminibus.
Item militibus aciem fuſam reſtituentibus.

Sciuntur-ne principia?

Sciuntur, ſi nomine ſcientiæ accipiatur intelligentia certa & perſpicua.
Non ſciuntur ſi tantum certa, perſpicua, quæ habeatur per probationem & cauſſam.

Quid præcognoſcendum de principijs?

Præcognoſcenda principiorum exiſtentia, vt ſuprà declaratum eſt.

Quot ſunt genera principiorum?

Diuiſio prima.

Quædam ſunt generaliſſima & pertinentia ad Metaphyſicam: omne totum eſt maius parte.
Quædam propria inferioris diſciplinæ: vt
Contraria contrarijs curantur.
Omnis abies natat, &c.

Diuiſio ſecunda.

Alia planè perſpicua:..... alia indiga declarationis.
Quædam ita ſunt affecta, vt ſtatim atque comprehendis ſenſum propoſitionis, nulla egeas probatione ad dijudicandum & aſſentiendum: vt.
Omne totum eſt parte maius.
Si ab æqualibus auferas inæqualia, quæ remanent, inæqualia ſunt.
Alia egent aliqua confirmatione; quæ ab inductione repetatur.

Digitized by Google

Tertia & quarta diuisio

Est postulatum principium, vel quid aliud à postulato.
Est principium primum, vel ortum à primo. De qua re in Metaphysicis.

Vnde nascitur principiorum cognitio?

Nascitur ex inductione, sensu, & memoria.
Principiorum alia inductione, alia sensu, alia assuetudine, alia aliomodo confirmantur, 1. Ethicorum cap. 7.
Vt principium, iudicetur sine temeritate requiritur inductio, & experimentum.
Scientia & ars prodit ab experientia.
Conformatio & confirmatio vniuersi generis fit per inductionem.
Mens plerumque beneficio sensus deprehendit vanitatem suorum syllogismorum.

Quid experimentum?

Aliquando iudicium sensus: vt quando bellua experta dicitur.
Aliquando est mente facta obseruatio rerum sæpius sensu deprehensarum, & memoriæ mandatarum.

Quo mentis experimento indigent principia?

Terminorum experimento opus, quia alioquin non apprehenderentur.
Quæritur vtrum coniunctio ipsa terminorum experimento sit deprehendenda.
Sanè oportet aliquam deprehendisse terminorum coniunctionem.
Sed vt principium apprehendatur, non est opus experimento coniunctionis duorum terminorum ex quibus componatur: vt tamen dijudicetur citra temeritatem, requiritur experimentum, & inductio.
Primò quia sic sentit Aristoteles, cap. 14. lib. 1. & cap. 18. lib. 2. Poster.
Secundò quia ex 1. Metaph. scientia, & ars nascitur ex experientia.

Obiectiones.

Principio vt assentiamur non desiderat Aristoteles, nisi terminorum explicationem, cap. 3. lib. 1. Ergo non est necessaria inductio.
D. vt probentur à priori, C. vt à posteriori per singularia, N.
Mentis est deprehendere errores sensus. Ergo intellectus principiorum non debet ad sensum reuocari, tanquam ad fulcrum. Respondè optimè rem haberi, quando ratio cum sensu, & sensus cum ratione coniungitur, ex 1. de generat. cap. 8.
Si ars paratur experimento, artifex est peritus, expertus:
D. { principiorum, C.
{ conclusionum, N.
Ex 1. Ethic. cap. vlt. pueri sunt capaces mathematicarum artium, non autem physicæ & moralis disciplinæ, quia experientia careant. Respondè carere eos experientia rerum difficilium non mathematicarum.
Fallax inquis experimentum ..... Respondeo propterea iudicium esse periculosum.

Digitized by Google

Quæ disciplinæ plus requirunt experientiæ?

Illæ vbi speciem vnam ex speciebus alijs .p. elephantem ex equo, tauro, &c. vix licet apprehendere, cuiusmodi est physiologia.
Et illæ vbi singulæ species apprehensę sunt difficiles, vt politica.
In Mathematicis facile ex specie comprehenditur species. De qua te alibi.
Apprehensio simplicium terminorum magis à sensu pendet, magisque indiget sensu quàm apprehensio copulationis per asseuerationem, aut negationem.
Mens facile abstrahit, complectitur.

Species & imagines { terminorum innumerabiles. / copulationum paucæ.

Possunt-ne principia negari?

Verbis possunt, mente posse Auerroes negat, plerique alij affirmant, sanè non omnia æquè perspicua, non omnes æquè perspicaces.
Primò negantur propter defectum experientiæ.
Secundò propter prauam corporis constitutionem.
Tertiò propter affectus, & perturbationes.
Quartò propter prauam educationem, & consuetudinem in contrarijs opinionibus.
Quintò propter conceptam temerè de alicuius sapientia opinionem, quæ facit vt assentiamur vanis illius dogmatis.
Sextò propter probabilitatem vanæ opinionis constitutæ in syllogismo concludenti falsum, adiuncteque principio vero, sed obscuriori.
Septimò quia plerumque male ratiocinantur.
Octauò quia ex negatione propositionis veræ licet neutiquam manifestæ, colligitur negatio veri principij.
Nonò quia obiectionem soluere non possumus. Addenda quæ proferuntur à Pyrrhonijs.

Omnino negatio principiorum { partim ab obscuritate rei nascitur. / partim ab hebetudine mentis & sensus. / partim ab affectu voluntatis.

Possunt-ne principia negata probari?

Probantur inductione, & dialectico syllogismo etiam quæ prima.
Demonstratione per effectus si sunt prima, per causas si principia alia priora habent, sed non probantur in ea methodo, cuius sunt principia nisi per digressionem, & inductionem.

Debent-ne probari principia quæ negantur?

Si quis nihil admittit, ei nihil probaueris.
Principia quęuis aliquâ explicatione illustranda sunt.
Qui prima principia negat, & quæ indemonstrabilia, refellendus variè.
Supplicio, si conuellit fundamenta honestatis, puta si negat parentes colendos.
Sensu, si inficiatur quæ sensu exploratissima .p. frigus niuis.

Digitized by Google

Syllogiſmo, inductione, auctoritate, ſi tardior imperitior.
Experientia, vt vulgo loquimur ſuperat ſcientiam, &c.
Si quid inductione probatur, non ideo demonſtratur.

Cognoſcuntur-ne principia ſimul cum concluſione?

Accidit inquit Ariſtoteles cognoſcere cognoſcentem, hæc prius, hæc ſimul.
Huiuſce ſententiæ variæ ponendæ & exponendę interpretationes.

Prima interpretatio.

Ordine { naturæ prius cognoſcitur quæuis propoſitio antecedens quàm concluſio.
temporis { maior cognoſcitur prius quàm concluſio.
minor cognoſcitur ſimul cum concluſione.

Sed hæc euertitur explicatio, ſi inuertitur ordo, id eſt ſi maiorem minori poſtponas.

Simul tempore { tum quæ fiunt eodem planè tempore, vt forma, facultas eius.
tum quæ fiunt continuato tempore, vt cum vnum fit ſtatim poſt aliud.

Secunda quæ Themiſtij.

Cognoſcimus { aut primò.
aut per recordationem: ſed recordatio non eſt propriè prænotio.

Cognoſcuntur { quædam cum aliis: vt ſingulare cum vniuerſali.
quædam ſine aliis: vt homo ſine equo.

Tertia.

Singularium { quædam diſtinctè cognoſcuntur ſimul cum genere: vt Socrates quando de homine loquens illum intueris.
quædam poſterius: vt quando philoſophatus de homine incidis poſtea in aliquem hominem, quem in natura rerum eſſe neſciebas.

Probabilior.

Concluſio cognoſcitur confuſè ſimul cum principiis.

Sed diſtinctè { poſterius quàm prima propoſitio.
ſimul cum ſecunda, ſiue ſit maior, ſiue minor.

Simul { non quod planè eodem momento cognoſcatur.
ſed quod cognitio eius ſtatim ſubſequatur cognitionem antecedentis.

Quando cliens patronum conſulit & fit concluſio

Digitized by Google

Tùm { in cliente minor maiorem / in patrono maior minorem } propositionem præcedit.

Præcedit { in cliente notitia facti notitiam iuris. / in patrono notitia iuris notitiam facti.

Sæpè cognoscimus axioma longè antequam cogitemus de conclusione eruenda. p. hanc propositionem.

Qui peccat aduersus præceptum de parentum cultu, non erit longæuus.

Sed statim atque ad syllogismum absoluendum annectimus alteram propositionem. p. hanc,

Ingratus peccat aduersus præceptum illud.

Nascitur & à nobis comprehenditur conclusio. p. hęc.

Ergo ingratus non est futurus longæuus.

Collatio principiorum cum semine.

Est { vt semen principium Theophrasto 1. de causs. cap. 1. id est habet vim generandi ex eodem loco. / ita antecedens propositio principium est conclusionis, & syllogismi.

Compendium est { vt semen totius plantæ. / ita principium totius syllogismi.

Est { potestate tantum { semen antequam dirigatur ad plantæ generationem. / principium antequam inferatur syllogismo. / energia { semen dum dirigitur ad generationem. p. dum triticum solo mandatum incalescens viriditatem fundit. / principium in syllogismo constitutum.

Prodeunt exiguis { ex seminibus ingentes arbores. / è principiis scientię admirabiles.

Sunt { mole exigua / virtute magna } et principia, & semina 1. Eth. 1. de Gene. 2. Elencho. 1. de Cœlo.

Continet potestate non actu { vt semen plantam. / ita principium conclusionem syllogismi.

Est { vt semen { materia plantæ, vel animalis. / caussa effectrix animæ & viuentis. / ita principium { materia syllogismi. / caussa effectrix conclusionis.

Carituras est { vt fructibus qui non abundat semine.
ita scientia qui principiis eget.

Inutile { semen nisi fœcundo solo inseratur, foueatur.
ita principium nisi fœcundementi.

Nonne qui nouit generalem propositionem, nouit & particularem?

Aristoteli { secundum quid nouit.
non nouit ἁπλῶς, omnino, planè, simpliciter.

Qui e. g. nouit hanc propositionem.
Omnis homo ridet,
Nouit etiam eum ridere quem numquam est intuitus, &c.
Interrogat Sophista in h. m.
Nosti-ne quod gesto sub pallio habere tres angulos, æquales duobus rectis?
Respondes te id nescire, non nosse.
Atqui inquit, gesto triangulum sub pallio.
Proinde inquis nescis omnem triangulum habere tres angulos, &c.
Reuera tamen scis quatenus est triangulus: licet nescias quatenus quid obtectum pallio.

Quid ἁπλῶς nosse? *Simpliciter.*

Primo posteriorum idem quod speciatim, & omnino, non generatim tantum & secundum quid.
At Theophrasto secundo de caussis cap. secundo, interprete Scaligero, est nosse generatim, non speciatim.

Et quidem { genus, est aliquid specie simplicius.
animal ἁπλῶς idem quod animal generatim, animal commune.

Quomodo principia conclusionis inueniuntur?

Resoluenda est conclusio in propositiones vnde nascitur.
Resolutio est facilior in scientiis, quia necessaria, pauca. Difficilior in dialecticis quia probabilia, multa.

Quare diuersa syllogismorum principia?

Quia { alii veri / alii falsi } qui texuntur { variis modis, / varia ex materia.

Non sunt eadem principia omnium demonstrationum.

Quia { non omnia in rem eandem cadere possunt.
quæ communissima non sufficiunt ad quoduis demonstrandum.
fere quot principia, tot conclusiones.
termini pauci multis miscentur modis.

Digitized by Google

Sanè { alia contingentia, alia neceſſaria.
non ex quolibet quodlibet concludi poteſt: non quiduis facit quiduis.

De concluſione.

Concluſio eſt quæſtio quædam ſyllogiſtica, ſed detracta nota interrogationis: de quæſtionibus ſuprà & alibi.

Theorema, Problema, Propoſitio { in dialectica, mathematica ſignificant concluſionem.

ARTICVLVS IIII.

De Propriis, immediatis, neceſſariis, &c.

Demonſtrationem conſtare ex proprijs.

Regula generalis. Quę in aliqua ſcientia proponuntur, debent eſſe propria illius, & illi connexa, vt non ſint methodi alterius, eſſe homogenea, cognata, affinia: tractanda Logica logicè Geometrica geometricè, &c.

Satius eſt artificem de ſuis rebus male interrogare; quàm de alienis benè cap. 9.

Nihilominus ſubalterna diſciplina poteſt per digreſſionem mutuari aliquid à ſuperiori & ſubalternante.

De neceſſarijs.

Exceptio. Neceſſarium quod non potuit, neque poteſt habere aliter, & eſt immutabile.

Neceſſitas propoſitionis { vel ab altero terminorum, vt hic: homo eſt animal ... neceſſe eſt hominem eſſe animal. non contrà.
vel ab vtroque terminorum in ſimplici propoſitione, vt hîc:

Homo eſt rationalis: neceſſe eſt hominem eſſe rationalem, & contrà.

Neceſſitas abſoluta, vel ſecundum quid. Conſule argumenta Metaphyſica.

De primis & immediatis.

Prima { partim ſimplicia, vt argumentum.
partim compoſita. n. principia & axiomata.

Prima principia interpretatur Ariſtoteles immediata, indemonſtrabilia.

Indemonſtrabile quod demonſtrari non poteſt, vel ſaltem non habet.

Principiorum { alia demonſtrari nequeunt.
alia iam demonſtrata ſunt, nec egent demonſtratione.

Immediata propoſitio dicitur tribus modis.

Primò cum nequit demonſtrari per aliquid prius ſecundum naturam.

Tum

Digitized by Google

Tum { vel secundum se est talis: vt Deus est.
vel secundum nos: vt ignis est calidus.
vel secundum se & secundum nos: vt res est, vel non est.

2. cum prædicatum tribuitur ei subiecto, cui primò & per se conuenit.
Definitio partis illius propria dicitur de definito.
Proprietas de definitione, aut de subiecto.
Proprietas de proprietate cum qua propriissimè connectitur: vt voluntarium dianoëtico.

Attributum Dei de Deo: vt omnipotens, omni sciens.

Item quando omnino diuersa, & primo diuersa de se negantur: vt impar de pari.

3. quando conclusio probatur per causam proximam. p. in h. m.
Homo admiratur aliquid turpe & innoxium: Ergo homo ridere potest.

De prioribus, notioribus.

Huc pertinent duo prioris modi { prius *natura* siue per naturam
prius *perceptione*.

Notior res { vel secundum se / vel secundum nos } de qua re in tractatu de sex primis capitibus argumenti Logici.

De causis.

Causa hîc quicquid ducit in cognitionem conclusionis.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De Circulo & regressu.

Quando fit circulus?

Fit circulus cùm duo se se inuicem probant, aperiunt: vt pluuiam nubes, nubem pluuia.

Quotuplex circulus?

Vnus est *vniformis* qui dicitur propriè & speciatim circulus cum se habent vt prioris syllogismi principia ad conclusionem, ita & posterioris: si prior progreditur à prioribus secundum nos, & posterior progreditur.

Alter est *non vniformis*, & dicitur regressus. Estque cum vnus syllogismus progreditur à notioribus secundum nos.... alter à notioribus secundum se. p. vnus à risu ad admirationem .... alter contrà.

Inter demonstrandum { licet regressu vti: progredimur ab effectu ad causam, & hinc regredimur ad effectum.
circulo propriè vti vix licet.

Digitized by Google

Modus *dialellus* quid ſit apud Pyrrhonios ſignificatum eſt.

IN CAPVT IIII.

Summa.

Hic tria explicantur { quid ſit dici de omni, & de nullo.
per ſe, ſeu ſecundum ſe.
quid catholicè dici.

Quid dici de omni?

In prioribus Analyticis eſt conuenire omnibus ſubiecti partibus in h.m.
Omnis homo currit.
Hîc conuenire omnibus ſubiecti partibus & ſemper: vt
Omnis homo eſt animal.

Quid dici de nullo?

D. { illic eſt negari generaliter & verè: vt,
Nullus homo currit.
hîc negari verè, vniuerſim & ſemper: vt,
Nulla planta ſentit.

Per ſe, ſecundum ſe.

De modis quibus aliquid dicitur per ſe.

Propoſitiones debent eſſe neceſſarię in demonſtrationibus. Ergo per ſe textu 15. 19.

τὸ per ſe, & τὸ per accidens opponuntur.

Per ſe, ſeu ſecundum ſe { aliquid eſt.
aliquid ineſt.
aliquid repugnat: de quo modo alibi.

Per ſe { eſt tertio modo ſubſtantia, vt accidens per ſubſtantiam.
ineſt { primo modo definiens definito quicquid ponitur in eſſentiali definitione.
ſecundo modo definitum attributum definienti ſubiecto: vt differentia generi, ſimitas naſo.
quarto quod propter ſe ineſt: vt moriens iugulato, vt idoneus effectus idoneæ cauſſæ. p. proprietas ſubiecto vnde emanat.

Medicus per ſe curat ..... per accidens ædificat.

De tertio modo.

Ex modis { tertius pertinet ad terminos.
tres alii potius pertinent ad propoſitiones.

Itaque τὸ per ſe bifariam dici monebit Ariſtoteles.

Digitized by Google

De primo modo.

Ad hunc modum variè referuntur propositiones.
Ea vbi definitio partis illius prædicatur de definito.
Ea vbi ens affirmatur.
Ea vbi idem de ipso affirmatur.
Omnino propositio constans essentiali attributo.

De secundo modo.

Quæ per se insunt & conueniunt secundo modo, sunt duplicis generis.

Nam { vel reciprocantur: vt ridens cum homine.
vel non: vt differentia cùm genere, impar cum numero.

De quarto modo.

Coniunctio { causſæ cum effectu in quarto spectatur modo.
definientis & definiti in primo & secundo modo.

De vniuersali, siue catholico, siue vniuersali, primo.

Catholicum in libro de Interpretatione, quicquid prædicari potest de pluribus: cap. 3. lib. 1. Posteriorum, quod prædicatur de omni, ac semper: quod dicitur *de omni, semper, per se & primò.* i. ita vt inter prædicatum & subiectum, nihil interponatur cui prius attributum conueniat: vt quando sic pronunciamus.

Homo est rationalis ..... equus hinnit.

Catholicè seu vniuersaliter primò affirmatur, id quod inest *omni, per se, semper, & primò.*

Quotuplex propositio de omni?

Est { de omni, sed non semper: vt ..... omnis homo currit.
de omni, semper, sed non per se: vt ..... quicquid videt est homo.
de omni, semper, per se, sed non primò vt ..... omnis homo sentit.
de omni, semper, per se, ac primò: vt ..... omne animal sentit.

Propositiones tertii generis plerunque vsurpantur in scientiis: vt,
Cœlum est rotundum, vt daretur, &c. 2. de cœlo tex. 22.
Cœlum mouetur text. 43.
stella globosa text. 53.
Terra quiescit text. 96.
Profunda est text. 103.

Attributum catholicum { vel reciprocatur: vt cum homo dicitur rationalis.
vel non: vt quando homo dicitur esse animal.

Digitized by Google

IN CAPVT QVINTVM.

Errores in Catholico aſsignando.

In catholico aſſignando facillimè erratur.

Primò quando { in vno genere, ſpecieue non eſt niſi vnicum alterumue indiuiduum. p. Sol vnicus.
Ideo exiſtimamus nos ſumpſiſſe vniuerſale cum ſumpſimus illud ſingulare. differunt σπλάγνη; & ἡ σπλάγνη.

2. quando genus vniuerſum nomine caret: ideoque ſpeciem pro genere vſurpamus, p. paſtorem pro eo qui aliorum curam cum imperio gerit.
3. quando nihil referre arbitramur ſiue ſumatur genus, vt animal ..... ſiue omnes illius ſpecies: vt homo & bellua.

IN CAPVT SEXTVM.

De neceſſariis.

Veritas { immutabilis, & neceſſaria: vt cum dicitur, homo eſt animal.
contingens: vt cum dicitur, homo currit.

Eſt { *ſimplex* neceſſitas quæ ſimpliciũ terminorum, vt Dei: deque ea in Metaphyſicis.
compoſita { argumentationum: vt cum ſyllogiſmus neceſſariò concludit.
propoſitionũ { *negatiua*: vt cum dicitur, nulla planta ſentit.
affirmatiua { ab vtroque termino in reciprocis: vt cum dicitur. omnis homo ridet.
ab altero tantum: vt cum dicitur omnis homo eſt animal.

Neceſſitas { *abſoluta*: vt cum dicitur; Deus eſt, homo eſt animal.
vel *ſecundum* quid non abſoluta, ſed variè;

P. { propter præteritum tempus: vt cum, dicitur Socrates philoſophatus eſt.
propter ſuppoſitionem: vt cum, ſi chimæra eſt animal, eget alimento.
propter diſiunctionem: vt cum, animal eſt homo, vel bellua.
propter coniunctionem terminorum diſparatorum in re tertia: vt cum dicitur ..... quicquid ridere poteſt, fletus eſt particeps.

Neceſſitas ſumitur pro neceſſario argumento, neceſſaria propoſitione.
Neceſſitas ab omni cauſarum genere.
Veteres neceſſitatem, probationem, & demonſtrationem naturalium effectuum repetebant à materia ſola: Ariſtoteles etiam à fine & à cauſſis aliis. De qua re in phyſicis.

Digitized by Google

IN CAPVT VII.

Demonſtrationem conſtare ex proprijs.

Quæ ſunt in varia diſciplina, ea referuntur ad idem genus ſynonymum, vel analogicum, ſunt homogenea, ſunt eiuſdem generis.

Vt natura deſtinauit { auditum ſono, &c. / vnum ſenſum vni ſenſibilium generi, non ſpeciei vnicæ, p. candori: Ita & ars quæ naturam æmulatur diſciplinas occupat & methodos in certo quamque genere.

Eſſe rerum incorruptibilium.

De Vniuerſalium æternitate ad Iſagogen.

Demonſtratio } debet conſtare ex proprijs & æternis. ¶
Definitio }

Æterna propoſitio cuius veritas æterna & immutabilis.
Homo eſt animal ..... roſa eſt flos.

Ad æternitatem veritatis non requiritur æternitas ipſius formalis propoſitionis, ſed obiectiuæ, ſeu tantum æternitas connexionis prædicati cum ſubiecto, auerſionis prædicati à ſubiecto.

IN CAPVT VIII.

De Principijs.

De principio, theſi, hypotheſi, & prænotione ſuprà.

IN CAPVT IX.

De Interrogationibus, deceptionibus, inſtantia, &c.

De Interrogationibus.

Apodicticus { non interrogat ſi interrogatio vtramque partem contradictionis continere dicatur. / alioquin interrogare poteſt.

Dialecticus { interrogat vtramque partem contradictionis. / non interrogat concluſionem.

Apodicticus { nec concluſionem interrogat. / nec vtramque partem contradictionis, quia non dat optionem: ſed tantum vnam partem, idque de principijs. p. in h. m.

Nonne totum eſt parte maius?
Num pars æqualis toti?

Digitized by Google

Porrò { vel non est syllogistica interrogatio : vt quid est homo?
vel est, tumque { aut communis multarum disciplinarum ; vt nonne totum est parte maius?
aut propria vnius methodi & disciplinæ;
Idque { siue in ipsa tantum inueniatur.
siue etiam alibi, sed mutuò inde accepta.

Propria repetitur à materia disciplinæ propria : Estque vel proba, vel vitiosa.

Est { vna vitiosa interrogatio quod non petatur à materia propria, eaque vitiosor : vt si medicus interroget, in hunc modum.
Nonne morbi à peccato?
altera quod contineat errorem de materia propria: vt
Num contraria contrarijs curantur?

De deceptionibus.

Habent-ne fallaciæ æquè vbique locum?

Minimè, nam crebriores sunt & periculosiores in dialecticis concertationibus ad veterem morem institutis, quàm in scientijs & demonstrationibus.

Quid ita?

Quia inquit Aristoteles, medium verbum, siue argumentum in demonstrando bis sumitur .n. in propositione & in sumptione : j. quia in demonstrando statim iteratur medium, ideo conspicitur forma syllogismi, hæc concepta & percepta errorem aperit: Quia si falsa est, concludimus erroris aliquid relidere in antecedentibus.

In dialecticis sermonibus occultationes faciunt, vt inter maiorem & minorem propositionem assumptæ interijciantur, neque argumentum bis sumatur, bisue simul. Consule sermonem de disputationibus.

ἔνστασις. Apodictica.

Quomodo in scientijs obsistimus instantia captionibus?

Si instas dialecticè, refellit { vt generalis particularem.
ita particularis generalem.

Si apodicticè refellere vis, generalis non refellitur generali siue vniuersali. quia scientiæ dum ostendunt, non admittunt particulares propositiones I. & O. Quando forma syllogismi vitiosa est, conclusio neganda venit.

De resoluenda conclusione.

Quomodo inueniuntur principia conclusionis?

Resoluenda est conclusio in propositiones vndè nascitur.

Si verum neutiquam colligeretur nisi ex vero, facillima esset resolutio:..... & semper in affirmatione termini reciprocarentur.

De amplificatione doctrinæ.

Quot modis incrementum capit demonstratio & syllogismus?

Primò in *directum* cum ex vno confirmato aliud confirmatur, vt in Geometria.

Secundò in *obliquum* quando superiora attributa de subiectis inferioribus: vt sentiens de homine & de bellua, confirmantur per inferiora signa

Digitized by Google

siue argumenta .p. per risum, hinnitum, &c.
Tertiò quando eadem conclusio vt hæc ..... homo ratiocinatur, confirmatur per plura argumenta .p. risum, admirationem, electionem.

IN CAPVT X.

De generibus demonstrationum.

Demonstratio propter quod, demonstratio quia.

Quotuplex demonstratio?

Est { vniuersalis { affirmans { ostendens.
particularis { negans { deducens ad incommodum.

Docet { vna cur res sit per propriam & idoneam causam ..... vocatur que demonstratio propter quid, demonstratio διότι.
altera duntaxat rem esse vel ita esse ..... vocaturque demonstratio quia, demonstratio ὅτι.

Differunt hæ duæ demonstrationes { & in eadem scientia.
& in diuersis.

Cur in eadem?

Primò quia { illa vtitur proprio & adæquato argumento: vt equus respirat, quia pulmones habet.
hæc communi & extrario: Apud Scytas non sunt tibicines, quia illic non sunt vites.

Secundò quia { illa effectum per causam arguit: vt planeta non scintillat, quia prope nos.
hæc causam declarat per effectum. Planeta non est procul à nobis, quia non scintillat.

Cur in diuersis methodis?

Primò quia { subalternans vtitur demonstratione propter quid.
subalternata verò demonstratione quia.

Secundò quia { quæ doctrinæ versantur circa materiam sensibilem, vtuntur crebrius demonstratione quia: vt Physica & practicæ disciplinæ.
quæ circa intelligibilem: vt mathematicæ frequentius vtuntur demonstratione propter quid.

Ad demonstrationem propter quid, opus causa reciproca, & omnino ea qua posita ponatur effectus.

Digitized by Google

IN CAPVT XI.

De figuris demonſtrationum, &c.

Figurarum { prima } vtilis ad demonſtrandum.
{ ſecunda }
{ tertia } { eſt inutilis ad demonſtrandum oſtenſiuè, quia non concludit niſi I. & O.
{ poteſt tamen deducere ad incommodum.

Prima autem figurarum præſtat. Primò, quia crebriùs vſurpatur potiſſimum in mathematicis vbi negationes clariores, & raræ.

Secundò quia cauſſæ non probantur niſi per figuram primam.

Tertiò quia definitio non colligitur diuiſiua ratione, niſi per figuram primã.

Quartò quia opus figura prima vt propoſitio mediata explicetur per immediatam.

Immediata { affirmatio, eſt quando cur prædicatum inſit ſubiecto nulla cauſſa afferri poteſt, vt cur homo ſit animal rationale.
{ negatio, cum ſummum genus negatur de ſummo genere: vt ſubſtantia de quantitate: aut differentia de oppoſita differentia, vt par de impari: mediata negatio & affirmatio multiplex.

Eſt { mediata affirmatiõ vbi aliquid interijcitur inter prędicatum & ſubiectum: vt
{ homo ſentit quia animal ſentit.
{ homo viuit, quia animal viuit.
{ altera vbi argumentum prædicato affigitur & vicinum eſt, homo viuit quia eſt animatus. Negatio mediata triplicis generis:

n. { prima vbi attributum habet ſupra ſe genus proprium: vt nulla ſubſtantia eſt calor.
{ ſecunda vbi ſubiectum habet ſupra ſe genus: vt nullus homo eſt qualitas.
{ tertia vbi vtrumque habet ſupra ſe genus: vt nullum obiectum eſt lumen.

De ignoratione.

IN CAPVT XII.

De Ignoratione.

Ignoratio opponitur ſcientiæ & intellectui.

Dicitur { vna *negatiua*: vt cum puer qui in vtero, dicitur ignorare cœlum.
{ altera *priuatiua*, & praue diſpoſitionis.

Quæ oritur { ſine ratiocinatione: vt cum quis putat ſolem eſſe bipedalem.
{ vel à ratiocinio { ſiue materia
{ ſiue forma } ſit vitioſa.
{ ſiue vtraque

Syllogiſmus

Digitized by Google

Syllogiſmus qui laudabilis formæ multipliciter materia peccare poteſt.

Colligitur falſa affirmatio { tum ex altera tantum. / tum ex vtraque antecedentium falſa.

Falſa negatio { in prima figura colligitur eodem modo. / in ſecunda { non ex vtraque antecedentium planè falſa. / ſed { ex vtraque falſa ſecundum quid. / aut ex altera tantùm.

Oritur falſitas { tum à mediatis propoſitionibus. / tum ab immediatis, ad quas pertinet regula ſuperior.

IN CAPVT XIII.

De praua opinione ex mediatis.

Tum per medium proprium naſcitur erronea affirmatio, ex maiori vera & minori falſa, in hunc modum.

Eligens ratiocinatur. Canis eligit. Ergo.

Tum per non propriam quo tempore minor vera eſt, maior falſa, in hunc modum.

Quod currit, ratiocinatur. Canis currit: ergo.

Negatio erronea { in prima figura { & per proprium rei ſubiectæ argumentum minori vera. / & per alienum. / & in ſecunda figura vbi quomodo res habeat, colligendũ eſt ex cap. 2. lib. 2. Priorum quod conferri debet cum his duobus.

IN CAPVT XIIII.

De ignoratione *negatiua.*

Nihil eſt in intellectu quod non fuerit in ſenſu. Ergo qui à primo ortu priuatus eſt aliquo ſenſu .p. viſu, neceſſe eſt habeat negationem alicuius ſcientiæ, p. diſciplinæ de coloribus.

Cognitio oritur { & ab inductione quæ in ſingulis verſatur. / & à ſyllogiſmo.

Singularia deprehenduntur ſenſu.

Syllogiſmus naſcitur à principijs inductione confirmatis.

De mentis naturali egeſtate alibi aduerſus Platonem.

Digitized by Google

IN CAPVT XV.

Demonſtrationes non progredi in infinitum.

Liceatne inter demonſtrandum & omnino inter ratiocinandum progredi in infinitum, vt intelligatur triplex proponenda quæſtio, triplex hypotheſis.

Quæſtio prima.

Si ſubiectum occupat infimum categoriæ gradum, licetne prędicata eius inuenire innumerabilia?

Quæſtio ſecunda.

Quando attributum occupat ſupremum categoriæ locum..... poſſuntne ſerie in vna eademque innumerabilia ſubiecta inueniri?

Quæſtio tertia.

Si datur ſupremus & infimus gradus, quæritur poſſintne innumerabilia interijci inter vtrumque? quæ quęſtio non habet locum vbi termini reciprocantur.

Hypotheſis prima.

Quiuis ſyllogiſmus conſtat tribus terminis.

Hypotheſis ſecunda.

Propoſitiones immediatę { exquiruntur à demonſtratore, / non exquiruntur à dialectico. } ¶

Hypotheſis tertia.

Enunciantur { quædam per ſe: vt Architectus ædificat. / quædam per accidens: vt muſicus ædificat. }

IN CAPVT XVI.

De tertia quæſtione.

Si datur ſupremum & infimum, neceſſario à ſupremo ad infimum deueniendum eſt, quia ſupremum infimo inest, vt ſubſtantia homini: ab extremo ad extremum non peruenitur niſi per media.... id per quod aliquò deuenitur, percurritur: porrò innumerabilia percurri nequeunt.

Ergo inter ſupremum & infimum gradum quæ interijciuntur media, non ſunt innumerabilia.

Digitized by Google

IN CAPVT XVII.

In negationibus non abiri in infinitum.

In negationibus non abitur in infinitum .j. negatio non probatur per infinita, per innumerabilia argumenta.

Etenim affirmatio non potest ratiocinando confirmari per infinita media, vt docebit Aristoteles, in cap. sequenti: Ergo neque propositiones priuatiuæ & negationes abire possunt in infinitum.

Si quidem quod inseritur affirmationi non abit in infinitum: Argumentum quo confirmatur propositio priuatiua, siue negatio, inseritur etiam affirmationi, quoniam antecedentium propositionum vna debet affirmare: Ergo non sortitur argumenta innumerabilia.

Quod si profilias ratiocinando à figura ad figuram, non propterea facies syllogismos innumerabiles. *Obiectio.*

Si finitus argumentorum numerus multiplicetur per ternarium figurarum numerum, non efficietur nisi finitus numerus.

IN CAPVT XVIII.

De tribus quæstionibus.

Prædicationes affirmatiuæ non abeunt in infinitum.

Quod confirmandum est tum logicè, tum analyticè: sed antea statuendæ tres hypotheses.

Hypothesis prima.

Dicitur { substantia { de subiecto inferiori tuc in eadem categoria: vt homo est animal. / de accidente: vt quod currit est animal. } / accidens { de accidente: vt musicus ambulat. / de substantia: vt lignum est magnum: quæ quidem prædicatio est omnino prædicatio, non secundum quid tantùm. } }

Hypothesis secunda.

Prędicatum significat vel substantiam, vel quantitatem, vel aliam categoriam. Cum tamen accidentia enunciantur in sua categoria, enunciantur in quid: vt color de candore.

Essentiale prædicatum significat quid res sit.

Reliqua non item.

Sed Aristoteles valere iubet generalia & vniuersalia, quod cum facit, intelligit Platonis ideas.

Hypothesis tertia.

Si vnum est qualitas alterius, vt candor niuis, hoc nequit viciſſim esse illius qualitas.

Digitized by Google

Logica probatio.

Prædicationes ſecundum accidens.i. vbi accidens affirmatur ſunt finitæ,quia finitus generum & differentiarum numerus.

Prędicationes in quid ſunt etiam finitæ non innumerabiles : quia alioquin nulla definitio abſoluenda eſt: alioquin futurum vt nihil ſciatur [per demonſtrationem.]

Etenim nunquam concluſio ſcitur antequam comprehendãtur omnia principia:forent autem innumerabilia.Ergo, &c.

Analytica probatio.

In propoſitionibus per ſe non datur progreſſus in infinitum: demonſtratio autem conſtat tantum ex propoſitionibus per ſe.

Nulla concluſio demonſtrari poteſt per innumerabilia argumenta.

Omne argumentum depromitur { vel à ſubiecto / vel à prędicato } concluſionis.

Neutrum per ſe innumerabilia ſibi vendicat.

Nihil[præter Deum] innumerabiles perfectiones habet.

IN CAPVT XIX.

De numero argumentorum.

Primum. Si vnum attributum, vt animal conuenit duobus ſubiectis,quorum neutrum de altero dicatur,vt homini & belluæ,nõ neceſſario per medium quiddam aliud à ſe ineſt ..... alioquin daretur progreſſus in infinitum.

2. Quotieſcunque propoſitio : vt homo eſt ſubſtãtia , medium habet mediate. p.animal,viuens,mixtum,&c.demonſtratio fiet , idque per tot propoſitiones, quot medii gradus interiiciuntur .p. in h.m.

Animal eſt ſubſtantia : homo eſt animal. Ergo.

Quod viuit eſt ſubſtantia, homo viuit. Ergo.

Sed nõ erit quælibet harum propoſitionum mediata , tãdemque ad primum aliquid & immediatum deuenietur. p. ad hanc probationem.

Omne corpus eſt ſubſtantia.

Vnde conſtruatur immediata demonſtratio in h.m.

Corpus eſt ſubſtantia: homo eſt corpus : Ergo.

De primæ figuræ conſtructione in prioribus analyticis: quoties concluditur negatio in prima vel ſecunda figura, medium affirmatur de altero terminorum concluſionis.

Digitized by Google

IN CAPVT XX.

Comparatio demonſtrationum.

Quotuplex demonſtratio?

Eſt { *vniuerſalis* & generalis: vt ſi concludas animal ſentire.
particularis, ſingularis, ſpecialis: vt ſi hominem ſentire.

Vniuerſalis vbi attributum concluſionis ſubiecto catholicè ineſt aut repugnat. n. *omni, ſemper, ſecundum ſe, ac primo.*

Particularis vbi attributum omni, per ſe, ac ſemper conuenit, vel repugnat ſed non primo, nec ſoli. i. vniuerſalis quidem: ſed ita vt vniuerſalior aſſignari poſſit eiuſdem attributi.

Videtur { vniuerſalis ſi doceas triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis.
particularis ſi ſcalenum habere tres angulos, &c.

Eſt { affirmans { oſtendens } negans { deducens } } &c.

Potior-ne generalis particulari?

Specialis videtur potior. Primò quia res melius cognoſcitur ſecundum ſe, quam ſecundum aliud: ſed reſponde quod ſecundum ſe non ineſt, non cognoſci ſecundum ſe.

2. quoniam ſpecies genere ſuo eſt nobilior: ſed reſpondet Ariſtoteles vniuerſaliora conſtantiora eſſe & incorruptibiliora.

Tertiò quia vniuerſalis demonſtratio eſt procliuis ad errorem Platonicum: ſed reſpondet Ariſtoteles quod in genere aliquid demonſtretur non ideo nos admittere ideas platonicorum.

Vniuerſalis videtur potior. Primò quia magis indicat cauſſam primam, & primum principium.

2. quia { generaliora facilius ſcientia comprehenduntur.
particularia accedunt ad infinitum numerum.

3. quia qui nouit generalem propoſitionem, nouit & particularem, non contrà.

4. quia intellectu [ſolo] vniuerſalia .... ſenſu ſingularia deprehenduntur.

Ariſtoteli ſingulare, & quod ſecundum partem { nunc individuum.
nunc infima ſpecies.

Digitized by Google

IN CAPVT XXI.

Potiorem esse affirmationem negatione.

Demonstratio affirmans potior præstabiliorque neganti.

Primò quia { paucioribus eget mediis vt dicatur immediata.
proinde est certior, rectæ lineæ similior, & clarior

2. quia { affirmatio non eget negatione } ad confirmationem sui.
negatio eget affirmatione }

3. quia { principia affirmationis sunt priora & magis immediata.
prius est esse simpliciter, quàm non esse. De qua re in metaphysicis.

IN CAPVT XXII.

Ostensionem potiorem esse, &c.

Præstantior quæ ostendit demonstratio, quàm quæ deducit ad impossibile.
Etenim veritas prior, potiorque falsitate.

IN CAPVT XXIII.

De Scientiæ certitudine, vnitate, &c.

Scientia demonstratiua est effectus conclusionis, demonstrationis, &c.
Scientia vna certior quàm altera.

Est { certior primò quæ à demonstratione propter quid, quam quæ à demonstratione quia.
secundò quæ abstrahit à subiecto aut magis abstrahit à materia sensibili.
tertiò quę simplicior: vt arithmetica quàm Geometria.

Quô scientia magis abstrahit à subiecto, eô minus est obnoxia attributis & prędicationibus per accidens, cuiusmodi sunt.
Frigidum rigat .... humidum frigefacit.
Architectus medetur ... medicus ædificat.

Monitum Quod monas siue vnitas vocetur Vlia & substătia. Id fit more Pythagoreorum: De scientiæ vnitate, diuersitate in physicis & in methodicis: quod res eadem pluribus confirmari possit demonstrationibus hinc intelligitur.
Quod sunt plura genera demonstrationum. p. ostensio, &c.
Quod plures figuræ syllogismorum.
Quod argumenta plura, quibus res eadem confirmari possit.

Digitized by Google

Quid sit mediatum } iam declaratum.
Quid immediatum }

IN CAPVT XXIV.

Nec fortuita, nec quæ sentiuntur sciri.

Quæ eueniunt rarò { nulla arte / nulla scientia } comprehenduntur : quoniam non habent necessarias causas, item quæ nec rarò, nec sæpissimè.

Quæ eueniunt plerumque vt homo bipes, &c.

ea { si spectetur actus, non cadunt in scientiam. / si propensio naturæ, censentur semper euenire & esse necessaria.

Quæ sensu deprehenduntur, ea per se non cadunt in scientiam: non ideo tamen sensibus detrahitur fides & certitudo.

IN CAPVT XXV.

De diuersitate principiorum.

Ratiocinationum omnium non eadem principia cum sint { aliæ veræ. / aliæ falsæ.

Nec falsarum eadem, quia texuntur { variis modis. / varia ex materia.

Demonstrationum non sunt eadem omnia principia.

Primò, quia non omnia cadunt in rem vnam & eandem.

2. quia communissima principia non sufficiunt ad rem quamuis demonstrandam.
   Vt quodlibet est, vel non est .... contraria contrariis curantur.
3. quia ferè tot principia, quot conclusiones.
4. quia termini etiam pauci multis modis misceri possunt : vt homo ridens .... homo ratiocinans.
5. quia alia necessaria, alia contingentia: ex quolibet non concluditur quiduis.

IN CAPVT XXVI.

Discrimen scientiæ & opinionis.

Differt scientia ab opinione, scibile ab opinabili.

Digitized by Google

Primò quia { omnis quidem habitus mentis laudabilior refertur ad verum.
sed { opinio incertior / intellectus / scientia } certior { in asseueratione veri.

2. quia { opinio suapte natura est incertum quiddam. / qui opinatur, putat rem posse aliter habere.

Quæritur possitnè de re eadem haberi { et scientia. / et opinio.?

R. eo modo posse quo opinio vera & opinio falsa.

Quæritur possit-ne haberi vera & falsa opinio de re eadem ab eodem homine, & scientia cum opinione falsa.

R. primò si quis verè sciat & omnino . . . .tunc non omnino, sed secundum quid tantum opinari aliquid quod scientiæ suæ aduersetur.

2. non haberi simul duos habitus oppositos.

3. posse exerceri actum qui habitui aduersetur.

4. vix posse exerceri duos habitus contrarios.

De diuisione habituum mentis alibi.

IN CAPVT XXVII.

De Solertia & inueniendo argumento.

Philosophiæ { rudimentum est videre quid in re quaque dubitationem afferat. / dignitas præcipua in inueniendis rerum propositarum caussis quibus tollatur admiratio.

Aut consistit in inuentione medii siue argumenti.

Ea virtus quæ argumentum reperit, continuoque excogitat, dicitur solertia.

Solertia definitur promptitudo inueniendi argumenti in non perspecto tempore, i. citissimè in imperceptibili tempore.

Fuerunt qui { artem facerent iudicandi, disponendi. / inuentionem relinquerent naturę soli: ab iis dissentit Aristoteles, itaque libro sequenti præcepturus est de inueniendo demonstrationis argumento.

Quare solertia { vna est *naturalis*. / altera *acquisita*.

FINIS.

IN

Digitized by Google

IN LIBRVM SECVNDVM DE DEMONSTRATIONE.

Argumentum Libri.

Sciuntur quatuor. Totidem quęruntur. n. { an *ita sit.* / propter *quid ita sit.* / an *sit.* / quid *sit.*

Definitio { quatenus definitio explicat quid res sit. / quatenus principium & medium demonstrationis valet ad quæstiones reliquas.

Medium est causſa ..... causſa definitione continetur.

In quæstionibus quæritur { aut quodnam sit medium. / aut vtrum sit aliquod medium & argumentum.

Non quicquid definitur, demonstratur, nec contrà.

Non demonstratur definitio, quatenus definitio de definito.

Cum tamen definitio constet { vel causſa / vel effectu / vel vtroque } vna causſa potest adhiberi ad probandam alteram, vel effectum, & contrà.

Elementa demonstrationis, causſæ quatuor. præcipua in definiendo forma.

Definitio constans forma demonstrat constantem materia.

Definitio constans materia, forma videtur esse quædam demonstratio implicita.

Sæpè idem demonstratur per materiam & finem.

Causſa est eadem cur res fuerit, cur sit, cur futura sit.

Causſa aliquando simul cum effectu ..... aliquando ante.

Cum antecedit, colligitur ex effectu non contrà.

Reciproca seu quæ sunt simul, se se mutuò demonstrant.

Quæ se se inuicem circulo procreant vt pluuiæ & vapores, se se inuicem demonstrant.

Effectus non necessarii causſa non est necessaria.

Digitized by Google

Definitionem venamur { tum diuidendo, seu descensu. / tum componendo & ascensu.

Diuisio vtilis { et ad struendas definitiones. / et ad causlas intelligendas.

Demonstratio nunc reciproca, nunc neutiquam reciproca:

Quia non semper { causla cum causla / causla cum effectu / effectus cum effectu } reciprocatur.

Principiorum notitia { est certa. / est diuersa ab opinione & scientia. / non est naturalis sed acquiritur sensu, memoria, experientia, inductione.

Proinde hinc genesim praxinque apodicticam auspicari oportet.

IN CAPVT I.

Summa.

De problematis. Quot sunt genera eorum quæ sciuntur & comprehenduntur de re ignota, totidem quæruntur. Sciuntur quatuor. Ergo quatuor quæruntur.

Quæstiones { duæ simplices { an sit res. / quid sit res. / duæ compositæ { an ita sit. / propter quid ita sit.

Quæstio { antecedit, vt an sit, an ita sit. / consequitur, vt quid sit, cur ita sit.

Quæritur { quid simplex, tumque *existentia*, aut *essentia*. / compositum { vt attributum sciatur esse, vel non esse in subiecto. / vt intelligamus cur subiecto insit, vel non insit.

IN CAPVT II.

Quæritur ne omni quæstione medium?

Quæritur, primò quia in quęstionibus an sit, & an ita sit, quæritur vtrùm sit aliquod argumentum & medium quo demonstremus rem esse, rem non esse, rem esse hoc vel illud, non esse hoc, vel illud.

In quæstione cur ita sit manifesta quæritur cur, causla, & medium.

Digitized by Google

In quæstione quid sit quæritur definitio, quæ est mediorum princeps.

Secundò quoniam { medium idem est quod caussa.
in omni quęstione quæritur caussa, cùm scire sit rem cognoscere per caussam.

5. quia { illud quæritur quo comprehenso { cessat admiratio. scientia habetur.
medium verò eiusmodi est.

Éclipsim & defectũ solis miror: tum demum cessat admiratio, quærendi labor & necessitas cùm deprehensa est caussa. p. interpositio lunæ opacæ inter solem & aspectum.

Caussa sensu vel alio modo deprehenditur.

Caussæ definitione continentur.... ideo quid est, & propter quid idem.

Demonstratur-ne quæstio an sit & quomodo?

Existentia & τὸ an sit non videtur demonstrari: etenim quod supponitur non demonstratur: existentia subiecti conclusionis præcognoscitur, præsupponitur.

Ergo non videtur demonstrabilis.

D.S. { in conclusionibus de tertio adiacente C. huiusmodi autem sunt: triangulus habet tres angulos, &c. homo est animal.
in propositionibus de secundo adiacente N. cuiusmodi sunt quæ sequuntur.

Deus est. prouidentia est. fatum non est.

Probatur autem hęc quęstio & existentia variis modis:

Fine: vt datur animal. Ergo & cibus.

Materia: vt, sunt vapores. Ergo futura pluuia.

Efficiente caussa: vt extinguitur in nube ignis. Ergo fit tonitru:

Nota aliqua, aut effectu proprio: vt datur hinnitus. Ergo & equus.

Sed nonnulli non vsquequaque probant hæc argumenta, quod principium postulare videantur.

Aristoteles vtitur definitione nominis ad huius explicationem quęstionis.

Existentia posterior quam essentia: vt Metaphysici docent.

Itaque non est dubium quin ex inspectione essentię intelligatur possibilitas rei & existentiæ.

IN CAPVT III.

Quid exponendum?

Exponendum { primò quomodo quid res sit declaretur.
2. quâ ratione definitio vsurpetur in demonstrando.
3. quid sit definitio.
4. quid definiatur definitiue possit: sed prius logicè tria excutienda sunt;

Digitized by Google

n. { vtrùm quicquid definibile eſt, ſit demonſtrabile.
vtrum vna eademque ratione quicquid demonſtrabile eſt, ſit definibile.
vtrum aliquid quod definitur, demonſtretur.

Prima propoſitio.

Non quicquid demonſtratur, definitur.

Primò quia { omnis definitio / non omnis demonſtratio } { eſt affirmans & catholica / & [primo vniuerſalis.]

2. quia explicare quid res ſit, non vocamus demonſtrare.
3. quia definitio eſt ſubiecti .... demonſtratio proprietatis.
4. quia definitio eſt vſiæ .... demonſtratio accidentis.

Secunda propoſitio.

Non quicquid definitur, demonſtratur eodem modo & nomine.
Primò, quia vnum quatenus vnum ſcientia vna comprehenditur.
2. quia non habetur ſcienti a demonſtratiua ſine demonſtratione.
3. quia definitio eſt principium demonſtrationis, non demonſtratio: ſi definitio foret demonſtrabilis, regrederemur in infinitum.

Quid ſcitur demonſtratione?

Sciuntur per demonſtrationem duo { prædicatum concluſionis. / concluſio ipſa.

Tertia propoſitio.

Nullius rei demonſtratio eſt, cuius definitio.

Primò, quia quid res ſit { demonſtratio ſupponit. / definitio explicat.

2. quia demonſtratio continet ptopoſitionem & definitionem, non autem definitio.

IN CAPVT IIII.

Quæſtio.

Quærirur { poſſit-ne eſſentiá rei, ſeu quid res ſit demonſtrari. / id eſt vtrùm poſſimus demonſtrare vnum, conuenire alteri tanquam quod quid erat eſſe, tanquam definitionem conuenire eſſentialiter & reciprocè.

Hypotheſis prima.

Syllogiſmus vnum conuenire alteri per medium docet.

Secunda hypotheſis.

Definitio eſt propria & dicitur in quid de definito.

Digitized by Google

Tertia hypotheſis.

Proprium & ſubiectum reciprocantur.

Quoties duo termini concluſionis reciprocantur, & medium reciprocatur. De qua re alibi.

Quarta hypotheſis.

Non idem { quid conuenire alicui .p. hominem eſſe animal rationale. / quid conuenire alicui tanquam definitionem .p.

Hominem eſſe animal rationale definitiuè & tanquam quod quid erat eſſe.

Quinta hypotheſis.

Vt doceas rem vnam conuenire alteri, nulla eſt opus geminatione & additione .p. in hocce ſyllogiſmo.

Animal bipes, implume, latis vnguibus, eſt animal rationale.

Homo eſt animal bipes, implume, latis vnguibus: Ergo, &c.

Vt doceas rem conuenire tanquam definitionem, opus eſt *duplanti* ſyllogiſmo .j. utrique antecedentium propoſitionum apponenda venit hæc conditio tanquam quod quid erat eſſe, aliaue ſimilis, in h. m.

Animal bipes, implume, eſt animal rationale tanquam *quod quid* erat eſſe.

Homo eſt animal bipes, implume tanquam *quod quid erat eſſe*.

Ergo homo eſt animal rationale, tanquam *quod quid erat eſſe*, ſiue ſi ſit aſſignanda illius definitio.

Propoſitio & concluſio.

Non poteſt demonſtrari quid res ſit [licet probabili argumentatione probari poſſit.]

Probatio.

Si poſſet demonſtrari, demonſtraretur ſyllogiſmo illo quem duplantem vocant, aut per diuiſionem generis, aut per contrarium, aut per coniugatum, aut per definitionem definitionis: nequit autem per ſyllogiſmum illum qui appellatur duplans.

Primò in eo ſyllogiſmo neceſſe eſt aliud atque aliud proferatur pro ſubiecti definitione .n. prædicatum & argumentum, proferatur duplex definitio.

Secundò quia ſupponere quod quæritur, eſt petere principium.

Non poteſt pariter per diuiſionem, non per definitionem definitionis, non per contrarium.

Non item per alios locos qui proferuntur ab Ariſtotele, in Topic. Ergo, &c.

IN CAPVT V.

Non probari quid res ſit diuiſione ſeu argumentatione à diuiſione generis.

Quidam arbitrantur diuiſionis ope demonſtrari quid res ſit, in hunc modũ.

Digitized by Google

Nonne animal eſt rationale, vel irrationale? eſt.
Eſtne homo animal? eſt.
Eſt-ne homo quid rationale, an verò irrationale? eſt rationale.
Ergo homo eſt animal rationale.

Sed { diuiſio illuſtrat magis quàm probat & demonſtrat, vt & inductio, in vtraque omnia accipiuntur ab aduerſario. non probat diuiſio quid res ſit, nec demonſtrat.

Primò quia quod demonſtratur, probatur non autem interrogatur, vt interrogantur partes diuiſionis.

Secundò quia quamuis probaret definitionem ineſſe definito .p. hominem eſſe animal rationale, non probaret tamen ineſſe tanquam eſſentiam ac definitionem.

Nam { primò poteſt accipi aliquid quod inſit rei, nec tamen ſit de natura eius. ſecundò aliquid redundare .p. differentia, quæ fruſtra ſuperaddatur. tertiò deficere aliquid .p. aliqua differentia. Quæ tria vitia profligan-da ſunt contrarijs virtutibus dum diuiſione colliguntur definitiones.

IN CAPVT VI.

Non demonſtrari quid res ſit definitione definitionis.

Quid res ſit quidam opinantur demonſtrari poſſe definitione definitionis in hunc modum:

Quæ oratio eſt propria, reciproca, & conſtat ex vocabulis ſignificantibus quid, ea docet quid res ſit.
At animal rationale, mortale, eſt hominis propria oratio & quidditatiua.
Ergo docet quid ſit homo.

Sed hæc demonſtrandi ratio vitioſa eſt, miniméque demonſtratio: vitioſa, quia petit principium, ſupponit in ſumptione quod quæritur.

Vt concluſio ſyllogiſmi, quæſtiones *an ſit*, an *ita ſit*, cur *ita ſit*, non probantur per definitionem ſyllogiſmi: ita neque quæſtio quid eſt, videtur eſſe probanda per definitionem definitionis.

Adde quod eiuſmodi ſyllogiſmus eſt ſingularis, & aduerte aliud eſſe demonſtrare, aliud Logicè probare.

Non demonſtrari quid res ſit per contrarium.

Videtur poſſe demonſtrari quid res ſit per contrarium, vt & per coniugatum, in hunc modum:

Oppoſitorum vt boni & mali; oppoſitæ ſunt definitiones & eſſentiæ.

Atqui { mali eſſentia in eo conſiſtit quòd ſit *diuiſibile*, excedit, deficit. *indiuiſibile* eſt eſſentia contraria diuiſibili.

Ergo boni eſſentia & definitio eſt eſſe indiuiſibile, conſiſtere in medio quaſi in puncto.

[Coniugatorum coniugatæ ſunt definitiones, &c.]

Digitized by Google

Sed reijcitur hæc demonſtrandi ratio, quia petit principium, definitionem vnam per alteram æquè obſcuram probat.

IN CAPVT VII.

Videtur-ne doceri poſſe quid ſit res?

Logica diſceptatio

Non videtur vllo modo doceri poſſe quid res ſit.

Non enim *inductione*, quia hæc oſtendit rem eſſe non quid res ſit.

Non *ſenſu*, quia hic nec demonſtrat, nec percipit οὐσίας.

Non definitione, quia { definitio [niſi ſit ſolius nominis] non cadit niſi in entia, in ea quæ ſunt: ideo qui nouit quid res ſit, nouit rem eſſe; eſſe ens.
definitio verò non docet rem eſſe, ſed potius demonſtratio.

Non dõctrina & demonſtratione, quia { vt finitio non docet rem eſſe.
nec demonſtratio quid ſit.

Probare rem eſſe, non eſt probare quid res ſit.

Quia ens non eſt genus [aliud homo, aliud eſſe hominem.]

Fieri poteſt vt quis nouerit quid res ſit, nec tamen nouerit rem eſſe.

Verè tamen { neque definitio oſtendit rem eſſe.
neque declarat apertè & explicitè cuius rei ſit definitio.

Quid ergo nihil-ne docet definitio? abſurdum eſt nihil docere, non tamen docet an *res ſit*, an *ita ſit*, cur *ita ſit*.

Ergo { vel tantum docet quid ſignificet vocabulum.
vel docet quid *res ſit*.

Abſurdum illud, quia definitio non cadit in non entia, in quæ tamen cadit vocabulorum interpretatio.

Non omnis oratio eſt definitio, cuiuis tamen orationi nomen vnum imponi poteſt .p. Iliados.

Quare definitio docet quid res ſit.

IN VIII. IX. ET X. CAPITA.

Eſt { hactenus logicè actum, diſceptatum.
deinceps didaſcalicè inſtituenda diſputatio;

n. { vt ſciamus quid ex illis quæ logicè diſceptata ſunt, veritati ſit conſentaneum.
vt quid ſit definitio.
vt vtrum quæſtio *quid eſt*, abſoluatur, explicetur definitione non demonſtratione. *Cap. 8.*

Digitized by Google

Demonſtratur { primò cum definitio vna per alteram probatur. (*Cap. 9.*)
secundò quando demonſtramus propter quid proprietas ſubiecto inſit. (*Cap. 10.*)

Sed quæritur quænam definitio demonſtrari poſſit.

IN CAPVT VIII.

Poteſt-ne definitio altera probari definitione?

Poteſt, primò quia idem eſt noſſe quid res ſit, & noſſe cauſſam quæſtionis *an ſit*, an *ita ſit*.

Secundò quia quod habet cauſſas proprias & priores, per eas demonſtrari poteſt.

Tertiò quia { reciproca ſeſe inuicem demonſtrare poſſunt.
cauſſa { vna, tumque non demoſtratur [demonſtratione exquiſita per cauſſam.]
vel multiplex, tumque prior poſteriorem demonſtrare poteſt, non contrà.

Quando definitio vna per alteram docetur ſubiecto conuenire;

tùm { apodictica eſt probatio quatenus prædicatum docetur conuenire ſubiecto, in hunc modum.
Ergo homo eſt animal rationale.
Logica tantum quatenus conuenire tanquam definitio, in h. m.

Ergo homo eſt animal rationale, tanquam quod quid erat eſſe, tanquam τὸ eſſe quod res eſt.

IN CAPVT IX

Demonſtratione propter quid doceri quid.

Propoſitio.

Cum doces propter quid proprietas inſit ſubiecto, doces etiam quid res ſit.

Probatio.

Habet ſe { vt prima quæſtio ad ſecundam, an ita ſit, ad cur ita ſit.
ita tertia ad quartam an ſit, ad quid ſit.

Sed { aliquando ſimul intelligimus an ita ſit, & cur ita ſit.
aliquando priùs rem eſſe, quàm cur ita ſit. ¶
numquam priùs propter quid ita ſit, quàm an ità ſit.

Ergo in aliis duabus quæſtionibus res ita habet.

Nemo ſcire poteſt quid res ſit, quin { aut prius / aut ſimul } ſciat rem eſſe.

Rem

Digitized by Google

Rem esse { aliquando per accidentia nouimus, tumque non nouimus quid res sit.
aliquando per essentiam essentiqueque partes, tumq; nouimus quid.

Accidentia { ducunt quidem in vsiæ cognitionem.
sed non insinuant explicitè quid res sit.

Quando Luna in plenilunio vmbrã non facit quamuis *inter* nos & illam nihil interijciatur impedimenti, fit eclipsis Lunæ.
Atqui inquis, res nunc ita habet. Ergo, &c.

Qua ratiocinatione { intelligis fieri essene eclipsi n.
nondum tamen intelligis quid sit eclipsis Lunæ.

Quia dubium { sitne orbatio luminis propter interpositionem terræ, vt reuerà est.
an verò quædam conuersio Lunæ cuius pars dimidia sit obscura, dimidia lucida.

{ per essentiam doces { & rem esse / & quid res sit } in hunc modum.
Si interponitur Luna inter Solem & oculum, fit eclipsis Solis.
Atqui interponitur. ergo, &c.
per eandem { tum rem esse / tum propter quid sit / tum quid sit } doces, in hunc modum.

Ignis in nube extinguitur. Ergo fit tonitru.
Cur enim insit proprietas, definitio ipsius videtur esse ratio idonea.
C, est B. Atqui A est C. Ergo A est B.
Qui in nube sonitus, est extinctio ignis in nube.
Tonitru est sonitus in nube. Ergo tonitru est extinctio ignis in nube.

Dum proprietas docetur conuenire subiecto, per quid essentiale;

tum { vel subiecto essentiale est, & cognoscitur { quid subiectum. / propter quid prædicatũ.
vel essentiale attributo, & cognoscitur { quid prędicatum. / propter quid prędicatum.

Ad eam rem vsurpanda est definitio primi termini .j. attributi siue maioris termini conclusionis.

Verum hæc definitio prędicati medium & argumentum per quod probetur habet ex reliquis logis, rationibus, definitionibus: j. definitio proprietatis probari potest per definitionem subiecti ..... & per alias proprietates, ipsarumue definitiones & causas.

Quomodo scitur quid res sit inter demonstrandum?

Quid res sit sciri { IN demonstratione potest. / PER demonstrationem non potest.

Digitized by Google

Sciuntur in demonſtratione ſiue inter demonſtrandum rerum genera duo.

Quia { quædam non per demonſtrationem: vt omnia quæ ſupponuntur, aut ponuntur ſaltem.
quædam per demonſtrationem: vt concluſio & exiſtentia maioris termini.

Supponitur autem poniturue ſaltem definitio.

Ergo non propriè ſcitur per demonſtrationem.

In definiendo pariter { aliquid ſcitur per demonſtrationem .n. definitum. [nus rei.
aliquid in definitione non per definitionem, vt ge-

IN CAPVT X.

Quædam definitio declaratur in demonſtrando.

Definitio eſt oratio quæ explicat quid res ſit.

Ea { eſt vna / eſt vnum } { primò multorum terminorum in vnum quaſi corpus cõiunctione. / ſecundò vnum de vno aſſerit.

definitio { vna eſt *nominis* quæ ad poſteriorem aditum ſternit. / altera eſt *rei* [quæ dicitur definitio quid rei.]

Hæc { vel cauſſam aliam habet ab ea quam complectitur; ¶
eamque { aut priorem & per eam demonſtratur. / aut poſteriorem.
vel non, idque { aut abſolutè vt quæ complectitur finem. / aut illic tantum vbi ſpectatur: vt definitio materiæ primæ in phyſiologia.

Mathematicus non conſiderat { neque finem. / neque effectricem cauſſam.

Definitio { vel oſtendit tantum vocabuli ſignificationem. / vel declarat tantum quid res ſit: vt priuatio luminis in Luna. / vel { tum quid res ſit / tum propter quid ſit } .j. { non modo internas. / verumetiam externas cauſſas.

Vt cùm eclipſis Lunæ definitur, in hunc modum:

Priuatio luminis in Luna propter interpoſitionem terræ inter Lunam & Solem.

Quod tertium genus definitionis dicitur eſſe demonſtratio ſola collocatione terminorum differens .... .j. oratio virtute continens demonſtrationẽ, cuique ad legitimam formam demonſtrationis, ſola terminorum collocatio deeſſe videatur. Si videlicet definitioni adijciatur definitum quod inſinuatur per definitionem, & fiat propoſitio definitiua.p. in h.m.

Digitized by

Eclipsis Lunæ est orbatio luminis in Luna propter, &c.

Continet { maiorem terminum .n. definitionem ex caussis internis.
minorem .n. rem definitam.
medium .n. caussam externam .p. opificem, vel finem.

IN CAPVT XI.

Summa.

De caussis.

Licet demonstrare per quatuor caussarum genera.
Caussa caussam probat non effectum tantùm.
Sæpè vtimur ad demonstrandum duplici caussa.
Cum reciprocantur caussa & effectus, mutantur eodé modo, eodem tépore.

Quoniam autem.

Caussæ quatuor { *finis*, id propter quod, id cuius gratiâ.
efficiens, principium motus. ¶
necessitas siue materia.
& *forma*.

Earum quæque potest medium esse in demonstrando.
Medium bis sumitur in antecedentibus. (·.·)
Probat autem demonstratque caussa .n.

Materia { *sensibilis* .p. in hunc modum.
Quod constat ex quatuor elementis, corruptibile est.
Animal constat, &c. Ergo.
intelligibilis & mathematica .p. in hunc modum.
Qui angulus est pars dimidia duorum angulorum, qui duobus angulis rectis sint æquales, ille est rectus.
Angulus in semicirculo descriptus eiusmodi est. Ergo, &c.

Principium motus seu efficiens caussa, in hunc modum.
Qui alterum est aggressus, oppugnatur iustè.
Atqui Athenienses sunt aggressi, &c. Ergo, &c.

Finis, in hunc modũ { Qui vult sanari, deambulare debet.
Socrates vult sanari, &c. Ergo, &c.

Forma { externa siue exemplar ..... nam cur simitas in tabula appareat, in caussa est exemplar.
interna; nam quod homo ratiocinetur, anima ipsius caussa est.

Caussa caussam probat.

Sanitas & deambulatio } se se inuicem probant, demonstrant.
Finis efficiens caussa }

Idem effectus per plures caussas demonstratur.

Effectus { vt à diuersis caussis oriuntur.
ita per diuersas caussas demonstrantur.

Digitized by Google

Anteriores dentes acuti { & quia ad ſcindendum inſtituti. / & quia ex materia tenuiori.

Sæpè idem { & ad finem eſt. / & ex neceſſitate propter materiam neceſſariam. ¶

Neceſſitas { *exterior* : vt cùm emittitur ſagitta. / *interior* : vt cùm lapis in præceps fertur. ¶

Quæ conſilio & dianoëticè fiunt, propter finem fiunt.

Quæ fortunà, ea eueniunt præter intentionem.

Sed { eorum quæ mente fiunt quædam ſunt, in quibus caſus & fortuna non habent locum: vt domus, cathedra. / quædam contrà ; vt ſanitas, appulſus ad portum.

Cauſſa eadem pertinet ad omnia tempora. Etenim tempus quod futurum dicebatur { nunc dicitur præſens. / mox dicetur præteritum.

De cauſſis, in rudimentis.

IN CAPVT XII.

Summa.

Cauſſa eadem pertinet ad omnes temporis differentias.

Cauſſa { vel antecedit tempore effectum, tumque ex effectu colligitur cauſſa, non contrà. / vel eſt ſimul tempore cum effectu : vt forma, &c.

In his autem, &c.

Effectus { nunquam antecedit tempore ſuam cauſſam [ſi excipiatur finis.] / aliquando poſterior quàm cauſſa, vt domus quam Architectus & lapides. / aliquando ſimul cum cauſſa vt animal cum anima.

Quæritur { ſitne cauſſa & effectus continuo tempore, [ei ſuccedat. / .j. vtrum effectus ita cauſſam conſequatur, vt proximo tempore.

Eſt-ne igitur hoc?

Colligere licet { ex domo Architectum, non contrà. / ex poſterioribus tempore, priora tempore non contrà.

Idque { ſiue incertum / ſiue certum } tempus interijciatur inter cauſſam & effectum,

Non ſi habentur fundamenta, ideo futura eſt domus.

Digitized by Google

Sed qui,&c.

Continuum id cuius partes connectuntur communi vinculo :
Vt in linea puncta punctis non sunt continua,contigua,cohęrentia.

Ita in facto continuo signa indiuisibilia quibus cogitatur continuatum,non sunt sibi inuicem cohærentia & continuata.

Vocantur autem τὰ fieri, τὰ facta esse. De qua re in physicis.
De ordine caussarum alibi.n.ad libros metaphysicos.

In perquirendis caussis,ab effectu regrediendum est ad caussam proximam, & sic deinceps,donec deueniatur ad remotissimam & primam : vt fit in deliberationibus.
Opus ad vestem panno,ad hunc lana,ad lanam ouibus, &c.
Quid sit caussa immediata,intelligendum ex superioribus.

IN CAPVT XIII.

Summa.

Regressus demonstrationis.

Quando duæ caussæ ita connectuntur,vt sibi inuicem sint caussæ, se se inuicem demonstrare possunt.

Colligitur { ex vaporibus nubes & futura pluuia.
ex nubibus vapor futurus,terræque madefactio.

Quæ semper fiunt, habent sempiternas caussas.
Quæ plerunque, caussas itidem sibi similes habent.

Quæ tardò accidunt { nihil ad demonstratorem.
ideo omittuntur ab Aristotele.

IN CAPVT XIV.

Sequitur nunc, &c.

Definiendi.

Definitio { vna speciei vltimæ.
altera graduum superiorum.

Duplex definibile.

Vestigatio definitionis.

Vestigatur { ascensu cùm ex definitionibus specierum colligitur definitio generis.
descensu.n.per diuisionem generis in suas species.

Ac primum,&c.

Definientia species.

Eorum quę tribuuntur essentialiter speciei definiendæ, genera tria Aristoteli .... sed forsan verè quatuor.

Digitized by Google

Differentia non recipro. ca.

Aristoteli { quædam latiùs patent quàm proximum genus : vt substantia quàm animal.
quædam patent { latiùs quàm ipsa species / minus latè quàm genus } i. differentię non reciprocæ.
vt bipes, sanguineum, oculatum.
quiddam est ipsius genus vt animal.
quædam cum specie reciprocantur. n. differentiæ propriæ & reciprocæ: vt rationale.

Sed membrum omittitur ab Aristotele quia iudicio eius rarum est aut nullum.

Hinc petas testimonium aduersus perpetuam reciprocationem differentiarum.

Est igitur definitio.

Ratio definiendi speciem.

Vt componatur definitio, coniungenda sunt in vnum attributa communia, & essentialia, donec ex vniuersis aliquid proprium efficiatur: hoc modo Ternarius definitur numerus impar, primus.

[Non omittendum si quid occurrit differentiæ reciprocæ.]

Quoniam.

Definitio nihil complectatur nisi necessarium, comprehendat totam essentiam rei.

Fieri potest oratio quæ sit reciproca siue propria & essentialis, nec tamen complectatur [explicitè vt definitio complecti debet] totam speciei naturam [& radicem omnium affectionum]. p. animal rationale.

Si autem, &c.

Ratio definiendi genus

Genus finiturus { primò, accipe per diuisionem singula indiuidua. i. species. / 2. superiori via specierum indagato definitiones. / 3. ex definitionibus specierum exprime similitudinem. i. quicquid omnibus illis speciebus est commune.

Porrò autem.

Vtilitas diuisionis.

Diuisio vtilis { primò vt differentiarum nulla omittatur. / 2. vt rectè disponantur attributa, prioraque præferantur posterioribus. / 3. vt ostendantur definitiones.

Neque verò.

Noscenda ne omnia vt finiatur vnũ.

Nonomnia noscenda, inspicienda, vt definiatur vnum.

Obiect.

Res (inquis) nequit definiri nisi cognoscatur eius differentia:
Differentia non videtur cognosci posse, nisi cognoscatur illud à quo differt, & illud à quo non.

Res { est idem cum eo à quo non differt. / non est idem cum eo à quo differt.

Porrò res vna à quauis differt, aut non differt.

Digitized by Google

Ergo, vt vnum cognoſcatur ac definiatur, cognoſcenda ſunt omnia.

Ariſtoteles primò reſpondet non quicquic differt, eſſe aliud. *Reſponſ.*

Non omnis differentia facit aliud.

2. Negat eſſe cognoſcenda diſtinctè ea, quibuſcum res conuenit, aut à quibus diſcrepat, vt ipſa definiatur.

3. Reſpondet cùm differentiæ ſunt oppoſitę & immediatæ, ea, à quibus res diſcrepat, contineri ambitu differentiæ contrariæ : quicquid continetur ſub genere, ſub aliqua differentiarum eius continetur.

Quæ verò.

De vnitate definitionis 7. Metaphyſicæ, in rudimentis, & 6. Top.

Si per diuiſionem.

De definiendo per diuiſionem.

Diuiſione definitionem inueſtigaturo præcepta tria proponuntur.

Primò nihil capiatur niſi eſſentiale.

2. fugiatur ordinis perturbatio.

3. nihil omittatur quod pertineat ad eſſentiam rei.

Illud autem.

Cauendum eſt ne pro genere habeatur quod homonymum eſt.

Homonymia propoſiti alicuius termini. p. magnanimitatis, exploretur in hunc modum. *De vitanda homonymia.*

Primò conſideretur in indiuiduis eiuſdem ſpeciei. p. in hominibus ratio illius termini.

Deinde in indiuiduis ſpeciei alterius, ſi inueniatur illic. p. in leonibus.

Demum iſta inter ſe conferantur.

Si quod conuenit vni ſpeciei, deprehenditur eſſe eiuſdem rationis cum eo quod conuenit alteri ſpeciei, exprimiturque eodem nomine.... tum genus homonymum eſt, ſecùs, ambiguum.

IN CAPVT XV.

Summa.

Definitio { popularis eſt rei vniuerſæ & ſingularis.
accurata non niſi vniuerſalis, &c.

Porrò.

Quæ facilius definitu.

Scientia { in conſtituta fere progredimur à rebus vniuerſis ad ſpecies inter definiendum, tumque facilius definitu genus quàm ſpecies.
in conſtituenda contrà.

Etenim ambiguitas.

Quomodo lateat in generibus homonymia, expoſitum alibi in Anteprædicamentis.

Digitized by Google

Sicut autem.

Definitio debet esse aperta, clara, quia doctrina prodit à clarioribus.
Ergo definitio constare debet verbis propriis non metaphoricis.

IN CAPVT XVII.

Anatome vtilis ad definiendũ.

Est autem.

Anatome hic { non abstractio.
sed dissectio corporis animalis, aut etiam viuentis, eo sensu quo apud Medicos.

Definiturus res naturales potissimumque viuentes, debet esse exercitatus in rebus anatomicis.
Ad anatomicæ artis constitutionem tria præcipit Aristoteles.

Primum videndum.

Præcepta anatomica.

Primùm constituendum est commune genus eorum, quæ suscipiuntur explananda. p. animal, piscis, &c.

Primum.

Deinde videndum est quę sint illius generis affectiones & proprietates. p. somnus, vigilia, &c.
Tum diuisionis beneficio progrediendum est ad inferius p. ab animali ad piscem, à pisce ad testaceum piscem, &c. eodemque illud examinandum modo.

Cæterum.

2. Videndum quid sit commune generi proposito cum aliis rebus. p. habere cornua.
3. Deinde inspiciendum est quæ affectiones illud commune consequantur: vt carere dentibus superioribus.

Præter illos.

Reuocanda { quæ eiusdem rationis ad idem synonymum genus.
quæ similis rationis: vt ossa equi, & spinnę piscium ad commune genus, siue ad analogicum.

De vnitate quæstionis.

Quæstiones autem.

Vnę dicantur quęstiones & vnum quando sunt explicabiles eodem argumento. p. antiperistasi, aut reflexione, &c.
Item quando argumentum vnius continetur sub argumento alterius.
Quęritur cur Nilus circa finem mensis sit concitatior: cur nubes atque imbres extremo mense sint frequentiores.
Caussa est luminis in Luna imminutio.

IN

IN CAPVT XVII.

Tres quæstiones de cauſsis.

Summa.

Cauſſam ex effectis inferre { licet ſi cauſſę ſint propriæ, per ſe vniuerſales. / non licet ſi ſecus habent. } *Prima.*

Quæritur { liceat-ne cauſſam concludere ex effectis. / poſſint-ne eiuſdem effectus eſſe multę cauſæ. }

Cauſſa vniuerſalis & reciproca vna eſt .... ſpecialis & non reciproca multiplex. 2.

Argumentum idoneum { aut eiuſdem / aut ſimilis } rationis.

Quæritur rurſus vnde ſit ordiendum. ordiendum autem à cauſſis proximis. 3.

De Cauſſis

Poſito effectu ponitur cauſſa..... licet vſurpare effectum tanquam argumentum cauſſę. in h. m.

Decidunt frondes, Ergo lata ſunt folia.

Deficit luna : Ergo terra interponitur.

Quæſtio dialectica in vtramque partem agit.

Etenim.

Effectus non eſt ſine cauſſa: Ergo { vel aliam habet cauſſam. / vel ex eo cauſſa colligitur. } *Velitatio Dial.*

Probatur affirmatio.

Contrà ſi ex effectu colligitur cauſſa, vt ex cauſſa effectus, admittitur circulus in demonſtratione.

Sed reſponde circulum qui vocatur regreſſus, non eſſe vitioſum.

Iam verò.

Probatur negatio.

Si effectus idem poteſt prouenire ab aliis cauſſis, colligi nequit ex effectu cauſſa, niſi per diſiunctionem cauſsæ omnes vſurpentur.

probatur negatio.

Atqui verum antecedens : Ergo & conſequens.

An ſi quis.

Effectus demonſtratur de ſubiecto proprio, & cum illo reciprocatur.

Probatur affirmatio.

Quoties reciprocum de reciproco demonſtratur;

Vt defrondeſcere de arboribus quibus decidunt folia.

Argumentum & cauſsa reciprocantur. p. concretio humoris in pedunculo, &c.

Reciproca autem ſe ſe inuicem ponunt & probant.

Reſponſio.

Ergo colligitur { vt ex cauſsa effectus / ita ex effectu cauſsa }

Digitized by Google

Sequitur nunc.

Probatur negatio. Videtur posse fieri, vt effectus vnius & eiusdem plures afferantur causę, saltem in diuersis subiectis rebus:

Nam ex.g. longiæui { cornix quia siccissima. / aliud animal quia felle caret, &c.

Ergo ex effectu non videtur certò posse colligi causa, nisi forte [per disiunctionem.]

An sit.

Probatur affirmatio, & respondetur. Est { causa per accidens multiplex: vt siccitas, priuatio fellis. / causa per se vnica tantum specie, vel genere, vel proportione: vt bona temperies corporis.

Ergo reciprocari potest, demonstrareque & demonstrari.

Probatur affirmatio.

Medium.

Hoc potest esse instar argumentationis: medium [optimum & legitimum] est definitio vnius ex terminis conclusionis.

Quando vero conclusio est exquisita de omni per se, primò, termini illius reciprocantur, si subiectum conferatur cum proprietate: proinde & argumentum seu definitio pro argumento vsurpatà.

Si res secus habet { non cum vtroque termino / sed cum altero tantum } definitio reciprocatur.

At si accidentia.

Argumentum debet esse eiusdem generis cum terminis & extremis conclusionis demonstrandæ.

Esse { analogum si sunt analogici / synonymum si synonymi } termini conclusionis.

Quid sit commutatio conclusionis docuimus in Mathematicis.

Differentia definitionũ.

Medium est.

Pro argumento { et definitio minoris termini. p. animalis, arboris, &c. / et definitio maioris termini. p. sentientis, defrondescentis.

Adhibetur hæc { tum vt de æquali subiecto proprietas demonstretur: p. sentiens de animali, defrondescens de arboribus latifoliis. / tum vt demonstretur de inæquali. p. sentiens de homine, defrondescens de quercu in h. m.

Quibus in arboribus concrescit succus foliorum, iis folia decidunt.
Atqui in latifoliis arboribus concrescit, &c.
Atqui concrescit in quercu, in fago. Ergo.

Digitized by Google

Quod si quis.

Schemata hîc Aristoteli { vel figuræ syllogismorum. / vel literæ quibus tanquam exemplis vti consueuit.

Effectus idem de pluribus causis non reciprocis per argumenta plura cum effectu neutiquam reciprocantia demonstrari potest : quod si vsurpatur caussa idonea & primaria, tum vero cum effectu caussa reciprocatur. *Conclusio.*

Postremo.

Quæritur { sit-ne satius demonstrare per caussam per se, / an vero per caussam particularem, nec reciprocantem. *Quæstio.*

Effectus { vel cum subiecto proprio confertur : vt longa vita cum longæuis. / vel cum subiecto minoris ambitus: vt cum ceruis, cornicibus, &c.

Modo { priori necessariò vsurpatur caussa reciproca. / quia reciproci termini conclusionis non demonstrãtur nisi per reciprocum argumentum. / posteriori videtur satius adferre caussam particularem : quoniam argumentum præstabilius quod eruitur à subiecto, quam quod à prædicato.

Ac de ratiocinatione.

Concluditur vniuersum opus analyticum quatuor comprehensum libris. *Conclusio operis.*

IN CAPVT VLT.

Summa.

De notitia principiorũ.

Quæritur { primò vtrùm eodem genere notitiæ percipiatur demonstrabile & indemonstrabile. De qua re suprà. / 2. vtrum notitia principiorum sit afficienda nomine scientiæ. / 3. vtrum ea notitia sit naturalis vt Platoni placuit, an verò acquiratur.

Ac nobis quidem.

Quo modo quibus memoria casu & morbo aliquo labefactata est, ii in se non sentiunt artes quas didicerunt, licet non sint deletæ, sed obrutæ tantum & oppressæ: eo fere modo in puerulis reuera esse, sed tamen delitescere habitus & artes existimauit Plato. De qua re suprà & alibi. *De tertia quæstione.*

Controuersia in vtramque partem est agenda.

Ex vna parte maioris maior est virtus.

Intellectus est maior, potentiorque demonstratione, quæ tamen se prodit cum habetur.

Ergo si pueri haberent intellectum principiorum sentiretur.

Digitized by Google

Ex altera quæ cognitio acquiritur, ea per aliam acquiritur.

Ergò ne in infinitum regrediamur, veniendum est tandem ad naturalem cognitionem.

Qua propter.

Sensus est facultas critica homini ingenerata.

Memoria & recordatio oritur à sensu.

ἐμπειρία ἐμπειρία & experientia ex memoria.

ἐμπειρία Hinc mentis opera elicitur vniuersalis notio intellectus.

Ergo { non nascitur nobiscum intellectus principiorum.
sed mens, & mentis naturale lumen.

Prima intellectio { non nascitur à naturali cognitione, non est naturalis.
sed prodit à cognitione sensitiua siue à sensione.

Sensio efficitur ab obiectis rebus. p. vitio à pariete in oculo.

Sensus omnibus & solis animalibus inest.

Animalium { quædam non vtuntur memoria, qua tuentur imagines rerum, neque commouentur & imaginantur, nisi quandiu percellitur exterior sensus.
quædam contrà, hinc { alia non vtuntur ratione.
alia vtuntur. n. homines.

Rationis opera ex multis memoriis & recordationibus elicitur confirmatio totius generis siue vniuersalis.

Multæ numero recordationes sunt vna experientia.

Postremo.

Ars } *ab* *Scientia* } *vniuersali.*

Artis } initium { ex omni vniuersali quiescente in anima.
Scientiæ } { aut ex vno præter multa, quod tamen in omnibus illis idem inest.

Idest { vel ab vniuersali Aristotelis } principia doctrinæ { tum practicæ.
vel ab idea Platonis { tum theoreticæ.

Occupatur { ars circa genesim.
scientia circa ens.

Neque igitur.

Solutio quæstionis.

Habitus mentis { non inseruntur à natura pueris.
sed à sensu oriuntur.

De habitibus dianoëticis sæpius alibi ponitur diuisio hinc repetita.

Quemadmodum.

Egregia similitudo.

Habent se { vt in castris acieque milites ac duces.
ita principia in mente & in disciplinis.

Digitized by Google

Atqui in militari cum propemodum fusa est acies si vnus aliquis resistit, & mox alius gradum sistit, & sic deinceps donec restauretur acies. Ita & in disciplinis habetur primum vnum principium cui subinde adiungitur aliquid donec efficiatur disciplina integra.

Mens instar tabulæ in qua nihil sit depictum. *Mens tabula rasa.*

Intelligere & pati: quo mens patiatur modo declaratur alibi.

Ac primum.

Quomodo sensus occupentur in singularibus....., indeque oriantur vniuersalia explicatur ad Isagogen.

Ex ijs planum.

De principiorum confirmatione egimus ad superiorem librum.

Quid enim.

Sensus non est inductio ..... ex sensu tamen per inductionem fit vniuersale. *Diuisio habituũ mentis*

Quoniam autem.

Habituum dianoëticorum quibus verum assequeramus, genera duo.

Quia { quidam suscipiunt falsum: vt opinio, coniectura.
quidam sunt semper veri: vt scientia, ars, & intellectus.

Quia nihil.

Intellectus non est propriè scientia ne regrediamur in infinitum.

Est tamen habitus certior, constantiorque in assertione veritatis quàm scientia; quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis. *De secunda & prima quæstione.*

Digitized by Google

TRACTATVS COMPENDIARIVS DE DEFINITIONE ET DIVISIONE.

Proappēd

CAPVT I.

De Definitione.

ARTICVLVS PRIMVS.

De toto genere.

Quid Definitio?

TS Logica oratio, quæ propria siue reciproca est, aut saltem ferè reciproca, & declarat quid res sit, aut saltem quid locutio significet.

Quomodo appellatur?

Dicitur logos, terminus, ratio, finitio, definitio, ratio τοῦ esse quod quid erat, &c.

Quis agit de definitione?

λόγος.

Metaphysicus agit, quia logos idem cum essentia rei.

Analyticus { partim quia definitio est sciendi instrumentum.
partim quoniam est demonstrationis elementum potissimum.

Dialecticus { agit, vt exploret prolatas & confectas definitiones.
vt faciat { non videtur agere saltem, si primarius spectetur finis. De quo in prolegomenis.
Aristoteli { dialecticus non quærit quid res sit.
quæstio quid est, non est dialectica.
sed forsan agit, si secundarius. Etenim quæ vaniores definitiones, dicuntur logicè tradi.

Quis scopus?

Clariorem facere & notiorem naturam rei, vel locutionis significationem.

Digitized by Googl

Quæ materia?

Quicquid facit ad naturam rei, aut locutionis significationem illustrandam.

Quis opifex?

Quæritur primò cuius sit præcipere de definiendo. Et respondemus Logici esse.

Secundò cuius sit methodi explorare confectas definitiones, & respondemus esse partim Analyticæ, partim Dialecticæ.

Tertiò cuius sit methodi construere definitiones rerum, potissimum Philosophicarum;

p. { vtrum quæque methodus suarum rerum moliatur definitiones.
an verò { reliquæ disciplinæ ponant, non componant definitiones.
Metaphysica sola, aut Metaphysica cum Physiologia debeant omnium rerum saltem philosophicarum moliri definitiones. De qua re in Metaphysicis prolegomenis.

Quartò à quibus Philosophis primum vsurpatæ rerum definitiones: Consulendus Aristoteles primo de partibus, & 13. Metaph. cap. 4.

Certè { ante Socratem philosophi non inferebant suis sermonibus definitiones rerum.
Sed vtebantur ijs, quas quisque ad legendum & audiendum affert, quæ plerumque sunt rudes, falsæ, & discrepantes.

Est-ne cognoscendi instrumentum?

Est, quia pars clariōr toto, totum ex partibus innotescit.

Clarior { tum causa effectu } vario sensu.
{ tum effectus causa }

§

Cuiusmodi est definitio?

Est doctrina simul & prænotio varijs nominibus, cognoscitur aliquid in ipsa, aliquid per ipsam .n. definitum, debet esse manifestior quàm definitum. 1.

Debet pluribus verbis absolui quam definitum. 2.

Esse breuis, non redundans, non deficiens tamen. 3.

Esse clara, ideoque carere homonymia, metaphoraque si fieri potest & vocabulo insolenti. 4.

Non modo esse bona, verumetiam bene tradita & expressa. 5.

Debet esse propria & reciprocari in recto casu vt sit proba & exceptionis expers. 6.

Si quæ exceptionem patitur, ea vt sit tolerabilis, non est optima.

Quæ exceptionem patiantur definitiones interdum admittuntur in disciplinis: Eo iure quo probabiles syllogismi, probabile argumentum: quo syllogismi secundæ figuræ ex affirmatione duplici.

Est { aliud definire speciem .p. oratorem, domum, &c.
{ aliud quod optimum in specie .p. optimum oratorem. hoc tamen sx- 7.

Digitized by Google

pè fit In practicis disciplinis. Quia contendendum est ad optima, optimum exemplar proponendum.

8. Facilius impugnatur quam propugnatur definitio. De qua re, l. 6. & 7. Topicor.

9 Colligitur { tum diuisione & compositione, descensu & ascensu. / tum alijs viis .p. per locum ab oppositis, locos à coniugatis, à simili, à proportione, à comparatione, ab authoritate.

10. Periculosum est definire, vt præcellentissimum bene definire.

Cur periculosum definire?

Quia satius non ostendere viam quam erroneam indicare. Ex vitiosa definitione plurimi errores. Valdè tamen est difficile veram definitionem rei tradere.

Differt ne à definitione diuisio?

Differt. Si machinalis horologij partes omnes dissoluantur, & post dissolutionem singulæ spectandæ exhibeantur, tum videtur esse quasi specimen diuisionis & partitionis Logicæ.

Si partes eas omnes clarè & distinctè apprehendas, sed suo quamque loco & ordine in toto, tunc videtur esse definitionis specimen.

Adde quod non semper res per suas partes definitur.

Quotuplex definitio?

Est { nũc definitiua propositio, vbi definitio affirmatur de definito, in h.m. homo est animal rationale, &c. / nunc simplex quædam apprehensio & prima mentis operatio, vt animal rationale.

Definitio. Est { vna vocabuli aut locutionis, quæ dicitur definitio *quid nominis*, & est clarior quædam locutionis interpretatio. / altera rei, quæ dicitur definitio *quid rei*, terminus, &c. estque duplex;

Descriptio .n. { vna *inclusiua*, & essentialis quæ fit per ea quæ sunt de essentia rei, & antonomasticè apellatur definitio. / altera *exclusiua*, & descriptiua, quæ per ea etiam quæ non sunt de essentia rei, non sunt intra rem .p. per proprietates & causas externas, neque omnia complectitur quæ sunt de essentia rei.

Mixtio ex simplicibus formis æstimanda est: sed nulla definitio, nulla descriptio debet esse merè exclusiua. In omni definitione debet contineri aliquid quod sit de essentia rei.

Argumentum vanitatis.

Argumenta vanæ definitionis varia, quæ colligenda ex superiori, & inferiori sermone.

Non est proba pictura, quæ inscriptione eget apud eos qui rem pictam .p. Ludouicum, perspectam habent.

Vana definitio, nisi ex ea colligas cuius rei sit definitio, si modo rem illam nosti .p. hominem, equum, &c.

ARTICVLVS

Digitized by Google

ARTICVLVS II:

De definitione quid nominis.

Quot modis terminum aut locutionem interpretamur?

Aut verbum verbo, sed clariori { siue sit eiusdem / siue alterius } linguæ.

Aut ambitu verborum redditur verbum: vt cum flagitium interpretamur rem increpatione dignam.

Quid definitio, quid nominis?

Definitio locutionis est oratio reciproca, quę illius sensum & significationem interdumque notationem & originem explicat clarius, & pluribus verbis.

Vbi vsurpanda?

Ordiendum estab explicatione locutionis nisi aperta est significatio.
Initium doctrinæ, nominum consideratio Aristoteli & Epicteto.

In quid cadit?

Cadit { tum in ea quæ sunt .p. in aurum, in montem. / tum in ea quæ non sunt. p. in chimæram, cœcitatem, &c. } ¶

Quotuplex est?

Definimus { aut simplicem terminum .p. chimæram. / aut orationem cum sententia difficilior explicatur. } [..]

Terminus autem negatiuus, priuatiuus, positiuus.

Significatio indicatur { nunc per distinctionem. / nunc citra distinctionem. }

Item { nunc cum grammatica origination e. / nunc citra illam. } §

ARTICVLVS III.

De descriptione.

Quid descriptiua definitio?

Est oratio reciproca quæ rem designat & circumscribit per aliquid externum & adiacens, quod non sit de natura eius.

Oratio reciproca quæ rem vtcumque circumscribit.

Quid describitur?

Totum } { vniuersale } { ens per se, vt homo.

Et pars } { singulare } { ens per accidens, vt exercitus, nauis, ecclesia.

Quam varia descriptionum genera & differentiæ?

Prima descriptio. Descriptio { vel planè est reciproca, & propria rei definitæ.
vel non planè reciproca, & est vanior: vt secunda definitio differentiæ Porphyriana.

2. Fit { per verbum est: vt quando candor dicitur illud quo res est formaliter candida.
per verbum dici, affirmari aut consimile: vt quando candor definitur illud vndè appellamur candidi.

3. Item { nunc in sensu *formali* prędicatur de definito: vt quando equus dicitur animal hinnibile.
nunc in alio .p. in *causali* & effectiuo: vt cum ἔκλειψις Lunæ dicitur interpositio terræ inter Solem & Lunam.

4. Item { *negatione*, aut priuatione constat: vt quando Angelus definitur substantia incorporea, &c. materia dicitur esse neque quid, neque quantum, &c. sed, &c.
metaphora: vt cum mens definitur animi gemma, animi oculus, homo arbor inuersa.
proportione: vt cum mens definitur animi sol, rex populorum pastor: sed metaphoræ ferè proportione implicantur.
adiunctorum } congerie: vt cum plantæ describuntur à medicis.
accidentium }
proprietate: vt cum magnes definitur lapis præditus facultate ferrum attrahendi, & ad polum conuertendi, &c.
fine: vt cum definiuntur artificiosa opera .p. domus, vestis, calceus, &c. domus integumentum idoneum ad propulsandas iniurias aëris & ferarum, &c.
effectrice caussa: vt cum eclipsis solis interpositio, &c.
materia: vt cum iustitia definitur voluntas, &c.
forma: vt cum homo dicitur esse animal prędituin animo.
partitione: vt cum lex dicitur esse recta ratio imperandi, aut vetandi, aut permittendi.
diuisione: vt cum animal dicitur homo, vel bellua.
mixtione superiorum.

Monitũ. Porrò { antiquissima est etiam Platoni ratio definiendi per diuisionem.
& pueris omninoque vulgo familiaris.

Pueri non aliter definiunt .... interroganti quid sit domus, quid sit bos, &c. audacter & confidenter se scire respondent ....., & tamen pro definitione non proferunt nisi diuisionem, eamque parum accuratam, in h. m. domus est vt hoc quod vides & consimilia.
homo est Petrus, vel Paulus, vel aliquid aliud simile.

Cic. 1. offic. { monet ordiendũ à definitione. Omnis inquit, quę recta ratione suscipitur disputatio debet à definitione proficisci.
& tamen pro exordio diuisionem profert.

Digitized by Google

Variæ definitionum & descriptionum formulæ apud Cassiodorum in compendio Dialecticæ, quod consulatur. *Mon.*

Obiectiones.

Est { aliud quæstio quid est / aliud quæstio quotuplex est } Ergo diuisio non explicat quid res sit.

D. { nisi partes cogitentur aliquo vnitæ modo, C. / secus, N.

Præceptiones. ¶

Nulla descriptio rei conficiatur ex solis negationibus. 1.

Nulla sit purè & omnino exclusiua. 2.

Materiam adhibeat { tum physicus / tum practicus } ad describendum & definiendum. 3.

Accidens definiatur describatur per additamentum .p. per adiectionem alicuius rei neutiquam essentialis maximè autem *subiecti*; 4.

potissimùm si sit { accidens: vt simum. / aut etiam exquisita proprietas: vt risibilitas.

Relatum definiatur describatur per terminum, subiectum, fundamentum: vt habitus, facultas, dominus, pater, &c. 5.

Quod per terminum finitur { aut per omnes finiatur terminos. / aut per proximum. 6.

Differentia per suum genus definiatur, describatur: vt proprietas per subiectum .p. paritas per numerum. 7.

Idoneum genus vsurpetur siue proximum capis, siue remotum. 8.

Habitu non definiatur, quod constat actu.

Non actu, quod constat habitu. ¶

Non facultate, quod constat voluntate: vt furax, mendax.

&c.

Consulatur sermo de accuratâ definitione.

Cur vulgares definitiones sunt fallaces?

Primò quia { vnus definit speciem per vnum indiuiduum, alter per alterum. / vnus genus per vnam speciem, alter per alteram, pauci per deterrimam.

Secundò quia difficile { in indiuiduo nihil cogitare nisi speciale. / & in specie nihil nisi generale propter confusionem [rerum.

Tertiò quia vix vllus nouit { quot sint & quæ species eiusdem generis. / quæ specierum sit vilissima, & in qua ferè nihil nisi generale & commune: vt in ostreis si cum animali conferantur.

Digitized by Google

De definitione analytica.

ARTICVLVS IIII.

De accurata & essentiali Definitione.

Quid essentialis definitio?

Est { latissimè ea definitio in qua essentiale aliquid, sed abusiuè.
latè ea in qua nihil nisi essentiale: vt animal rationale.
propriè ea in qua omnia quæ sunt de essentia rei: & est oratio Logica & reciproca quæ rem explicat per omnia quę sunt de essentia eius, & ex quibus constat metaphysicè, physicè, vel artificiosè.

Quomodo accurata definitio vocatur?

Logos, ratio, terminus, ratio τοῦ esse quod quid erat, esse quod quid erat, [τὸ esse quod res est] finitio, definitio, definitio accuratior, &c.

Quid definitur?

1. *Totum*: vt homo .... potius quam pars. p. animus.
2. *Ens per se*..... potius quam ens per accidens.
3. *Species*: vt homo potius quam summum genus.
4. *Synonymum quid* potius quam analogicum, vt fons, fundamentum.
5. *Vniuersale*: vt Sol.... non singulare, vt hic sol.

Quotuplex definitio?

1. Fit { tum definitio { & per verbum *esse*.
tum descriptio { & per verbum *dici*.
2. Definitur { vel tantum quod optimum in genere, aut specie: vt optima domus, optima nauis, idque ferè fit in practicis.
genus autem melius intelligitur ex deterrima specie .p. animal ex zoophyto, quam ex optima.
vel tota species totumue genus.
3. Est { vna definitio quæ explicat tantum *quid* res sit.
altera quæ tum quid res sit, tum *propter* quid res sit, & est mixta. De qua re suprà.
4. Est { vna speciei vltimæ .p. hominis, equi, &c.
altera graduum superiorum: vt substantiæ, virtutis, &c.
5. Est { rei totius .p. hominis, nauis, Ecclesiæ.
partis, vt animi, carinæ, Episcopi, &c.
6. Constat { vna genere & differentia, & dici solet *metaphysica*: vt animal rationale.
altera partibus integrantibus, & cõ sueuit appellari *physica*, vsurparique in physicis & practicis vbi hoc in hoc: vt cum homo dicitur corpus cum animo.

Metaphysica.

Physica.

Digitized by Google

Definitio { vel habet particulam disiunctiuam: vt cum animal dicitur esse homo vel bellua, tumque accipiendum quod cõmune partibus.
vel non habet, vt cum animal definitur corpus viuens, sentiens.

Res definitur { *HÆC*: vt cum hydromel dicitur esse aqua & mel, homo animus & corpus.
ex *HIS*: vt cum hydromel dicitur esse ex aqua & melle, homo ex animo & corpore.
HOC cum *ILLO*: vt cùm hydromel aqua cum *MELLE*, homo animus cum corpore: quæ varietas potissimum locum habet cum definimus per partes integrantes.

Definitionis partes dicuntur de definito tripliciter;

n. { omnes in recto casu.
vel omnes in obliquo casu.
vel partim in recto, partim in obliquo casu.

Quot modis dicitur τὸ CVM.

Dicitur ratione subiecti .... ratione loci .... ratione temporis.
Cauendum est ab ambiguitate.

Quæ Logica definitio?

Est { primò, quæ rerum Logicarum: vt syllogismi, argumenti.
2. quæ fit per verbum *dici* non per *esse*.
3. quę rudior & vanior, dialectica, non apodictica.

Quæ Metaphysica definitio?

Est { primò, quæ rerum metaphysicarum. p. substantiæ, Angeli, &c.
2. quæ traditur per genus & differentiam, & opponitur physicæ,
3. quæ per verbum *esse*, non per verbum *dici*, & opponitur Logicæ.

Quæ Physica?

Est { primò, quæ rerum physicarum: vt loci, temporis, cæli, &c.
2. quę traditur per materiam & formam naturalem, vel artificiosam, & opponitur metaphysicæ.

Obiectio.

Omnes mortales definiunt: Ergo non est Socrates definitionum author.

D.A. { tacitè & apud se. C.
in scribendo, & in loquendo siue in habendis ad alios sermonibus N.

Item { accuratè & apodictice N.
per diuisionem, per exempla, & ruditer C.

D.C. { accuratiorum N.
rudiorum verò D. { faciendarum C.
inferendarum doctrinis & sermonibus N.

Digitized by Google

Monitum.

Multi describunt per exempla, immo ferè omnes in h.m.
homo est vt Petrus .... equus est vt bucephalus.
R. tales descriptiones reuocari ad diuisionem explicitam, vel implicitam.
Nam hicce ex. g. est sensus.
Homo est vt Petrus & alii consimiles.
Animal est vt homo, vt equus, & alia consimilia.

Quot sunt genera eorum quæ ingrediuntur definitionem speciei?

Aristoteli tria, verè quatuor. De qua re suprà.
Aristoteles vix agnoscit reciprocantes differentias.

Sunt-ne omnia cognoscenda vt vnum finiatur?

Reliqua à definito { vel sunt diuersa: vt calor & qualitas, si cum homine conferantur,
et non necessariò sunt cognoscenda, vt vnum finiatur, p. homo.
vel sunt differentia & eiusdem generis & categoriæ, & tunc debent cognosci confusè, saltem ab eo qui componit definitiones: continentur autem in oppositis differentiis.

Quot modis definimus?

Definimus { nunc vsurpando definitionem ab alio compositam.
nunc nostro marte construendo definitionem.

Qui modi constructionis?

Modi { principes sunt duo, ascensus, descensus, de quibus suprà.
secundarii sunt plures: vt dum construitur vna definitio ope oppositionis, coniugationis, similitudinis, analogiæ, comparationis.

Quomodo deprehendimus quid res sit?

Non sensu, sed duntaxat mente & ratione.

Quomodo vocatur accurata definitio?

Vocatur definitio nullo addito, siue sine vllo additamento, &c.

Potest-ne probari definitio de definito?

Ex 6. Top. De hoc argumento suprà ex Aristotele, cap. 8. 2. Poster.

Quibus nominibus culpatur definitio?

Primò culpatur si neutiquam insit omni definito: si neutiquam conueniat .... si exceptionem patiatur.
2. si minimè constet vero genere, vera differentia: si neutiquam conueniat essentialiter.
3. si minimè sit propria & reciproca: si neutiquam conueniat reciprocè.

Digitized by Google

4. si neutiquam sit definitio: nec conueniat essentialiter, reciprocè, & integrè explicando naturam rei: si non sit definitio, definitionis nomen non mereatur.
5. si sit quidem definitio, sed non proba, beneque tradita & explicata, propter obscuritatem, redundantiam, inuersionem ordinis, &c.

Prius-ne definiuntur vltimæ species quam genus?

Si nostro marte componimus definitiones rerum, & categorias, ordiendum est à speciebus vltimis. De qua re in categoriis: sed ductu præceptoris à generibus ordiri possumus.

Attributa quædam & documenta.

Quicquid definitur, id aliquo compositum modo. *Primũ.*
Sola species accuratissimè definitur. 2.
Idque { nunc per genus & differentiam, Metaphysico } more.
{ nunc per materiam & formam, Physico }
Non satis { proferre partes nisi proferantur omnes.
{ proferre omnes nisi componantur. 3.
{ componere nisi apte componantur.
Vnius rei { multæ solent esse descriptiones.
{ multæ possunt esse mutilæ definitiones.
{ definitio integra & perfecta non nisi vnica;
n. { vna per genus & differentiam, quæ Metaphysica. 4.
{ altera per materiam & formam, si sit definiendum corpus naturale, vel artificiosum.
Definitio si idonea est, non autem vana, logica, populari assignata modo, & 5.
ratione { primò, aperit definitum.
{ 2. insinuat proprietates, & accidentia.
{ 3. soluit dubitationes.
Quis Ergo dixerit animal rationale esse integram, & legitimam definitionem hominis? vnde namque erues sanguineum esse hominem, visiuum, auditiuum, respiratiuum & consimilia.
Visus non eruitur { neque à communi natura animalis.
{ neque à logo & ratione quæ profertur pro differentia.
Corrupta doctrina de differentiis, corrumpitur doctrina definiendi. 6.
Ideo { qui quamque differentiam facit tum reciprocam, tum solitariam, non est rectè definiturus.
{ qui diuidit per vnicum differentiæ iugum, vix deueniet ad integram definitionem.
Non si ventum est ad vltimam differentiam, ideo ad summam, [ideo ad integram naturam & definitionem.]

Digitized by Google

Aristoteli { ferè definitio dicitur constare *genere & differentiis* [non differentia] / si quando dicitur constare genere & differentia, integra & totalis accipienda differentia.

7. Definiendi præcepta pauca, sed praxis operosa.

Nam { primò difficile est essentiale secernere ab accidentario. / 2. multa communia sunt quæ per errorem propria existimantur: quia ignorantur res multæ quibus illa conueniunt. / 3. difficillimum est essentiale nihil omittere; quia { latent essentiæ rerum magna ex parte. / omnia fere sensibus subduxit Deus. / 4. difficillimum est omnia ordine digerere: ideo definiendi munus, vt præclarissimum, ita difficillimum.

8. Definitorem oportet esse exercitatum in rebus anatomicis. De quare suprà.

Etenim { differentiarum nobilissimæ quæ substantiales. / substantialium celeberrimæ quæ colliguntur ex membris, organis, & partibus dissentaneis.

9. Vt constituantur definitiones generum, oportet intueri species omnes, aut plurimas, aut saltem simplicissimam.

10. Definitio procreat scientiam.

11. Quando probationes deuenerunt ad definitionem fere quiescendum.

Definitio rei caussam exemplarem habet in diuina mente, sed hæc mortales latet.

Interna definitio interdum demonstratur per opificem. De quare suprà.

Quæritur cuius sit definitiones condere.

CAPVT POSTERIVS.

De Diuisione.

ARTICVLVS PRIMVS.

De toto genere.

Quid hîc diuidere?

Est oratione tribuere aliquid in ea ex quibus constat.

Monita.

Primum. Quidnam sit { tum totum / tum pars } quotuplex sit { tum diuisio } declaratum in rudimentis Logicis, Metaphysicis.

Diuisionis,

Digitized by Google

Diuiſionis, diſtinctionis, & partitionis nomina ferè confunduntur extra 2.
ſcholam ..... ſed in ſchola ſæpè diſtinguntur eo modo qui poſitus in rudimentis.
Ruſtici diuiſionis regulas maximèque partitionis ſeruant præcipuas.... ſed 3.
facili in argumento. p. quando agitur de hæreditate herciſcunda.

Principes & communiſsimæ leges diuiſionis.

Diuiſio diuiſibili reſpondere debet & adæquari. *Prima.*

In ea ergo { nihil deficiat, nihil deſit. / nihil ſuperſit, nihil redundet.

Diuiſio quo paucioribus abſoluitur membris eò melior, ſi cætera ſint 2.
paria.
Non tamen ſemper contendendum eſt ad dichotomiam, ſiue diuiſionem in 3. διχοτο-
duas partes. μία.
Nam diuiſio accommodanda & naturæ..... & nobis. 4.
Quo nomine non oportet res conſcindere in minutiſſimas partes. 5.
Vna pars diuiſionis in altera oppoſita non contineatur. 6.
n. tanquam pars eiuſdem ordinis. p. ſpeciei ſpecies, integrantis integrans.
Ex duabus ſpeciebus quæ diuidunt aliquod genus, vna non debet eſſe ſpecies alterius. triangulus non eſt quadrati ſpecies.
Sed aliquando vna ſpecies eſt pars integrans alterius. p. quando ex duabus ſpeciebus conflatur tertia.
Partes numerentur ordine ſi ordinem habent: ex.g. præponantur ſimpliciores ſpecies, vel clariores, vel magis neceſſariæ, vel quæ reiiciendæ, &c. 7.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De diſtinctione.

De Diuiſione verborum & locutionum.

Monitum.

Conſulendus ſermo de ambiguitate, homonymia, & amphibolia.

Quid diſtinguere proprie?

Eſt ambiguam locutionem tribuere in ſuos ſignificatus.

Quando vſurpanda diſtinctio?

A diſtinctione ordiendum eſt quoties locutio poteſt probabiliter trahi va- *Prima.*
rios in ſenſus, quoties occurrit periculum æquiuocationis, ambiguitatis.
Non eſt diſtinguendum citra neceſſitatem, aut ſaltem citra vſum. 2.
Quò turpior diſſenſio & antilogia de verbis, eò eſt præclarius eam diſtinctione tollere. 3.
Honorificè ſoluit controuerſiam, qui vtrique litigantium & contendentium facit ſatis, facit gratum. 4.

Digitized by Google

5. Etiamsi in principio doctrinæ soleat proponi nominis distinctio .... ferè tamen ediscenda est postrema propter difficultatem.
6. Prima & potissima cura debet esse rerum, vt secunda sit verborum.

Quibus modis tollitur ambiguitas per distinctionem?

Tollitur { vel distinctione legitima, integra & explicata, ... seu declaratione omnium significatuum.
vel sola significatione ambiguitatis cum designatione significatus vsurpandi. p. in h.m.

Iuris nomen variè sumitur, multipliciter, ambiguè, pluribus modis, &c.
Sed hîc significat, &c.....hocce loco vsurpatur pro, &c.

Quotuplex distinctio?

Est { vna termini ambigui: vt iustitiæ, iuris, canis.
altera ambiguæ orationis propter sensum compositum, diuisum, aut aliam occasionem.

Amphibolia autem nascitur ex syntaxi: ex oppositione verborum ...., ex diuisione: ex multitudine rerum quæ poni regique soleant in eodem casu:
Vt cum dicitur amor Dei .... (an quo amat, an quo amatur.)
Notitia Socratis, ars rei alicuius, &c.

Quotuplex homonymîa?

Nascitur à formatione vocis ..... ab etymologia, accentu, spiritu, vel alia grammatica affectione.... vel aliundè.

Est { remota { deliteſcens { periculosior.
vicina { aperta { minus periculosa.

Videndum est qua versaris in arte, & quo in loco, vt vitetur homonymia.
Logi nomen vsurpetur mathematicè apud Mathematicos, Logicè apud Logicos, &c.

Quædam documenta vt deprehendas latentem homonymiam.

Primũ. Quoties communis terminus opponitur vni suarum partium, aut specierum: vt res personæ, virtus prudentiæ, practicum effectiuo, &c. ambiguus est.

Homonymus quicunque sumitur nunc generatim, nunc speciatim.
2. Homonymus quicunque interdum plura, interdum pauciora continet.
3. Opposita totidem dicuntur modis per communem regulam.
4. Quot modis vnum coniugatorum dicitur, tot & alterum: sed hæc regula grammatica exceptioni obnoxia est.
5. Quod opponitur homonymo, & ipsum homonymum est, &c.
6. Quando duo significantur eodem nomine, vnicuique opponitur aliquid, alteri nihil, nomen est ambiguum.
7. Item si huic opponatur aliquid, sed alio modo.
8. Ambiguus terminus qui pluribus in categoriis, vt calefactio.
9. Qui discrepantes nec reciprocas admittit definitiones.

Digitized by Google

Qui complectitur infra se diuersa iuga differentiarum quæ misceri nequeant. 10.

Qui nunc absolutus, nunc respectiuus. 11.

Qui nunc concretè sumitur, nunc abstractè: vt numerus, scientia, magnitudo. 12.

ARTICVLVS III.

De Partitione.

Quid propriè partitio?

Est oratio Logica per quam totum integrum (latè sumimus integri nomen) adæquatè tribuitur in suas partes integrantes.

Quotuplex partitio?

Partimur { totum per se: vt hominem, caseum, arborem, &c. / totum per accidens, vt exercitum, nauim, &c. } *Prima.*

Partimur { homogeneum & similare: vt serum, caseum. / heterogeneum & dissimilare: vt quando lac diuiditur in caseum, in serum, &c. } 2.

Partimur { in minores partes { in membra. / non in membra. } / vel in grandiores } 3.

Anatome celeberrimum partitionis genus.

Partimur { vel mente & reuera. p. machinale horologium. / vel mente, non reuera: vt cœlum, domum, &c. } 4.

Partimur { in partes æquales { in partes proportionales. / in neutiquam proportionales. } / in non æquales } 5.

Partitionis varia ratio apud Mathematicos. 6.

Partimur artificiosa, fortuita, naturalia. 7.

Partimur vel subpartimur, &c. 8.

Præcepta.

Non necessariò consectari debes dichotomiam. *Primum.*

Habenda ratio tum rerum, tum nostri captus. 2.

Non oportet partiri in minutissimas partes. 3.

Digitized by Google

ARTICVLVS IIII.

De Diuiſione quæ propriè & antonomaſticè diuiſio. SEV De Diuiſione totius Vniuerſalis.

Quid hîc Vniuerſale?

Eſt
- primò genus: vt animal, color.
- 2. terminus cõmunis ſynonymus.
- 3. terminus communis, ſynonymus vel analogicus.
- 4. terminus qui de multis affirmatur in recto caſu, vel in obliquo, vel in vtroque.

Quid diuiſio?

Logica oratio quâ totum vniuerſale tribuitur in ſuas partes.

Quid diuiditur?

Analogans in analogata: vt
- res in ſubſtantiam, quantitatem, &c.
- ſanitas in ſanitatem animalis, &c.

Genus in inferiora: vt animal in hominem & belluam.
Species vltima in indiuidua: vt phœnix in hunc & illum phœnicem.
Item *ſubiectum* in accidentia: vt homo in candidum, æthiopem, &c.
Accidens in *ſubiecta*: vt virtus in virtutem animi & corporis, candor in candorem lactis, niuis, marmoris, &c.

Accidens in *accidentia*: vt
- rex in iuſtum & iniuſtum.
- pius in peritum & imperitum.

Res in *adiuncta*. p. in varia tempora.

Aliquid commune
- partim in ea de quibus affirmatur in recto caſu.
- partim in ea de quibus in obliquo.

Naturale corpus continet omnia Phyſiologica ſed
- partim per rectum
- partim per obliquũ

caſũ.

Sunt enim
- vel naturale corpus: vt cœlum, aër, &c.
- vel naturalis corporis: vt animus, corpus, calor.

Quotuplex diuiſio?

Prima diuiſio diuiſionis.

Eſt
- vna naturæ congruentior diuiſio: vt ſi animal ſtatim diuidas per multa differentiarum iuga.
- altera noſtræ imbecillitati: vt ſi diuidas animal per habens pedes, & carens pedibus.

Secunda diuiſio.

Eſt termini ſynonymi, vel analogici, vel alio communis modo.

Digitized by Google

Tertia & quarta diuiſio.

Eſt ſubdiuiſio ..... vel non. §
Subdiuiſionem habet, vel non habet.

Quinta diuiſio.

Eſt bimembris, aut trimembris, aut membrorum plurium.

Sexta diuiſio.

Proponit partes { vel clarè & apertè. / vel obſcurè. / vel partim clarè partim obſcurè. } (..)

Septima diuiſio.

Ponuntur membra { vel in recto caſu. / vel in obliquo. / vel partim in recto, partim in obliquo. }

Solemne eſt in philoſophia reuocare omnia ad vnum caput, aut ad plura, ſed partim per rectum, partim per obliquum caſum.

Quotuplex diuiſio generis?

Eſt { vna per quam generantur integræ ſpecies cuiuſmodi ſunt homo, equus, animal. / altera per quam mutilæ tantum & inchoatæ: vt animal oculatum, animal bipes, &c. }

Fit { vna per differentias *eſſentiales*. / altera per *accidentarias*: vt ſi animal diuidatur per colores, ſed tunc genus habet rationem ſubiecti potiuſquam generis. }

Præcepta.

Vitentur quantum licet negationes & priuationes quando diuiditur poſitiuum aliquid vt animal, &c. 1.

Quæ tamen latet differentia per oppoſitæ priuationem exprimatur: vt cum dicimus irrationale, inuiſibile, incorporeum, &c. 2.

Indagentur differentiæ eſſentiales viâ quæ declaratur alibi.

Vtere differentijs congruentibus diſciplinæ ei, in qua verſaris.

Conſectetur { theoreticus eſſentiales differentias. / medicus medicas. / & omnino artifex rudiores quæ faciant ad materiam internoſcendam, vel varient præceptiones. } 3.

Diuiſio quantum licet fiat in membra proxima ..... ſaltem dũ indagantur. 4.

Conſectare potius congruitatem naturæ & captum tuum quàm dichotomiam. 5.

Difficillimum eſt diuidere genus adhibendo ſimul omnia differentiarum iuga quæ appendent ipſi: id tamen putato naturæ congruentiſſimum. De qua re alibi. 6.

Si noſtri captus habeatur ratio, conducibile eſt vnum & idem genus pluribus perſequi & illuſtrare diuiſionibus pro varijs differentiarum iugis & coniugationibus vt ferè fit in ſcholis. 7.

Digitized by Google

Ferè diuidimus ſæpius animal, numerum, virtutem, plantam, &c.

Id longè facilius quam componere vnam definitionem quæ iuga omnium differentiarum complectatur.

8. Quando tamen conſtruenda eſt categoria, deueniendumque ad vltimam ſpeciem, quæ ſit integra & perfecta, & omnino quando perfectè diuidendum eſt, & itaut naturam aſſequamur, ſi genus occurrit multiplicibus differentiarum iugis inſtructum vt animal, planta, numerus, &c.

Non oportet tantum diuidere per vnum differentiarum iugum .p. per differentias à pede repetitas..... non oportet diuidere bifariam tantum: ſed oportet ſtatim adhibere multas differentias diuerſi ordinis ad vnam eandem ſpeciem componendam.

Non debet ex. gr. diuidi primò animal in terrenum, aquatile, &c. vt ſecundò terrenum diuidatur in habens pedes & non habens; tertiò habens pedes in bipes, in quadrupes, &c. quartò bipes in bipes fiſſipes, &c.

Sed confeſtim multis vtendum eſt differentijs ad componendum vnum aliquid ſingulare, id eſt, ſpeciem vltimam vnam .p. in h. m.

Eſt { quoddam animal terrenum, ſanguineum, oculatum, &c. Rationale.
quoddam terrenum quadrupes, &c. Hinniendi facultate prædi-
tum, &c.
quoddam, &c.

Probatur hæc ſententia primò, quia diſertè aſtruitur ab Ariſtotele, maximè quod attinet ad diuiſionem animalis.

Secundò quia difficile iudicare quodnam iugum differentiarum præferendum alijs.

Tertiò quia ineptum eſt Ariſtotele teſte proſilire ab vno differentiarum genere ad aliud vt fiat [ſubdiuiſio.]

.p. diuidere bipes { non per differentias à pede repetitas.
ſed per terrenum, aëreum.

Niſi ſtatim diuidimus animal & conſimilia multiplicibus differentijs atque adeo adhibendo omnia differentiarum iuga & genera, quædam videntur euentura.

Primò vna differentia, vt bipes diuidet genera duo neutiquã ſubordinata.

Secundò genus aliquod vt terrenum animal ad diuiſionem ſui aliquam differentiam admittet, p. bipes, nec tamen ſortietur omnes oppoſitas.

Tertiò venietur ad vltimam differentiam, nec tamen ad ſummam. De qua re alibi.

Non temerè proſiliendum eſt ab vno differentiarum genere ad aliud.

Non temerè diuidendum per remotiores differentias. Subſtantia ex. gr. non debet diuidi in animatam, & expertem animæ.

Monita.

1. Diuidendi munus vt operoſum, ita vtiliſſimum & maximè neceſſarium.
2. Poſita differentiarum reciprocatione & ſimplicitate, euertitur doctrina de diuidendo, & definiendo, ideoque methodi omnes.
3. Categoriarum conſtitutio pendet ex arte diuidendi.

Finis librorum Analyticorum.

Digitized by Google

IN OCTO LIBROS
TOPICORVM ARISTOTELIS.
COMMENTARII.
IN EOSDEM
Præfatio.

Sermones apodicticos { vt multi examinent. / pauci tamen qui ſuo componant marte. }

At { omnes ſunt *dialectici*, eo ſenſu quo grammatici. / omnes examinant alienos ſermones dialecticos. / omnibus incumbit neceſſitas conſtruendi dialecticos ſermones. }

Idque { tùm vt interrogent / tùm vt reſpondeant. } { tùm vt ſe tueantur & excuſent. / tùm vt alios adoriantur, & accuſent. }

Et ne pueruli quidem excipiendi veniunt, qui incipiant ratione vti.

Quare peruersè videntur facere, qui diligentius inculcant apodictica, quã Dialectica, quæ Topicis libris comprehenduntur.

Niſi claritatem operis prætendunt pro excuſatione.

Sed ea non videtur tanta, vt excuſari poſſint præceptores, qui Topica extremis quidem attingunt digitis.

Propterea Iſagogen meditamur, & molimur cuius opera textus Ariſtotelis comprehendi poſſit, quæque Dialectici artificij rationes in Compendij dilucidi formam contractas oculis ſubijciat.

Primùm autem de arte ipſa Dialectica, deque Topicis libris breuiter, & pro præfatione verba faciemus.

Deindè ſingulos libros ſingulis tractatibus, potiſſimumque octauum perperſequemur: Nimirum quoniam is prę cæteris inculcandus, ediſcendus, exercendus; vt res ipſa declarabit.

Digitized by Google

TRACTATVS PRIMVS.
DE DIALECTICA, ET TOP. LIBRIS.

CAPVT I.
De Locis.

Quotuplex methodus Inueniendi Argumenti, & principij?

Est { *generalis*, seu vniuersalis } de qua in analyticis.
{ *partialis* { apodictica
{ Dialectica in cuius tractationem incumbendum est.

Vndè eruuntur argumenta, & principia?

E locis suis, sedibus, lustris, latibulis, fontibus, &c. ¶

Metaphora ducitur { vel à locis, vndè insidiamur.
{ vel à locis, & vasis, ad conseruationem rerum institutis.

Quid hîc Locus?

Locus definitur *argumenti*, vel probationis, fideiue, & signi sedes. Quid sit argumentum declaratur alibi.

Quotuplex locus?

Est { *singularis*, qui non pertinet nisi ad rem *numero vnam*, cuiusmodi Lutetia.
{ vel *communis*, qui celeberrimus apud Rhetores.
{ vel *Logicus*, qui analyticus, vel Dialecticus, si laudabilis, non vitiosus.

Quid communis locus?

Communis locus videtur ambiguè dici in hoc argumento.

Dicitur { tum *oratio*, qua res vniuersalis aliqua vna explicatur, vt oratio pro Teste, oratio in Testem, &c.
{ tum res ipsa generalis, seu vniuersalis, quæ explicatur.

Estque { latissimè natura quęuis communis multis, vt testis, iudex.
{ latè terminus communis primæ impositionis, qui complectitur plures singulares terminos.
{ strictè natura communis, quæ frequenter in sermonem incidit.

Opponuntur

Digitized by Google

Opponuntur { vniuerſale { teſtis generatim { cauſſa, theſis. / fingulare { Vatinius teſtis { controuerſia, hypotheſis.

Quæſtio { de re generali, dicitur *theſis*, vt licetne interficere inſidiatorem? / de re ſingulari, *hypotheſis*, vt Eſt-ne Clodius inſidiator?

Communium locorum potiſſimum illuſtriorum magna paranda copia.

Sic appellantur { non quia ſint generaliores Logico loco. / ſed { primò quia verè ſunt communes, & vniuerſales. / ſecundò quia vſu vulgatiſſimi. / tertiò quia vſitati antequam Dialectici loci arte traderentur.

Quid locus logicus?

Eſt vis probandi ſimilis in multis communibus locis, argumentis & principijs.

Diſcrimina communis loci, & logici.

Logicus, eſt *præcipientis* Logicæ.

Communis, eſt *habilitatis*, quæ vtitur præceptionibus Logicis.

Differt { vt animal à genere / vt candidum ab accidente / vt calor à contrario } ita communis locus, à logico.

Locus { communis propriè cuiuſque diligentiæ relinquitur ferè inſtruendus. / logicus in ſcholis tradendus à præceptore.

Differt { vt calceorum copia ..... à ſutoria arte. / ita tractatio communis loci, à tractatione Logici, & Dialectici.

Eſt { illa opus arte Logica elaboratum. / hæc aut ipſa Logica, aut particula eius Logicę, qua conficiantur, adinueniantur loci tum communes, tum ſingulares.

Vim probandi continet, & explicat Logicus locus.

Locus { logicus, logicis verbis explicandus, pertinetque ad ſecundas notiones. / communis ferè exprimitur nominibus primæ impoſitionis, & ad primas notiones pertinet.

Sed quædam nomina { & ad primas / & ad ſecundas } notiones videntur pertinere, vt cauſſa, adiunctum, comparatio, &c.

Locus { communis ferè continetur angultioribus, vt virtus. / dialecticus latius patet.

Digitized by Google

Extra Logicam { locus communis, aut tractatio eius inseritur sermonibus de re singulari, vel specialiori .p. sermo de Rege, sermo de Henrico Rege.
locus Logicus non debet ipse exprimi in sermonibus logica arte elaboratis, quibus inseruit.

Axiomata ex. gr. de definitione non solent exprimi in disciplinis alijs, nisi per quandam digressionem.

Quotuplex locus Logicus?

est { simplex qui { appellari solet *differentia locorum.*
definitur terminus Logicus quo vis probandi similis in multis communibus argumentis, & omnino argumentis indicatur, vt genus.
compositus, qui est axioma, decretum, aut præceptum logicum, quo simplicis illius loci virtus probatiua declaratur.

Isque { vel est generalior, & quasi decretum vt: definitio redoleat æqueturque definito: effectus redolet conditionem causæ.
vel specialior, & præceptum pendens à decreto.

Cuicunque rei conuenit definitio, conuenit & definitum: & de quocunque negatur definitio, negatur definitum.

Ergo locus Logicus { est terminus communis logicus multa complexus argumenta, vnique eorum indicans: vt definitio.
aut propositio Logica, ex eo termino composita plurima principia complectens, seu multas propositiones probatiuas.

Complectitur { definitionis nomen omnes rerum definitiones, causa omnes causas, &c.
propositio de definitione, innumerabiles sibi respondentes, ac subiectas vt has;

De *quocunque negatur definitio hominis, negandus homo.*

Quod non est animal facultate hinniendi præditum, non est equus.

Vsurpatio, et denominatio locorum, & probationum.

Locus apud Aristotelem { ferè significat compositum locum.
interdum tantum simplicem, vt cum definitio dicitur locus.

Recentiores solent appellare { compositos, *locos.*
simplices, *differentias locorum.*

Continet { vt locus communis multas theses, & quæstiones .p. iustitia multa quæ quæruntur de iustitia.
ita locus simplex Logicus multos compositos, multa axiomata.

Loci autem variè denominantur, digeruntur que.

Apud Ciceronem nominantur à fonte vnde oriuntur argumenta, vt locus à genere, argumentum à genere.

Digitized by Google

Apud Aristotelem { tum à rebus vndè petuntur, vt cum dicitur locus à comparatione, à tempore, à causis.
tum ab attributo selecto logico ad cuius probationem, & tractationem adhibentur.

Hîc loci { accidentis, generis, proprij, definitionis } hic { non quod petantur ab accidente. sed quod adhibeãtur ad accidens tractandũ.

Porrò cùm dicimus locum à definitione, locum à caussa, &c.

tum locus significat { non ipsam definitionem, non caussam, &c. sed probationem quæ inde petitur.

Locorum Logicorum classes.

Locos { reuocat Aristoteles ad quatuor problemata, de quibus posteà.
reuocant alij variè ad varias classes, pro varietate terminorum Logicorum, quibus significantur argumenta: quo modo reuocari videntur posse ad has classes.

Loci ad nomen pertinentes.

Hîc offenduntur etymologia, compositio vocabuli, paronymia, homonymia, synonymia, coniugatio, casus, polyonymia, commutatio nominis. 1.

Ad essentiam.

Hîc definitio, species, genus, differentia, genus analogum, reimodus, materia, forma. 2.

Ad caussas.

Quid caussa, & quotuplex declaratum alibi.
Caussæ naturam redolet effectus saltem per proportionem. ¶ 3.
Propter quod vnum quodque tale, & illud magis.
Caussa per naturam prior est effectu.
In caussis essentialiter subordinatis non datur progressus in infinitum.

Ad totum & partes.

Occurrunt compositio, enumeratio partium, diuisio, totum, partes. 4.

Ad effectus.

Hîc consideratur ortus, interitus, actio, actus. 5.

Ad circonstantias.

Spectare oportet antecedentia, concomitantia, subsequentia. 6.

Ad accidentia, et subiecta.

Affectionum { aliæ propriæ, vt ridere hominis. 7.
aliæ communes, vt currere, candidum esse.

Digitized by Google

Subiectum denominatur { intrinsecè / extrinsecè } { secundú quid / absolutè } { per se. / per partem. / per aliud. }

Ad opposita, et repugnantia.

8 Dissentanea multa non opposita tamen, vt arbor, lapis.
Oppositorum quatuor genera sæpè recensuimus.

Ad comparationes.

9. Hîc similia, dissimilia, maiora, minora, paria, positiuus gradus, comparatiuus, superlatiuus.
Comparationes ad oppositiones reuocari possunt.

Ad testimonia.

10. Testimonia { diuina / humana } { muta / vocalia } { certiora / incertiora } { clariora. / obscuriora. } ¶

Conclusio.

Classes inanes erunt, & inutiles nisi varia supellectile verborum, & axiomatum locupletentur.
Ratio digerendi locos varia apud varios, quia res est *arbitraria*, quanquam composita ad naturæ imitationem.

CAPVT II.

De Dialectica.

Quotuplex naturalis virtus mentis?

Est { vna quæ subleuat inopiam eius, & egestatem, qua tanquam manu res apprehenduntur, quæ possit appellari *vis inueniendi*. / altera quæ vocatur *iudicium*. }
Vtraque simul excellere perdifficile est: vt docendum alibi.
Quia { quæ cerebri constitutio solertes nos facit, seu promptiores ad excogitandum, ea iudicium interturbat. / cunctatio vero illa, quæ coercet temeritatem in iudicando, celeribus ingenij motibus deprehenditur officere. }
Itaque ex ingeniosis alij solertes: alij iudiciosi, &c.
Mens { vna theoretica, seu epistemonica / altera practica, seu opinatrix. } de qua diuisione alibi.

Quotuplex Logica?

Multæ circumferuntur diuisiones Logicæ: vetustissima in Inuentionem, & Iudicium.

Digitized by Google

Inuentionis nomine intelligitur artificiosa excogitatio materiæ necessariæ disserendi, præcipuéque argumentum, aut ars inueniendi.

Iudicii appellatione intelligitur ipsa confectio orationis logicæ, seu materiei inuentæ dispositio idonea ad veritatis illustrationem, aut *ars iudicandi*.

Antecedit { inuentio iudicium genesi, executione.
iudicium inuentionem naturæ intentione, vt materiam forma.

Inuenimus { forte fortuna { siue res in memoriam redeat sponte. / siue occurrat præceptoris ope. / siue offeratur alio modo ab obiecto exteriori.
vel arte, & consilio.

Tùm { quanquam inuentio non est iudicii expers, non inuenit artificiosè, qui non iudicauit.
differunt tamen ars iudicandi, & ars inueniendi.

Stoici artem inueniendi nullam, artem iudicandi faciebant, sed prauo consilio.

Quæ partitio organi Aristotelici?

Ex libris organi Logici nonnulli adiudicant totos { Analyticos, iudicio. / Topicos, inuentioni.

Refelluntur quia manifesto in vtraque parte agitur tum de disponendo, tum de inueniendo medio.

Topici propterea nuncupantur { non à materia tota. / sed à parte operosissima.

Celeberrima apud Aristotelem diuisio sermonum in { doctrinales. / dialecticos. / sophisticos.

Hinc repetenda organi diuisio non ab inuentione & iudicio.

Confectatur { didascalicus philosophemata. / dialecticus epicheremata, aporemata.

Syllogismus { probus { *apodicticus* seu didascalicus. / *dialecticus* cum pirastico, seu tentatiuo.
vitiosus { *pseudographus* qui apodictico } aduersatur. / *sophisticus*, qui dialectico } aduersatur.

Ferè reuocatur { ad dialecticum *pirasticus*.
ad sophisticum *contentiosus*, seu litigiosus.

Ratio cur Sophistici sermones separentur à Dialecticis potius quàm pseudographi à didascalicis, ea videtur quòd Logicus operosior in Sophismatis

Digitized by Google

explicandis quam in declarando ſyllogiſmo pſeudographo, qui videtur demonſtratio, non eſt tamen.

Aliæ diuiſiones Logicæ.

Logica { præcipiens { docens { naturalis { quæ ars
obtemperans { vtens { acquiſita { quæ peritia.

item { analytica.
dialectica.

Logica { generalis { integra { ſimplex
particularis { mutila { compoſita } &c. de quibus differentiis alibi.

Dialecticæ nomen.

Dialectica deriuatur à *dialogo*, ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι.

Hoc { Stoicis, idem atque *benè dicere*, ſeu conſentanea loqui.
ſæpe *diſſerere* interrogando, & reſpondendo.
non rarò *argumentari*, ratiocinari.
interdum idem atque *probabiliter agere*.
ſæpe *ratione*, & *oratione* vti, vt Platoni in Alcibiade.

Qui ſignificatus videtur vſurpandus primo Elenchorum, vbi quatuor ponuntur modi in diſſerendo ἐν τῷ διαλέγεσθαι nempè *Didaſcalicus, Dialecticus, piraſticus, Sophiſticus*.

Niſi malis vſurpare tertium.

Notio, & diſtinctio.

Dialectica ſumitur { nunc pro tota diſſerendi arte.
nunc tantum pro parte quadam quæ opponitur analyticæ, vel apodicticæ, idque variè.

Apodictica { vſurpatur pro arte conſtruendi ſcientias, & methodos.
non ſolet vſurpari pro ſcientiis ipſis, quæ vtuntur, aut conſtruuntur arte apodictica;

n. quia { præceptiones in vnum redactæ corpus vnam habent appellationem.
executio quæ operoſa & difficilis in multas diducta partes & appellationes. p. phyſicam, moralem.

Probabilitas { vna piraſtica, ſeu tentatiua, quæ æſtimatur ex opinione eius qui reſpondet.
altera propriè dialectica, quæ ex opinione omnium, aut plurimorum, &c.

Dialectica complectitur { nunc vtrumque illud
nunc poſterius tantum } genus probabilitatis.

Digitized by Google

Sermones noſtri nunc dicuntur { didaſcalici, dialectici, ſophiſtici } nunc { didaſcalici. dialectici: piraſtici. ſophiſtici.

Dialectica { nunc methodus, & ars, quę tradit præceptiones probabiliter differendi, interrogandi, reſpondendi. nunc habilitas obſequens, quæ illis vtitur.

Tum Dialectica { generatim quæ id facit per rationes *proprias*, aut communes, ſed rarò. ſpeciatim habilitas per quam probabiliter differimus in vtramque partem, vel in alteram, ſed adhibendo rationes *communes*, ſeu Metaphyſicas, non autem proprias aliarum diſciplinarum. p. medicas.

Materia Dialectica proxima.

Topicarum præceptionum materia eſt *Dialectica Ratiocinatio*, ſeu probabilis ratiocinatio, quæ per dialogum propenatur, vt conſtat ex Ariſtotele ipſo, & diuiſione.

Sed hæc congruens Ariſtotelico organo, quod fere per ſe totum occupatur in ſyllogiſmis.

Maioris ambitus materia erit ſi dicatur Dialecticus tradere pręceptiones de *oppinione dialogiſtica*.

Materia remota.

Dialectica ſiue Topica non eſt generis certi, ſeu partialis more cæterarum methodorum præter Metaphyſicam. Sed verſatur in omni ente ex 1. Poſter. 1. Rhetor. *Ens quodnis* maximè vero Philoſophicum [1. Logicum, Naturale, & Morale] quatenus dialogo & opinione explicabile; Sed potiſſimum cõmunibus repetita à rationibus materia eſt cui præceptiones methodi huius applicantur.

Conſulenda quæ dicuntur in præfatione de vario dialecticæ facultatis ambitu apud Ariſtotelem.

Finis, efficiens.

Finis { proximus eſt noſſe præceptiones interrogandi & reſpondendi, easque applicare. præcipuus { bene inuenire, diſponere, & eloqui. ſeu benè & probabiliter interrogare, & reſpondere de re qualibet.

Sed Dialecticæ vtilitatem declarabit Ariſtoteles.

Huius autem inuentorem methodi ſe gloriatur Ariſtoteles cap. vlt. de reprehenſionibus; quæ cuiuſmodi ſit declarabitur infrà: vbi diſputabitur de quaternario problematum numero.

Digitized by Google

Virtus, facultas.

Hîc facultas { præcipiens / obtemperans } virtus { pręcipiens / exequens } vt & alibi.

Obiectiunculæ.

Quæstiones quasdam ablegat Aristoteles à Dialectica primo Topicorum. Ergo non versatur in omni ente, in omni quæstione.

Dist. { habendo rationem honestatis C. / habendo rationem facultatis N. } spectat { non quid possit. / sed quid debeat Dialecticus. Non facit medicus quidquid potest, sed quod debet.

1. Top. ca. 9. & 11. Quæstiones dialecticæ diuiduntur in Ethicas, Logicas, Physicas.
Ergo non omnes quæstiones topica ista facultate tractari possunt.

D. { hæ quæ principes, & philosophicæ, vt constat ex ipso Aristotele C. / quæuis N. nisi reliquas reuoces ad philosophicas.

Dialecticus non tractat nisi quæstiones ad quas responderi potest per *esse* aut *non*: Ergo non videtur versari circa res omnes.

D. Cons. { circa res omnes quouis tractabiles modo, & proponibiles C. / circa res omnes quatenus probabilier tractari possunt, & proponi per tales quæstiones quales indicauimus, N.

Dialectica versatur { circa entis accidentia. / non circa ens quatenus ens } cap. 3. lib. 2. Metaphysicæ.

Primum respondeo { illic agi de materia remota, non de proxima, quæ Aristoteli sermo Dialecticus. / ideo nonnullos eo testimonio perperam abuti ad assertionem *entium rationis* pro materia proxima, quæ volunt illic designari per entis accidentia.

Deinde dialecticum Aristotelicum non propriè definire: Dialecticus non quærit quid res sit Aristoteli; Sed tantum *ratiocinari* & inducere.

Itaque { non docere quid / sed tantum quale } { non versari circa ens quatenus ens. / sed circa ens, vt ostendat quale sit, siue quid enti accidat.

Quid Dialectica Aristoteli?

Est facultas videndi quid in re quaque sit probabile ex 1. Rhetoricorum.

Facultas hîc { non qualitas secundę speciei, potentia naturalis. / sed habitus, quo vtaris in vtramque partem.

Logica est habilitas opinandi in vtramque partem.
Architectura est habilitas ædificandi, non diruendi.
Et sutoria suendi & non dissuendi, &c. calceos.

At

Digitized by Google

At Logica, & Rhetorica sunt habilitates suadendi & dissuadendi rem eandem, propugnandi, & impugnandi, &c.

Dialectica videtur scientia quædam, si præceptiones expendantur.

Videtur opinatio quædam δύναμις, ἰσχὺς & facultas si spectetur vsus.

Potest { vt vocabulum hoc *indeclinabile*, declinari.
ita etiam *probabilitas*, sciri; de scientia haberi opinio.

Quotuplex Dialectica?

Vt Logica } traditur { vel generalis, vniuersalis, cuiuis materiæ applicabilis.
Ita Dialectica } traditur { vel singularis, particularis, p. certæ materiæ applicanda.

Hinc Dialectica Rhetorum, Theologorum, Iurisperitorum, &c.

Quæ Dialectica traditur ab Aristotele, quia traditur potissimum pro Philosophia, vt constabit ex problematum examine.

Sed vt Philosophia ita Dialectica Philosophica, facile traducitur ad alias omnes artes.

Dialectica { integra { simplex / composita } / mutila { simplex / composita } } quę diuisionis ratio ad artem generatim pertinet.

Rhetorica Aristoteli Dialecticæ παραφυὴς, stolo, soboles, nec mirum: nam

Rhetorica videtur composita partim ex Dialectica, partim ex loquendi arte, excitandi affectus, iisque regendi, homines.

Quinetiam veterum Rhetorica coaluerat ex arte iudicandi & politica.

Quando duæ pluresue artes simul exerceri possunt, ac debent, vtile est earum doctrinam coniungere quantum licet.

De affectionibus & distinctionibus Dialecticæ.

Quales sermones Dialectici?

Dialecticus interrogat vtramque contradictionis partem, & respondet ad vtramque.

Sermo eius breuis, concisus. &c. legatur Aristoteles 1. de Interpretatione cap. 7. 1. Priorum cap. 1. 1. Reth. 1. 6. & 8. Topic.

Distinctio Dialecticæ Aristotelicæ.

Consulenda quæ docuimus in præfatione Logica de varia nominis Dialecticæ vsurpatione apud Aristotelem.

Dialectica { *naturalis*, quæ omnium communis, aut paucorum propria.
parta vsu { quæ præcipit atque applicat.
quæ exercet inueniendo, disponendo, eloquendo.

Est-ne Rhetorica pars Dialecticæ?

Rhetorica est quasi propago Dialecticę ex 1. Rheto. cap. 1.

Digitized by Google

Ideo fortaſſe quia ſuppellex neceſſaria ad probabilitatem propria eſt Dialecticæ, Rhetor ea vtitur ſed quaſi precario.

Omnino quia Rhetor vſurpat præceptiones Dialecticas, ſed iis annectit duo nimirum *ornatum verborum*, & *motum*, ſeu mouendi habilitatem, excitandiue affectus.

Collatio Dialecticæ cum Rhetorica.

Vtraque verſatur { in docendo / & in vſu } eſt habilitas facultatis { precipientis. / obtemperantis.

Vtraque facultas { confirmat / impugnat } { ſuadet / diſſuadet } { laudat / vituperat } &c.

Vtraque { verſatur in omni rerum genere. / pendet ex opinione aliena. / vtitur coniecturis, Stochaſtica eſt.

Sed ſimilior { Rhetorica palmæ, propter copiam & vbertatem / Dialectica pugno, propter breuitatem & tenuitatem } orationis Rhetoricę.

Delectatur { Rhetorica enthymemate, & exemplo. / Dialectica ſyllogiſmo, & inductione.

Tractat ſæpius { Rhetorica *hypotheſes*. i. controuerſias ſingulares. / Dialectica *theſes*. i. quęſtiones generales.

Motu & captionibus { orator vtitur & delectatur. / Dialecticus abſtinet.

Conſule quæ dicturi ſumus de probabilitate.

Cum Metaphyſica.

Prima Philoſophia & Dialectica verſantur entis in omni genere.

Sed continetur { hęc opinione, & interrogat / illa ſcientia, nec interrogat } vtramque partem contradictionis.

Metaphyſicus *definit*, Dialecticus Ariſtotelicus non quærit quid res ſit.

Cum Piraſtica.

Vbi agetur de Piraſtico ſeu tentatiuo, comparabitur cum Dialectico.

Cum Sophiſtica.

Proponitur { Sophiſtę fucata probabilitas, ſapientię ſpecies, & lucrum. / Dialectico probabilitas vt & ſapientia vera.

Cum Apodictica, & Analytica.

Dialectico communia multa cum Analytico, ſeu Apodictico, vt termini,

Digitized by Google

quęstiones, propositiones, syllogismi, &c.

Sed docet { apodictica conficere methodos, doctrinas & perpetuam oratione m. / Dialectica componere dialogos, & probabiliter agere in vtramque partem.

Item { Apodictica est tantum virtus facultatis præcipientis. / Dialectica præcipientis & obtemperantis, in eum modum qui explicatur alibi.

Item { Analytica & Apodictica Philosophiam constituit. / Dialectica sternit aditum ad illius constructionem.

Porrò { vt Arithmetica & Geometria sunt duæ diuersæ artes. / ita apud Aristotelem Dialectica & Apodictica duæ videtur methodi disparatæ, minimèque in vnum corpus coalescentes.

Vulgò tamen conficitur Organum, & instrumentum vnum ex vtraque.
Consulatur lib. primus Top. cum Logicis præludiis.

CAPVT III.

De Methodo Inueniendi Argumenti, & Categorematis.

De Dialectica methodo inueniendi Argumenti.

Vt Grammatici in retexenda oratione quærunt, *cuius generis*, cuius casus, quotæ declinationis, coniugationis: Ita Logicus dum retexit, resoluit suas methodos,

quærit { tum alia. / tum maximè quatuor de rebus vnde componuntur methodi:

n. { sint necne accidens / sint necne genus / sint necne proprium / sint necne definitio } quia & præcipua.

Vt Grammatici dictionem suam reuocant { partim ad certa genera, & regulas. / partim ad exempla certa:

Ita Aristoteles methodum locorum traditurus selegit { quatuor ea problemata. / & quatuor attributa quibus constant ad quæ locos vniuersos reuocaret, vt mox dicemus.

Digitized by Google

Reuocaret { attributa { partim tanquam ad genera. p. definitionem hominis ad definitionem animalis.
problemata { partim tàquam ad similia exempla. p. ad idem, ad definitionem aut differentiam.
locos tanquam ad opera pauca, sed valdè operosa & vniuersa locorum supellectili indigentia.

Ita vt loci sint accidentis, generis, & proprii, & definitionis.

Vocentur autem accidentia { non quia petantur ab accidente, à genere, &c.
sed quia adhibeantur ad tractandum accidens, ad quæstionem de genere.

Reuocauit locos { ad fontes *vnde* eruuntur, *Cicero*, per axiomata de caussis, & argumenta ad caussas.
Aristoteles { partim ad fontes, sed in sequentibus libris.
partim ad 4. illa problemata, & attributa, ad quarum tractationem adhibeantur.

Id autem fecit primò quia quatuor illa problemata valdè celebria, etiam in resoluenda methodo.

Secundò quia quatuor alia problemata quæ his respondent celeberrima, communissima;

Nempe quibus quæritur { conueniat *necne aliquid*
conueniat ne *essentialiter*.
conueniat ne *propriè*.
conueniat ne *propriè & essentialiter*.

Tertiò quia & antiquissimum & solemne docere per exempla.

Ita Grammatici coniugandi artificium pauca ad verba reuocant:
Ita Citharœdi suum ad paucas Cantilenas, &c.

Quartò quia nullus est locus, qui non adhibeatur ad quatuor illa problemata tractanda: Vel ad eorum aliquod.

Tamen Aristoteles negat posse generalem vnam methodum inueniri, quæ inseruiat omnibus problematis tractandis.

Item illam methodum si inueniatur vtilem fore, nisi videlicet generali methodo subiungatur *particularis*, propter ingenium & conditionem practicarum disciplinarum.

Monitum.

Iam monuimus alibi locos apud Aristotelem habere duplicé appellationem.

Appellantur { à problemate & attributo, ad quod tractandum adhibeátur, vt cũ dicimus accidẽtis locos, propriì locos, generis locos, &c.
item à capitibus & fontibus vnde manant, vt cum dicimus locum à cóparatione, locum ab ortu, & interitu, locum ab oppositione.

Obiectiones.

Theophrastus dicitur generalé tradidisse methodum: Ergo inueniri potuit.

Respondet Alexander fuisse per obscuram, & perturbatam, ex quo intelligis methodi appellatione indignam fuisse.

Digitized by Google

Adde quod methodus hæc vnica, & generalis dicitur { non omnino impossibilis. / sed valdè difficilis.

Nã videtur habere se { vt ad Medicum medela / ita ad Dialecticum methodus } vnica.

Aristoteles in prioribus Analyticis inueniendi argumenti methodum vnam generalem tradidit: Ergo methodus vna generalis inueniri potest.

Dist. { quæ sufficiat ad praxim, N. / quæ requirat speciales methodos, C. } præcepta generalia nõ prosunt sine specialibus.

Generaliora priori loco sunt tractanda: Ergo antequam Aristoteles singulas explicet ex quatuor methodis, debet communes tradere præceptiones.

Resp. tradidisse communes in prioribus Analyticis.

Cicero videtur protulisse vnicam, eamq; vniuersalem methodum sufficientem tamen.

Resp. methodum eius diuisam esse, quia tradit sigillatim locum à genere, sigillatim locum à definitione, &c.

Cæterum de vno & eodem alibi.

Tot modis dicitur diuersum, quot modis dicitur idem.

DE QVATERNARIO PROBLEMATVM Topicorum numero.

Distinctio Quæstionum.

Quæstiones analyticæ 4. { *an sit res; quid sit.* / *an ita sit*; cur ita sit. } 4

Dialecticæ Arist. quatuor { prima de *accidente* / secunda de *genere* / tertia de *proprio* / quarta de *definitione* } vt patet.

Attributũ { reciprocum { essentiale: vt *definitio* / non essentiale: vt *proprium* } / non reciprocum { essentiale: vt *genus* / non essentiale: vt *accidens* } } ex cap. 7.

Quid sit Dialectica propositio, quid quæstio postea declarabitur.

Obiectiones, & Explicatio huius quaternarij numeri.

Agricola lib. 1. de Inuentione, cap. 3. & plerique alij quaternarium hunc numerum Problematum grauiter infectantur, horum coniecturæ breuiter proponendæ, & diluendæ, vt consilium Aristotelis apertius efficiatur.

Digitized by Google

1, Differentia declaratur in plerisque propositionibus. Ergo non omnis propositio significat, & habet pro attributo accidens, au genus, aut proprium, aut definitionem.

Respondet Aristoteles differentiam reuocari ad genus, quia sit generale quiddam.

Reuocatur { non quia sit genus, & certum genus. / sed quia eodem ferè modo quo genus { impugnatur. / propugnatur.

2. Attributum plerumque est analogum: Respondè reuocare terminum analogum, ad genus [synonymum] quia probatur eodem modo: Ideoque fortè, bonum & malum appellari genera.

3. Species vltima prætermissa est; quæ tamen tribuitur indiuiduis.

R. { primò eam nunc esse attributum, nunc subiectum. / secundò esse attributum extra philosophiam potius quam in philosophia, cuius potissimum caussa methodum hanc inuenit Aristoteles. / tertiò dum est attributum reuocari { ad definitionẽ, quia est implicita definitio. / vel ad genus totius quia confirmatur, infirmaturque eodem quo genus modo.

4. Indiuiduum non inepte prædicatur: Ergo omissum prędicatum.

Dist. Ant. { in philosophia cuius potissimum rationem habet Aristoteles, N. / extra philosophiam, C. sed tum reuocatur ad alia attributa, quia eodem modo propugnatur, impugnatur.

5. Descriptiones omittuntur: Resp. reuocari ad definitionem.

6. Quæritur sint necne aliqua idem, sintne diuersa?

Respondet Aristoteles reuocari has quæstiones ad problema definitionis.

7. Non omnia problemata reuocari possunt ad 4. Aristotelica problemata, & attributa.

Dist. quia hæ quæstiones Aristotelicæ multiplici modo intelliguntur.

Primò si cuiusuis quæstionis attributum siue prædicatum

dicatur esse { accidens, aut proprium, aut genus, aut definitio. / aut saltem aliquid eodem ferè quo illa modo, confirmandum, infirmandumu: quo sensu non sunt nisi quatuor problematum genera, ad quæ omnia reuocantur.

Secundò si dicantur non posse queri nisi quatuor de *attributo*;

nempè { *an insit*, & conueniat..... quæ quæstio ad *accidens* reuocatur. / an *essentialiter insit*..... quæ quæstio ad *genus*. / an *reciprocè*..... quæ quæstio ad *proprium*. / an *reciprocè & essentialiter* in sit: quæ quæstio ad *definitionem* reducitur.

Quo etiam sensu non sunt nisi quatuor genera problematum.

Digitized by Google

Tertiò itavt in ijs ſemper exprimatur vnum ex quatuor propoſitis attributis, in huncce modum:

Eſtne necne hoc *accidens*: ..... candidum acciditne niui.

Eſtne necne hoc *genus*: ..... animal eſtne genus hominis.

Eſtne necne hoc *proprium*: ..... ridere eſtne proprium animalis.

Eſtne necne hoc *definitio*: ..... animal rationale eſtne de forma hominis.

Quo ſenſu videmur etiam poſſe vſurpare hanc diſtinctionem.

In philoſophicis enim diſciplinis logicè examinandis, reſoluendis vſurpari debent quatuor iſtæ quęſtiones de attributis vnà cùm affinibus, quæ ad eas reuocantur.

Alioquin { & longè plures fieri poſſint quæſtiones. & illæ quatuor in ſermone familiari, in tradendis diſciplinis ſunt ferè inſolentes.

Quærere ſolemus { vtrùm homo currat, homo ſit animal, &c. non vtrùm currere ſit accidens hominis, accidat homini, animal ſit genus, &c.

Itaque concludo non fuiſſe tam ſtupidum Ariſtotelem, vt non videret innumerabilia problemata eſſe, & attributa & longè plura, & alia quàm quatuor ſuperiora ſimpliciter & pro ſe ſumpta.

Nam & res aperta eſt, & ipſe Ariſtoteles aliam problematum dialecticorum partitionem, alia exempla proferet cap. 9. cap. 11.

Omnino quęſtio quæ interrogat vtramque partem contradictionis, & ad quam reſponderi poteſt per *etiam* aut *non* Dialectica eſt.

Ergo non omnes dialecticæ reuocari poſſunt ad quatuor propoſita problemata. Reſponde vt reſponſum eſt ſuprà ad ſeptimam obiectionem.

CAPVT IIII.

De his libris Topicis.

Inſcriptio.

Inſcriptio petita eſt à topis & locis, præcipuo ab argumento. De locis ſuprà.

Auctor.

Si vt pictores quando tabulam in Compendium minoremque formam redigunt, contrahunt; ſimilem retinent lineamentorum colorumq; rationem & ſymmetriam: Ita Cicero ſuis in Topicis Ariſtotelicorum retinuit formam: ſanè non ſunt hęc ea Topica Ariſtotelis, quæ Cicero expreſſit.

Sed potuit Cicero ſententias Ariſtotelis nouo ordine diſponere. 1.

Citantur in Rhetoricis præcepta quædam è Topicis, quæ hîc non extant. 2.

Præterea qui citatur à Laërtio Topicorum numerus, cum hoc noſtrorum congruit. 3.

Sed reſponde vt habemus plura opera moralia, ita Ariſtotelem potuiſſe ſcri-

Digitized by Google

bere plura eiusdem argumenti & inscriptionis opera Topica.

Concluſio totius operis quæ in Elenchis, ſtilus citatio aliorum operum auctorem produnt Ariſtotelem.

Iſnè comparationi, loci qui à Plutarcho in Sympoſiacis referuntur, ex Topicis Ariſtotelis extant libro 3. huius operis.

Argumentum ſingulorum librorum.

Hoc opus præter Elenchos (reprehenſiones) continet octo libros.

In primo agitur de Dialectico ſyllogiſmo, & rebus neceſſarijs ad inſtruendam methodum dialecticam.

Inuentio. In 2. 3. de problemate accidentis { illic ſine comparatione. / hîc comparatur. ¶

In 4. de generis
In 5. de proprij } problemate, ſeu quæſtione.
In 6. de definitionis

In ſeptimo partim de definitione, partim de eodem, diuerſo. Huc vſque Inuentio.

Diſpoſitio. In 8. { non nihil de diſpoſitione / plura de elocutione } Dialectica { ſiue interroges. / ſiue reſpondeas.

Digitized by Google

IN

LIBRVM PRIMVM TOPICORVM.

INDICATIO METHODI huius libri.

ANimaduertenda est in hoc libro { primùm resolutio. deindè compositio. tum resolutio altera.

Analysis seu resolutio.

Differimus syllogismo probabili: hic nascitur ex propositionibus & quæstionibus; hæ resoluuntur in simplices terminos, qui reuocantur ad attributa quatuor, quæ petenda ex Categorijs.

Compositio.

Ex terminis coagmentantur quæstiones, & propositiones, quæ variæ. Hinc syllogismi & inductiones.

Analysis altera.

Vt abundes syllogismis, requiruntur quatuor præter cognitionem artis.

IN CAPVT I.

Summa.

Scopus auctori propositus est [*inuenire*] [non ab alijs excogitatam tradere] methodum [artem Dialecticam] qua possimus de re quauis probabiliter differere *interrogando*, & *respondendo*: Idque ita vt nobis ipsis non repugnemus.

Differimus autem syllogismo, qui materies proxima Logicæ artis, & ad quem reuocatur inductio.

Syllogismus laudabilis { *demonstratiuus*, cui falsa demonstratio opponitur. *dialecticus*, siue probabilis cui Sophisticus aduersatur.

Probabilia sunt quæ probantur omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, aut vni sapientissimo [& quæ his similia.]

Per sapientem accipe peritum, & sapientem in quaque arte.

Digitized by Google

APPENDIX AD IDEM CAPVT.

Inuenire Dialecticam non ab alijs inuentam tradere Aristoteli propositum est, qui se methodi primum inuentorem gloriatur in fine Elenchorum.

Quæstionis propositæ nomine res omnes intelliguntur.

Methodus est ars & disciplina iustioris magnitudinis.

Posse hîc idem atque facere, & sine errore posse. ¶

Ad syllogismum reliquę argumentationum formæ reducuntur.

Officia nostra { interrogare / respondere } { inueniendo. / disponendo. / eloquendo. }

Syllogismus quid sit, & quotuplex docemus alibi.

De probabili, credibili, verisimili lege Fabium lib. 5. cap. 10.

Propriè *verisimile* ex re ipsa: *Probabile* ex opinione hominum æstimatur.

Verisimile est quod plerumque fit, aut saltem aliquando.

Impossibilia euenire nequeunt, vt bellua rationalis.

Necessaria semper eueniunt, cùm euenire debent, &c. vt eclipsis.

Non contingentia, quæ nunquam eueniunt, vt homo qui nec natus, nec nascieturus.

Contingentia { nata, & ferè semper euenientia. / indifferentia. / ratò euenientia. }

Est { indifferens propositio, de qua nemo iudicium tulit qui alicuius auctoritatis. / probabilis, quæ vera / improbabilis quæ falsa } æstimata { vel iudicio. / vel præiudicio alicuius auctoritatis. }

Est { piraticum, seu tentatiuum probabile, quod probatur illi cum quo res tibi est. / Dialecticum { per se, quod probatur quibusuis, aut plurimis, aut sapientissimis, aut vni sapientissimo. / per aliud quod videtur colligi ex alia probabili opinione, & propositione. } }

Digitized by Google

Probabile { iudicio, vt benè merendum est de amicis.
præiudicio, vt malè merendum videtur de inimicis; quia iudicatur benè merendum esse de amicis.

Probabile { omnino, & absolutè, quod probatur omnibus, aut plurimis.
determinatè, & secundum quid, quod paucis, aut vni.

Phátasia { absoluta, vt nix videtur alba.
determinata, vt nix Anąxagoræ videtur nigra.

IN CAPVT II.

Methodus hæc Dialectica ad tria est vtilis;

nempè { primò ad *exercitationes* differendi [in vtramque partem.]
secundò ad *congressus*, colloquia, sermones familiares.
tertiò ad philosophiam { tùm quia probabilitas illustrat philosophiæ principia, & fundamenta.
tũ quia sternit aditũ ad demonstrationẽ.

Et tamen Dialectica est ars *coniecturalis*: quia non semper assequitur finem, pendet enim à *respondente*.

Philosophus non interrogat { quia non dat optionem.
non est paratus ad disserendum in vtramque partem.

Veteres solebant quæstiones { vel ipsi imponere / vel positas accipere } de qua in vtramq; partem probabiliter differere conarentur.

Significat quibusdam exercitationis nomen, istud exercitationis genus, vt vox congressuum colloquia quæ habentur extra scholam qui sermones familiares venustate aliqua sunt condiendi.

Si tamen hanc congressuum admittimus interpretationẽ, exercitationis nomen aliter videtur vsurpandũ vt significet { generatim quãlibet exercitationem scholasticam.
præcipuè tamen illud exercitationis genus, quo disseritur in vtramque partem.

Fortè { exercitatio sermo perpetuus, quo probabiliter differatur in vnam partem, vel in vtramque.
congressus verò, & colloquia, disputationes quæ fiunt per interrogationem & responsionem.

Philosophus non interrogat vtramque partem contradictionis, quia nõ dat optionem .j. non est paratus ad differendum in vtramque partem.

Philosophiæ nomine { præcipuè philosophicæ artes intelliguntur. n. Logica, Ethica, Physica. [brilis.
secundariò aliæ quæ vtuntur demonstratione, vt fa-

Conſule doctrinam de Dialectica Methodo. Ariſtotelem c. 8. lib. 1. Rhetor.

De vſu Dialecticæ Ariſtotelicæ.

Dialectica methodus quam adinuenit compoſuitque primus Ariſtoteles;

inuenta eſt { primariò & potiſſimùm vt conſtruatur & examinetur philoſophia.
{ ſecundariò vt ad cæteros etiam ſermones adhibeatur.

Conſtat illud primò quia *quæſtiones* quibus applicantur præceptiones noſtræ diuiduntur ab Ariſtotele more philoſophiæ in Logicas, Ethicas, Phyſicas.

Secundò quia quatuor quæſtiones quæ proponuntur ab Ariſtotele, & ad quas reuocat locos, videntur extra philoſophiam inſolentes, & vſurpari tantum cum examinatur philoſophiæ aut ſaltem ſcientiæ conſtructio.

Hoc conſtat primò, quia diſertè dicitur valere Dialectica ad exercitationes & congreſſus, ſiue colloquia.

Secundò quia problemata non proponuntur ab Ariſtotele niſi quatuor,

Verùm { non quia putet non eſſe niſi quatuor.
{ ſed quia loci omnes ad ea quatuor reuocari poſſunt, cùm tamen vnus idemque locus ad plura valeat.

IN CAPVT III.

Vt Dialectici munus cum laude, & dignitate obeas, noſcenda tria.

Noſcendum eſt { primò quibus de rebus Dialecticus ratiocinetur.
{ ſecundò ex quibus ſyllogiſmus dialecticus conficiatur.
{ tertiò quomodo magnam huiuſmodi rerum aſſequamur copiam.

Diſſeritur autem dialecticè de problematis, ſiue quęſtionibus, & de ijs quæ in quæſtionem cadunt.

Cadunt autem attributa quatuor *Genus*, *definitio*, *proprium*, *accidens*.

Reuocatur autem { ad genus, *differentia*.
{ ad definitionem, *idem & diuerſum*.

1. Attributorum vnumquodque dum adiungitur ſubiecto, efficit *propoſitionẽ*.
2. Probatio, & ratiocinatio conſtat ex antecedentibus propoſitionibus.
3. Quatuor præter artem ſunt neceſſaria, vt abundes ſyllogiſmo.

Iam tot ſunt propoſitionum philoſophicarum, & dialecticarum genera, quot quæſtionum.

Omnis { quæſtio } declarat { aut *genus* / aut *propriũ* / aut *accidens* } quod { ſi eſſentiale dicitur definitio. / ſi accidentarium retinet commune nomen.
{ propoſitio }

Propoſitio differt à problemate, ſiue quæſtione.

Problema enim dialecticum vtramque partem contradictionis interrogat, in huncce modum;

Digitized by Google

Eſt-ne, nec-ne audacia virtus?

Propoſitio dialectica interrogat tantum partem contradictionis, vt
Num audacia eſt virtus?

Mathematicis { *Problema* complectitur aliquam praxim & operationem, vt cùm iubemus ex datis lineis conficere triangulum.
Theorema non item, vt hæc propoſitio;
Omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis.
Sed hoc diſcrimen nihil facit ad noſtrum hoc inſtitututum.

IN CAPVT IIII.

Nomine reddi nomen poteſt, vt quando cultrum interpretaris gladium.

Sed *definitio*, eſt oratio explicans naturam eſſentiamque rei.

Ad Problema definitionis [quo quæritur, ſitne aliquid definitio] reducitur idem & diuerſum, ſeu probleina quo quæritur, ſitne aliquid idem an diuerſum? *Per ſe.*

Proprium quadruplex { proprium *ſecundum ſe.*
proprium *ſemper.*
proprium *ad aliud.*
proprium *aliquando.*

Proprium propriè eſt quod quid res ſit non explicat, in ſolâque ineſt, & viciſſim de re dicitur, ſeu cum illa reciprocatur.

Genus eſt, quod dicitur de pluribus ſpecie differentibus in quæſtione *quid eſt.*

Accidens eſt quod poteſt in rem eandem cadere & non cadere: ſeu quod nec eſt genus, nec definitio, nec proprium, tamen rei conuenit.

Ad accidens reuocantur *rerum comparationes*, de quibus libro 3.

Poteſt euenire, vt accidens videatur proprium, vt in foro ambulare proprium *Socratis*: ſed non eſt verè proprium.

Attributa quatuor ad quorum tractationem loci adhibentur ſunt cognata: quia reliqua tria aliquo modo poſſunt reuocari ad definitionem.

Quibus enim Argumentis & locis oppugnamus definitionem. i. docemus aliquid non eſſe definitionem, iis docemus etiam illud non eſſe accidens, non eſſe genus, non proprium, ſeu non conuenire, non conuenire eſſentialiter, non propriè conuenire.

Omnino loci fere videtur omnes adhiberi ad problema definitionis confirmandum, infirmandum. Quod autem Ariſtoteles tria alia problemata reuocat ad problema definitionis, quòd loci definitionis complecti videantur locos quibus illa tractantur, inſinuat nobis quaternarii problematum numeri conſilium, & explicationem.

Digitized by Google

IN CAPVT V.

Tria alia problemata quibus quæritur { sit nec-ne aliquid accidens / sit nec-ne aliquid genus / sit nec-ne aliquid proprium } reuocantur aliquo modo ad problema definitionis, quo quæritur; Sit nec-ne aliquid *definitio*.

Nam quibus doceo { aliquid non esse *genus*, non conuenire essentialiter. / aliquid non esse proprium, non conuenire reciprocè. / aliquid non esse accidens, non conuenire.

Iisdem modis docco id non esse definitionem: propterea loci generis, proprii, & accidentis reuocari possunt ad definitionem;

Et tamen satius hîc [& in practicis quibus-ue disciplinis,] diuidere præcepta, quàm communem tradere artem.

Omnino loci ferè omnes videtur adhiberi ad problema definitionis { confirmãdũ- / vel infirmandum.

In hac reuocatione Aristoteles insinuat nobis quaternarii problematum numeri consilium, explicationem.

IN CAPVT VI.

Reducitur ad definitionem, & problema definitionis problema quo quæritur sit-ne idem.

Idem dicitur { *genere* --- vt homo & bellua. / *specie* --- vt aquæ fluentes ex eodem fonte. / *numero* --- qui modus est verissimus.

Idem numero { primò cùm res duobus exponitur nominibus, vt culter, & gladius. / secundò cùm { vnum est species } vt { homo. / alterum proprium } vt { risus particeps. / tertiò cùm est vnum subiectum, vt Socrates; alterum accidens vt filius Sophronisci.

Digitized by Google

IN CAPVT VII.

Attributum
- si reciprocatur, est
  - vel essentiale, vt *definitio.*
  - vel accidentale, vt *proprium.*
- nisi reciprocatur est
  - vel essentiale, vt *genus.*
  - vel non essentiale, vt *accidens.*

Attributa autem deprom untur ex decem Categoriis.
De vno & de eodem alibi. Quod numero vnum, id propriè vnum.
Caput hoc insigne aduersus reciprocationem differentiarum.

IN CAPVT VIII.

Ex attributis conficiuntur quæstiones, problemata.
Propositio non omnis dialectica sed tantum interrogatio probabilis.
Sed quæ sunt probabilibus similia, & ipsa censentur probabilia, etiamsi de illis nemo dixerit sententiam.

Propositio dialectica, nunc
- interrogatio contradictionis.
- nunc interrogatio alterius partis contradictionis.

Propositio dialectica propriè est probabilis interrogatio, quæ nõ sit contra opinionem omnium, vel plurium, vel sapientum, vel illius cum quo disputatio instituitur.
Apud *Analyticos* propositio effertur sine interrogatione, in h.m.

Homo est animal: homo non est animal.

Aut interrogat alteram tantùm partem contradictionis, idque oratoriè, nec dat optionem respondenti.
Apud *Dialecticos*, qui pendent ex responsione alterius effertur nimirum à quęsitore per interrogationem in hunc modum;

Nonne homo est animal?

Sed tamen tum demum propositio dialectica sortitur vim probandi: Cùm responsione detrahitur illi interrogatio: id est quando qui respondet, nobis assentitur.
Consule caput primum libri secundi.

IN CAPVT IX.

Problema dialecticum, & propositio dialectica, quid sit quæritur.

Digitized by Google

Illud { non quæuis quęstio,& interrogatio,vt quid est homo? quare est homo?
sed ea tantum interrogatio, quæ vendicat sibi has conditiones:

[Quæ { primò solui potest,per *est*,vel *non est*.
secundò interrogat vtramque partem contradictionis.
tertiò est probabilis.]

Dialecticarum,& Philosophicarum quæstionum sunt genera tria, adquæ tractanda tanquam ad materiam remotam nostra hæc adhibetur methodus.

Quia { aliæ valent,ad expetendum & fugiendum i. sunt *morales*, cap.11. & practicæ.
Aliæ pertinent ad veritatis cognitionem. i. sunt *naturales*, cap.11. & theoreticæ.
Aliæ { per se sunt neutræ } i. *Logicæ* sunt cap.11 i.[latè sumpto nomine.]
sed vtrique generi inseruiunt }

[Quæstio { Dialectica significat materiam remotam huius artis.
Logica materiam proximam Topicæ artis, vel potius totius organi.]

Nam exemplum Logicæ quæstionis quod profertur ab Aristotele, Apodicticum est.

Manifestóque alludit Aristoteles ad diuisionem Philosophiæ,in { *Ethicam*, *Physicam*. *Logicam*.

Nam quę quæstiones probabiliter tractantur à Dialectico, eas ait accuratè, & ad veritatem tractari à Philosopho.

Primo genere quæstionum poterant comprehendi practicæ omnes.

Sed { Aristoteles non interpretatur.
Aristoteli electio fere significat moralem electionem.
Aristoteli ars vt non deliberat,ita non propriè eligit.

Per Theoreticas non intelligit nisi naturales, quę complectuntur etiam Metaphysicas: ante Aristotelem Metaphysica non distinguebatur à Physiologia.

Mathematicæ reduci possunt ad naturales, à quibus pendent.

[Mechanicæ { partim ad morales,seruiunt politicæ.
partim,ad physicas vnde oriuntur.]

Thesis { Rhetori generalis quæstio,vt *hypothesis* singularis quæstio.
Dialectico { propriè paradoxum.
generatim quæstio quæuis dialectica aut positio.

Dialecticus { si spectetur facultas, disserere potest in vtramque partem de re quauis.
si voluntas,vetatur ab Aristotele reuocare in dubitationẽ duo;

n. Leges

Digitized by Google

n. { leges & ſententias, de religione & bonis moribus, quibus ciuitatis ſalus continetur.
deinde quæ ſunt euidentiſſima cuiuſmodi ſunt hæ propoſitiones.
Ignis eſt calidus: nix eſt frigida.

Forte autem alludit Ariſtoteles ad occaſionem Platonici præcepti, de non attingenda *Dialectica ante triceſimum annum.*

Cæterum Geometræ diſtingunt problema & theorema:

Quòd { problema praxim & operationem aliquam complectatur, vt cum iubemur ex datis tribus lineis componere triangulum.
theorema non item, vt cùm docetur triangulus habere tres angulos æquales duobus rectis.

Sed hoc diſcrimen nihil facit ad noſtrum inſtitutum.

Quæſtionum { quarundam pars vtraque æquè probabilis eſt.
altera aliarum pars probabilior.

Sunt { quędam de quibus { ſapientes ab imperitis / imperiti à ſapientibus } diſſentiunt.
quædam de quibus { aut ſapientes ab inſipientibus / aut ſapientes à ſapientibus } diſſentiunt.
quædam de quibus non diſſentiunt. Conſule librum ſecundum.

IN CAPVT X.

Ex propoſitionibus fiunt Dialecticæ argumentationes hæ duæ *ſyllogiſmus* & *epagoge* de quibus alibi.

IN CAPVT XI.

Syllogiſmorum copia paratur quatuor rationibus, [præter artem dialecticam.]

n. { propoſitionum, & ſententiarum delectu.
diſtinctione homonymiarum, & ambiguitatum.
inuentione differentiarum, & diſſimilitudinum.
inuentione ſimilitudinum.

Ex quatuor rationibus tres poſteriores ad priorem reuocantur.

Niſi propoſitionum nomine illæ duntaxat intelligantur, quibus communicatur ambiguitas, vel ſimilitudo, vel diſſimilitudo.

Porrò { diſtinctio neceſſaria, quia verbis carere non poſſumus, verba ambigua.
ſimilitudinum vſus indicabitur libro 8.
diſſimilitudines vſurpandæ, reſpondentur ſimilitudines interroganti.

Digitized by Google

De propositionum copia & delectu.

De propositione inueniendâ & de eligendâ hæc præcipiuntur.

Primũ. Sumantur *probabiles* propositiones, quæ probentur plurimis, sapientibus, &c.

2. Item quæ contradicunt iis, quæ aduersantur probabilibus.
3. Propriæ singularum artium & disciplinarum.
4. Item quæ sunt similes probabilibus.
5. Sumantur generales, quæ Instantiam non patiantur.
6. Dicta sapientissimi cuiusque memoria teneantur.
7. Distinguantur problemata in sua genera.
8. Distinguantur propositiones { non per authores. / sed per argumenta.
9. Propositiones vsurpentur quæ in alias speciales & particulares diuidi possint.

Ex probabilibus deligendæ quæ maximè probabiles.

Selectas non oportet permiscere temerè: sed reuocare ad certa capita, digerereque ordine.

In digerendo autem habenda ratio venit { non tam hominum. / quàm rerum ipsarum.

Id est oportet potius referre ad eundem locum sententias cognatas & affines, quamquã auctorum diuersorum. p. γνώμας de rege, quàm Philosophi alicuis auctoris. p. Platonis sensa, decretaque variis de argumentus commiscere.

Quid esset probabile sæpius explicatum est.

Si quæ propositio perimit probabilem, contradictio illius sumenda est tanquam probabilis, ex. g. probabile est sceleratos sponte peccare, opinio tamen eorum, qui fatum ponunt euertit sententiam illam. Ergo probabile est non dari fatum.

Propositio quæ est similis probabili, & ipsa vsurpanda est tanquam probabilis.

Si occurit aliqua propositio, nec quemquam meministi qui sententiam suam de illa dixerit, videndum quid sapientes sentiant de similibus rebus.

IN CAPVT XII. XIII. XIV.

De homonymia & ambiguitate detegenda.

Homonymiæ detegendę ratio exponitur { siue sit pura. / siue desinat in analogiam.

Digitized by Google

Porrò { primùm indicanda est ambiguitas,
deinde [sed rarò] ambiguitatis & discriminis caussa adferenda.

Homonymia vero non rarò delitescit & fallit maximè in generibus.

Itaque vt sagaciter eam odorari possis, multæ adferuntur notæ & rationes quæ tamen ad decem locos & capita reuocari possunt.

Loci à Contrariis.

Quod contrarium est homonymo, vt graue leui, & ipsum homonymum est. *Locus primus.*

Nam quot modis dicitur vnum cõtrariorum, totidem & alterum.

Duo vitia contraria, vt { profusio / auaritia } quatenus virtuti aduersantur sunt eiusdem rationis. p. illiberalitatis, &c. de qua re alibi. *Primum præceptũ.*

Quando multa diuersę contrariæque definitionis significantur eodem nomine, id ambiguum est: vt color corporis, color orationis. 2.

Si duo significantur eodem nomine, aduersaturque vni nihil, alteri aliquid, nomen ambiguum est: vt *ius* & *voluptas*. 3.

Voluptas significat { delectationem animi, cui nihil / delectationem corporis, cui aliquid } aduersatur.

Loci à medijs. *Secundus locus.*

Quoties ex rebus significatis aliqua *medium* capit, est-ue medium, vt candor corporis. aliqua non, vt candor animi, nomen ambiguum est. *Primum.*

Item quoties res vtraque significata medium habet, sed diuersæ rationis; 2

Vt { obscurũ / clarum } inter quę medium { fuscum si ad colores / raucum si ad vocem } referatur.

Item si nunc plura media interiacent, nunc vnum habet, pauciorue, tunc extrema sunt ambigua, vt candor & nigror si ad corpus, & ad animum referantur. 3.

IN CAPVT XIII.

Locus à contradictione.

3. *Locus.*

Contradicentium vnum totidem dicitur modis, quot alterum, vt videre, & non videre.

A priuantibus.

4. *Locus.*

Si habitus vt visus, dicitur homonymè, dicetur & priuatio, vt cęcitas, & cõtrà.

Digitized by Google

A relatis.

5. Relatorum vnum tot dicitur quot alterum modis, vt Rex, Paſtor.

A coniugatis.

6. Quot modis dicitur vnum coniugatorum, tot & alterum, vt candidus & candor.

A genere.

7. Omne nomen ſignificans res diuerſarum categoriarum, ambiguum eſt.

Quicquid ſignificat res diuerſorum generum, nec ſubalternatim poſitorum ambiguum eſt, vt candor, qui ſignificat candorem animi, & candorem corporis.

Quando cõtrarium ſignificat res diuerſarum categoriarum, aut quouis alio modo, ambiguum eſt: vt claritas.

Illud etiam cui aduerſatur, ambiguum eſt, vt obſcuritas.

A definitione.

8. Nomen ambiguum eſt ſi plures illi definitiones congruunt voce & ſententia diſcrepantes, vt ſanus, bonus.

Item quando differunt ſententiâ, non verbis.

Item quando definitio vni ex rebus ſignificatis conuenit alteri non item, vt dum candor definitur *color aſpectum diſſipans.*

A differentia.

9. Differentia quę eſt diuerſorum generum, nec ſubalternatim poſitorum, vt practicum mentis, & cognitionis, ambigua eſt.

Quando nomen vt color plures diuerſas & incompatibiles ſortitur differentiarum coniugationes, ambiguum eſt.

A ſpecie.

10. Si idem nomen. n. clarum, ſignificat { ſpeciem. p. vocis / differentiam. p. coloris } ambiguũ eſt.

Monitum.

Multę ex regulis homonymię patiuntur exceptionem quia in vocabulis dominatur vſus.

Longè operoſius detegere homonymias, quàm amphibologias.

IN CAPVT XIIII.

Agitur *de differentiis, & ſimilitudinibus* inueſtigandis. quæritur an ſine diſcrimine paſſim quæri debeant.

Reſponde quęrendas eſſe differentias, & diſcrimina quando periculum eſt ne ſimilitudo nos, alioſque decipiat, ſeu in ſimilibus & finitimis: Siue quando res ita ſunt ſimiles, vt videantur eſſe planè idem, veluti voluntas & appetitus.

Contra

Digitized by Google

Contra *similitudines* quærendas in rebus differentibus, id est in ijs, quæ tam longè distant, vt affinitas lateat .p. in visu & mente.

Distinctio ambiguitatis multiplicem vtilitatem habet.

Si ambigua { hic dicuntur esse { vel vera / vel falsa } / in Elenchis { nec vera / nec falsa } } vt hæc propositio, canis latrat.

Respondendum est { determinatè fere neque vera esse, neque falsa. / indeterminatè vera esse, vel falsa. }

Similitudinum vsus aperietur libro 8. & sequenti capite.

IN CAPVT XV.

Vtilis *differentia*, ad ratiocinandum, & ad definiendum.

Notitia similitudinum ad conficiendum { inductiones. / syllogismos ex suppositione. / definitiones. }

Syllogismus ex hypothesi, & suppositione nuncupatur *fictio*.

Fictio est syllogismus vbi aliquid de vno probatur, quod sit simile alteri in huncce modum.

Similium similis est ratio, qua parte similia sunt.

Atqui mens & oculus sunt res similes.

Ergo si videre officium oculi, est, pati intelligere etiam est pati.

Definitionis indagandæ ratio est duplex { vna per compositionem. / altera per diuisionem, quia ex inferioribus .p. { homine / bellua } superioris, vt animalis definitio colligitur. }

Vel genus vt animal diuiditur, vt specierum .p. { hominis / equi } definitiones habeantur.

Finis libri primi Topicorum.

Digitized by Google

IN LIBRVM SECVNDVM. PARTITIO.

Vius libri { primum caput continet generalem doctrinam de problemate.
quatuor reliqua complectuntur locos, vnde depromantur argumenta idonea ad { confirmandum / infirmandum } accidens. ¶

Doceas { aliquid esse accidens. / aliquid non esse accidens.

IN CAPVT I.

De Problemate, & instituto.

Loci vestigandi quibus confirmantur destruantur quatuor quæstiones, quatuor problemata.

1. Quæ statuuntur tanquam quatuor { non fontes vndè oriantur argumenta, / sed capita & receptacula in quæ diuersa argumenta deriuantur. De qua re supra.
2. Problema { vniuersale, vt omnis homo currit, nullus homo currit. / particulare, vt aliquis homo currit, aliquis homo non currit.
3. Problematum exemplis Aristoteles detrahit notam interrogationis.
Primò quia suscipitur confirmanda contradictionis altera pars tantum, non vtraque simul.
Secundò quia vt { ratiocinemur / concludamus } forma interrogationis propositioni adimi debet 8. Ethic.
Interrogatio non probat, non concludit dialecticè: sed oratoriè tantum, & figuratè non directè. vt
Nonne virtus est mediocritas & moderatio quædam?
Nonne seueritas inter virtutes?
Quis igitur seueritatem moderationem esse inficiabitur?
4. Generali propositione { probatâ, probata / destructâ, destructa } censetur particularis non cõ-

Digitized by Google

trà: qui ex. gr. docuit nulli hosti fidendum esse, docuit etiam alicui hosti fidendum non esse.

Sæpius affirmatur aliquid refellendum, quam negatur quid confirmandum. 5.

Ideo priùs præcipiendum { de vniuersali problemate, quam de re particulari. / de refellendo, quam de confirmando.

Sed insigne illud discrimen obseruandum est, quod cernitur inter accidens & reliqua tria attributa .n. genus, proprium & definitionem. 6.

Tria hæc statim atque insunt, denominant possuntue omnino & simpliciter denominare, non secundum quid tantum.

Si ex.gr. equo inest { vis hinniendi / animalitas / animal hinniens } equus nominatur { hinnibilis. / animal. / animal hinnibile.

Sed non statim atque conuincis alicui rei quidpiam inesse accidens, conuincis etiam denominari.

Nam ex. gr. { æthiopi inest albedo, cum insit dentibus ipsis. / æthiops tamen non dicitur albus simpliciter, & omnino, sed tantum secundum quid. p. albus dentibus.

Item { candor inest ei qui præ timore pallet. / non propterea tamen consueuit denominari candidus.

Ergo inesse & denominare { reciprocantur in tribus illis, quia { quod inest denominat. / quod denominat inest. / non reciprocantur in accidente, quia istæ duæ consecutiones vitiosæ sunt.

Accidens vt albedo inest: Ergo denominat, denominare potest.

Accidens non denominat: Ergo non inest.

Legendus Aristoteles in capite de qualitate. Discriminis autem ea est ratio:

Quòd { cætera tria *quando* conueniunt, conueniunt { & omnino. / & omni tempore. / accidens contrà, vt candor { sæpè aliqua ex parte tantum. / & sæpè non diu conuenit.

Quod non conuenit { nisi exiguę parti / nisi breuissimo tempore } non omnino & simpliciter denominat.

Vitiosa propositio { propter mendacium falsitatemue, vt cum cœlum dicitur esse animal. / vel propter acyrologiam. j. impropriam minimeque commodam loquendi rationem, vt cum homo dicitur arbor inuersa.

Logica versatur in vocali oratione.

Digitized by Google

Virtus Logici { prima bene sentire. / secunda bene loqui.

IN CAPVT II.

Præfatiuncula.

Traduntur { libro 1. loci quibus accidens doceatur { conuenire. / non conuenire. } / tertio libro loci quibus, magis minus subiecto conuenire, non conuenire subiecto doceatur accidens, maximè bonum.

Locis interseruntur monita quædam, aut præceptiones, quæ non tam suppeditant argumentum, quam aperiunt viam per quam possimus deprehendere aliquem locum.

Sed quia de plerisque præceptionibus interpretes certant, sintne inter *monita*, an inter *locos* recensenda: monitaque sunt quasi remota sedes argumenti, (locus loci,) nos monita etiam locorum appellatione complectemur hic.

Præterea locos huius libri { omnes inter se connectemus. / non distinguemus pro varietate problematum Accidentis.

Primum.

1. *à distinctione attributi.*

Si attributum conuenit { vel tanquam genus / vel tanquam proprium / vel tanquam definitio } non est accidens.

Ergo non rectè candor dicitur coloratus.

Ridendi facultas non est hominis accidens.

Non accidit homini esse animal rationale.

Alius locus.

2. *à toto & partibus.*

Quicquid negatur de aliquo inferiori, vt oculatum de ostreis, id male affirmatur de toto genere, .p. de pisce.

Alius locus dicitur.

Cui rei *definitio* { conuenit, conuenit etiam / non conuenit, non conuenit } definitum.

3. *à definitione.*

Affirmeturne accidentis definitio de subiecto quæsitum in Categorijs.

Præterea postquam.

4. *ab instantia.*

Data *instantia* destruitur propositio generalis. Sed hic locus videtur idem cum secundo.

Instantia definitur propositio particularis refellens generalem, hoc modo hæc propositio Æneas fuit vir pius.

Euertit

Euertit generalem illam seu vniuersalem propositionem & sententiam.

Nulla fides pietasque viris qui castra sequuntur.

Iam verò exponendum.

Reprehendimus { mendacium, acyrologiâ } porrò est { loquendum vt multi. sentiendum & sapiendum vt pauci, id est vt sapientes & periti.

Si quis secùs facit, reprehendatur.

Ius & norma { *benè sentiendi* est penes sapientes. *loquendi* penes populum : ideò abstinendum est à verbis inusitatis. *f. ab auctoritate.*

Præterea si multis, &c. Quod si non, &c.

loci ab ambiguitate.

Locus { sextus, septimus } à verbi vnius ambiguit. quæ *homonymia propriè.* octauus petitur ab orationis ambiguitate, quæ *amphibologia.*

Non scitè affirmatur omnino, & absque distinctione, quod *homonymum* est.

Vitiosa oratio { vbi aperta homonymia. vbi homonymia; quanquam occultior & delitescens. *6. à patenti homonymia.*

Præterea exponenda.

7. à latenti.

Amphibologia est quoties oratio est ambigua, licet ex verbis singulis, si seorsim considerétur, nullum ambiguum deprehendatur: amphibologia igitur pendet { non ex verbis singulis. sed ex structura orationis, vt hîc,

Aio te Æacida Romanos vincere posse.

Quoties oratio amphibologica est, nisi omni sensu vera est, reprehendenda; si alleueratur sine distinctione. *8. ab amphibologia.*

Ars vna dicitur esse multarum rerum: sed ambiguè.

Ars est alicuius { tanquam *subiecti*, vt ars Galeni. tanquam *finis*, vt ars valetudinis. tanquam *medy*, vt ars phlebotomiæ, missionis sanguinis

Ars præterea { vnius per se { dialectica notionum. ars medica medici. alterius per accidens: vt { dialectica vocum. ars medica Regis. ¶

Omnino ars est subiecti, finis, obiecti. Itaque amphibologicè dicitur esse alicuius.

Sed amphibologia duplex hîc statui potest { latens. apparens.

Digitized by Google

Monitum.

Præterea commutandum.

9. *à nominis mutatione.*

Si quid effertur obſcuro nomine, iubeatur aduerſarius nomen illud mutare in illuſtrius magiſque perſpicuum.

Cum quod dicitur non ſatis capis, ingenuè confitere ignorationem, & quære explicationem. p. in hunc modum.

Expone quæſo mentem tuam clarioribus verbis.

Quiſnam ille de quo me interrogas?

10. *à genere.*

Quidnam rei ſic vocas?

Vt autem contrarium. §

Quicquid repugnat generi, repugnat ſpeciei.

Ex forma etiam generis.

11. *à Specie.*

Quicquid accidit ſpeciei accidit generi: de qua re alibi:

Quicquid affirmatur affirmatiue poteſt de ſpecie, poteſt etiam de genere partialiter ſaltem. Homo ridet: Ergo aliquod animal ridet.

IN CAPVT III.

Quoniam autem.

12. *à Genere prædicato.*

De quo dicitur genus, vt { coloratum de cinere / viuens de capillo } debet prædicari de ſpecierum aliqua, ſi dicitur, vt accidens.

Cui autem copia.

13. *à definitionis petitione.*

Quando nihil occurrit, quod proferas aduerſus ſententiam aduerſarij; poſtula vt rem qua de agitur definiendo explicet in hunc modum.

Monitum.

Quid intelligis per hoc verbum?

Conſtet inter nos quid nomine ſignificatum velis.

Poteſtne definiendo explicare quid per hanc vocem acceptum velis.

Vbi definierit, ad refellendum facilior via patebit, nihil faciliùs impugnatur quam definitio.

Videndum eſt etiam cui rei.

14. *ab antecedenti, & conſequenti.*

Poſito *antecedenti*, vt iuſtitia; ponitur *conſequens*, vt virtus.

Sublato *conſequenti*, vt inimicitijs: tollitur antecedens, vt bellum.

Spectandum etiam tempus.

15. *à tempore.*

Quod non conuenit quouis tempore, non neceſſariò conuenit.

Si ſpecies ſemper conuenit, & genus ſemper conuenire debet.

Quæ tempore diſtinguuntur, non videntur eadem.

Cognitio non neceſſario eſt memoria, quia { memoria duntaxat ad præteritum tempus. / cognitio ad oẽ tẽpus pertinet. }

Iam locus captioſus.

16. *à digreſſione*

Monitum.

Quando digredi neceſſe eſt: ſeu diſputationem traducere ad aliam materiam,

Digitized by Google

maximè ad vberiorem, ſi id fiat, minimè vituperandum eſt: exempli gr.
Si medica aliqua controuerſia de remedio quopiam traducatur ad confirmationem huius axiomatis; *Contraria contrarijs curantur, perimuntur.*

Digredi verò data opera temerè & callidè ſophiſticum videtur. Vt ſi quis, qui probaturus erat non eſſe nunc vernum tempus, transferat orationem ad diſputationem de natura florum, in hunc modum.
Nunc flores nulli: Ergo non eſt ver. Probo Ant.
Quos vocas flores, non ſunt vere flores: Ergo nulli nunc flores.

Qui data opera proponit aliquid falſum, quod ſit ineptum, ſi concedatur, ad quæſtionis confirmationem ille digrediendi occaſionem videtur quærere.

Vt hæc præripiatur falſa illa & inepta propoſitio per conceſſionem, & tranſlationem prętereunda eſt, & negandum quod adiungitur, & concluditur. Si quis exemp. gr. ſic ratiocinetur.
Luminoſa non ſunt virtute calida: Ergo nunc non eſt dies.

Reſp. { ad antecedens, valeat, tranſeat, eſto.
ad concluſionem, nego conſequens.

Cùm iſtis vtimur formis, *tranſeat, eſto*; In ſchola ſenſus iſte.
Propoſitio falſa eſt: ſed etiamſi concedatur, nihil concludes.
Propoſitio ſiue ſit vera, ſiue falſa, ad tuam concluſionem eſt inutilis.

Qui reſpõdet { non modo concedere debet, quę manifeſtò vera, aut probabilia.
ſed etiam { ex dubiis / ex falſis } quæ nihil faciunt ad concluſionem.

Hinc nata formula reſpondendi per *tranſeat*.
Quam tamen nonnulli deteſtantur; ſed peruerſo conſilio.

Iam verò quoniam omnes.

17. *à conſequentium multitudine, deletu. Monitum. cum loco.*

Locus hic affinitatem habet cum 14. Quando multa conſequuntur vnum antecedens, ſi eorum vel vnum refellitur; tollitur antecedens. Itaque non oportet ſuſcipere omnia refellenda conſequentia, verum quod refutatu eſt facillimum, p. in hunc modum.

Si calliditas eſt virtus { cadit in virum bonum.
congruit rectæ rationi, &c.

Atqui non cadit in virum bonum: Ergo non eſt virtus.
Non neceſſe eſt docere omnia incommoda quæ rem ſequuntur: ſed vnum ſeligendum eſt.

In his autem rebus.

Duorum { contrariorum immediatorum vtrumuis poſitum, tollit alterum, vt morbus valetudinem.
ſublatum à ſubiecto idoneo, ponit alterum.

18. *à contrarijs immediatis.*

Pro exemplo proferuntur morbus, & valetudo, contendunt tamen medici inter morbum & valetudinem aliquid intercipi tanquam medium

Digitized by Google

cuiuſmodi videtur ſtatus recenter liberati à graui & diuturno morbo, ſed de exemplis non eſt litigandum.

Atque etiam argumentum.

19. *ab etymologia.* Cui conuenit notatio, conuenit nomen, & contrà.
Argumentum illud leuiuſculum. ¶

Iam cùm res aliæ.

20. *à diſparatis ſeu differentijs & diuiſis.* Diſparata vt { planta, lapis } { piſcis, auis } non poſſunt ſimul cohærere.

Illud etiam videndum.

21. *à πολυσημία.* Vnum è grammaticæ ſynonymis vt { gladius, culter } { non accidit alteri. non definit alterum. non diuiditur in alterũ.

22. *à coniugatione contrariorum.*

IN CAPVT IIII.

Proponantur { duo contraria *prædicata*, vt exempl. gr. { *benè merens.* *malè merens.* / duo contraria *ſubiecta* eorum prædicatorum vt { *amicus.* *inimicus:*

Hinc ſex terminorum iuga, coniugationeſque effici poſſunt, in hunc modum.



Sed quatuor tantum faciunt pugnam, conſtant ex terminis pugnantibus.



Non aduerſatur enim { neque bene mereri, amico. / neque male mereri, inimico.

Præterea

Præterea *coniugationes* ipſę,& propoſitiones poſſunt tantum quatuor oppo-
ni modis dum componuntur binæ.

Opponuntur
- Primò
  - A. B. amicus. bene meretur.
  - A. M. amicus. male meretur.
- Secundò
  - A. B. amicus
  - I. B. inimicus
  - } benè meretur
- tertiò
  - I. B.
  - I. M.
  - } nempe inimicus
    - benè meretur.
    - malè meretur.
- quartò
  - A. M. amicus
  - I. M. inimicus
  - } malè meretur.

Aliæ copulationes
- vel non ſubſiſtunt, vt
  - amicus eſt inimicus.
  - benè merens, & malè merens,
- vel non opponuntur, vt
  - amicus benè meretur.
  - inimicus malè meretur.

Si altera ex oppoſitis contrariorum copulationibus expetenda eſt, altera eſt fugienda, ſi altera conuenit, altera non conuenit.

Iam ſi quid accidenti.

Si cõtrariorum quæ miſceri nequeunt vnum adeſt, vt liberalitas; aberit reliquum, vel reliqua: vt profuſio & auaritia. 23. *A contrariis ſimpliciter.*

Qua parte, & quatenus vnum cõtrariorum adeſt, alterum deeſt.

Aut tale quid.

Errat
- non modo qui contraria diſertè tribuit eidem rei.
- verum etiam qui id aſſeuerat, quo poſito & aſſeuerato futurum eſt vt contraria quæ miſceri nequeunt, eidem rei ineſſe conuincantur. 24. *A contrariis conſequentibus.*

Vt ſi ponas rationale carere ſenſu;

Hinc futurum eſt vt homo
- ſentiat quia eſt animal.
- non ſentiat, quia eſt rationalis.

Rurſum ſi poſitum eſt Accidens.

Contraria verſantur in eodem ſubiecto
- in ferro calor, & frigus.
- in nobis ſanitas, morbus.

25. *A ſubiecto contrariorũ.*

Quod non eſt particeps vnius è contrariis, non eſt alterius capax.

Obiectio.

Nix inquis, non eſt nigroris particeps; Ergo regula fallax.

Digitized by Google

Respondeo primò materiam niuis, nigroris capacem esse.
Secundò hanc exceptionem alibi poni. n. *nisi alterum per naturam insit.*

Quoniam autem quatuor.

26. *A contradictione consequentis.*

Contradictione { consequentis posita, ponitur antecedentis contradictio;
Quicquid *est non animal*: est non homo,
antecedentis sublata, tollitur consequentis contradictio;

Si negas esse non hominem, negas esse non animal.
De qua re in libro de Interpretatione cap. de infinitis propositionibus.

In iis autem.

27. *A contrariorum consequutione.*

Cõtrariorum *consequentia* sunt *contraria*: seu debent { primò per se consequin & conuenire non per accidens.
2. conuenire & consequi qua parte illa sunt contraria, non qua similia.

Secùs facile erit prolapsus in errorem.

Ergo dist. axioma { quæ consequuntur ipsa ratione contrarietatis, C.
quæ consequuntur contraria, quatenus habent aliquid similitudinis. N. aut alio nomine.

Sanè { si virtus expetenda est, vitium fugiendum.
si leuitas sursum, tendit, grauitas deorsum.
si candor dissipat, atror congregat aspectum.

At { non si prodigalitas vitiosa: ideò auaritia laudabilis.
non si incongruitas turpissimum vitium: idcirco congruitas maxima est orationis virtus.

Nam prodigalitas est turpis, qua parte auaritiæ similis, incongruitas similis;
Solœcismus non est turpissimum per se vitium orationis, sed quia vitium id multa alia vitia comitari solent: porrò non quæcunque vitia iudicantur turpia, ea maiora: de qua re alibi.

Quod item in priuantibus, & relatis.

28. *A consecutione in priuantibus, & in relatis.*

Priuantium consequentia sunt priuantia, si visus est sensus, cæcitas est insensibilitas.
Correlatorum consequentia sunt correlata,
Si pater est caussa efficiens: filius est effectus.

A coniugatis, & casibus.

29 *A coniugatis.*

Coniugatorum consequentia & ipsa coniugata candor est color: candidum est coloratum.
Sed accipienda quæ per se & essentialiter consequantur.

30. *A consequutione contrariorum & coniugatorũ.*

Non semper licet argumentari, à concreto ad abstractum, candidum est dulce, nec propterea candor est dulcedo.

Non solùm autem.

Contrariorum coniugata sunt contraria, quæ sibi casu respondens si vide-

Digitized by Google

licet ſumantur, quæ per ſe conueniunt illi,& quatenus ſunt contraria.
Si iuſtitia eſt ſcientia, iniuſtitia eſt ignoratio: iniuſtè, eſt ignoranter, &c.
Si iuſtitia non eſt ſcientia; iniuſtitia non eſt ignoratio.

Non tutum argumentari { affirmando à concreto ad abſtractum. / negando ab abſtracto ad concretum.

Præterea ab ortu.

31. *A generatione & corruptione.*

Cuiuſcũ { eſt { ortus bonus / interitus malus } ea bona eſt, vt lex, iuſtitia.
Cuiuſcũ { eſt { ortus malus / interitus bonus } ea mala, vt iniuſtitia, tyrannis.

IN CAPVT V.

Proximus autem.

32. *A ſimili, ſeu analogia.*

Similium [qua parte ſimilia ſunt] ſimile iudicium eſto.
Si videre eſt pati, audire etiam eſt pati.

Conſiderandum eſt etiam.

33. *Ab vno & pluribus ſimilibus.*

Quod vni neceſſariò vel eſſentialiter conuenit, vt iuſtitiæ, eſſe voluntatem non ſcientiam:
Conuenit eodem modo cęteris ſimilibus. p. fortitudini, &c. Si videlicet conuenit vni, qua parte hoc ſimile eſt.

Sumantur etiam à maiori.

34. *A magis & minus.*

Quod magis eſt, magis etiam ineſt: vt lumen hodiernum magis extenſum quàm heſternum aërem illuſtriorem & luminoſiorem facit.

Alter locus.

Cõparationes minorũ, maiorum, & pariũ.

Sequuntur alii loci à comparatione, qui multiplices.
Si quid cadit in id cui videtur minus conuenire, & in illud etiam cadit, cui magis videtur conuenire.

Ferre centum pondo videtur { magis conuenire baiulo valido. / minus conuenire infirmiori, & tamen infirmior poteſt ferre centum pondo. Ergo.

35. *A comparatione vnius cum duobus.*

Si quid non ineſt vni magis cui videtur ineſſe, non conueniet alteri cui videtur minus conuire.
Robuſtior, non poteſt ferre: Ergo neque imbecilior.

Tertius eſt cum duæ res.

Ariſtoteles { comparauit vnum attributum cum dobus ſubiectis. / comparat hîc duo attributa, cum vno ſubiecto. / comparabit duo attributa cum duobus ſubiectis.

Digitized by Google

Si quod magis videtur ineſſe non ineſt tamen, neque inerit quod minus videtur conuenire.

36. *A comparatione duorũ cum vno ſubiecto.*

Si quod minus videbatur ineſſe ineſt tamen, inerit etiam quod magis ineſſe videtur. Milo potuit humeris geſtare taurum. Ergo potuit & vitulum. Non poteſt vitulum ferre. Ergo neque taurum.

Extremus locus.

37. *A comparatione duorũ rum duobus.*

Cum duarum propoſitionum diuerſis terminis conſtantium vna eſt veriſſimilior;

Tum { ſi probatur minus veriſſimilis, & altera probanda.
Tum { ſi probabilior conuincitur falſitatis, & altera etiam credenda eſt falſa.

Probabilius eſt virum poſſe ferre centum quinquaginta pondo, quam decemnem puerum centum pondo.

Sequitur Locus.

38. *A paribus.*

Parium par ratio { ſiue vnum attributum, cum duobus ſubiectis conferatur
ſiue duo attributa, cum ſubiecto vno.
ſiue duo attributa cum duobus ſubiectis.

Vt duo æqualia pondera ferenda cum duobus baiulis æquè robuſtis.

Alius locus ſequitur.

39. *ab adiectione.*

Si quid adiectum vni facit per naturam facereue ſolet iſtud tale: neceſſe eſt dum adiicitur fieri tale.

Nunquam hoc ſolet adeſſe febri, quin reddat acrem.

At qui eſt adeſt: Ergo febris eſt acris.

Præterea.

40. *A maiori appoſitione.*

Si quid appoſitum adiectumue alteri eſt rei facit facereue ſolet eam magis talem, ipſa etiam eſt magis talis, quando illud appoſituin eſt: eoque magis talis, quo plus illius appoſitum.

Contumelia inimicitias facere ſolet acriores: ad inimicitias accedit contumelia.

Iam verò.

41. *A comparatiuo, ſuperlatiuo, poſitiuo.*

Quidquid dicitur tale cum aduerbiis { magis, minus, maximè } dici poteſt tale abſolutè.

Quicquid dicitur per gradum comparatiuum, ſuperlatiuum, dicitur etiam per poſitiuum: quidquid ſimilius aut ſimillimum id ſimile, quidquid maximè nigrum, magis nigrum, minus nigrum, minime nigrum, id etiam nigrum eſt.

42. *A dicto ſecundũ quid, ad dictũ ſimpliciter.*

Eodemque modo.

Quicquid tale cum adiectione loci, temporis, alteriuſue circunſtãtiæ, videtur etiam

Digitized by Google

etiam dici posse tale simpliciter & detracta conditione.
Sapis Lutetiæ: Ergo sapis. Bonus es hodie: Ergo bonus es.
Sed hic locus probabilem suppeditat coniecturam, non necessarium argumentum: Non si nympha est nuda genu, ideo est nuda.

APPENDIX

DE LOCIS MAIORVM, MINORVM.

Ferre ponido
- 100
  - Aristoteli *minus*: id est minus probabile.
  - Ciceroni *maius*. i. verè difficilius.
- 50.
  - Aristoteli *maius*. id est magis probabile.
  - Ciceroni *minus*. i. minus difficile & arduum.

Ideò
- apud Aristotelem
  - affirmato minori ---- affirmetur maius.
  - negato maiori ---- negetur minus.
- apud Ciceronem
  - affirmato maiori ---- affirmetur minus.
  - negato minori ---- negetur maius.

FINIS.

Digitized by Google

IN

Loci comparationis.

LIBRVM TERTIVM.

PRÆFATIVNCVLA.

DEfinitio apud Aristotelem maximèque *formalis*, non dicitur secundum magis & minus.

Genus item non capit intensionem, & remissionem, quatenus genus.

Proprium rarò dicitur secundum hos comparationis gradus.

Accidentis Ergo est conuenire *magis & minus.*

Ideo exponendi { non modo loci, quibus doceatur inesse vel non inesse. verum etiam loci, quibus probetur inesse magis, aut minus.

Cum autem contentiones istæ & collationes in omni fere qualitatum, affectionum & accidentium genere institui possint:

Aristoteles tamen non proponit sibi generatim accidens particeps intensionis, & remissionis pro argumento in quo explicet artem deprehendendi intensionem & remissionem.

Sed voluit seligere materiam quandam illustrissimam, celeberrimam.

Porrò contentio, & comparatio nulla vtilior, nulla celebrior, quàm quæ instituitur de præstantia boni.

Præterea cæteræ comparationes aliquomodo huc reuocantur.

Loci præstantia.

Quod enim capit magis, id præstantius in suo genere.

Propterea exponuntur hoc in libro loci quibus vnum melius altero doceatur, & magis expetendum: in qua materia qui exercitatus erit, non difficulter iudicabit de generibus aliis.

Obiectio.

Bonum numeratur inter proprietates entis: Ergo non est electum aptè tanquam exemplum accidentis.

Resp. { quòd res sit bona per essentiam, id videri proprietatem entis. quòd sit bona & apta ad certos fines, alteri rei commensurata, id ferè videri accidentarium.

Adde quod accidens synonymum probatur & improbatur eodem ferè modo quo analogicum.

Digitized by Google

In eundem Librum.

De locor ũ proponendorum vſu.

Locis proponendis ne vtaris fruſtra, monet Ariſtoteles eruenda eſſe inde argumenta { cùm præſtantia rei non eſt valdè perſpicua. / non quando illuſtris, certa, explorata.

Ac diuturniora.

1. A diuturnitate.

Durabiliora } meliora cęteris paribus, ſaltem ſecundum quid, minus durabilibus, minus diuturnis.
Diuturniora }

Et quæ prudentes.

2. Ab auctoritate.

Quod vir prudens, ac peritus rei iudicat melius, id melius.
In delectu rei .p. viæ, olei, panis, &c. ſeruandum eſt iudicium peritiorum.

Quæ omnino.

3. A diſciplinis ſeu à genere & origine.

Quæ oriuntur à præſtantiori arte, & cauſſa, ea præſtantiora.
Tamen { vt ſui cuique liberi videntur iucundiſſimi, chariſſimi, præſtantiſſimi. / ita ferè plurimum amamus fœtus ingenii, noſtræ induſtriæ. p. noſtra poëmata.

Deinde anteponenda

4. Ab eo quod per ſe.

Quod *per ſe, & viſua* tale eſt, ac bonum; id melius, eo quod per *participationem* tantum, & per aliud tale eſt, ac bonum.
Itaque Platoni idea præſtantior, quam idos; honeſtas cogitationum & voluntatis præſtantior, quam verecundia quę per voluntatem tantum.
Sed quo ſenſu iuſtitia dicitur præſtabilior iuſto? Reſp. primò apud Platonem
1. ideam eſſe præſtantiorem, quàm idos.
2. iuſtitiam voluntatis excellentiorem eſſe actionibus externis, quæ inde iuſtę appellantur.
3. { hominem quidé ſuapte natura eſſe aliquid præſtabilius quam ſit iuſtitia. / ſi tamen ſpectetur homo tanquam ſubiectum & receptaculum iuſtitiæ, ſeu quatenus eſt iuſtificabilis, eo ſenſu iuſtitiam eſſe præſtantiorem.

Anteponuntur etiam.

5. A bono quod propter ſe.

Quod *propter ſe* expetitur, vt ſanitas, optabilius quàm quod *propter aliud*, maximéque ſi propter illud, vt pharmacum.

Et quæ propter ſe.

6. A per ſe & per accidens

Quod *propter ſe* expetitur, vt incolumitas noſtra, optabilius quàm quod *propter accidens* tantum, vt quam fuga hoſtium.

Ex quibus per ſe.

7. A cauſſa per ſe bona.

Eſt { *melius* quod *per ſe* prodeſt: vt chirurgi opera. / *deterius* quod *per accidens*, & fortuitò: vt Peliashaſta.

Eodem modo de contrariis.

8. A mali cauſſa per accidens.

Eſt { potius, quod per accidens cauſſa eſt mali, vt inuidiæ virtus. / deterius, quod per ſe cauſſa eſt mali, vt peruerſũ iudiciũ inuidi hominis.

Digitized by Google

Et quæ omnino bona ſunt.

9. *A ſimpliciter bono.* Bonum ſimpliciter, vt ſanitas, anteponendum eſt bono ſecundum quid, p. venæ ſectioni.

Eſt innata, atque inſita.

10. *A natura bono.* Præſtantiora bona { *interna*, quam externa. / *naturalia*, quam acquiſita. p. naturalis bonitas memoriæ, quam artificioſa: ſed memento regulis omnibus fere apponendum *cæteris paribus*.

Et quæ in re meliori

11. *A ſubiecto.* Potior affectio, quæ in præſtantiori ſede & ſubiecto; vt ſcientia, quàm temperantia; virtus Dei, quam virtus hominis.

Quæ proprtia ſunt melioris.

12. *A proprio melioris.* Proprietas rei melioris, melior proprietate deterioris.

quæ in melioribus.

13. *A nobiliori ſubiecto.* Quod in ſubiecto nobiliori ſitum, id præſtantius eſt eo quod in deteriore, iuſtitia quæ in voluntate præſtat fortitudini quæ in appetitu irascenti.

Fines iis quæ ad finem.

14. *A fine.* Finis præſtat mediis. p. pax, victoriæ: vſus inſtrumento.
Conſule in Moralibus huius loci explicationem.

Ex duobus.

15. *A finis vicinitate.* Mediorum ſubordinatorum quæ viciniora ſunt fini, potiora ſunt remotioribus, de qua re in Ethicis: vt ars militaris equeſtri, equeſtris frenefactoria.

Quæ ad vitæ finem.

16. *A fine vitæ, præſtantioque.* Præſtantiora { quæ referuntur pertinentque proximè ad finem vitæ, id eſt ad fœlicitatem. / omnino quæ referuntur ad præſtantiorem finem, iis quæ referuntur alio, vt politica ſaltandi arte.

Quę fieri poſſunt.

17. *A poſſibili.* Poſſibile impoſſibili anteponendum, facile difficili.

Impoſſibile { tum quod nullo modo eſt / tùm quod parum eſt } poſſibile.

E duobus efficientibus.

18. *Ab opificis nobiliori fine.* Ex effectricibus cauſſis, præſtantior ea, cui proponitur præſtantior finis: ars medica præſtantior ſaltandi arte.

Ex efficientibus.

19. *A proportione finis, & efficientis.* Quando finis, vt beatitudo, pluribus partibus ſuperat alterum finem. p. valetudinem, quam hic finis ſuperet ſuam cauſſam efficientem, vt ſalubria; ille finis præcellentior eſt.

Digitized by Google

Iamque per se.

20. *à maiori decore.*

Quod decentius pulchriusque, id melius, vt virtus quàm voluptas.

Iam si duo.

21. *à consequẽti bono.*

Præstat quod habet consequens præstantius, siue vndè maius oritur bonum, vt virtus quã voluptas; curatio quæ magis ægrum leuat quam quæ minus.

Quod si mala.

22. *à consequẽti malo.*

Præferendum illud vndè minima mala oriuntur.

Plura bona paucioribus.

23. *à numero bonorum.*

Plura bona, vt virtus, & robur corporis anteponenda sunt paucioribus; si videlicet coniungi possint.]

Aliquando malum, vt exilium, videtur optabilius bono .p. habitationè in patria, non tamen per se, sed per accidens, tale est nempè, quia coniungitur cum re aliqua præstantissima .p. cum secunda aliqua fortuna.

.p. si quis exulet Lutetiæ, secundaque illic fortuna perfruatur.

Nota illa vox Themistoclis in exilio, *perieramus nisi peryssemus.*

Eadem cum voluptate.

24. *à voluptate.*

Bonum vt remedium; si coniungitur cum voluptate, optabilius est, quam solum.

Et eadem ipsa.

25. *ab indolẽtia.*

Optabilius aliquid coniunctum cum indolentia, quam cum dolore .n. cæteris paribus. Etenim æger laborat periculosiùs, cùm non dolet.

In quo etiam quidque.

26. *ab opportunitate.*

Bonum eo tempore maximè est optandum quo *viget* valetque maximè, maximeque est vsui, vt ligna hyeme, arces in bello, robur in iuuentute, prudentia in sene.

De loco etiam idem iudicari debet.

Preferenda vina falerna, ebur indicum, Thus Sabæum, &c.

Vtiliores insulanis naues procul à mari habitantibus.

Quæ per omne tempus.

27. *à toto tempore.*

Optabilius { quod semper / quod sæpius } prodest, quam quod non semper, quod non ita sæpè, nec ita diu, ideo præstat fortitudini iustititia, iustitiæ, ciuium amor.

Quæque seipsis.

28. *à sufficienti bono.*

E duobus præstantius illud, quod non indiget alterius ope: cum alterum ipsius egeat. Iustitia melior fortitudine [bellica].

Comparatio etiam ex interitu.

29. *ab ortu, interitu, sumptione, ablatione.*

Cuius rei { genesis / acceptio } est { optabilior, ea melior est. / peior, ea peior est.

Digitized by Google

interitus } est { optabilior, ea peior est.
abiectio } est { peior, ea melior est.

Porro respondet proportione & virtute { acceptio ortui. / abiectio interitui.

Acquisitio. Cuius rei acceptio est { vtilis, ea bona est. / pernicioſa, ea mala est. / vtilior, ea melior est. / peior, ea deterior. [·]

Amissio. Quando abijcere aliquid aut amittere { malum est, illud bonum est. / vtile, illud malum est.

30. *à vicinitate boni.*

Alius locus à vicinitate boni.

Quod accedit propius ad bonum, illud est melius. §
Inducię bello meliores, quia propius accedunt ad pacem.

31. *à maiori similitudine cum bono.*

Quodque ad bonum.

Quod bono est similius, id melius, vt *bonum nomen*, quam voluptas, quia similius virtuti.

32. *à similitudine cum meliori.*

Quæ meliori similiora.

Præstantius quod similius meliori, quatenus est melius.
Itaque si Achilles fingitur Nestore præstantior, Aiax Vlissi anteponendus venit, quia similior hic Nestori, ille Achilli.
Idem eodem potest esse melius & deterius, sed alio atque alio nomine .p. scientia virtute.

33. *à comparatione cũ meliori, & deteriori.*

Rursum à duobus.

Melius est quod simile meliori, & bono, quàm quod deteriori & malo.

Quæ magis insignia.

34. *à nobilitate.* Insigniora & nobiliora anteponenda sunt minus illustribus; Satius est viuere in luce, oculisque hominum, quàm latere.

35. *à difficultate.*

Et laboriosa.

Pulchra difficilia, veteri prouerbio, pulchriora difficiliora.
Sed difficultas ex re æstimanda est potius quàm ex nobis; philosophari facilius homini, quam volare.
Ergo fallax hic locus.

Et propria communibus.

36. *à proprio & communicatione.* Quæ solius hominis sunt propria, anteponenda sunt rebus quæ cum beluis sunt nobis communes:
vt voluptas ex auditu voluptati ex tactu.
Propria bona, meliora communibus.

Digitized by Google

Quæ moleſtiarum minùs habent.

37. à cõmunicatione cum malis.

Præferenda { quæ minus cum malis coniunguntur.
quæ cum paucioribus malis, moleſtijs .p. vita tranquillior, blandior.

Quæ alijs præſtantiora.

38. à comparatiuo & ſuperlatiuo.

Quando { genus aliquod / ſpecieſue aliqua } alteri præſtat, vt plantæ animal, aſino equus;

Tum quod præſtantiſſimum eſt in præſtantiori genere, ſpecieue, præferendum eſt præſtantiſſimo in deteriori .p. optimus equus optimo aſino, optimus Imperaor optimo militi.

Comparanda { ſumma cum ſummis / media cum medijs / infima cum infimis } ſi conferuntur quæ diuerſæ ſpecici.

Etſi res præſtantiſſimæ.

39. à ſuperlatiuo & comparatiuo.

Si quod *præſtantiſſimũ* eſt in vno genere, melius eſt eo quod *optimum* eſt in altero, genus etiam illud hoc genere præſtabilius erit.

Præſtat { optimus agricola, optimo pictori. / Ergo agricola pictori. ¶

Locus hic factus à ſuperiori per inuerſionem.

Quæque cum amicis.

40. à participatione.

Ea quorum fructus pertinet etiam ad amicos noſtros, vt ars, diuitiæ, virtus, &c. optabiliora ſunt (eo nomine) rebus alijs noſtris, quæ cum amicis cõmunicari nequeunt: p. venuſtate corporis.

Quæ in amicos.

41. à bono amicorum.

Quod amico præſtare malumus, melius, quam quod alteri, vt verè bene facere, quàm videri tantum bene facere.

Neceſſaria.

42. ex abundãtia & neceſſitate.

Satius eſt abundare & opulentum eſſe, quàm neceſſaria tantum poſſidere.
Bonum quô melius, eo amabilius.

Sed { aliud velle, & amare. / aliud eligere.

Non ſemper { quæ meliora, ea eligibiliora / quæ eligibiliora, ea meliora } De quare alibi.

Neceſſaria enim potius eligenda ſunt, quam non neceſſaria.
Satius eſt & eligibilius patrem egenum alere, quam in ſolitudine rerum diuinarum meditationi vacare.

Digitized by Google

Eligũtur tantum ea quæ fieri possunt, ideo priùs necessaria eliguntur, quam cætera, quoniam hæc absq; illis haberi nequeunt.

Medium quo remotius à fine, eo minus bonum, & potius vsurpandum, eligendumque.

Concludit Aristoteles necessaria eligibiliora esse, non tamen necessario meliora.

Puero est eligibilius dare operam grammaticæ, & pingendis literis, quam Philosophiæ.

43. *à commodiore.*

Quæ ab alio.

Melius quod non potest ab alio suppleri, quàm quod potest. Melior iustitia, fortitudine, amicitia, iustitiâ. Si forent omnes iusti, non desideraretur fortitudo [militaris,] Si forent omnes fortes, nihilominus iustitia desideraretur, &c.

44. *ab eo quod eligitur solum.*

Quæ sine alijs.

Quod solum, seiunctumque à rebus alijs expetendum est, præstat ijs rebus, quæ non expetuntur nisi coniunctę cum alijs: Melior prudentia, quam robur corporis.

Nam { hoc non prodest nisi coniungatur cum prudentia. / prudentia sine robore prodesse potest.

45. *a dissimulatione.*

E duobus si vnum.

Si negamus & dissimulamus vnum, per ambitionem, & cupiditatem gloriæ, .p industriam & laborem, vt alterum nobis inesse videatur .p. ingenium, memoria, hoc illo præstabilius.

46. *à dolore & absentia.*

Quorum bonorum.

Præstat illud cuius amissionem dolemus iustius, aut itavt minus simus obnoxij reprehensioni. Ideo præstat pecuniæ amicus, seruus iumento: minus enim vituperatur qui prosequitur lacrymis amici funus quam qui amissam pecuniam luget.

47. *à maiori increpatione.*

Quorum.

Quo grauius incusandus, qui non fert ægrè amissionem rei alicuius. p. principis, parentis, amici honoris, &c. eo illa censetur melior.

48. *à possessione virtutis propria.*

quæ in eodem genere.

Quod virtutem sui generis specieiue assecutum est, præstabilius eo quod illa caret, vt fortis equus ignauo.

49. *à maiori virtute.*

Ex ijs in quibus inest.

Quod maiorem sui generis virtutem assecutum est, præstat: vt pernicior equus, minus pernici.

50. *ab effectis maioribus.*

Ex ijs quæ efficiunt

Meliora quæ res meliores faciunt, vt sapientia, quàm modestia.
Meliora, quæ perficiunt meliorem partem, vt virtus quàm pulchritudo.

Quæ

Digitized by Google

quæ bonum.

51. *ab efficiẽti.*

Quod facit bonum, præſtantius non efficiente, vt virtus diuitijs.

Ex caſibus, &c.

52. *à caſu. vſu. opera.*

¶ Cuius rei { caſus / vſus / actio } præſtat, ea præſtantior, & contrà.

Caſus nomine hic intelliguntur modi aduerbiales, vt *iuſtè*, fortiter.
Reliqua nomina intellectu ſunt facilia.
Præſtat iuſtitia fortitudini, quia ſatius eſt iuſtè, quam fortiter facere.
Præſtant fruges ſtatuæ, quia illarum melior eſt vſus.

Si quo bono.

53. *à meliori, deteriorique.*

Quando duo bona { vt charitas / vt modeſtia } cum tertio collata .p. cum iuſtitia, ita affecta deprehenduntur vt vnum .p. charitas ſuperet illud tertium, alterum .p. modeſtia ſuperetur à tertio: Tum optabilius eſt, quod ſuperat.

Quod melius meliori, id melius deteriori.
Melior charitas quàm iuſtitia: hæc quàm modeſtia: Ergo charitas melior quam modeſtia: quod eſt maiori maius, id minori maius.

Quin etiam.

54. *à maiori ad ceſſum.*

Cùm duo bona, vt { virtus / ſanitas } tertium .p. voluptatem excedunt, præſtabilius quod magis ſuperat.

quorum præſtantia.

55. *à redundantia.*

Quibus rebus ſatius abundare, illæ meliores, vt amici, quàm diuitiæ.

quæ ipſum ſibi quiſque.

56. *à cauſſa optabiliori.*

Si vnius rei vt amici comparandi, ſeruandi, cuius malumus nos eſſe cauſſam, quam alios, ea præſtantijs rebus, quarum alios malumus nobis auctores eſſe: p. pecunijs quas per ſeruos nobis comparari malumus.

Ex adiunctione.

57. *ab appoſitione.*

Quod alteri rei additum melius afficit totum, id melius eſt ſaltem ſecundum quid, eo quod facit totum minus bonum.
Melius autem fortè, non ſimpliciter, ſed ſaltem ſecundum quid, & eo in rei genere.
Nam ſerra, aut lima addita fabrili arti, eam facit meliorem, quàm aratrum additum.
Aratrum tamen ſimpliciter eſt melius, quanquam minus congruens fabrili arti.

Rurſus ſi quid.

58. *à comparatione appoſitionis.*

Si duo bona proponantur, ſitque alterum maius, vt nobilitas, alterum minus, vt diuitiæ:

Digitized by Google

Adiungaturque { aliquid minori, vt doctrina / aliquid maiori, vt pulchritudo } itavt quod minus erat per additionẽ fiat maius, velęquale: tũ quod minori additũ eſt præſtabilius eſt.

59. *ab ablatione*

Quod etiam.

Præſtabilius id, vt virtus, quo ablato totum reſtat minus, ac deterius, quàm ſi alterum à moueretur. p. quam diuitiæ.

Ergo virtus maior præſtabiliorq; eſt diuitijs: quia homo qui diues, & probus virtute adempta deterior euadit, quàm diuitiarum facta iactura.

60. *à gloria.*

Quæque propter ſe.

Eſt melius quod propter ſe expetendum, vt ſanitas.

Deterius, quod propter *gloriam* tantùm, vt pulchritudo.

61. *à bono per ſe & gloria.*

Queque etiam propter ſe.

Quod { & propter ſe commodum / & propter gloriam expetendum } vt domus commoda & ſplendida, præſtabilius eſt eo quod expetitur tantum altero nomine.

62. *à maiori honore.*

Ea autem.

Honorabiliora præſtantiora. de honorabili, 1. Ethic.

Diuiſio.

63. *à diuiſione boni.*

Tria ſtatuuntur bonorum genera, *honeſtum, iucundum, vtile.* ¶

Quod pluribus vel maioribus nominibus bonum, id melius.

Quod eſt { tum honeſtum / tum vtile / tum iucundum } præſtat { ſoli honeſtati. / ſoli vtilitati. / ſoli iucunditati.

Præſtat etiam honeſtati cum iucunditate, vtilitatique cum honeſtate.

64. *à maiori participatione eiuſdem generis.*

Quod ſi.

Præſtat inter bona { honeſta, quod honeſtius / vtilia, quod vtilius / iucunda, quod iucundius } &c.

Quando res duæ referuntur { ad idem bonorum genus, è tribus propoſitis. / vel ad eadem bonorum genera:

Tum præſtantior ea eſt, cui maior ratio ineſt vel boni vel bonorum;

.n. { honeſtatis. / iucunditatis. / vtilitatis. } (..)

Pertinent ex. gr. { inſtrumenta ad vtilitatem. / ludi ad iucunditatem. / virtutes ad honeſtatem.

Præſtat Ergo { inter inſtrumenta, quod vtilius. / è ludis, qui iucundior. / è virtutibus, quæ honeſtior. } ¶

Digitized by Google

Quæ melioris rei.

65. *à fine & effectu.*

Meliora quæ meliorem ad effectum referuntur.

Eadem est ratio.

66. *à fugiendo & impedimento.*

Quod impedit melius, id deterius: vt morbus, quàm deformitas, vitium quam morbus.

Ex eo etiam.

67. *à collatione fugæ, & electionis.*

Quod est { partim expetendum / partim fugiendum } vt præfecturam gerere in ciuitate tempore seditionum, deterius quam quod tantum expetendum est. p. quam diligens rerum suarum administratione.

Ac comparationes.

Conclusio est sermonis superioris, vtiles sunt superiores loci non modo, vt doceas *rem esse meliorem*, verumetiam vt esse bonam.

Sequuntur loci quidam generales.

Sumendi autem.

Loci generales.

1. *à natura.*

Ad problema generale cõparationis. n. { A / E } valent septem loci, qui sequuntur.

Quod *natura* tale est, & ipsum magis tale, quàm quod non est per naturam.

Ex duobus.

2. *à caussa efficiente.*

Præstantius est { quod efficit quàm quod non. / quod magis quam quod minus. / quod semper facit, quam quod *aliquando* tantum. }

Etsi ex duobus.

3. *à comparatione cum tertio.*

Quod est mãiori maius, & minori est maius.

Præstantior Cæsar quam Scipio: Scipio quam Hannibal: Ergo Cæsar quàm Hannibal.

Ex coniunctione.

4. *ab oppositione.*

Quod additum & adiunctum facit rem præstantiorem, quam efficiat aliud si addatur, apponatur, habeatur, id præstantius: locus 57.

Iam ex detractione.

5. *à remotione.*

Id quo detracto res deterior euadit quàm euaderet si detraheretur aliud, præstabilius est. Consulendus locus 59. suprà positus.

Quę mixta.

6. *ab impermixtione.*

Quod minus est particeps contrarij, magis est tale, quam quod magis particeps: quod minus frigidum, id calidius.

Vt si.

7. *à definitione.*

Quod est magis particeps definitionis, magis tale est.

Digitized by Google

Ergo { candidiora quæ magis aſpectum diſſipant.
vtiliora quæ ad finem conducibiliora.
&c. §

Loci particulares.

Quod ſi quęſtio generalis.

Sequuntur loci magis idonei ad problema particulare accidentis & comparationis.

1. *ab oppoſitis, coniugatis, caſibus.* Primus ducitur { ab oppoſitis / à coniugatis / à caſibus } axiomata ſuprà poſita ſunt.

Quod idem.

2. *à corruptiue.* Si quod corrumpit, quatenus corrumpit eſt in bonis, aliquid etiam eius quod corrumpitur, aut expellitur, eſt in malis.
Laudatur qui amouit expulitque aliquem: Ergo hic malus erat.

Ex maiore & minore.

3. *à maiori. minori. pari.* Axiomata comparationum ſuprà poſita ſunt. §
Argumentamur { à maiori negatiuè. / à minori affirmatiuè. / à pari affirmatiuè, & negatiuè.
Non eſt melius quod probabilius erat eſſe melius.
Ergo non erit quod minus probabile eſt melius eſſe.
Melius eſt hoc, quod tamen minus probabile eſt melius eſſe. [·]
Ergo melius quod magis probabile eſt melius eſſe.

Ex fictione.

4. *ex hypotheſi.* Ex ſuppoſitione locus eſt, quando quod in vno poſtulatur, in alijs ſimilibus locum habet pari iure, atque ratione, quando aduerſarius conceſſit rerum propoſitarum parem eſſe rationem, vel auditor, qui vnum docuit omnia docuit.
Si anima Chriſti eſt immortalis, cæteræ etiam ſunt immortales cùm ſit par ratio.
Atqui anima Chriſti eſt immortalis: Ergo, &c.

Ac infinitæ.

5. *à natura indefinitis.* Infinitæ ſiue indefinitæ quæſtiones ſunt ſimiles particularibus: ideo ſi particularis vera, indefinita vera eſt, & contrà.

Definita autem quęſtione.

6. *à definiti diuiſione.* Definita quęſtio & propoſitio dicitur tribus modis;
nempè { primò particularis ſimpliciter, vt aliquis homo eſt animal. / ſecundò propoſitio, vt omnis homo ſentit: altera propoſitione, vt omne animal ſentit, minor, ſpecialior. / tertiò propoſitio cui ſignum ſingulare eſt adiunctum, vt ſolus homo currit.
Ariſtoteles eum refellendum dicit, qui de vno tantum affirmauit, quod de omnibus affirmari debet, aut poteſt.
Cum tamen in ſubalternis, quoties vera eſt generalis, vera etiam ſit particularis, vt ex. gr. hîc.

Digitized by Google

Omnishomo ſentit. aliquis homo ſentit.
Nullus homo eſt immortalis. Aliquis homo non eſt immortalis.
Nimirum quoniam in ſcientiis,& quando loquendum eſt accuratè de aliquo genere. p. de inuidia, de voluptate, de patientia: affirmandum eſt quicquid affirmari poteſt, negandum quicquid negari.
Non oportet exempli gratia proponere in hunc modum.
Aliqua inuidia eſt in malis.
Aliqua virtus eſt optabilis.
Adde quod qui affirmat tantum particulariter, videtur etiam tacitè negare particulariter, & contrà.
Qui exempli gratia proponit in hunc modum, Aliquis ex inuitatis non interfuit cœnæ: videtur etiam ſignificare aliquem ex iis interfuiſſe.
Expendendæ ſunt propoſitiones eo ſenſu, qui vulgo ipſis adſcribi ſolet.

In quo vtile erit.

7.
Ab inductione.

Vt omnia multaue ſingularia confirmant genus vniuerſum:
Ita ſingulare vnum alterum, per Socraticam inductionem.

Genera etiam.

8.
A diuiſione generis ſubiecti.

Generis ſubiecti diuiſio vtilis, vt doceamus aliquid ineſſe, aliquid non ineſſe, homo ſentit & bellua: ſentit non immortalis homo & bellua: Ergo non animal.

Poſtremo.

9.
A diuiſione accidentis & attributi.

Vt cognoſcamus vtrùm inſit, vel non inſit accidens. p. coloratum, vtile diuiſionem eius inſtituere.
Non eſt candidum non nigrum, &c. Ergo non eſt coloratum.

FINIS.

Digitized by Google

IN LIBRVM QVARTVM:

Loci ad genus & differentiam.

LOCI AD GENVS, ET DIFFERentiam.

IN CAPVT I.

Si igitur.

1. *Ab homogeneis. Seu à prædicatione de omni.*

QVicquid non prædicatur de omnibus, ſpeciebus, non eſt genus. Bonum exemp. g. vtile, aut morale, non eſt genus voluptatis: oportet igitur inſpicere cognata & homogenea.

Deinde.

2. *A prædicatione accidẽtaria.*

Quicquid non prædicatur *in quid*, non eſt genus.

Maximè verò.

3. *A definitione accidentis*

Illud quod poteſt *abeſſe*, & *adeſſe*, non eſt genus.

Iam etiam.

4. *A diuerſitate categoriæ.*

Quicquid non eſt eiuſdem Categoriæ cum re propoſita, non eſt illius genus numerus non eſt virtutis genus.

Sed Ariſtoteles infra videbitur excipere relationes.

Præterea videndum eſt.

5. *A participatione ſpeciei.*

Quicquid eſt ſpeciei particeps, ſeu in ſua definitione, inuoluit naturam ſpeciei, non eſt illius genus, p. iuſtitia virtutis.

6. *A proprietate ſpeciei.*

Illud etiam conſiderandum.

Quod non prædicatur de omnibus, de quibus ſpecies propoſita, non eſt illius genus.

Opinabile exempli gratia, non eſt ſpecies veri tanquam generis.

Multa opinabilia, vt chimæra, quæ non ſunt vera entia.

Præterea illud etiam conſiderandum.

7. *A ſpecierum excluſione.*

Quod neque eſt ſpecies generis, neq; cõtinetur ſub vlla ſpecie, non eſt generis particeps: voluptas exempli gratiâ non reuocatur ad motum, nam neque eſt ortus neque interitus, &c.

Præterea illud etiam.

8. *A maioris speciei ambitu.*

Quicquid minus latè quam alterum patet, vt animal quam viuens, non est illius genus.

Itemque illud.

9. *A specie æquali.*

Earum quæ æque latè patent, neutrum est species alterius : verum non est species nec genus entis.

Animaduertendum.

10. *A non differentibus specie.*

Si quid, vt candidus, ponitur tanquam genus alicuius. p. Galli, hominis; neque sit etiam genus eorum omnium quæ ab ipso specie non differunt. p. æthiopum, malè tanquam genus collocatum est. locus hic ad primum referendus.

IN CAPVT II.

Illud etiam.

11. *A diuerso genere.*

Vna species, vno proximo genere continetur.
Neque habet multa genera : nisi subordinetur.
Ergo cum iustitia contineatur sub virtute morali, scientia non est illius genus vnum, nomine vno non continetur in generibus diuersis.

Spectandum est.

12. *A prædicatione superioris generis.*

Quæ prolato genere superiora sunt in Categoria, debent prædicari in quid de specie, si res secus habet. i.
Si prædicari in quid nequeunt, quod prolatum est genus, male assignatum est; candidum ex. g. non est genus panis, quia coloratum de pane non prædicatur in quid.

Iam illud etiam.

13. *A speciei participatione.*

Quidquid in sua definitione includit alterius rei definitionem, vt virtus mediocritatis, non est illius genus, &c.
Genus in conceptu suo non includit inferiorum definitionem. Consulatur locus quintus.

Ei autem qui probauit.

14. *A prædicatione generis.*

Locus hic adhibetur ad confirmandum.
Quotiescunque aliquid vt color vni speciei conuenit. p. candori, si quid vt qualitas illo superius in eadem categoria de specie enunciatur in quid. p. color, & illud etiam prædicabitur in quid, eritque genus nisi reciprocetur, vt albedo.

Præterea in quibus.

15. *A prædicabilitate superiorum.*

De quo dicitur genus vt animal de homine, debent enuntiari quæ superiora genere, vt viuens, substantia.

Digitized by Google

Videndum.

16. *A prædicatione definitionis generis.* Cuius rei definitio. p. ſapientis non conuenit ſpeciei, p. homini, omnibusque indiuiduis, illa non eſt genus.

Illud etiam nunc.

17. *A differentia.* Quicquid eſt differentia rei alicuius, non eſt eiuſdem genus.

Illud etiam an differentia.

18. *A differentia ſubiecta.* Nullum genus prædicatur in quid de ſua differentia.
Nulla differentia generis eſt illius ſpecies.

Præterea illud.

19. *A genere ſubiecto ſpecies.* Genus non ſubiicitur ſpeciei. p. { per mixtio, temperiei. / contiguitas, continuationi.

Per mixtio eſt rerum quæ miſceri poſſunt *vnio*.
Temperies eſt moderata permixtio quatuor primarum qualitatum.
Continua { propriè, quæ communi termino indiuiſibili copulantur, vt lineę partes, manus & reliquum brachium. / impropriè quæ glutine alioue ſimili vinculo connectuntur, quæque tantum contigua ſunt.
Contigua generatim quęcumque ſe tangunt: propriè, quæ ſe ſe tangunt, ſine exquiſita continuatione.

Videndum etiam.

20. *A differẽtia angustiori.* Nulla differentia eſt anguſtior ſpecie quam conſtituit.

Etiam illud,

21. *A genere ſubiecto differentiæ.* Genus latius patet quàm differentia qua diuiditur, differentiæ non ſubiicitur.
Nunquam differentia diuidens prædicatur de toto diuiſo genere, vt de volucri bipes : etiam ſi forte pertineat ad aliud genus. p. ad terrenum animal.

Præterea illud etiam.

22. *A genere & differentia.* De quo nulla differentiarum genus diuidentium prædicatur, neque etiam dicitur genus; animus non eſt numerus, quia neque par, neque impar.

Iam vero.

23. *A ſpecie cõſequenti.* Nili ſpecies ſit antecedens, genus conſequens, male genus aſſignatum eſt.

Quod idem ſit.

24. *A ſpecie generue ſeparabili.* Quicquid vt motus poteſt à re abeſſe. p. ab anima non eſt illius genus: genus neceſſariò & inſeparabiliter conuenit.

IN

Digitized by Google

IN CAPVT III.

Atque etiam illud videndum eſt.

Quicquid, vt exceſſus, includit in ſua notione definitionem alicuius rei, quæ aduerſetur propoſitæ ſpecici. p. vitii, non eſt eius rei genus. p. virtutis. 25. *A contrario genere.*

Illud etiam.

Si quid conuenit ſpecici, vt animæ vita, quod conuenire nequeat aſſignato generi. p. numero & formis eius, male genus aſſignatum eſt. 26. *A communicatione ſpecies.*

Illud etiam videndum.

Quicquid non eſt ſynonymum, comparatione generis, non eſt illius ſpecies. Candor animi non eſt ſpecies coloris. 27. *Ab homonymia.*

Cumque omnino.

Quicquid non habet duas pluresue ſpecies, non eſt genus, vt tempus. 28. *A ſolitudine ſpecici.*

Illud etiam nunc quod.

Quod dicitur per metaphoram de aliquo, vt de mente oculus, non eſt illius genus. 29. *A Metaphora.*

Iam verò an aliquid.

Si propoſitæ ſpecici aliquid contrarium eſt, & tamen genus aſſignatur; 30. *A contrario ſpecies.*

Debet genus { vel illud continere tanquam ſpeciem, vt color atrorem. / vel habere oppoſitum genus, in quo contrarium illud contineatur: vt virtus vitium.

Contraria enim { vel in eodem genere proximo. / vel in contrariis generibus, vt iuſtitia in virtute: iniuſtitia in vitio.

quod ſi quid.

Si quid vt ſcientia profertur tanquam genus alicuius ſpeciei. p. virtutis cui aduerſetur aliquid. p. vitium: Debet hoc in illo contineri. p. vitium in ſcientia vel in eo quod aduerſatur generi propoſito. p. in inſcitia. 31. *A contrario ſpecie.*

Niſi res ita habet, malè genus aſſignatum eſt.

Præterea illud.

Si quid genere caret, vt { bonum / motus } quod illi aduerſatur, genere carere debet: 32. *A genere ei contrario.*

vt malum, quies.

Illud etiam.

Si *genera* contraria *medium* admittunt, & *ſpecies* etiam *contrariæ* medium admittere debent, & contrà. 33. *A medio.*

Digitized by Google

Inter iuſtitiam & iniuſtitiam intercipitur medium aliquid, quod neque iuſtum eſt, neque iniuſtum: Ergo inter virtutem & vitium interiicitur aliquid indifferens.

Sed locus Ariſtoteli videtur exceptionem pati, quia inter morbum & valetudinem nihil interiicitur medium : quanquam medici interiici putant.

34. *A mediis variæ ratiopis.*

Tum videndum vtrum.

Quale medium habet genus, tale ſpecies habere debet, & contrà.

Medium { vnum per negationem / alterum per participationem } extremorum, vt explicatum alibi.

35. *A medio contrariorũ eiuſdem generis.*

Porrò quando.

Genus contrario carens, vt color, continere debet & complecti { non modo illud quod aduerſatur propoſitæ ſpecici. p. atrorem. / verumetiam ſpecies medias. p. virorem, ruborem, &c.

Vitium continet prodigalitatem & auaritiam tanquam ſpecies, non tamen continet liberalitatem, quia aduerſatur vitio virtus.

Illud etiam.

36. *A contrarietate generis.*

Si genus *contrarietatis* eſt particeps : & ſpecies etiam particeps : non contrà.

Exceptioni videtur locus, quia { morbo aduerſatur ſanitas. / non videntur occurrere ſpeciales formæ ſanitatis, quæ aduerſentur ſpeciebus morbi.

Sed reſponde ſingulis morborum ſpeciebus, ſingulas opponi ſanitatis formas, quæ tamen nomine careant.

Ac ei quidem.

37. *A contrariis & mediis.*

A contrarietate { qui indicati loci, valent ad *refellendum*. / ad genus confirmandum, triplex locus.

Primus. In quo genere, altera ſpecierum contrariarum conſtituitur, in eodem & altera reponitur, niſi verſatur in contrario.

2. Vel genus extremorum, eſt medii genus, vel contrarium.

§. Quando contraria, vt iuſtitia, iniuſtitia, non ſubiiciuntur proximè vni eidemque generi : quod generi vnius aduerſatur, pro alterius habendum eſt genere.

Digitized by Google

IN CAPVT IIII.

38. A caſibus ꝛ coniugatis.

At vero.

Habet ſe { vt genus vnius coniugati ad ſuam ſpeciem. p. virtus ad iuſtitiam, / ita genus alterius ad ſuam. p. ex virtute agere ad iuſtè agere.

Locus hic valet { et ad refellendum / et ad confirmandum } vt & proximè ſequentes.

A ſimili.

39. A proportione.

In analogiis { ſi vnum genus vnius, & alterum erit genus alterius. / niſi vnum eſt, neque alterum erit.

Habet ſe { vt viſus ad ſenſum / ita Phyſica ad ſcientiam } Ergo { ſi viſus eſt ſpecies ſenſus. / Phyſica erit ſcientiæ ſpecies.

Niſi viſus eſt ſpecies ſenſus, Phyſica non erit ſcientiæ ſpecies.

Hoc etiam modo.

40. Aborta & interitu.

Habet ſe { vt geneſis ad geneſim, ortus ad ortum. / ita { interitus ad interitum. / oriri ad hanc, vel illam oriendi rationem, &c.

Ergo { ſi ædificatio eſt actio: ædificare eſt agere. / ſi interitus eſt diſſolutio: interire eſt diſſolui, taliſque interitus, talis diſſolutio.

Eadem eſt ratio.

42. Ab efficiente & effectu.

Habet ſe { vt efficiens cauſſa, ad ſuum genus / ita effectus ad ſuum genus } & contrà, ſi generare eſt componere, generari eſt componi.

Quod ſi priuatio.

Habet ſe { vt habitus ad habitum. p. viſus ad ſenſum. / ita priuatio ad priuationem. p. cæcitas ad inſenſibilitatem, & contrà.

Ab aientibus.

43. A priuantibus.

Habet ſe (ſecundùm quid) { vt affirmatio ad affirmationem. / ita negatio ad negationem, & contrà.

Digitized by Google

Si ſcientia eſt genus Phyſicæ, *non ſcientia* erit genus non Phyſicæ, ſed fallax locus ſi accipiatur omnino, non ſecundum quid tantùm.

Non ſi homo eſt animal: ideo omnis non homo eſt non animal omnino.

Quo ſi.

44. *A relatis.* Si ſpecies eſt in relatis, & genus eſſe debet, non tamen contra, de quare alibi in Categoriis cap. de qualitate.

præterea videndum.

45. *Ab unitate relationis & rationis.* Ad quod refertur ſpecies, vt viſus ad viſibile, & genus etiam referri debet. p. ſenſus.

Item illud.

46. *A relatione ſuperiorum generum.* Si ſpecies eſt in relatis, in relatis etiam { non modo proximum genus. / verum etiam ſuperiora collocari debent.

Eadem eſt ratio.

47. *A relatiuis pene ſimiles caſus.* Per quem caſum confertur genus cum correlato, per eundem & ſpecies. p. per genitiuum, per datiuum, &c.

Si ex. g. ſenſus dicitur rei ſenſibilis, ſenſus, & viſus etiam dicetur rei viſibilis ſenſus & viſus.

Rurſum illud.

48. *A ſimili reciprocatione.* Vt quo in caſu ſpecies, in eodem & genus reciprocatur; ita contrà.

Si genitor eſt geniti genitor, pater eſt filii pater.

Illud etiam videndum.

49. *A pari relationum numero.* Quot modis genus vt ſcientia comparatur, tot etiam ſpecies; vt Phyſiologia. p. cum ſubiecto, obiecto, fine, actione, &c.

Atque etiam illud.

50. *A ſpecie relatiua & oppoſita.* In quo caſu relatiua ſpecies collocatur, in eo & oppoſita collocatur: vt ſenſibile cum ſenſu.

Quoniam autem.

51. *A diuiſione relatorum.* Relata { aut inſunt *per ſe* correlato; vt ſcientia ſcienti animo. / aut inſunt per *accidens*, vt ſcientia de animo, rei ſcibili. / aut non inſunt, non ineſt pater filio.

Debet autem ſpecies eundem, è tribus propoſitis modis, ſibi vendicare quem ſibi vendicat genus.

IN CAPVT V.

Illud etiam.

51. *Ab actu & habitu.* Habet ſe { vt actus ad actum, p. viſio ad ſenſionem, / ita habitus, ad habitum. p. viſus ad ſenſum: & contrà.

Digitized by Google

Si ſpecies eſt habitus vt Phyſica, & genus etiam vt ſcientia debet eſſe habitus.

Ac in ijs quidem.

53. à conſequenti.

Quod rem ſequitur, [tanquam natura poſterius] vt dolor iram, non eſt illius genus.

Illud etiam.

54. à ſubiecto.

In quo ſubiecto reperitur ſpecies, in eodem & genus.
Verecundia igitur non eſt ſpecies metus, aut timoris.

Inuenitur { metus, ſi ſumitur propriè, tantum in appetitu ſenſitiuo. / verecundia etiam in voluntate.

Accipe autem tum ſubiectum *quod*, tum ſubiectum *quo*.

Illud etiam.

55. à ſecundum quid, & partem.

Quod participatur ſecundum quid tantum non omnino, & ſimpliciter, non eſt genus.
Ergo animal reuocari non debet ad aſpectabile tanquam ad genus, quia animal ſecundum quid tantum .n. ſecundum ſuperficiem, aſpectabile eſt.
Pars integrans conſimiliter non eſt genus.
Hæc enim de toto non affirmatur, genus contrà de ſpecie; homo non eſt caput.

Atque illud etiam.

56. à bono, malo, indifferenti.

Rei { vituperabilis, vituperandum / laudabilis, laudandum / indifferentis, indifferens } genus eſſe debet.

Ergo ſpecies vituperanda vel laudanda moraliter, malè definitur per poteſtatem, quæ contrariorum eſt & indifferens.

Male finitur { fur, qui poteſt furari; mendax qui poteſt mentiri, / ſophiſta qui poteſt decipere. / calumniator, qui poteſt ex amicis inimicos facere.

Iſti enim potius voluntate, quam facultate æſtimantur, potentiaque mendax qui *vult* mentiri.
Potentia & facultas quæ contrariorum, eſt indifferens.

Itemque videndum.

57. à bono per ſe.

Si ſpecies propter ſe expetitur, & genus etiam propter ſe expeti poteſt.

Aut an aliquid.

58. à generum multiplicitate.

Quod ambiguum & heterogeneum eſt, male reuocatur ad vnum tantum genus, vt fraudulentus, qui & voluntatem & facultatem habet.

Aut an aliquid.

59. à differentia.

Non debet poni neque genus pro differentia, neque differentia pro genere.
Stupor male definitur, magnitudo admirationis, cum ſit potius admiratio magna.

Digitized by Google

Errant potius.

60. *à subiecto affectionis.* Subiectum non est adferendum pro genere sui accidentis & affectionis. Iustitia non est voluntas, sed voluntatis, nisi voluntatem capis pro volendi habitu.

Quo etiam in errore.

61. *ab affectione subiecti.* Affectio, vt figura, non est genus sui subiecti.p. quantitatis.

Iam verò.

62. *à nulla specie.* Quicquid specie caret, non est genus, vt homo, aër. (*)

Illud etiam videndum.

63. *à transcendentí.* Quod dicitur in rebus omnibus, non est genus, vt *ens, res, aliquid, vnum, verum, bonum.*

Iam si in subiecta specie.

64. *à subiecto.* Nihil est genus sui subiecti, vt album niuis.

Atque illud etiam videndum.

65. *à synonymia* Genus & species debent esse synonyma, & vniuoca. De qua re alibi locuti sumus.

qui error nascetur.

66. *à transumptione contrariorum.* Cum occurrunt duę res contrariæ.p. duo contraria facinora; quæ contineantur sub diuersis generibus;

Tum referenda { deterior, ad deterius genus, vt dolor ad malum, &c.
præstantior ad prętantius, vt voluptas ad bonum.

Illud etiam videndum.

67. *à pari affectione ad duo.* Si quid vt animal, videtur indifferens, seuęque affectum ad duo genera.p. ad motum & quietem, erratur si reponitur potius in deteriori quam in præstantiori, is locus vsurpandus, quando iudicamus de alienis moribus.

Iam ex maiore.

68. *à magis & minus.* Si genus capit, & magis & minus, & species etiam capit, quare coloratum non est genus niuis.

Prętera.

69. *à maiori, pari.* Si quid videtur { magis / æquè } esse genus, & non est tamen, vt dolor iræ, neque illud erit quod videtur minus, vel æquè tantum, vt *opinio.* Consimiliter iudica de specie.

70. *à definitione generis.*

Illud etiam.

Quicquid dicitur de pluribus speciebus in quid, est genus, & contrà.

Digitized by Googl

Quoniam autem.

Distinctio generis & differentiæ.

Differentia { est aliquid valdè affine generi. / distinguitur tamen à genere :

Primò quia genus complectitur plura.

Secundò quia, vt concedatur differentia prædicari in quid, genus tamen aptius respondetur ad quæstionem quid est.

Tertiò quoniam differentia est qualitas generis, non contrà.

Quoniam autem videtur.

71. à coniugatis.

Habet se { vt concretum ad concretum / ita abstractum ad abstractum } & contrà, de quo axiomate alibi.

Ergo si musicus est scientis species : musica etiam est scientiæ species.

Postremo quod.

72. à consequentibus.

Quod alicui semper est consequens, vt animal homini: ideo posito ponitur, sine reciprocatione tamen difficile est probare illud non esse genus, aut quid generale. p. differentiam.

Esse tamen genus non necesse est; Nam si quid homo est, id etiam magnum, calidum, coloratum, &c. Istorum tamen nihil est genus hominis.

Finis libri quarti Topic.

Digitized by Google

IN LIBRVM QVINTVM

DE PROPRIO.

Distinctiones proprij.

Quia definitio est operosior confirmatuque difficilior, ideò proprio postponitur.

IN CAPVT I.

Proprij quatuor sunt modi, nec secundus idem cum primo est.

Etenim { diuersam destriptionem habet, diuersa exempla. ¶
habet diuersam antithesim .n. *aliquando*.

Locus vicesimus tertius videtur diuersitatem indicare.

Proprium *per se*, secundum naturam suam, quod tribuitur omnibus, & ab omni separat, reciprocum est, vt rationale, risus particeps.

Idque { conuenit omnibus, quæ aliqua specie, genereue continentur aliquo.
eaque separat à reliquis omnibus.

Proprium *semper*, quod semper verè dicitur, neque vnquam amittitur, quo sensu proprium est Dei, (ex sententia veterum) esse animal immortale.

Proprium *ad aliud*, quod non ab omnibus distinguit, sed à nonnullis tantum, vt hominem bipes à quadrupedibus.

Proprium *aliquando*, quod ad aliquod tempus verè dicitur esse solius, vel proprium, non tamen absolutè reciprocatur, vt Socratis in foro deambulare.

Qui modi videntur prodijsse ex duplici diuisione : proprium { *per se* { *semper*. / *aliquando*. ¶
ad aliud }

Modus { primus quarto / secundus secundo / tertius primo / quartus tertio } modo Porphyrij respondet, non est idem tamen.

Proprium *ad aliud* { vel omni & semper conuenit, vt bipes homini. / vel non, vt nauigans hominibus.

Ex proprijs

by Google

Ex proprijs { quod *aliquando* tantum proprium, id reuocatur ad problema accidentis; fereque ſterile eſt.
cætera vberiora ſunt, ideoque dicuntur maximè *logica*.

Proprium ad alterum, ſiue *ad aliud*, duplex conſtituitur.

Confertur { vel ex vna tantum parte, vt imperare Græcorum.
vel ex vtraque parte: vt { imperare græcorum / ſeruire barbarorum } eſt proprium.

Illinc duplex quęſtio, vt { an imperant Græci.
an Barbari minimè imperant.

Hinc quadruples prodit, vt { græcine imperant? / barbarine minimè imperant? / barbarine ſeruiunt? / græcine minimè ſeruiunt? } (··)

De proprijs autem per ſe, & de proprijs *ſemper* potiſſimùm præcipiendũ eſt.

IN CAPVT II.

Vulgares & communes loci ferè ad explicationem Proprij pertinentes.

Ac primum quidem.

1. *à maiori obſcuritate.*

Proprietas debet eſſe ratione noſtri magis nota & clara, quàm ſubiectum.
Ergo malè à Democrito dicitur illud eſſe proprium ignis, quòd ſit *animo ſimillimus*.

Deindè.

2. *ab ignorantia inhærentiæ.*

Proprium debet manifeſto ſaltem per [effectum] ſubiecto inhærere.
Ergo male dicitur illud eſſe proprium ignis, quòd ſit optimum animæ domicilium.

Locus autem iſte eſt { ad *negationem* validus. / ad *affirmationem* infirmus. }

Proximus locus.

3. 4. *ab ambiguitate, & homonymia.*

Proprium explicandum oratione, quæ careat, tum homonymia, tum amphibologia.
Ergo non ſatis commode ſenſus dicitur eſſe animalis proprium.

Quia id vocabulum ſignificat { tum facultatem, & ſentire poteſtate. / tum actionem, & ſentire actu. }

Sequitur locus.

5. *ab ambiguitate ſubiecti.*

Perperam aliquid dicitur proprium rei ambiguæ; vt latrare canis.

Digitized by Google

Coniunctus huic locus.

6. *Tautologia.* Erratur quoties exprimitur proprium cum *tautologia*, vt si dicatur proprium ignis..... quod sit leuissimum corpus inter corpora.

Sequitur locus.

7. *à transcendenti.* Quicquid conuenit omnibus rebus, non est synonymæ, aut certæ speciei proprium, vt vnum, verum, bonum.

Proximus locus.

8. *à multitudine proprietatum.* Qui plures proprietates profert tanquam vnam, errat.
Vt si dicatur hominis hoc esse proprium, quod sit animal natum ad capessendas disciplinas, mansuetum, risus particeps.

Sequitur locus.

9. *a subiecto.* Subiectum nunquam definit, [intrinsecè] proprietatem accuratam: non est de natura proprietatis.

Iam verò.

10. *ab oppositis & simul.* Quicquid opponitur subiecto vitiosè vsurpatur in periphrasi proprietatis.
Ergo male dicitur boni proprium quòd opponatur malo, leuitatis quod opponatur grauibus terræ & aquæ.
Quæ sunt simul natura, non debent æstimari tanquam subiectum & proprietas.

Sequitur locus in refutatione.

11. *à consequenti.* Quod non est *consequens* non est proprium, vt ambulare, si cum homine conferatur.

Sequitur locus in reprehensione.

12. *à certo tempore.* Quicquid conuenit *certo*, non *quouis tempore*, vt canescere, non est proprium omnino.

Proximus in reprehensione.

13. *à sensu & ratione.* Non solo *sensu* diiudicari debet proprium: sed etiam *ratione*.
Itaque inepte dicitur illud esse proprium solis, quod sit splendidissimum astrorum, quæ conspiciantur ferri supra terram.

Iam.

14. *à definitione.* *Definitio* rei, non est proprium rei, nimirum accidentale.

Coniunctus huic locus.

15. *à genere subiecti.* Proprium effertur duobus modis. n. vno nomine, & periphrasi, posteriorique modo definitionibus est simile.
Quia { vt in definitione *generi* adiungitur *differentia*:
ita in periphrastica proprietate generi adiungi solet propria affectio.
Addenda vero generi, illius speciei cuius est proprium.
Vt cum dicitur esse proprium hominis, quòd sit animal risibile.

Digitized by Google

Proprium { *simplicius*, vt hinnibibile.
magis compositum, in quo explicando debet adhiberi *quod quid est*, aliqua substantia cui innascatur, vt animal risibile.

IN CAPVT III.

Loci, quibus docetur sit necne aliquid proprium.

Quæritur { vtrùm proprium bene exprimatur. ad quam maximè quæstionem valent superiores loci.
vtrùm quod affertur pro proprio sit verè proprium: ad quam quæstionem valent qui sequuntur loci.

Hos quidam connectunt cum superioribus; quidam seponunt.

Quorum primus.

16. *à conuenientia per se.* 1.

Proprium debet conuenire substantiæ rei quatenus est talis.

Huius autem.

17. *à reciprocatione.*

De quocumque dicitur proprium, dicitur & oratio qua explicatur, siue definitio, & contrà.

Tertius locus.

2. 18. *à subiecto.*

Proprium debet *inesse subiecto*: non in se recipere illud. Ergo ignis non est proprium summæ instabilitatis.

Sequitur locus.

3. 19. *ab essentia subiecti.*

Proprietas non debet esse de natura sui subiecti.

Proximus locus.

4. 20. *à simul tempore.* 5.

Proprium non est prius, nec posterius, ratione temporis, quàm res subiecta.

Sequitur locus.

21. *ab eodem.* 6.

Eorundem quatenus sunt eadem, debet esse idem proprium.

Coniunctus huic locus.

12. *ab eadem specie.*

Quæ sunt eadem specie synonymè eadem secundum eam naturam cui innascatur, & reciprocè insit proprietas, de qua agitur; debent habere proprietatem eandem specie, seu eiusdem rationis non similis tantum.

Ergo si stare à se non est equi proprium:
Pariter moueri à se proprium non erit hominis.

Etenim { eadem est specie virtus, qua aliquid { & à se stat. / & à se mouetur.
vtrique autem .j. homini & equo conuenit stare à se, & moueri à se.

Quatenus est idem specie, eandem naturam humanam citrà ambiguitatem sibi vendicat.

Digitized by Google

Eorum quæ ſibi aduerſantur ſub eodem genere: vt candoris, atroris, debent oppoſitæ eſſe proprietates.

Quoniam autem.

23. *ab eaſdem diſtinctione.* 8. Locus ab eodem Sophiſticam meditanti artem, magnam ſuppeditat argumentorum copiam.

Etenim cum idem variè dicatur proprium, vni eidemq; rei conuenire debet.

Primò docebitur quod conuenit *generi*, non eſſe proprium, quia pluribus ſpeciebus conuenit.

Secundò quod ſpeciei, quia pluribus indiuiduis.

Tertiò quod vni indiuiduo conuenit, vt Ariſtoteli certo die philoſophari in Lyceo, non eſſe proprium quod conuenit etiam accidentibus cum eo copulatis, vt deambulatori, diſcipulo Platonis, &c. Sed confugiendum ad diſtinctionis opem.

In refutatione.

24. *à natura, & ſemper.* 9. Erratur, ſi quod *natura* & propenſione naturæ eſt proprium, dicatur *ſemper* ineſſe actu, vt bipes, ratiocinari.

Iam vero in quibus.

25. *à ſubiecto altero.* 10. Quando proprium, vt coloratum, duobus conuenit ſubiectis, nempè { vni primario, vt ſuperficiei. ¶ / alteri ſecundario, vt corpori habenti ſuperficiem: }

Captioni eſt locus, ſed diſtinctione euitanda.

Sæpè etiam accidit.

26. *à determinatione modi, proprietatis, & ſubiecti.* 11. Erratur in aſſignando proprio niſi { & quomodo ſit proprium / & cuius ſubiecti proprium } dicatur, idque rectè iudicetur.

Proprij diſtinctio repetitur nunc ab ipſo, nunc à ſubiecto.

Ab ipſo proprio .p. cum diuiditur in huncce modum.

Proprium { natura *inexiſtens* / *inexiſtens* nunc ſpecie proprium / omnino proprium } vt declaratum ad Iſagogen. ¶

Diuiſio à ſubiecto repetita, illic etiam poſita.

IN CAPVT IIII.

In refutatione.

27. *à polyonymia.* 12. 2°. Idem non eſt ſui proprium, ſed eſſe, & definitio [*ſon eſtre & ſa definition*] decorum non eſt proprium honeſtatis.

à ſingularibus.

Iam in ijs quæ.

In rebus homogeneis, quæ conſtant ex partibus ſibi, & toti homogeneis, quod eſt proprium totius, idem & partium: Ergo ineptè dicitur maris

Digitized by Google

illud esse proprium quòd sit plurima aqua salsa.

Ex contrariis.

19. Ex contrarijs.

Cùm duo contraria attributa conferuntur, cum duobus contrarijs subiectis,

P. { cogere aspectum, cum atrore / dissipare aspectum, cum candore } tùm { si vnum est proprium, & alterum erit. / nisi vnum est proprium vni, neque alterum erit alterius. }

14.

Alter locus.

30. De relatis.

De relatis idem præcipitur quod de contrarijs.

Si duo correlata vt { pater / filius } conferantur cum duobus aliis correlatis. p. cum { generasse. / generatum esse: }

15.

Tum habet se prioris iugi { vt vnum ad vnum / ita alterum ad alterum } posterioris.

Locus ex priuantibus.

31. A priuantibus.

Consimile præceptum in priuantibus, siue si duo priuamtia conferantur cum duobus aliis priuantibus.

Nam { si habitus est proprius habitus, & priuatio prioris habitus propria erit priuationis quæ opponitur posteriori, & contrà. / nisi habitus est proprius habitus, neque priuatio priuationis erit propria, & contrà. }

16.

Ergo { si videre est proprium visus, non videre proprium erit cæcitatis. / nisi videre est proprium visus, non videre non erit proprium cæcitatis, &c. }

Sequitur locus.

32. A contradictione.

Quando contradictio vna confertur cum contradictione altera,

P. { sensibile, cum animali } { homo, cum ratiocinari. / non sensibile, cum non animali } { non homo, cum non ratiocinari: }

17.

Tum { si affirmatio est propria affirmationis, & negatio negationis propria erit, & contrà. / nisi affirmatio est propria affirmationis, negatio negationis non erit propria & contrà. }

Affirmatio [positiuus terminus] non recte affirmatur de negatione [negatiuo termino,] nisi signum partis huic adiungatur.

Non rectè dicitur non homo est lapis: seu quod non est homo est lapis.

Sed propositio rectè instituitur in h.m. Aliquis non homo; seu aliquid quod non est homo, est lapis.

Digitized by Google

Sequitur locus ex diuiſione.

11. *A diuiſionibus.* Cùm duæ diuiſiones, aut plures eiuſdem rei totidem conſtant membris ;

18. p. probus / improbus } benefaciens / malefaciens } gratus Deo / ingratus Deo, &c.

Tum ſi vnum membrum eſt proprium vnius, & reliquum reliqui proprium erit, reliquaue reliquorum.
nisi vnum eſt vnius proprium, neque reliquum reliquaue propria erunt.

Sequitur locus & ſimiliter.

34. *A coniugatis caſibus.* Quando duæ coniugatorum claſſes inter ſe conferuntur, vt caſus vnus affectus erit ad caſum ſibi reſpondentem, in coniugatione altera ; ita reliqui ad reliquos ſibi reſpondentes.

19. Quando duæ oppoſitorum claſſes conferuntur, res eodem modo habet.

Sequitur locus.

35. *A proportione.* In analogia habet ſe vt primum ad ſecundum, ita tertium ad quartum } vt ſecundum ad primum / ita quartum ad tertium.

20. Proponantur Oculus. videre. auris. audire.
Si proprium eſt oculi videre, proprium erit auris audire, &c.

Proximus locus.

Cum duo ad idem ſunt eodem affecta modo, vt vitium & virtus ad ſcientiam:

36. *Ab eadem habitudine duorum ad tertium.* Tum nisi vnum eſt proprium, neque alterum erit / ſi vnum eſt proprium, & alterum erit } ſi vnum eſt ſubiectũ & alterum erit: / nisi vnum eſt ſubiectum, neque alterum erit.

21. Cæterum dicitur hic fieri non poſſe, vt multa ſint vnius eiuſdemque rei proprium.

Sed mendum irrepſit, tollendaque eſt negatiò [non] vel legendum, in hm. *fieri non poteſt vt idem ſit multorum proprium.* vel ita diſtinguendum: æque primario C. ſimpliciter. N.

Proximus locus ex iis.

37. *Ab eſſe, generari, corrũpi.* 23.

In re tria perpenduntur: eſſe, ſiue natura, vt homo. / generari vt geneſis hominis. / corrumpi vt mors hominis.

Cum res duæ conferuntur, habet ſe vt eſſe ad eſſe, ita generatio ad generationem, corruptio ad corruptionem.

Homo hominemue eſſe / Hominem generari / Hominem interire } animal / animal naſci / animal mori } vis ridendi / riſum naſci / riſum perire } &c.

Digitized by Google

Si hominis non eſt proprium quòd ſit animal, neque generatio hominis propria erit generationi animalis, &c.

Sequitur locus ex forma.

Quicquid non eſt proprium *ideæ*. p. *ipſius equi*; 38.
Vel ideæ conuenit, quatenus diſtinguitur à rebus ſenſibilibus, vt immortalitas, quies: Id non eſt proprium eorum quæ ſubiiciuntur ideæ. *Ab idea.*

Quicquid proprium ideæ, non tamen quatenus diſtinguitur à ſenſibilibus, eſt proprium inferiorum. 24.

IN CAPVT VLT.

Sequitur locus.

Vnum attributum, cum duobus ſubiectis
Duo attributa, cum vno ſubiecto
Duo ſubiecta, cum duobus attributis
Duo ſubiecta, cum vno attributo
vnum ſubiectum, cùm vno attributo
} conferre licet. 39. *A maioribus ſeu minoribus.*

Faciles comparationum regulæ. 25.

Si quod magis videtur proprium non eſt tamen, neque quod minus videtur, erit.

Si quod minus videtur eſſe { proprium / ſubiectum } eſt tamen, quod magis videtur, erit.

Item { ſi quod non magis videtur, eſt, & quod non minus videtur, erit. / ſi quod æquè videtur non eſt, neque aliud erit.

Quando confertur vnum ſubiectum cum vno attributo, conferendi ſunt comparationis gradus, in h. m.

Si fortitudo eſt propria hominis fortis, & maxima fortitudo propria erit hominis fortiſſimi, maior fortioris, &c. & contrà.

Niſi fortitudo eſt propria hominis fortis, nec maxima propria erit fortiſſimi hominis.

Deinceps ſequitur locus.

Parium par ratio, tum in affirmando, tum in negando: 40. *A paribus.*
Niſi quod comparatio eſt inutilis, cum vnum attributum confertur cum duobus ſubiectis ad affirmandum, idem non eſt duorum proprium. 16.

Digitized by Google

Deinceps locus.

Potentia { vna ad actum reducitur, ab alio: vt facultas qua oleum dicitur inflammabile.
altera ab eo ipso cui ineſt: vt mobilitas lapidis.

Potentia quæ prioris eſt generis, non rectè dicitur proprium, quia ſi tollatur illud vnde pendet, non conuenict.

Res quandiu eſt, inquit Ariſtoteles, poteſt agere, vel pati.

Poſtremus locus.

42. *A ſuperlatione.* Qui ſuperlationem aſſignat tanquam proprium ſpeciei, errat: quia ponit in comparatione quod non debet poni: vt ſi dicatur hominis proprium quòd ſit animal manſuetiſſimum.

43.

Finis Libri Quinti.

IN LIBRVM

Digitized by Google

IN LIBRVM SEXTVM.

DE DEFINITIONE.

IN CAPVT I.

Vitia definitionum.

QVinque nominibus accusari, & reprehendi definitio potest;

Nempe
- primò, si non insit *omni definito* [non conueniat.]
- secundò, si non constet *vero genere*, non conueniat essentialiter.
- tertiò, si minimè sit *propria* [non conueniat reciprocè.]
- quartò, si non sit definitio (tolerabilis) [non insit reciprocè & essentialiter.]
- quintò, si non sit definitio proba, benè tradita & explicata.

Primum ad Caput valent loci accidentis, quibus docemus aliquid non conuenire.

Generis, & attributi essentialis explorandi ratio, libro quarto explicata.

Loci quibus doceas { aliquid esse proprium / aliquid non esse propium } indicati libro quinto.

Relinquuntur { loci quibus doceas aliquid esse, vel non esse definitionem. / loci quibus esse, vel non esse accuratam, beneque traditam definitionem. } Diuisio operæ.

IN CAPVT II.

Loci ad definitionem.

Ordiendum est à facilioribus, progrediendumque ad difficiliora.

Facilius { impugnare, quàm confirmare definitionem. / docere quid non esse rectè factum, quam non esse omnino factum. } Ordo locorum.

Itaque loci hocce ordine videntur disponendi.

Digitized by Google

4. classes locorum.

Loci quibus doceas aliquid { non esse definitionem bonam, benè traditam. / non esse definitionem. / esse definitionem. / esse definitionem accuratam, benè traditam.

Loci primæ classis.

Vitiosa definitio, maleque tradita, quæ { vel obscura. / vel superuacaneũ quid complexa.

Hinc loci { quinquè ab obscuritate. n, ab homonymia, metaphora, insolenti nomine, contracti definitione, definiti ignorantia. / quinque à superfluitate. n. à communi nomine, ablatione partium & specierum, definitione, iteratione, additione.

Rursus.

Loci ab obscuritate.

Sequuntur loci ab obscuritate.

Ac primum quidem.

1. *Ab homonymia.*

Vitiosa definitio { quæ constat vocabulo *homonymo*. / quæ adhibetur ad aliquid homonymum definiendum.

Ambiguitas tollenda est diuisione aut designatione, antequam definias.

Proximus locus.

2. *A Metaphora.*

Quæ *metaphora* constat definitio, vitiosa est, vt si definiatur homo arbor inuersa, &c.

Deinceps sequitur.

3. *A vocabulo insolenti.*

Vitiosa definitio, quæ constat vocabulo *inusitato*.

Alius locus erit.

4. *A contrarii definitione.*

Contraria se se mutuò aperiunt & declarant.

Itaque obscura est definitio rei contrariæ. p. iustitiæ, atroris, nisi inde facile colligitur definitio rei, cui contraria est. p. iniustitia.

Aut quando.

5. *A definiti ignorantia.*

Vt pictura est rudis, & inepta, si apud eos qui rem pictam norunt. p. bouem, fagum, regem, superscriptione egeat.

Ita nisi ex inspectione solius definitionis, qui rei definitæ est peritus, intelligit cuiusnam rei sit definitio:

Obscura & inepta est definitio, vt si apud rusticos nominetur arbor inuersa, &c.

Loci à redundantia.

Sequuntur loci à redundantia & superfluitate.

Primum videndum.

Quicquid ponitur in definitione speciei, debet *discrimen* facere.

1. *A communi nomine.*

Nam { genus separat à rebus alterius generis & Categoriæ. / differentia etiam à rebus eiusdem generis: Ergo redundant in definitione rei specialis nomina rebus omnibus cõmunia, p. ens, res, aliquid.

Digitized by Google

Alius locus.

2. *Ab ablatione.*

A qua definitione potest amoueri aliquid, ita vt perfecta remaneat, ea vitiosa. p. si definiatur homo animal rationale, disciplinæ capax.

Proximus locus.

3. *A partium definitione.*

Si quid ponitur in definitione, vt præditum quinque sensibus in definitione animalis, quod non conueniat omnibus partibus speciebusue definiti, vitiosa est.

Illud etiam videndum.

4. *Ab iteratione.*

Vitiosa item vbi aliquid iteratur: aliquid synonymum bis ponitur.
Quare à Socrate male definitur sapientia, definitio & cognitio naturarum, nam definitio includitur in cognitione.

Rursus videndum.

5. *Ab additione.*

Vt inepte in definiendo pars, p. definitio ponitur, quando totum, p. cognitio est subiungendum.
Ita vbi totum iam est expressum frustra deinde pars subiungitur.
Quare medicina male definitur ars sanandi animalis, quod totum, & hominis qui pars.

IN CAPVT III.

Loci secundi, tertijque generis.

Definitio omnis rem debet explicare, per priora, notiora.

1. *A priori, notiori.*

Notius { ratione *sui*, quod simplicius, constantius. / ratione *nostri*, quod in cognitionem nostram facilius incurrit.

Definitio accommodanda est auditorum captui.

Alia autem ratio.

2. *Ab instabili*

Stabile notius inconstanti: itaque scientia per ignorationen non debet definiri.

Primus.

3. *Ab oppositis*

Oppositum non licet definire per oppositum, nisi in relatis.

Porrò { negationum / priuationum } non dantur { veræ essentiæ. / veræ definitiones,

4. *A definitione definientis.*

Nihil poni debet in definitione sui, aut exprimi in definitione rei per quam definitur, [nisi est correlatum.]

Alter locus.

5. *A speciebus eiusdem generis.*

Quæ oriuntur { ex eodem genere / et eadem diuisione } sunt simul natura, vt par & impar, itaque se se definiunt.

Digitized by Google

6. *Ab inferioribus.*

Quod per idem fiet.

Superius vt bonum per inferius. p. virtutem, non debet definiri.

Secundus locus.

7. *A genere abſinte.*

Vitioſa definitio, quæ genere caret: vt ſi animal definiatur natum ad ſentiendum.

Idem fiet.

8. *Ab immmediate.*

Item quæ non continet omnes rei differentias per ſe conuenientes, vitioſa eſt.

Ergo Grammatica non benè definitur ars ſcribendi, cùm ſit etiam loquendi & legendi.

Differentia { per ſe conueniens nulla omitti debet. / per accidens conueniens omitti poteſt.

Ideò in medicinæ definitione, ſi ponitur ſanitas, non neceſſe eſt collocare morbum.

Nunquam præſtantior differentia omittenda eſt p. ratio, ſanitas, vt vſurpetur deterior. p. viſus, morbus.

Rurſus ſi res.

9. *A genere inepto.*

Vitioſa niſi genus eſt aptum. Itaque liber quartus conſulendus eſt.

Iam ſi quis.

10. *A quodam genere emiſſo.*

Merito reprehenditur, qui inter definiendum præteruehitur & omittit aliquod genus.

Vt ſi definiatur { homo ſubſtantia ſentiens, rationalis. / iuſtitia, habitus æquabilitatem faciens.

Itaque quoties genus vſurpatur proximo ſuperius, nulla differentiarum prætermittenda eſt.

Rurſus in differentijs.

A differentia petiti loci quinque hic indicantur.

11. *A differentia.*

Primus ſi generis differentia non ponitur in definitione, vt ſi homo definiatur animal cui natura os ſublime dederit.

Secundus ſi pro differentia ponitur quod nullius rei differentia eſt: vt ſi homo definiatur aliquid rationale quod ſit animal.

Tertius ſi rei propoſitæ pro differentia nihil aduerſatur.

Quartus ſi allatæ differentiæ aduerſatur aliquid, ſed quod non poſſit prædicari particulariter de genere, ad quod diſtinguendum illa eſt adducta: vt ſi pro iuſtitiæ differentia afferatur par, more Pythagoreorum.

Quintus ſi differentia propoſita non *componit* ſpeciē dum adiungitur generi. Differentia quęuis componit ſpeciem partialem dum additur generi, integra integrantem.

Digitized by Google

Illud etiam.

12. *à negatione & priuatione.*

Vitiosa definitio, & differentia quæ exprimitur *negatione*, vt cum linea definitur: longitudo sine latitudine. Sed exceptioni locus.

Etenim { differentia minus latè quàm genus patere debet.
{ negatio verò vnius differentiæ, vt non rationale, non longitudo, non bipes, latius patet quam genus sub quo collocatur differentia, p. quàm animal, quam quantitas, &c.

Quanquam quibusdam.

Præceptum superius exceptionem patitur.

Negatiuum enim negatione finitur: vt non pater est non genitor.

Priuatiuum priuatione, vt cæcitas est priuatio sensus.

Positiuum { aliquando. n. quando latet differentia, finitur per negationem, & priuationem oppositæ differentiæ, vt bellua per irrationale.
{ sed tamen non finitur negatione, quando est accurata, & mera.

Nihil autem.

Erratur { non modo *quando* negatio adfertur pro differentia,
{ sed etiam quoties *differentia* sumitur, *cui*, quod aduersatur, *negatione necessaria* exprimendum est.

Illud etiam videndum.

13. *à specie.*

Erratur si species ponitur pro differentia, vt si ex. gr. conuicium definiatur iniuria cum irrisione, irrisio est conuicij species.

Nam illud etiam.

14. *à genere.*

Qui genus ponunt pro differentia errant, hæc debet significare *quale quid*. Ergo virtus non rectè definitur bonum habituale, &c. habitus est virtutis genus.

Videndum etiam.

15. *à prædicatione in quid.*

Si quod profertur pro differentia, prædicatur in quid, erratur.

Iam si de genere.

16. *à prædicatione de genere.*

Si differentia aliquidue inferiorum prędicatur generatim aut essentialiter de prolato genere erit vitiosa definitio.

Quod idem fiet.

17. *à prædicatione generis de differentia.*

Erratur in definiendo quoties prędicatur essentialiter genus de differentia.

Similiter.

18. *à prædicatione speciei de differentia.*

Si species aliquidue inferius specie prædicatur essentialiter de differentia, vitiosa definitio.

Item si species prædicatur generatim. Qui tamen locus probabilis tantum est, quia dantur differentiæ reciprocæ.

Digitized by Google

Illud etiam videndum.

19. *à differentia posteriori.* Si quid specie posterius affertur pro differentia, vitiosa est definitio.

Illud etiam an alterius.

20. *à generibus nõ subalternatim positis* Differentia eadem non potest conuenire pluribus generibus; quorum vnum ab altero non contineatur. Sed exceptio adhibetur hæc: *Nisi contineantur communi quodam genere*, vt volucre, & terrenum animal; hæc duo genera non sunt subalternatim posita, sortiuntur tamen vnam & eandem diuisiuam differentiam .p. bipes: sed continentur sub communi genere, vt animali.

Videndum etiam.

21. *à determinatione loci.* Quod significat esse in aliquo, esse alicubi, non est differentia.

Animal dicitur { terrenum, aquatile } &c. { non quod sit in terra, &c. / sed quia habeat naturalem quandam aptitudinem ad degendum in terra, &c.

Præterea videndum est.

22. *ab affectu.* Affectus vt amor, odium, ira, non sunt differentiæ rei quæ perturbatur.

Nam { differentia rem differentem perficit cui inest. / affectus si immoderatus, perimit.

Erratur ergo quòties in definitione alicuius rei animantis .p. leporis, collocatur aliquis affectus .p. timor.

Iam si quid.

23. *à distinctione generis.* Genus & differentia debent esse eiusdem generis, eiusdem categoriæ.

Iam illud considerandum.

24. *à termino per accidens.* Cum relatiuus terminus { vnus per se vt ad scindendum / alter per accidens vt si ad radendum } referatur ferra.

Res debet definiri per terminum per se, non per terminum per accidens.

Strigil definitur aptè instrumentum concauum quo stringuntur sudores: Inepte instrumentum idoneum ad abstergendum saniem, quòd aliqua abstersa fuerit.

Hoc præceptum obseruandum est præcipuè in instrumentis definiendis, vt domo, strigili, veste, naui, &c.

Peccabit etiam.

Quando aliquid vt virtus, plures habet affectiones, & habitudines ad plures

25. *à posteriori habitudine.* terminos .p. { ad vitandam turpitudinem / ad amplexandam honestatem } { ad finem / ad subiectum / ad obiectum } &c. erratur si definitur per posteriorem priori omissa.

Finis autem antecedit, per naturam intendentem.

Digitized by Google

Præterea si non.

Quicquid per aliquid tanquam per subiectum definitur, neque tamen illi ineſt, male definitur: inepte definiatur dubitatio æqualitas contrariorum: ſomnus impotentia ſenſus: ſanitas commenſuratio calidorum & frigidorum. 26. *à ſubiecto.*

Iam omnium temporum.

Quod in definitione ponitur, debet ſemper conuenire: Ergo vitioſa definitio, quæ certa circonſcribitur differentia temporis, vt ſi immortale definiatur animal [nunc] incorruptibile: de multiplici modo ãc determinatione propoſitionum alibi. 27. *à tempore.*

Atque etiam videndum.

Definitio qua altera aptior datur, non eſt exquiſita. 28. *à definitione aptiori.*

Illud vitioſum.

Vitioſa definitio { ſi magis / ſi minus } { definitio non definitum / definitum non definitio } capit .p. ſi virtus definitur per numerum. 29. *à magis & minus.*

Vitioſum etiam illud.

Item ſi magis & minus capiunt definitio & definitum, ſed non eodem modo .p. ſi amor definitur cupiditas concubitus, quia poteſt augeri hæc cupiditas: itavt amor non augeatur, & contrà. 30. *à diſparatione τοῦ magis & minus.*

Quod idem fiet.

Quod magis & minus definiti particeps, id etiam magis aut minus definitionem participare debet, & contrà: Ergo ignis male definitur ſubtiliſſimum corpus, quia flamma potius eſt ignis, quàm lux, quæ tamen eſt ſubtilior. 31. *à comparatione & intentione.*

Vitioſum etiam.

Omnino definitum & definitio eodem modo propoſitis rebus conuenire debent. Itaque erratur ſi definitum æqualiter duobus conuenit, definitio inæqualiter, vel contrà. 32. *ab intentione & remiſſione.*

Item cum duo.

Genus vt { propoſitio / animal } habent duas aut plures differentias oppoſitas quibus diuidatur; 33. *à differentia cum diſiunctione.*

.P. { aiens / negans } { rationale / irrationale } per eas definiri ſaltem ruditer poteſt.

Nulla antiquior, nulla magis popularis definiendi ratio, quàm quæ per diuiſionem, vt ſi propoſitio definiatur oratio affirmans, aut negans.
Verum cum ſic definis, definitionis duplex fingi ſententia poteſt.

Digitized by Google

nempè { vna si differentiæ intelligantur conuenire per disiunctionem definito.
altera si vtralibet cogitetur idonea ad definiendum rem propositam sine altera.

Sensus { prior probus / posterior vitiosus } nam { aliter homo definitur animal rationale vel risibile. / aliter animal substantia, viuens, rationalis vel irrationalis.

Adde quod copulatiua particula Græci sæpè vtuntur pro disiunctiua.

Iam verò.

34. *à definitione conuenientiæ.*

Cui conuenit genus & differentia, conuenire debet definitio generis & differentiæ, animalis rationalis. Ergo Angelus male definitur animal rationale & immortale, quia definitio animalis non conuenit.

Cum autem in locum { generis / differentiæ } sufficitur definitio eius;

Illa ad leges definitionum examinanda est.

IN CAPVT IIII.

Quod si res.

33. *à relatorum distinctione.*

Relatorũ { quædam per se referuntur, vt pater, præceptor.
quædam per genus tantum, vt { grammatica per scientiam. / calor per nõ caloré & opposita.

Dicitur { grammatica { non rei grammaticabilis grammatica. / sed rei grammaticabilis scientia.
calor { non frigoris calor. / sed contrarius frigori.

Genus autem hic videtur accipiendum non accuratè, sed latè & populariter.
Semper autem relatum per terminum definiri debet.

Illud etiam videndum.

36. *à medio, & fine.*

Quando terminorum { vnus finis, vt visio / alter medij, vt risibile } rationem habet, res vt visus, per finem potius quam per medium definiri debet.

37. *ab agere & egisse.*

Videndum etiam.

Finis autem { nunc agere potius, quàm egisse .p. viuere, &c.
nunc egisse, quam agere .p. ædificasse quàm ædificare.

Cum per finem definiendum est, caue ne decipiaris in eligendo fine: locus hic superiorem instruit.

Iam in

Digitized by Google

Iam in quibuſdam.

38. à circonſtantia omiſſa.

Qui circonſtantiarum adhibendarum aliquam omittit, male definit; vt qui ambitioſum definit appetentem gloriæ.

Eodem modo.

39. à prætermiſſa conditione apparentis.

Appetitiones & cupiditates ſunt boni, ſed *apparentis*. Si hæc conditio in earum omittatur definitionibus. Porrò idea vt *ipſum bonum*, ipſe honos, non eſt res apparens: ideò male collocatur in earum definitione appetitionum.

Iam ſi habitus.

40. à { coniugatis. contrarijs.

In coniugatis { vt ſe vnum, ad alterum habet.

In contrarijs { ita definitio vnius ad alterius definitionem. ſecùs vitioſa eſt vel vtraque definitio, vel altera.

Atque in his etiam.

41. à ſpecie relata.

In relatis ſpecies ſi relatiua eſt, debet referri ad ſuum correlatum, vt genus ad ſuum refertur; vt ſenſus ad ſenſibile; ita viſus ad viſibile.

Illud etiam videndum.

42. à definitione correlati, & oppoſitione.

Opponitur vt vnum relatum alteri relato .p. pater filio, ita definitio vnius, definitioni alterius: ſecùs erratur.

Eadem eſt ratio.

43. à contrarijs.

Erratur in contrarijs finiendis niſi habet ſe { vt contrarium ad contrarium. ita definitio ad definitionem.

Quoniam autem.

44. à priuatibus.

Definitur { rectè priuatio per habitum, cæcitas per viſum. malè habitus per priuationem.

Quod ſi neutrum.

45. à poſitiuè contrarijs.

Contrariorum vnum per alterum non debet definiri .p. frigus per calorem, candor per atrorem.

Vitioſa etiam.

46. à ſubiecto & habitu priuationis.

Priuatio dicitur { & ſubiecti; vt cœcitas oculi, priuatio oculi. & habitus, vt priuatio viſus, priuatio auditus.

Itaque cùm priuatio dicitur alicuius, ſignificandum eſt vtrum ſit tanquam ſubiecti, tanquam habitus.

Illud etiam conſiderandum.

47. à priuatione.

Quod non eſt priuatiuum, per priuationem definiri non debet: De qua re ſuprà loquuti ſumus.

Spectandum etiam.

48. à caſibus.

In coniugatis caſus per caſum ſibi reſpondentem definiendus eſt;

Digitized by Google

.p. { Logica per scientiam } { iustitia per virtutem.
.p. { Logicus per scientem } { iustus per virtute præditum. §
.p. { Logicè per scienter } { iustè per studiosè.

Spectandum etiam.

49. *ab idea.* Quæ definitio ideæ non conuenit reprehendenda in idearum assertore: Ergo homo siue ipse homo malè finiatur à Platone animal rationale, mortale, neque enim ideæ sunt mortales.

IN CAPVT V.

Vitiosum.

50. *ab homonymia aperta.* Homonymum, vt ius, non debet vna definitione explicari, sed multiplici, cùm aperta est ambiguitas.

Quoniam autem.

51. *à latenti homonymia.* Latent plerumque homonymiæ, idque facilius in generibus quam in speciebus .p. in iustitia, quàm in cane.

Quoniã genera non tam facilè imaginatione comprehenduntur ac species, facilius in generibus seu in rebus eiusdem generis, quàm in rebus diuersi generis, propter similitudinem.

Vitiosa definitio vbi delitescit aliquid ambiguitatis, sed tamen latentes detegere ambiguitates respondentis est potius, quam interrogantis.

Quoniam autem.

52. *à determinatione homonymi.* Monitum.

Enitendum est, vt qui respondet { vel concedat nomen synonymum esse. / vel homonymũ dicat vt distinguat statim,

ne deindè vbi constrictus fuerit beneficio distinctionis, fugere conetur.

Rursus si quis.

53. *ab authoritate populi.*

Tenet principatum { sentiendi sapiens. / loquendi populus, itaut significationem vocabuli

viro sapienti { vix liceat imminuere. / amplificare liceat, & ab vsitata transferre in nouam. Ergo

quando interdisserendum quæris ab aduersario: Quid sit illud, quod aliquo nomine .p. motus significatur, si definitionem profers, populari significatu angustiorem reprehende .p. si afferas motum esse transitionem à non esse, ad esse: neque enim hæc definitio conuenit interitui, qui tamen dicitur motus seu mutatio.

Si autem alicuius eorum verborum.

54. *à districtione partiu.* Cum duo termini, vt { domus marmorea / homo doctus } simul definiuntur, nisi partes definitionis districtæ bene respondent definiti partibus, erratur.

Digitized by Google

Vitiosum etiam.

Cum definitur complexum aliquid, vt { animal candidum / virtus excellens } { nisi definitio } constat pluribus verbis, non est legitima. 55. ab aequali verborum ambitu.

Non definit, qui verbum verbo reddit.

Vehementius etiam.

Male definit, qui per obscuriora definit. De qua re suprà, vt si hominem album definias, terrigenum, mortalem, candidum.

Atque etiam in commutandis verbis.

56. à commutatione nominum.

Quando nomina plura [obscuriora] pluribus alijs totidemque exprimis & interpretaris, nisi singula aptè respondent singulis, vitiosa est interpretatio, & definitio [ad quam adhibetur] vt si rogatus quid sit *scientia theoretica*: respondeas esse opinionem speculatiuam.

Iam si quid.

57. à permutatione illustrioris partis.

Quando rogatur aduersarius, vt orationem genere constantem & differentia, vel quamuis aliam illustret, tum siue reddit verbum verbo, siue in vnius verbi locum sufficit eius definitionem; nisi mutat quod in illa oratione est obscurius, reprehendendus venit: vt si animal rugibile interpretetur corpus viuens, sentiens, rugibile.

Genus autem ferè magis perspicuum est, quàm differentia.

Si verò definitionem.

58. à communiori definitione differentia.

Qui differentiam exprimit, & interpretatur definitione latius patenti, errat: vt si rogatus, quid sit numerus impar, respondes esse numerum habentem medium aliquid.

Medium quid { habet impar numerus, vt 3..... 5..... 7..... / non par numerus, vt 2.. 4 .... 6..... }

Sed non quidquid medium habet, est impar, vt linea, numerus, illud est impar.

Præterea vitiosa.

59. ab ente & non ente.

Vitiosa definitio si { definitum est aliquid, possibileue aliquid. / definitio est nihil, continetue aliquid impossibile, vt si candor definiatur color cum igni permixtus. }

Iam ij omnes.

60. ab indeterminatione generis.

Cum per generaliorem terminum minimeque determinatum relatum finitur, male finitur: vt si definiatur { medicina scientia corporis naturalis. / visus sensus rei sensibilis. }

Hi præter quam quod aduersarius non definit .j. non affert orationem reciprocam, deprehenditur in mendacio: quia proposita oratio non conuenit rei, nisi fortasse per accidens cum definitione.

Digitized by Google

Medicina { per ſe non eſt corporis naturalis, ſed ſalubrium, inſalubrium.
per accidens tamen eſt naturalis corporis.

Sola Phyſica per ſe eſt ſcientia corporis naturalis.

61. *à ſolius perfecti definitione.*

Sed interdum.

Oratio definitiua explicare debet quicquid eſt in ſpecie, non tantum quod in ſpecie præſtantiſſimum eſt.

Itaque orator male definitur, qui quod in re quaque valet ad faciendam fidem perſpicere poteſt, nihilque prætermittere; hoc enim non oratoris, ſed perfecti oratoris.

62. *à per ſe expetendo.*

Rurſus vitioſa erit.

Si quod per ſe expetendum eſt definiatur, tanquam expetatur propter aliud, tanquam effectiuum alterius, erratur.

Nam aliqua expetantur { & propter ſe / & propter aliud } ſed res definiri debet per præſtantiorem differentiam, niſi per vtramque definiatur.

IN CAPVT VI.

Triplex definiendi ratio. Monitum.

Arque etiam illud conſiderandum.

Triplex [maximè per partes integrantes] definiendi ratio aduertenda.

Finimus { *hac*, vt cum hydromel dicitur ....., aqua & mel.
ex his, vt cum hydromel dicitur ..... ex aqua & melle.
hac cum illo, vt cum dicitur ..... aqua cum melle.

Partes definitionis de definito { vel omnes in recto caſu. / vel omnes in obliquo. / vel partim in recto, partim in obliquo. } ¶

63. *à triplici definitione.*

Nam ſi hoc.

Non eſt finiendum genus per ſpecies in recto caſu ſine diſtinctione [videlicet] itaut animal, exemp. gr. dicatur eſſe homo, & bellua [non homo, vel bellua.]

Genus dum per ſpecies definitur non debet definiri, *hæc*.

Primò quia ſpecies genere ſunt poſteriores.

Secundò quia ſic futurum eſt, vt idem dicatur eſſe, & non eſſe: ſi enim placeat Zenonis definitio, qua iuſtitia dicitur eſſe temperantia, & fortitudo, accidatque, accidere poteſt, vt ex duobus alter ſit fortis, alter temperans;

Tum illi duo { ſi coniunguntur, dicentur iuſti. / ſi ſeorſim ſumantur, non erunt iuſti, vel iuſtus quiſque. }

64. *à repugnantibus in recto caſu poſitis.*

Quod ſi hoc nondum.

Aliquis contendet non eſſe abſurdum illud quod duo coniunctim habeant iuſtitiam, diuiſim non habeant, quia fieri poteſt vt duo habeant coniunctim minam, aut mille aureos, neuter tamen habeat ſeorſim minam.

Digitized by Google

Resp. Aristoteles non esse idem hæc duo { esse aliqua. p. fortitudinem & temperantiam. / habere aliqua. p. duas minas.

Si aliquid vt iustitia dicitur esse aliqua, vt fortitudo & temperantia, & ipsum etiam prædicabitur (propositione particulari, quia A conuertitur in I) de illis singulis.

Si enim iustitia est temperantia, & fortitudo quædam, temperantia videtur esse iustitia.

Sed tamen hic distinctione videtur opus.

Prædicas { aut vniuersalia de suis speciebus, & inferioribus: vt animal & rationale de homine. / aut tantum partes de toto integro, vt animus & corpus de homine.

Modo { priori quidquid enuntiatur coniunctim, enuntiatur & diuisim, nisi sit prædicatum secundum quid, vt pictor bonus. / posteriori verò non item.

Attamen.

Licet fateamur idem non inesse duobus, ita vt non insit totum in singulis: non propterea tollitur incommodum.

Etenim ineptè contraria de eodem affirmantur sine disiunctione.

Species duæ eiusdem generis sunt contrariæ: Ergo ineptè de eodem affirmantur.

Omninoque omnia.

Totum non est idem quod partes omnes, quia possunt esse partes omnes, vt anima & corpus Diui Petri, ita vt non sit totum. Ergo non rectè totum per omnes partes definitur nisi vnio coniunctioque earum significetur. 65. *A coniunctione partium non indicata.*

Si vero res quæ definiatur.

Cum quid finitur ex aliquibus siue *ex his*, siue inter ista reperitur aliquid quod sit ineptum ad illud componendum, Vitiosa est definitio: vt si corpus dicatur constare ex lineis numerisue. 66. *A non componentibus.*

Deinde quod definitione.

Vitiosa definitio si subiectum vnum primarium { habet res definita. / non habent partes definitionis: 67. *A subiecti vnitate.*

Vt si prudentia dicatur constare ex fortitudine & temperantia.

Quod si & partes & totum.

Item si { definitum in vno est subiecto. p. in mente prudentia. / partes definitionis sint in alio. p. in appetitu irascenti. 68. *A subiecti distinctione.* 69. *Ab inserto partis non perimente totum.*

Tum sublato toto.

Si quid profertur tanquam definiti pars, quo tamen sublato non perimatur

Digitized by Google

totum definitum, vitiosa definitio.

Pereunte parte vna, necesse est pereat totum inde compositum, non contrà: perit homo, nulla partium pereunte, sed corrupta tantum vnione.

Corrumpitur totum corrupta parte, non totaliter tamen, vt si pereat de exercitu miles.

Aut illud totum.

70. *A partibus toto dissimilibus.*

Si { totum quod definitur est bonum. / partes definitionis { neutræ / malæ } vel contra, definitio vitiosa : vt si imprudentia dicatur constare fortitudine, & falsa opinione.

Aut si maior altera pars.

71. *Ab intentione.*

Si ex partibus duabus definitionis vna plus mali continet, quam altera boni, totum vero magis est bonum, quam malum, vel contrà; vitiosa est definitio: vt si imprudentia dicatur constare fortitudine & falsa persuasione.

Iam quoque illud.

72. *A medio.*

Cum quid, vt impotentia, finitur, diciturque constare duobus, quorum existat vel

sit { alterum melius, siue bonum / alterum deterius, siue malum } vt { recto iudicio / praua cupiditate } vitiosa definitio.

Nisi totum definitum est { melius p eiori parte. / deteri us meliori.

Sed accipiendum { tum bonum / tum malum } quod sit tale per se, non per accidens tantum.

Illud etiam.

73. *Ab vniuersalissimo.*

Nam { vt bonum, aliud per se, aliud per accidens. / ita malum { aliud per se tale est, vt infœlicitas, scelus. / aliud per accidens, vt vinum febricitanti, virtus inuidiam creans.

Quod constat bono per se { et malo per se, vere malum est. / et malo per accidens, non propterea est verè malum.

Quod constat bono per accidens, vt inuidia emendans aliquem, non propterea est verè bonum.

Illud etiam.

74. *Ab indeterminatione compositionis.*

Quando partes definitionis sunt synonymæ, cognomines, eiusdem rationis, vitiosa definitio.

Digitized by Google

Integrum { per se habet aliud nomen à nominibus partium.
         { per accidens idem habere potest.

Partes { heterogenei & dissimilaris, vt domus, habent aliud nomen.
       { homogenei & similaris, vt lactis, idem sortiuntur nomen.

Res non definitur per partes homogeneas. partes definitionis debent esse heterogeneæ.

Vbi sum etiam.

Quando per partes totum definitur, vt domus, exercitus, acies, resp.

Oportet { non solum { enumerare omnes } partes.
        {   { significare compositas }
        { verum etiam declarare quomodo componantur: secùs vitiosa est & imperfecta definitio.

Compositionis varia genera alibi indicantur.

In compositione { vel pars magna ponitur iuxta magnam, sine mixtione, vt in naui, horologio, domo.
                { vel fit mixtio minimeque partes ponuntur cum minimis:

Idque { vel cum penetratione quando forma coniungitur cum materia.
      { vel sine penetratione, vt quando componuntur pharmaca.

Quod si quis hoc cum illo.

Supereſt tertius per partes definiendi modus: quo pars vna ponitur in recto casu, altera in obliquo cum propositione, vtquando oxicraton dicitur acetum cum aqua. Tertius definiendi modus.

Primum dicendum est.

Superiores loci huc pertinent, quia modus hic vix discrepat à superioribus.

Vnum cum altero siue *hoc cum illo dicitur* tribus modis. 75. *A multiplici, cum diuisione modorum quibus vnum dicitur cum altero.*

Ratione { subiecti sic Physica cum mathematicis disciplinis.
        { loci, sic præceptor cum discipulo.
        { temporis sic Hector cum Achille.

Si quæ nullo ex istis modis inter se coniunguntur, inepte eorum vnum dicitur esse cum altero.

Sin diuisione adhibita.

Quæ coniunguntur quidem, nec tam necessariò, & per se referuntur ad eundem finem, atque vsum, vt si audacia cum ratione, ratio cum audacia dicatur fortitudo. 77. *A disparitate partium.*

Iam vero.

Vitiosa definitio si finis proponitur alius partibus, alius toti, quamuis partes referantur ad vnum, & eiusdem finem. 78. *A disparitate totius & partium.*

Vt si fortitudo definiatur audacia in medendo cum scientia rerum salubrium.

Digitized by Google

Partes simul sumptæ referuntur ad finem totius.

Sunt autem.

79. *A caussa & effectu.* Si quid dicitur esse vnum cum altero, veiita, dolor cum opinione contemptus, quia hoc sit illius caussa, non est bona definitio.

Rursus si quis.

80. *Ab indeterminatione compositionis.* Si coaceruationem rerum. p. {mellis / aquæ} asseueras esse totum. p.

81. *A pari & comparatione.* hydromel, nisi significas modum compositionis, malè definis.

Quanquam neutrum.

Compositorum omnium quatenus composita sunt par est ratio: Atqui caro, os & similia non sunt compositio: Ergo neque cætera composita.

Compositioni opponitur dissolutio non carni. Ergo caro non est dissolutio.

Præterea si pari ratione.

Contraria versantur eodem in subiecto, malè definitur subiectum per con-

82. *Ab altero contrariorũ.* trariorum vnum, & omisso altero.

quod si cui.

Monita. Primum. Qui non potest totam conuellere definitionem, adoriatur partem.

Quæque obscuræ sunt.

2. Si definitio proposita est obscurior, explica ipse: nisi aduersarius probat explicationem, exige ab illo meliorem.

Iam vero quemadmodum.

3. Prolata melioni definitione perimatur deterior vt lex, lege.

At omnes.

4. Qui nouit veritatem, mendacia optime deprehendit; vt facilius deprehendantur ucatæ definitiones veram definitionem rei apud te constitue.

IN LIBRVM

Finis Libri Sexti.

Digitized by Google

IN LIBRVM SEPTIMVM

SVMMA.

EXponuntur { loci pertinentes ad idem, & diuersum } cap. 1.
{ loci quibus definitio confirmatur }
{ non nulla necessaria & communia documenta, cap. 2.

IN CAPVT I.

De eodem, & diuerso.

Idem { genere, specie, proportione, ex libro 4. expendendum.
{ communissimè } ex hoc libro.
{ numero }

Quæstio qua quæritur sintne aliqua an diuersa, eiusmodi est;
Vt { valeat sufficiatque ad refellendam definitionem.
{ sternat aditum ad eius confirmationem.

Vnum numero vt hic propriè quod planè idem, quod re & ratione idem, vt culter, & gladius.

Ac primus locus sumitur.

1. A coniugatis.

Cum duæ vocabulorum coniugationes, aut classes conferuntur in hoc negotio. p. in huncce modum;
n. { fortis, fortissimus, fortiter, fortiter facere.
{ iustus, iustissimus, iustè, iustè agere:
Tum { vt se habet casus vnius coniugationis, ad casum alterius sibi respondentem.
{ ita reliqui ad reliquos sibi respondentes.

Ergo si iustitia non est idem quod fortitudo, neque iustus idem atque fortis.
Potest quidem vnus atque idem esse & iustus & fortis, sed non est idem, iustum esse atque fortem esse.
Sed consulendæ exceptiones, & captiones alibi positæ.

Digitized by Google

Eadem eſt contrariorum ratio.

2. *Ab oppoſitis* Iiſdem eadem opponuntur idque eodem modo : quibus eadem eodemque modo opponuntur, ea ſunt idem.

Alter locus.

3. *Ab effectiuis & corruptiuis*

Eorum quæ ſunt idem { idem ortus } { eædem cauſſæ effectrices. / idem interitus } { eædem corruptiuæ.

Atque etiam videndum.

4. *A ſuperlatiuis.* Quod maximè excellit in quoque genere, ſiue in vno genere, illud eſt vnum. Ergo quoties gradus ſuperlatiuus dicitur verè de duobus;

Tum { vel illa ſunt idem, vt ſi Lutetia & vrbs quam incolimus dicatur Gallia-rum populoſiſſimum oppidum. / vel ſaltem vnum in altero tanquam in ſuperiori continetur, vt cum

dicuntur fortiſſimi Græcorum { Spartani / Peloponeſii } Gallorum { Belgæ. / Bellouaci.

Rurſus videndum.

4. *Abiiſdem vni tertio.* Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt inter ſe eadem.

Iam ex attributis.

5. *Ab accidente & ſubiectione* Quæ ſunt eadem ab accidente, iis eadem accidunt, eadem ſubiiciuntur.

Videndum etiam.

6. *A diuerſitate Categoriæ* Quæ diſtinguũtur Categoria, vt actio, & paſſio, differunt numero, id eſt non ſunt planè idem.

Aut ſi genus.

7. *A diſſidio differentiarum.* Quæ non habent eaſdem differentias, non ſunt idem.

Ex maiore.

8. *A magis & minus.* Cùm duorum vnum intenditur, ac remittitur, alterum non item, ea non ſunt idem.

Cùm duo intenduntur, & remittuntur, vt candor, & candoris ſimilitudo, ſed non ſimiliter non ſunt idem.

Ex adiunctione.

9. *Ab adiunctione.* Si ex duobus. p. { voluntate iuſtè agendi / ſcientia iuſtè agendi } vnum addatur rei tertiæ. p. homini, neque facit idem compoſitum, quod alterum faceret ſi adderetur, ea non ſunt idem.

Aut ſi eadem.

10. *A detractione.* Si duorum vnum. p. amicitia amoueatur ab aliquo. p. à ſocietate, neque remaneat idem, quod remanſurum erat altero detracto. p. iuſtitia, illa non ſunt idem.

Digitized by Google

Neque vero id.

Quoticſcunque duo.p. { inane ſiue vacuum / & plenum aëre } dicuntur eſſe idem, ſi propterea ſequitur concluditurque aliquid abſurdi & impoſſibilis, illa non ſunt verè idem. 11. *Ab hypotheſi & incommodo.*

Expellatur ex vaſe aër, ita vt nihil ingrediatur;

Idem erit { et inane quia nihil continebit. / et non inane quia non erit aëre plenum.

Atque vt ſummatim.

Iiſdem eadem { ſubiiciuntur tanquam attributo. / tribuuntur tanquam ſubiecto. 12. *A ſubiectis, & predicatis.*

Eadem { numero ſunt ſpecie / ſpecie ſunt genere } eadem: non contrà.

Diuerſa { genere ſunt ſpecie / ſpecie ſunt ſpecie } diuerſa; non contrà. 13. *Ab eiuſdem diſtinctione.*

Poſtremo.

Ea quorum vnum ab altero ſeparatur, vt calefactio à calore, non ſunt planè idem, etiam ſi realiter idem. 14. *A ſeparatione.*

Conſule ſermonem de diſtinctionibus rerum.

Ex iis.

Quibus locis euertitur identitas, euertitur & definitio, quæ debet idem eſſe cum definito. *Monitum primum.*

Eorum autem.

Locus quo aſtruatur identitas non ſufficit ad aſtruendam definitionem. *Monitum ſecundum.*

Loci ad confirmandam definitionem.

Quod ſi probari.

Sciendum { primò, in diſciplinis ſolere poni non probari definitionem. / ſecundò Analytici potius, quam Dialectici eſſe, præcipere de definiendo. / tertiò definitionem eſſe orationem, quæ quid res ſit explicat. / quartò genus & differentiam coniuncta prædicari in quid. *Monitum tertium.*

Quibus autem ex locis.

Definitionum oppoſitarum ſi legitima vna, & altera erit. 1. *Ab oppoſitis*

Ex partibus autem.

Proba definitio, quæ conſtat genere, & differentia.

Confirmatur genus, & differentia per locum à contrariis. 2. *A contrariis per partes.*

Ex caſibus etiam coniugatis.

Cum occurrunt duæ cõiugatorum claſſes, quid ſit ſentiendum expoſuimus. 3. *A caſibus.*

Digitized by Google

Ex coniugatis habet se vt vnus casus ad suam definitionem, ita alter ad suam: si obliuisci est amittere scientiam, obliuio est amissio scientiæ.

Ex iis quæ eodem modo.

4. *A proportione.*

Similium similis ratio, & definitio, vt calefactiui, frigefactiui.

Si calefactiuum definitur quod calorem facit, frigefactiuum erit quod frigus facit facereue potest.

Si calefactio est actus calefacientis in calefactibili, frigefactio, &c.

Ex paribus & maioribus.

5. *A comparatione.*

Quando oratio vna æquè videtur esse definitio atque altera, hoc etiam magis: si hæc est definitio, & illa erit.

IN CAPVT II.

Documenta.

Difficilius etiam.

Primum. Faciliùs oppugnatur, quàm propugnatur definitio.

Similis.

2. Faciliùs oppugnantur genus, & proprium, quam confirmantur.

Accidentis porrò.

Quæstio de accidente { generalis facilius oppugnatur, quàm confirmatur: vt estne, necne omnis miles impius? particularis cõtrà: vt estne necne aliquis miles impi⁹?

Atque etiam illud.

Docet Aristoteles quare definitio facilè refellatur, difficiliùs confirmetur: accidens contrà.

Finis Libri Septimi.

Digitized by Google

IN LIBRVM OCTAVVM

PRÆFATIVNCVLA.

De disposi-tione & elocutio-ne Dialectic

VEtus dialecticè agendi ratio breuiter à nobis præscribetur in Methodicis.
Eam præceptis Aristoteles hic instructurus est.
Actum de inuentione dialectica, agendum de dispositione & elocutione.
Porrò sic habeto nullum esse in organo librum, qui maiori cura & sollicitudine tractari, & comprehendi debeat, quam hic octauus liber Topicorum: Res ipsa id loquetur.

IN CAPVT I.

Officia Dialectici.

Dialecticus { aggreditur interrogat } { inuenit. } [terrogat.
Dialecticus { sustinet respondet } { disponit } eloquitur dum in-

Primò inuenit argumenta in locis constituta.
Secundò disponit & interrogat seipsum.
Tertiò eloquitur & interrogat apud alterum.

Verùm { inuentio est communis philosopho, cum dialectico. ¶
Verùm { dispositio, interrogatio } Dialectici propria est.

Taxis autem seu dispositio occurrit duplex. τάξις.

Nam { vna dicitur *naturalis*, qua insistimus eandem viam quam natura; idque eodem modo, vel contrarijs.
Nam { altera dicitur methodus *prudentia*, quę contrà habet, accommodatur locis, personis, &c.

Naturalis { iuxta intentionem naturæ, cum { à fine ad media, ab effectis ad causas } progredimur.
Naturalis { iuxta executionem, quando contrà à causis ad effectus, à simplicibus ad composita.

Digitized by Google

Quæ prudentiæ dicitur, propria eſt Dialectici, ſed ad aliud non per ſe.

Propria { non ſi cùm Rhetore aut poëta conferatur.
verum ſi cum philoſopho: quanquam Rhetorica Ariſtoteli eſt Dialecticæ ſoboles, ideoque *poëtica*.

Philoſophus non eſt Dialectic⁹ eſt Orator } paratus ad diſceptandum in vtramque partem.

Ideo hi interrogant, philoſophus ſaltem non interrogat in vtramque partem contradictionis.

Vterque tum Rhetor, tum Dialecticus, potiorem auditorum quàm aduerſarij rationem habere debet.

Ac loci quidem.

Inuentio explicata eſt, deinceps præcipiendum { de diſpoſitione. / de interrogatione, de clo- [cutione.

Si autem.

Propoſitionum genera duo adhibentur à dialectico, nempè { *neceſſaria*. / *aſſumpta*.

Quando proponitur quæſtio dialectica .p. in huncce modum;

Eſt-ne necne neceſſaria Logica?

Eſt-ne necne pax optabilis cum omnibus externis hoſtibus?

Vt altera partium propoſitæ quæſtionis confirmetur, probetur;

opus { propoſitione / ſumptione } quæ illi parti, ſeu concluſioni additæ ſyllogiſmum faciant: Omnino eſt opus antecedenti, quod adiectum concluſioni conficiat argumentationem aliquam .p. in huncce modum.

Quod redintegraturum eſt ciuile bellum, non videtur nobis optabile.
Pax cum omnibus externis hoſtibus ciuile bellum redintegratura eſt:
Ergo pax cum omnibus externis hoſtibus non videtur nobis optabilis.

Et illæ quidem propoſitiones, ex quibus antecedentibus componitur argumentatio, quæ noſtram de propoſita quęſtione ſententiam concludat, nuncupantur à philoſopho *neceſſariæ*.

Cæteræ vocantur, *non neceſſariæ, aſſumptæ* quæ vſurpantur ad probationem præter illas antecedentes *neceſſarias*.

Et aſſumptarum quidem genera quatuor Ariſtoteles facit.

Nam {
- vt inductio fiat, aſſumuntur, id eſt, vt altera ex neceſſarijs aliaue argumentatione, & inductione confirmetur.
- vt augeatur orneturque oratio.
- vt celetur concluſio, .j. nè aduerſarius deprehendat, quò tendant interrogationes noſtræ.
- vt illuſtretur clariorque efficiatur oratio.

Digitized by Googl

Necessarium igitur.

Duplex obseruandum est dialecticum genus differendi seu interrogandi & respondendi;

n. { vnum in scholis vsitatum, quo tota argumentatio proponitur instructa antequam aduersarius respondeat.
alterum antiquius vbi sigillatim propositiones interrogãtur & respondentur. De qua re in methodicis cap. 4. sectionis poster. art. 1. & 2.

Hæc autem.

Quid sint propositiones inductiuæ siue probatiuæ, explicatum ad librum de methodo eodem loco nunc citato.

Ad celandum.

De crypsi siue de consilio occultando, art. vlt. eiusdem capitis disceptatũ est.

Illud etiam progredi.

Interrogandæ necessariæ propositiones, antequam conclusio probetur.

Quando multa coram te aliquis asseuerauit, aut sententia eius capita complectitur multa eum reprehensurus ita interroga, vt nesciat quamnam ex ipsius assertionibus refutaturus sis.

Ac vt in summa dicam.

Sic interroga vt nesciat aduersarius quanam ex interrogatione, aut propositione conclusio sit efficienda.

Vtile est.

Quæ ad maiorem propositionem necessariam confirmandam pertinent interrogationes permiscendæ sunt cum ijs quæ ad minorem, ne coniunctio, series & scopus interrogationum deprehendatur.

Permiscere etiam potest ad maiorem occultationem oppugnatio vnius assertionis cũm oppugnatione alterius, quando sententiæ aduersariæ duo aut plura vis impugnare capita.

Atque etiam generalis.

Diuertendum { [à contrario ad contrarium .p. à pace, ab bellum.]
à coniugatorum eo, de quo acturus es, ad alterum, alteriusue definitionem, caussam, &c. .p. à pace ad pacificum, pacifici mores & ingenium.

Præterea isti qui.

Dissimula ne sentiat aduersarius qua propositione concessa præcipuẽ egeas, quæue propositio & interrogatio maximè faciat tuum ad institutum.

Illud etiam proderit.

Danda opera, ne percipiat aduersarius vtra pars contradictionis consilio tuo sit accommodatior.

Vtraque proindè simul interrogãda est .p. in hunc modum.

Suntne neche Galli proclines ad pacis cultum?

Non verum altera tantum .p. in huncce modum.

Digitized by Googl

Num Galli ſunt proclines ad colendum otium?
Nonne Galli ſunt proclines ad colendam pacem?

Iam verò.

Ad ſimilia expedit diuertere; ideoque auſpicari antequam interroges quod facit ad tuum inſtitutum: Antequam ex. gr. quæras poſſimuſne diu colere pacem; ſimile aliquid interrogabis, in huncce modum;

Poſſunt-ne calida diu conſiſtere cum frigidis?

[*Similitudines* deindè vſurpabis ad *illuſtrationem*.]

Ipſæ etiam.

Vtile ad fidem faciendam aduerſario tibi obſiſtere, obijcere, & adferre aliquid quo ſententia tua videatur perimi: Sed itavt illud deindè à te ipſo planè refutetur .p. in hunc modum.

At dicet aliquis, Galli ſunt clementes, humani, &c. Ergo aptiſſimi videntur ad cultum pacis diuturnum, &c. Sed reſpondeo, &c.

Imò elegantiſſimum.

Primò antequam interroges, recenſe paucis quicquid protulit aduerſarius ad opinionis ſuæ confirmationem, ſi quid protulit.

Deindè alia multa firmioraque, ſi potes ad eiuſdem confirmationem profer: ſed tamen à te ipſo mox diſſoluenda.

Tum interrogandi facito principium, & interrogandò tibi obſiſte ipſi: ſic tamen vt planè diluas tandem quæ obieceris tibi.

Demum { aduerſarium interrogationibus tuis in ſententiæ tuæ aſſertionem adduc. / adductoque & poſtulanti argumentorum ſententiæ tuæ aduerſariorum ſolutionem, eaque turſus obijcienti, aut ſimilia, planè ſatisfacito.

Quo præcepto nullum ornatius videtur, nullum elegantius.

Ad elegantiam nonnihil acceſſionis fiet, ſi des operam vt ipſe aduerſarius tuis adductus interrogationibus prolationeque & ſolutione aliarum obiectionum conſimilium, ſed manifeſto falſarum diluat quæcunque à te & ab illo ſunt obiecta.

Illud vt fiat profer obiectiones ſimiles ſolutu tamen & deprehenſu faciliores, vt ſæpè in ſcholis facimus .p. dum proponimus obiectiones de indeclinabili, &c. De viris inuocandis & interrogandis, dum agitur de inuocandis Sanctis.

Vtile etiam.

Significandum eſt aſſueta eſſe & recepta.

Si talia ſunt, quæ à nobis interrogantur, vt aduerſarium negare pudeat .p. in hunc modum.

Nonne vt produnt auctores omnes, Galli ſunt leues?
Nonne populorum conſenſu, &c.
Nonne ſic philoſophi ſenſerunt, ſic iuriſperiti, veteres patres?
Nonne qui periti huius rei? quicunque ſcripſerunt, &c.

Iam &

Digitized by Google

Iam & ſtudium.

Caue ne videaris ſtudioſius percontari & interrogare quæ ſunt tibi profutura, quam cætera.

Non oportet animoſiùs & auidius vtilia interrogare, quam inutilia.

Et ſimilitudinum collatione.

Expedit ſimilitudine inſtruere propoſitionem, & interrogationem .p. in hunc modum.

Nonne vt ſentire eſt pati, & recipere, ita & intelligere?

Nonne vt leones ad pugnam paratiſſimi; ita & generoſi populi?

Parabola & ſimilitudo creditur aliquid alienum, ideo facilius conceditur.

Magna vis.

Interroganda ſunt antecedentia, id eſt, ea quibus poſitis & conceſſis oporteat ponere, & concedere propoſitionẽ concludendam, aut neceſſariam.

Illud etiam.

Quod maximè neceſſarium eſt, poſtremo eſt interrogandum loco, niſi res ſit cum audaculis, qui ne reformidare videantur aduerſarium, prima quæque confidenter concedere ſolent; ſi apparet qua referantur, ſi credantur ab ipſis vera, vel *inutilia*: concedenda enim tum vera, tum inutilia. De qua re alibi.

Poſtremo.

Interſerendæ ſunt otioſæ interrogationes, nihilque facientes ad probationem, nempè vt occultentur aliæ, minimeque videat aduerſarius, quid tibi profuturum, ne vtilia internoſcat, &c. .p. in hunc modum.

Nonne pax eſt aliquid iucundum, & optabile?

Nonne Galli ſunt humani? nonne Italis candidiores?

IN CAPVT II.

De ornatu & amplificatione.

Ornatus { non ornamentum oratorium .p. figura, Tropus.
{ ſed amplificatio orationis, & enunciationis. ¶

Ad ornatum valet { tum *inductio*, de qua mox.
{ tum *diuiſio* comparationis inſtituta inter res eiuſdem generis, ſed diuerſas & differentes .p. in hunc modum.

Nonne vt nigror cogit, ita candor diſſipat?

Nonne vt amamus iuſtos, ita iniuſtos odio proſequimur?

Nonne vt obſequium amicos, ita veritas odium parit? ¶

Dilucidus autem.

De illuſtranda oratione.

Illuſtratur oratio { exemplis / parabolis } verum exquiſitis non vulgaribus & ineptis.

Digitized by Google

Exempla adhibenda præcepit Ariſtoteles { non qualis poëta ineptus / ſed qualis Homerus } proferat.

Nonne vt Agamemnoni nocuit affeciſſe contumelia Achillem:
Ita tibi nocuerit fortiſſimos à te duces alienare?
Nonne vt Neſtor præponitur Aiaci;ita,&c.

Parabolarum ſiue ſimilitudinum notiſſima virtus.

Fabulæ Æſopicæ ijs adiungi poſſunt, quarum elegans vſus, vt & parabolarum, in hunc modum.

Nonne cum formica prouideat futuræ hyemi, ſenectuti prouidendum eſt, turpeque eſt in diem viuere?
Nonne vt canes inter ſe dimicantes conſpecto lupo conciliantur; Ita ciues tumultuantes dum cernunt ingruentem externum hoſtem?
Nonne vt vulpecula Æſopica eſt; ita, &c.

In quibuſdam.

De probationum non neceſſarijs.

Aſſumptarum propoſitionum principes ſunt *inductiua*, ſeu omnino illæ quibus confirmatur neceſſaria propoſitio, quæ probatione egeat.

Neceſſaria autem dicitur { non quod neceſſariò vera. / ſed quod neceſſariò vſurpanda eſt, vel alia ſimi-lis.

Vtimur { inductione / ſyllogiſmo } { & cum teximus neceſſariam argumentationem. / & cum confirmamus propoſitionem neceſſariam.

Vtendum potius { ſyllogiſmo, quando res eſt cum Dialectico, non protervo. / inductione, quando cum alio.

In quibuſdam rebus facilè.

Præcepta de inductione. Primum.

Similia { vel nomen commune habent, vt Reges, equi, &c. tumque facilior eſt inducendi ratio. / vel non, vt Rex, paſtor, Imperator, &c. quatenus vtilitati alienæ conſulunt, tum enitendum eſt { vt commune fingatur nomen. / aut certè periphraſi explicetur.

Cum autem inductione.

Secundum. Primum profert ſimilia plura ſingularia.
Deindè concludit genus vniuerſum, vel aliud.
Si negat concluſionem aduerſarius, pete refutationé ſiue inſtantiam, in h. m.
Nonne fortitudo eſt mediocritas, itemque temperantia?
Nonne etiam vrbanitas, liberalitas, eſt moderatio?
Ergo virtus omnis videtur mediocritas.
Negas concluſionem, Cedo inſtantiam, da exceptionem?
Cedo virtutem quæ non ſit medium?

Sed poſtulandum.

Tertium. Poſtulandum eſt vt aduerſarius pro exceptione inſtantiaque proferat aliud

Digitized by Google

ab eo de quo disputatio sit instituta, sit controuersia .p. aliam virtutem à pietate, si de pietate loquimur, nisi fortè contendit illud vnum ac solum tale esse, in eo genere.

Quod autem ad eos.

Si propter homonymiam instantia affertur ex alio genere ab eo de quo loqueris .p. si tu concludas, in hunc modum; *Quartum.*

Omnis igitur candor dissipat aspectum:

Aduersarius excipit candorem animi: vtere distinctione, in hunc modum.

Cum de candore loquor, eum intelligo vnum, qui sit propriè color.

Quod si vi simili.

Si è proposito & concluso instantia eiusmodi profertur, quæ refelli nequeat, concludendum est saltem quod reliquum est, in eo genere .p. in h. m. *Quintum.*

Assentior tuæ exceptioni: vera est legitima que hæc exceptio, & instantia.

Sed non potes proferre aliam: Non assignabis aliam à pietate virtutem, quæ non quærat medium.

Itaque quicquid reliquum est, in eo genere tale est, quale concluſi esse.

Cæteræ à pietate virtutes medium quærunt.

Quod etiam faciendum.

Si aduersarius negat conclusionem tuæ inductionis .p. hanc, *virtus omnis consistit inter vitia duo extrema;* *Sextum.*

Neque tamen vllam instantiam profert, cum nihilominus proferri aliqua possit: sed quæ tibi non officiat, afferto ipse & conclude reliquum, in hunc modum;

Non ineptè negas: Nam iustitia non est inter duo extrema vitia, sed cæterarum virtutem nullam proferre potes, quæ ita habeat.

Si verò nulla.

Postulandum est vt qui instantiam non profert, concedat inductionem, seu conclusionem eius .p. in hunc modum. *Septimum.*

Confitere hoc, vel aliquid affer exceptionis.

Cur non concedis cum nihil exceptionis habeas?

Facilius exceptio profertur, quàm recensentur plurima. ¶

Cum autem res.

Præcepta de syllogismo.

Syllogismus { vnus *ostensiuus*, vt sæpius dictum. / alter *deducens ad incommodum*, & falsum.

Proponatur confirmanda illa quæstio, seu propositio ac sententia.

Qui admiratur, non sapit:

Ostendes eam, seu demonstrabis ostensiuo syllogismo, in hunc modum.

Qui ignorat, non sapit.
Qui admiratur, ignorat.
Ergo qui admiratur, non sapit.

Deduces verò ad impossibile, in hunc modum.

Qui admiratur, sapit.

Digitized by Google

Hæc contradictio quæstionis est vera: nisi quæstio proposita sit vera.

At quicumque admiratur, ille ignorat.

Ergo qui ignorat, sapit, quod est absurdum.

Ergo si qui admiratur sapit, ignorans sapit.

[Dialecticus] autem potius ostendere debet, quàm deducere ad incommodum, seu vti epicheremate, aporemate.

Proponenda autem.

Primum. Seligendæ ad structuram syllogismi propositiones perspicuæ, instantiaque ægrè refutabiles.

Nunquam autem.

2. Conclusio non est efferenda per interrogationem, hoc enim oratorium, non dialecticum est.

Neque verò quicquid.

Quæstio } { dialectica est ad quam possimus respondere per *etiam*, aut *non*.

Interrogatio } { non dialectica, seu analytica, non est eiusmodi, aut saltem non necessariò est, vt *Quid est iustitia? vbi habitat?*

Qui autem.

3. Vna propositio non est interroganda sæpius.

Qui aduersarius non respondet ad interrogationem { vel increpetur. ¶ / vel deseratur.

Illud autem.

Cognoscenda natura & conditio propositionum, & quæstionum.

4. *De natura quæstionum & propositionum.*

Quæ hypotheses, id est problemata interprete Alexandro; seu partes contradictionis difficulter interrogantur, oppugnantur, eædem facilè defenduntur.

Quod refutatu facile est, id difficile deffensu, & contrà.

Cuius generis.

Et *prima* per naturam sunt difficillima probatu .j. principia, & axiomata vt *Omne totum maius est sua parte.*

Ex nihilo fit nihil; omnia bonum appetunt.

Et *vltima* secundum naturam, id est, conclusiones remotissimæ à principijs, vt cœlum mouetur ab intelligentia.

Diameter lateri est incommensurabilis.

Vt confirmetur { prima illa, definitio adhibenda venit. / vltima, ordiendum est à principijs primis, paulatimque progrediendum, vt fit apud Euclidem.

Loquimur de probatione per syllogismum, alioquin principia probantur inductione.

Difficilia autem probatu.

Propositiones proximæ { vltimis / primis } probatu sunt difficiles.

Digitized by Google

Definitione autem.

Confirmare definitionem ſemper difficile eſt, difficillimum quando non conſtat vtrùm verba ex quibus compoſita eſt, ſunt *ſynonyma* aut homonyma.

Omnino quæſtio.

Propoſitio difficilis confirmatu { vel eget definitione. / vel eſt vicina primis, vltimaue. / vel eſt ambigua, aut metaphorica.

Probabilis etiam.

Male conſtituta definitione difficile eſt ratiocinari, tum in cæteris diſciplinis, tum in mathematicis.

IN CAPVT III.

Nunc de reſpondendi ratione.

Hactenus de interrogando, nunc præcipiendum eſt de *reſpondendo*, poſtea de vtroque munere. *De reſpondendo.*

Interrogantis eſt *impellere* aduerſarium ad confeſſionem rerum, quæ videantur abſurdiores, quam quæ ſequuntur contradictionem ſententiæ, quam hic tueatur. *Officia.*

Reſpondentis dare operam, vt *impoſſibilis* falſique nihil eruatur ex ipſius reſponſionibus. Abſurda vera videãtur, quæ conatur ſtabilire aduerſarius.

Qui reſpondet peccat { primò, cùm tuetur aliquid natura ſua abſurdum. / deinde cùm fateri cogitur aliquid abſurdius ipſa reſponſione. } *Peccatum.*

Id eſt { cum non poteſt ſententiam ſuam tueri, ſed reprehenditur, quod turpius. / aut cum ex ipſius reſponſione, ſententia prima colligitur aliquid quod illa videatur abſurdius.

Non ſunt autem.

Sermonum genera & officia.

Sermones didaſcalici, dialogiſtici.

Didaſcalici vbi { qui docet, nihil falſi proponere debet. / quid diſcit, admittere debet quæ vera iudicat.

Dialogiſtici { Dialectici { interrogatio, reſponſio, vtraque, exercitatio } de qua præcipiendum. / Sophiſtici vbi { interrogator conatur aliquid facere. / reſpõſor cauet ne ille feciſſe videatur aliquid.

Digitized by Google

Aliquid facere hîc ſignificat imponere aduerſario { ad aliquid abſurdius. / aut ad vnum è quinque finibus Sophiſtarum. n. reprehenſio, falſum, incredibile, ſolœciſmus, nugatio.

Qui igitur.

Methodus { vna generalis, quæ à praxi remotior. / altera particularis, ſpecialis, quæ eſt dux certior.

Officium reſpondentis Particularia præcepta.

Ergo præcepta reſpondendi diuidenda veniunt.

Reſponſurus autem multa præſtare debet.

Primò propoſitionum varietatem comprehendere, tenere.

Secundò quæſtionis genus animaduertere, incommoda meditari } priusquam eam defenſurus cum altero congrediatur.

Tertiò interrogationis obſcuritatem, multiplicitatem indagare, deprehendere.

Quartò interrogationem reſponſione ſoluere, impedire.

Propoſitionis triplex genus animaduertendum;

De propoſitionum diſtinctione.

n. { *Probabilis* { omnino & abſolutè. n. quæ probatur { aut omnibus. / aut plurimis. / determinatè & ſecundum quid. n. quæ probatur { aut vni tantum. / aut paucis.

Improbabilis { omnino, quæ improbatur { aut plurimis. / aut omnibus. / determinatè, quæ improbatur { aut vni tantùm. / aut paucis.

Neutra id eſt neque probabilis neq; improbabilis, ſeu de qua nemo iudicium tulit, nemo præiudicium.

Tulit { iudicium, qui de ipſa dixit ſcripſitue aliquid. / præiudicium, qui de re ſimili pronunciauit aliquid.

Duplex genus { tum probabilis / tum improbabilis } vtramq; poſtulat reſpõdendi rationem.

Concluſa { aduerſus propoſitionem probabilem ſunt improbabilia. / aduerſus propoſitionem improbabilem, ſunt probabilia.

Digitized by Google

Quoniam autem.

Officia pro varietate quæstionum.

Si propositionem *neutram* defendis { et probabilia admitte. / et quæ minus quam illa improbabilia sunt.

Si improbabilem, nihil concede nisi planè probabile.

Si probabilem, existima conclusionem aduersarii esse improbabilem: Ergo antecedentes quibus efficitur.

Sin autem.

Quod determinatè { probabile / improbabile } id tale { ratione tui, tumque sententiam tuam ponderare debes. / vel ratione alterius: tumque } sententia eius diligenter inspicienda venit.

Quoniam autem necesse est.

Interrogatio seu propositio, quæ interrogatur ab aduersario, aut pars illa cõtradictionis, quam adstruere conatur, vult concedi tanquam probationem, probationisque adiumentum;

De interrogatione. Precepta pro interrogationum varietate.

varia est { probabilis / improbabilis / neutra } { vtilis / inutilis } { clara / obscura } { ambigua / non ambigua } { necessaria. / assumpta.

Ad probabilem quomodo respondendum.

Probabilis { vel ad rem nihil facit; vt exempli gratiâ, si aliquis probaturus elephantum inter quadrupedes principem obtinere locum, quærat, *maiorne bellua inter quadrupedes?* / vel idonea ad concludendum, vt si quærat in h.m.

Datur-ne bellua sagacior?

Si prioris generis, concedendum est, quia { laudatur qui concedit probabilia. / vituperatur, qui non potest concessis vti, ad adstruendam opinionem.

Si posterioris, respondendum est { videri quidem probabilem esse. / verè tamen positam esse in controuersia,

& æquè atque id quod quæritur: fatendumque ea posita sententiam nostram destructum iri.p. h.m.

Creditur quidem à plærisque elephas sagacissimus.

Si quæ talis foret, principem mereretur locum, sed talem esse non est certum, dubium est vtrum sit talis.

Improbabilis { vel ad rem facit, vt si aliquid ostensurus virtutes omnes æquales esse, sic interroget.

Nonne omnes virtutes sitæ in voluntate sunt?

vel ad concludendum idonea est, nisi ita interroget;

Digitized by Google

Nonne virtus virtuti respondet, vt punctus puncto?

Aut si probaturus aliquem ægrum periclitari, sic interroget;

κωματώδης. *Nonne iste æger est comatosus?*

Si prioris generis concedi potest, verum ita vt significet { tibi non probari, / sed concedi gratis; quia inde non efficiatur conclusio.

Quo responsionis genere in scholis vtimur adhibendo verba hęc, *transeat, esto*, aut formulam consimilem. p. in h. m.

Non sunt quidem virtutes omnes in voluntate: sed sunto: sanè an propterea æquales erunt?

Si posterioris, respondendum { si res ita haberet, effectum iri conclusionem, / sed non ita habere. p. in h. m.

Sanè si foret comatosus, periclitaretur: sed non est.

Quomodo ad neutram. *Neutra* { vel est idonea ad concludendum, superiorque respondendi vsurpanda ratio. / vel inutilis, & concedi potest, per *transeat*, ne per culpam nostram stetisse dicat aduersarius, quo minus conclusio sit probata.

Eodem modo eis occurrendum.

Si quid quæritur, interrogatur, proponitur obscurius; vt

Nonne anima est ἐντελεχία?

Antequam respondeas postula interpretationem. p. in hunccemodum.

Quid hoc Entelechiæ nomine significatur?

Constet inter nos quid hoc nomine significatum velis.

Quomodo ad ambiguam respondẽdũ.

Homonyma { neganda est propositio, si quouis sensu falsa est, vt omnis canis currit. / concedenda si quouis vera sensu, vt omnis canis est substantia. / distinguenda si sensu { vno vera, altero falsa } vt omnis canis est animal.

Satius autem initio distinguere, quàm postea quod simpliciter admiseris, in multiplices partiri sensus.

Quoniam omnis propositio.

De necessariis & assumptis.

Interrogationes { aliæ necessariæ. / aliæ assumptæ, quæ referuntur { ad inductionem. / vel aliquid aliud. i. celandum, illustrandum, ornandum.

Sed à *similitudinibus*, & inductiuis propositionibus plurimum imminet periculi.

Pleraque homogenea percurrere quoties deprehenditur aduersarius, & quædam interrogare affinia confirmandæ quæstioni, iudica enim cogitare de confirmando vniuerso genere, per *inductionem*: vel per *similitudinem*, neque

Digitized by Google

teque para ad excipiendum illius impetum.

Refellitur autem { inductio exceptione, & instantia.. / similitudo, dissimilitudine aliqua, quæ ad rem faciat.

Itaque singula quæ proferuntur concedes si vera sint.

Sed quando ventum erit ad conclusionem, tum confugies ad instantiam: vel ad dissimilitudinem.

Defendere autem.

Antequam accedas / Vel saltem dum accedis } ad defensionem sententiæ alicuius;

Cogita apud te, & meditare, quæ aduersus illam proponi possunt.

Propositum autem.

Fugienda defensio propositionis & sententiæ improbabilis. *Non defendenda absurda.*

Maximè si omnino improbabilis { primò, quia difficulter defenditur; / deinde quia plurimùm

nocet existimationi, si suscipitur { vel animi gratia / vel qualibet alia de causa } magna est

opus circumspectione.

Caue nè à fundamento eius tanquam ab arce digrediaris.

Argumenta autem.

Quoties conclusio est falsa, legitimè tamen conformatur syllogismus; *Recta solutionis ratio.*

Tum { vel alteta tantum ex antecedentibus falsa est, negandaque tanquam causa falsæ conclusionis. / vel vtraque { nec satis est negare vtramque. / sed oportet iudicare quænam sit causa falsæ conclusionis.

Quanquam quæ non est causa per *transeat* concedi potest.

In scholis si quando falsa est antecedens propositio, vti possumus ac solemus hac respondendi formula:

Nego totum. Nego totum syllogismum. (tres propositiones syllogismi falsæ.)

Tùm licet aduersario vtram voluerit antecedentium suscipere confirmandam.

Sed { hoc tolerabile, dum piraslicè agimus, vt ferè vulgo in scholis. / dum Dialecticè agitur, prohibendi excursus, & digressiones.

Digitized by Google

IN CAPVT IIII.

Impediri autem.

De impedienda argumentatione.

Syllogiſmus ſoluitur iam contextus, iam compoſitus.
Impeditur inchoatus tantum & contendens ad concluſionem.
Primò affirmatur vel negatur ſemper interrogatio propoſitioue, quæ futura cauſſa concluſionis erat.
Secundò quando propoſitio generalis refellitur *inſtantia*.
Tertiò cùm ex interrogatione ſi concedatur (ſiue ſit vera ſiue falſa) doces nihil concludi: vt ſi quis probaturus aliquem legiſſe Demoſthenem, ſic interroget:
Nonne eſt Græcus? nonne docuit Lutetiæ?
Quartò ſi dicas non eſſe *tempus* id quærendi quod interrogatur, vt ſi quis roget vtrùm anima ſit motus, tu verò reſpondeas in hunc modum;
Quærendum eſt quid ſit motus, & quo moueatur anima.
Quod interrogas examinare & diſcutere, non eſt anguſtiarum huius temporis.
Non eſt huius temporis, hoc diſcutere, oportet alia examinare.
Iſta impediendi & reſpondendi ratione vtimur in ſcholis. p. quando aliquis Logicam, vel Moralem impugnans quæſtionem, & Theſim, quæ ſit propoſita à Tyrone, argumentum eruit à difficillimis maximéque poſitis in controuerſia ſententiis Phyſiologiæ vel Metaphyſicæ. p. in h. m.
Hoc pro tempore difficilius; diſputa ſi placet ad diſcipulorum & Tyronis captum, &c.
Hoc genus reſpondendi vocatur deterrimum ab Ariſtotele.
Sed quod de tempore monet Ariſtoteles, id alias etiam ad circonſtantias traduci debet, ac poteſt. Etenim non quiduis quouis tractandum loco, coram quibuſuis, à quibuſuis, &c.
Non eſt exemp. gr. diſputandum de religione in mediis compotationibus, de adulterio coram puellis, &c.
Propter ineptius tempus, recuſamus reſpondere ad aliquid quod interrogatur.
Item { aut quia iuſto difficilius, nec pro tempore tractari poteſt. / aut quia occurrit aliud, quod tractari poteſt congruentius.
Porrò difficile cenſendum ſi prohibitum, vt aliquando prohibentur diſputationes de certis argumentis. p. de ſucceſſore Regis, aut Reginæ, &c.
Quintum videtur adiungi poſſe reſponſionis & impediendi genus. n. quo ſi quid interrogamur difficilius, & ipſi difficillimam aduerſario reponimus quæſtionem. huc pertinet illud Poëtæ;

Digitized by Google

Dic quibus in terris, &c.

Hoc vſurpandum ſi res eſt cum ſuperbo aduerſario,&c.

Reprehenſio autem.

De interrogando & reſpondendo.

Cur diſputatio minimè perueniat ad finem culpatur, atque in cauſſa eſt { nuncille, qui interrogat. / nunc proteruitas,& culpa eius qui reſpondet. Quo tempore licet ad hominem argumentari, orationem à veris ad falſa transferre, id eſt, ex falſis, erroneis tamen opinionibus: ſed conceſſis tamen ab aduerſario concludere,& efficere,vel aliquid abſurdum, &c. vel concluſionem noſtram.

Illud (per *Aporema*; hoc per *Epicherema*.)

Etenim ex falſo verum concludi poteſt.

Sed hoc ita faciendum eſt, vt breui tempore irretiatur aduerſarius, quia inamœna & iniucunda hæc diſputandi ratio, niſi breuitate condiatur.

Sed omnes debent.

Dum transfertur aliò ſermo inſtitutus,atque diſputatio;

oportet { non excurrere à genere ad genus. p. à Philoſophicis, ad Theologica. / ſed conſiſtere in eodem diſciplinæ genere. p.in Politicis, ſi quæſtio politica eſt.

Licet tamen interdum transferre,& à veris ad falſa, & à veris ad vera: ſed hoc

ita vt { et breui capias irretiasue aduerſarium. / et retexendo orationem euincere poſſis, & concludere, quod initio confirmandum ſuſceperas,

Et enim niſi id facis cum ſe excurſione tua teneri, concluſum ſentiet aduerſarius,& omnino cum interrogaueris multa, nec concluſeris, ita te adorietur, *eſto*, Quorſum hæc? quid ad illud, quod confirmandum ſuſcepiſti? vide quandiu nihil agis. Cur diutius tædio ſumus auditoribus?

Suſcipe de integro oppugnationem ſententiæ meæ ſed breuiorem: deſcende in meam opinionem.

Faciet iſta arte niſi caues, vt non modo effugium nanciſcatur, verum etiam vt contemptui ab auditore habearis.

Sæpe qui reſpondet peruicaciter,& parum candidè, ita reſpondet vt non facilè capiatur in eo ſermonis genere, qui inſtitutus; ſi capiẽdus: ſi ad aliam artem,& methodum ſermo transferatur. p. à rebus Theologicis ad Philoſophiam.

Tum vero excurſus,& digreſſio videtur conducibilis,ſi modo ſit breuis,alioquin non temerè digrediendum.

Qui reſpondet cum timet ne irretiatur, & euertas eius ſententiam de re propoſita,de induſtria ſuis reſponſionibus immiſcet,& interſerit ſententias falſas.

Digitized by Google

Sed nihil facientes propoſitum ad quæſtionem:

n, vt { vel eas ſilentio tuo, auditorum videaris approbare, victus auctoritate aduerſarii, aut aliam ob cauſſam.
vel relicta priori indagine, diſputatione, & quaſi venatione nouam adoriaris.

Vt autem in rebus.

De interturbanda diſputatione.

Diſputationibus { in Sophiſticis, vtrique victoria proponitur.
in Dialecticis, commune opus *inquiſitio veritatis.*

Itaque neuter colloquentium ſua culpa debet diſputationem interturbare.

Culpa pertinere poteſt { et adeum qui interrogat.
et ad reſpondentem { ſiue malè reſpondeat.
ſiue audire nolit.

Quoniam autem.

Penes quem culpa ambiguitatis.

Quoties ignoratur vtrùm duæ propoſitiones ſibi aduerſantur: propterea quod non ſit adhibita diſtinctio, diſtinguere debet qui reſpondet.

Diſtinguere tamen ita eius, qui reſpondet: vt honorificum ſit interroganti detegere *ambiguitates*, quæ imponunt aduerſario, & ſermonem turbant.

Argumentatio autem.

Vitia argumentationis.

Oratio eius qui interrogat ſecundum ſe accuſatur, & culpatur quinque de cauſſis.

Primò quod interrogationes non habent vim concludendi:

Idque { vel quia concludunt quidem aliquid, non tamen illud quod eſt *poſitum in controuerſia.*
vel quia nihil ratione *materiæ*, quod propoſitiones neque ſint veræ, neque probabiles.
vel quia nihil ratione *formæ* argumentandi, quod ſit vitioſa.

Secundò culpatur, quoniam oratio concludit quidem aliquid; ſed ex falſis, & incredibilibus, vt hæc Platonis ratiocinatio.

Quod per ſe mouetur eſt immortale quiddam.
Anima humana per ſe mouetur: Ergo eſt quiddam quaſi Deus immortalis.

Tertiò quando non concludit: ſed tamen concluſura eſt addita propoſitione aliqua, vt fit in Enthymemate.

Si addenda propoſitio, ſit obſcurior concluſione, aut propoſitione altera: vt hic.

Numerus harmoniam componere poteſt: Ergo iuſtitia poteſt.

Deeſt enim in hoc Enthymemate propoſitio obſcurior, nempè hæc,

Iuſtitia eſt numerus.

Digitized by Google

Quartò quando detractis quibuſdam id euenit;
.j. quando (vt interpretor) amotis quibuſdam parergis cernitur quidem factus ſyllogiſmus, ſed vbi propoſitio fit deterior & improbabilior concluſione.
aut vbi detractis quibuſdam, ratiocinatio futura æquè incommoda.
Quintò quando quouis aliomodo propoſitiones quæ ſumuntur ſunt probatu & approbatu difficiliores, quam concluſio probanda. p. cum ſunt veræ: ſed extra captum auditorum. Etenim ſatisfaciunt reſpondenti, non ſatisfaciunt auditoribus, quorum maximè habenda eſt ratio in differendo.

Neque verò.

Non tamen vbique exigendæ ſunt propoſitiones æquè probabiles, & claræ: ſed habenda eſt ratio theſis & concluſionis. *Quomodo exigēda probabilitas, claritas.*

Probabile
- aliud ratione ſui tale eſt, & omnino probabile.
- aliud probabile ratione huius vel illius concluſionis, vt hæc propoſitio;

Virtus moralis non eſt ſita inter duo vitia. [·.]

Nam
- eſt probabilis, & credibilis, ſi conferatur cum hac concluſione. iuſtitia non eſt ſita inter duo vitia.
- non eſt probabilis ſi cum alijs.

Fieri poteſt vt oratio concludens ſit deterior non concludenti, quando videlicet illa complectitur abſurdas propoſitiones.

Neque verò in.

Collatio propoſitionum cum concluſione. ¶

Concluditur
- falſum non niſi ex falſo.
- verum
  - & ex vero, vt dictum alibi.
  - & ex falſo: hinc ſine abſurditate licet argumentari.

Argumentari autem tum deducendo ad incommodum, tum quando ad hominem argumentamur, errore errorem refellimus.
Falſum non modo cum vero, verumetiam cum falſo pugnare poteſt.
Verum non pugnat cum vllo vero.

Omnis autem argumentatio.

Syllogiſmorum genera.

Reſponſurum noſſe oportet ſyllogiſmorum genera.

Syllogiſmus
- *Philoſophicus*, ſeu philoſophema, ſyllogiſmus didaſcalicus, cui opponitur pſeudographema.
- *Dialecticus*, qui *epicherema*, *aporema*.
- *Sophiſticus*, ſiue ſophiſma, ſyllogiſmus *vitioſus*, contentioſus.

Syllogiſmus dialecticus
- generatim epicherema.
- ſpeciatim
  - epicherema, ſi oſtendit.
  - aporema, ſi deducit ad incommodū.

Quod ſi ex vtraque.

Qualis concluſio naſcitur.

Si ex duabus antecedentibus vtraque eſt probabilis, ſed altera tamen probabilior, concluſio poteſt videri magis probabilis, quā altera antecedentiū.

Digitized by Google

Item si vna est probabilis, altera improbabilis.

Atque etiam.

Brevitatis consulendō. Frustrà fit per plures argumentationes, & interrogationes, quod per pauciores potest.

Argumentatio vera, perspicua.

De claritate argumentationis. Tribus modis ratiocinatio potest perspicua esse.

Primò cùm neutra antecedentium confirmatione eget, vt hîc.

Quæ calefaciunt calida; vinum calefacit. Ergo.

Secundò quando vtraque necessaria, vt hîc.

Luminosa calefacere possunt: Luna luminosa. Ergo.

Tertiò cùm omittitur aliquid, sed valdè probabile & inuentu facile, vt hîc.

Virtus est medium: Ergo fortitudo est medium.

Falsa autem dicitur.

De falsitate orationis. Primò falsa oratio, cum videtur concludere, nec concludit tamen, vt *sophisma.*

Secundò quando concludit, sed non quæstionem propositam.

Tertiò quando hanc concludit, sed per propositiones alienas, siue alterius disciplinæ, vt si medicus de caussa morbi ratiocinetur Theologicè.

Quartò dum concludit ostensiuè per propositiones falsas, sed quod oratione falsum concludatur, vitium est potius respondentis quàm interrogantis.

Quemadmodum autem.

De petitione principij Fuge petitionem interrogationemue { tum *principij.* / tum *contrarij.*

Petitur principium primò cum interrogatur quæstio quæ probanda, vt

Nonne iustitia est numerus? negas iustitiam esse numerum.

Secundò quando dum quæritur singulare, interrogatur vniuersale, vt

Nonne omnis virtus est numerus?

Tertiò quando toto negato interrogantur partes & species eius, vt.

Nonne iustitia legalis & particularis est numerus?

Quartò quando membra rei negatæ interrogantur, vt

Nonne alteri facere, quod tibi velis factum; & non facere quod nolis, est quidam numerus?

Quintò quando reciprocum interrogatur, aut synonymum grammaticè, vt

Nonne æquitas est quidam numerus?

Contraria etiam.

De petitione contrarij. Contrarium petitur quando concessa propositione aliqua ab aduersario, callidè efficere conamur interrogando, vt ei excidat confessio propositionis *contrariæ*, aut oppositæ, quamuis ad illam nullo syllogismo adigatur, sed interrogatione sola.

Ponamus aliquem sentire, ac respondisse oleum esse calidum.

Digitized by Google

Primò petitur contrarium, cum interrogatur ipſa contradictio, vt *num aliẽ calidum eſt?*

Secundò cum propoſitio contraria, contrariumue attributum, vt *nonne oleum eſt frigidum?*

Tertiò quando contradictio ſpecialis propoſitionis quæ conceſſa tanquam à generaliori pendeat, vt *num oleum ex nucibus calidum eſt?*

Quartò quoties contradictio propoſitionis generalioris, vt *num liquida ſunt calida?*

Item cum eiuſdem generalioris contrarietas, vt *nonne liquida, vt aqua, frigida ſunt.*

Quintò cum interrogatur aliquid vndè manifeſto eruenda contradictio, vt *nonne oleum eſt quiddam aqueum?*

Vt autem exercitatio.

De exercitatione.

Hoc quaſi prouerbium. facit { *natura habilem capacem.* / *ars facilem.* / *vſus potentem.*

De vſu, & exercitatione Dialectica variæ proferuntur ab Ariſtotele præceptiones. *Præceptiones*

Primum.

Prima.

Exerceatur induſtria { in *conuertendis* propoſitionibus. / in conuertendis, *reducendiſue* ſyllogiſmis.

Ad omne verò.

2.

Aſſueſcẽdum eſt { raciocinari in vtramque partem. / inuenti cuiuſuis argumenti ſolutionem quærere.

Poſſeque ante inſpicere.

3. *Prouidendũ quid conſequatur.*

Quid ex quaque parte contradictionis colligi poſſit, inſpiciendum.

Cum verò ad.

4. *Tenenda fundamenta quæſtionum.*

Quæſtionum nobiliorum oportet quærere, & noſſe fundamenta, ac frequentiorum. p. quæſtionum de bello, de pace, de religione, de paupertate, de diuitijs, &c.

Iam definitionum.

5.

Definitionum magna eſt paranda copia, & memoriæ mandanda.

Danda etiam opera.

6. *De locis communibus.*

Indagandi ſunt & tenendi *communes loci*, id eſt, orationes de ijs rebus generalibus, quæ creberrimè in diſputationem incidunt, vt de regno, de iuſtitia, de Republica.

Sed locus communis.

7. *De locis.*

Locorum potior quam ſyllogiſmorum memoriæ mandandorum cura eſto.

Præterea.

8. *De dividendo argumento.*

Propoſitionem diuidere in plures aſſueſcendum, id eſt, generalem propoſi-

Digitized by Google

tionem exquirere per partes, & inductionem facere.

9. Item ordiri à remotiſſimis & clariſſimis propoſitionibus aſſueſcendum, non à neceſſaria argumentatione.

Atque etiam.

10. *De petitione genere.* Vtile eſt ab hypotheſi vt loquuntur Rhetores ad theſim transferre orationem .p. ab hoc regno, ad regnum.
Sed reſpondenti incommodum eſt.

Vſus autem.

11. Qui interrogatur, vtatur { apud peritos *ſyllogiſmo* & axiomate. ¶ / apud rudes *inductione* & ſimilibus.

Omnino is qui.

12. *De officio interrogantis & reſpondentis.* Affer { dum interrogas ſyllogiſmum vel propoſitionem. / cum reſpondes ſolutionem, & inſtantiam, impedimentum. [.]

Sed ex his omnibus.

Debet maximè { qui interrogat proponere, id vnum ex multis facere, quod fit inductione. / qui reſpondet intueri circonſtantias, quibus inductiones propoſitioneſque generales refellantur.

Quoniam.

14. *Non cum quouis agendum.* Non eſt cum quouis conferenda manus, ſuſcipienda diſputatio.
Sophiſtas oppugnare oportet; ſed non ſemper decet.
Non ſi quid parum probas confeſtim in id incurſandum: fugiendi contumelioſi, iracundi, proterui, peruicaces.

Omnino illi qui { neque oratione ſua pro futuri ſunt nobis, auditori. / neque noſtra ſunt efficiendi eruditiores, meliores.

Decorum obſeruandum tum in ſuſcipienda, tum in tractanda diſputatione.

Atque vt.

15. *Opus communibus locis.* Magna eſt paranda copia ſyllogiſmorum de toto genere .p. de virtute, de tempore.

Finis Topicorum Librorum.

TRACTATVS

Digitized by Google

TRACTATVS

DE SOPHISTICO ET AGONISTICO SEV Eriſtico ſyllogiſmo.

CAPVT I.

DE SYLLOGISMO VITIOSO generatim, déque ſophiſtico.

Quotuplex Syllogiſmus?

EST { probus, & laudabilis, qui *Dialecticus*, vel didaſcalicus, & piraſticus. 1.
vitioſus, qui falſus dicitur & *paralogiſmus*.

Vitioſus { vel videtur talis, minuſque fallit.
vel videtur probus, & eſt fallacior. 2.

Sed vix vllus ita improbus, vt non alicui probus videri poſſit. 3.

Qui videtur probus { vel eſt reuera probus. ἀγωνιστικὸς.
vel ſpecie tenus & apparenter.

Tumque { vel demonſtrationem mentitur, aut doctrinam, vt *pſeudographus*. ἐριστικὸς.
vel piraſticum ſyllogiſmum, vt contentioſus, litigioſus, agoniſticus, eriſticus.
vel dialecticum, vt ſophiſticus, interdumque litigioſus, & omnino quæ dicitur apparens reprehenſio.

Vitioſus { vel ratione *formæ* eſt vitioſus, & neutiquam eſt propriè ſyllogiſmus.
vel ratione *materiæ*.
vel ratione *vtriuſque*.

Qui ſyllogiſmus vitioſus ratione materiæ { vel ex propria *materia*.
vel ex *communi*.

Qui ex propria materia, conſueuit dici *pſeudographus*. ¶ ψευδογράφος.
Qui ex communi, *ſophiſticus*, aut contentioſus.

Conſulendi ſermones de varia ſyllogiſmi falſitate.

Inductiones reducuntur ad enthymema, & hoc ad ſyllogiſmum.

Digitized by Google

Quid fallax ſyllogiſmus?

Eſt ſyllogiſmus qui videtur probus, non eſt tamen, maximè ſi peccet alio-modo, quàm quod materiam mentiatur, non ſit congruens arti & diſciplinæ, licet alioquin ſit verus.

Quotuplex?

Peccat in materia, vel in forma, vel in vtraque.

Mentitur { veritatem, & demonſtrationem, rariorque eſt. / vel tantum probabilitatem, dialecticum ſyllogiſmum, aut piraſticum.

Tumque { dicitur litigioſus & contentioſus, ſi adhibetur ad ſpem victoriæ tantum. / ſophiſticus, ſi ad opinionem ſapientiæ cum quæſtu.

Itaque ſophiſta & agoniſticus differunt { *voluntate* potius, quàm mente. / *fine* extrinſeco, & fine artificis potius quàm armis & præceptis.

Quæ ratio apparentiæ?

Primo. Apparens { nunc quicquid apparet ſiue ſit, ſiue non. / nunc tantum quod apparet, nec tamen eſt.

2. Apud omnes eadem natura, & eſſentia rei eſt.... non eſt ſpecies & apparentia.

3. Ideo { quæ definiuntur & deſcribuntur per τὸ eſſe, per naturam & eſſentiam, eodem modo habent apud omnes. / quæ per τὸ apparere & videri, perque ſpeciem, ſiue apparentiam, non eodem.

Artium { aliæ *verum* aliquid ſolidumque propoſitum habent: vt medicina in cibis ſalubritatem, dialectica probabilitatem, iuriſprudentia iuſtitiam. / aliæ *fucum*, vt ſophiſtica, Rhetorica, culinaria, &c.

Quid ſophiſtica vis, &c.

Sophiſta hîc { non ſapiens, non declamandi artifex & magiſter. / ſed qui mentitur dialecticum & ſapientem.

Sophiſtica vis & dynamis eſt ars fucata, quæ ſpeciem ſapientiæ & probabilitatis cum quæſtu, potius quam ſapientiam & probabilitatem propoſitam habet, eamque venatur per fallaces ſyllogiſmos, & per fallaces reſponſiones.

Quæ officia Sophiſtæ?

Sunt { inuentio / diſpoſitio / elocutio } ſophiſtica: Sophiſtæ { ſua interrogatio. / interdumque ſua reſponſio.

Qui ſophiſtæ ſcopi & fines?

Finis qui *artificis* dicitur varius pro libidine variorum.

Digitized by Google

Sed præcipuus { pro ſophiſta inanis gloria cum quæſtu.
pro contentioſo victoria non profectus diſputantium & auditorum.

Finis autem qui dicitur *artis*, finis eſt { interior { proximus. / remotus. / exterior { proximus. / remotus.

Interior eſt regulas ſophiſticè interrogandi & reſpondendi cognoſcere & applicare, impellereque facultatem obſequentem.

Exterior { dum reſpondet eſt videri, impedire, & ſoluere interrogationes, & reſponſiones: licet non ſoluat, non impediat. / dum interrogat, eſt quintuplex aut duplex.

Eſt { quintuplex reprehenſio, falſum, incredibile, ſolœciſmus, nugatio. / duplex .n. { *reprehenſio* aperta, explicita. / *reprehenſio* implicita, quæ continetur in quatuor reliquis finibus: ſed inuolutè.

Quò referuntur præcepta ſophiſtica?

Referuntur { ad inueniendum { ad interrogandum. / ad diſponendum / ad eloquendum { ad reſpondendum.

Qui præcipuus è quinque finibus?

Elenchus, ſiue reprehenſio.

Reliqui fines implicitam reprehenſionem videntur continere.

Quia nemo cenſetur velle { fateri aliquid falſum, aut incredibile. / admittere ſolœciſmum & nugari.

De Elencho ſeu reprehenſione.

Primus finis.

Reprehenditur { qui idem negat & affirmat. / negat quod affirmauit: aut affirmat quod negauit.

Elenchus.

Reprehenſio { vel eſt ipſa retractatio, ipſum nè canere palinodiam. / vel ſyllogiſmus, quo quis adigitur ad ſententiæ retractationem.

Profeſſus es te amare aliquem: Quærit Sophiſta in hunc modum;

Amaſne ſi perditum mortuumque cupis? negas.

Cupiſne illum adoleſcere? reſpondes cupere..... Cupis igitur, inquit, illum deſinere id quod eſt, vt incipiat eſſe id quod non eſt. Confiteris.

Nonne, inquit, eſt homo? fateris eſſe.

Cupis igitur, inquit concludendo, eum deſinere eſſe hominem.

Ideoque mortuum cupis: nec verè amas.

Secundus.

De falſo.

Conatur ſophiſta eò te adigere vt fatearis aliquid manifeſtò falſum, etiamſi oppoſitum non ſis profeſſus apertè, & explicitè. p. in h. m.

Digitized by Google

Quod non amisisti habes. Ergo habes regnum, cœlum, cornua, &c.
Nonne inquit, qui habet vnum & duo, is habet tria? habet, respondes.
Nonne inquis, habes oua duo, &c. duos equos? &c. Resp. habeo.
Nonne quicunque habet duo, ille etiam habet vnum? Resp. quidni?
Ergo habes oua tria, tres manus, tres pedes, tres oculos, &c.

De Incredibili.

Tertius. Dat operam Sophista, vt fatearis aliquid incredibile auditori & spectatori ..... quamuis alioquin verum, idque videaris confiteri quasi victus ipsius oratione;

putà { dolium aliquod non esse inane. / solem esse maiorem terra. / terram esse quasi pensilem in aëre. / corpusculum quoduis in infinitum diuiduum esse. / &c. }

Est-ne, inquit, inane vas illud in quo aliquid corporis? Nonne aër est corpus? &c.

De solœcismo.

Quartus. Vt peeces in grammaticorum regulas conatur sophista facere, putà in hunc modum.
Nonne homo iudicio tuo est caducus, non caduca? &c.
Nonne mulier iudicio tuo est homo, &c.
Ergo mulier iudicio tuo est caducus, non caduca.

De tautologia seu nugatione.

Quintus. Dat operam sophista, vt videaris vti *tautologia*, & inepta vocabuli iteratione, vt tanquam nugator rideari, in hunc modum.
Nonne tibi vir prudens est vir bonus? ..... est.
Nonne etiam tibi vir bonus est vir prudens? ..... est.
Ergo tibi & mirificæ tuæ sapientiæ vir bonus est vir bonus.

Quæ genera & differentiæ sophismatum?

Prima. Sunt { solutu facilia sophismata. / vel difficilia, quæ { aut non acuta. / aut acuta, & insolubilia. j. solutu perdifficilia. }

Talia { primò ea vbi de probitate formæ haud facilè potest iudicari. / & ea de quibus dubitatur soluine debeãt negatione, an distinctione. / secundò ea vbi illa quidem sunt perspicua: sed dubium est cuinam propositionum solutio applicari debeat. }

2. Sophisma { vel *recenti* conformatur disputationis ratione, & soluitur facilius. / vel *veteri*, & longè difficiliùs. }

Vt videaris { male sentire / bene loqui } dat sophista operam.

Digitized by Google

CAPVT II.

De Sophiſtica ad primum finem reprehenſione.

Quomodo efficitur Sophiſticus Elenchus?

Efficitur ambiguitate & omnino captione ſiue fallacia.

Vnde captiones eruuntur?

De inuentione ad Elenchum.

A forma ſyllogiſmi, à materia, & ab vtraque.

Quotuplex captio à forma?

Eſt { vna quando ſyllogiſmus non concludit { nec neceſſariò. / nec probabiliter.
altera, cum probabiliter tantum concludit, ſi videatur concludere neceſſariò.

Oritur à forma captio quando non eſt legitima forma argumentationis, p. ſi ex duplici affirmatione in ſecunda figura contexatur ſyllogiſmus, in hunc modum.

Virtutes omnes ſunt mediocritas.
Opes congruentes ſunt mediocritas. Ergo.

Item ſi ex quatuor pluribuſue terminis componatur, vt

Recepiſti te venturum, tam verè atque me amas.
Non veniſti tamen. Ergo me non amas.

Obliquus caſus non eſt terminus propoſitionis categoricæ.

Itaque vitioſus qui ſequitur ſyllogiſmus, vt & conſimiles

Filiatio non eſt niſi ſuppoſiti.
Atqui in Chriſto non eſt niſi vnum ſuppoſitum.
Ergo in Chriſto non niſi vna filiatio.

Quotuplex captio à materia?

Vitioſitas materiæ } duplex { vna à verbis.
Captio à materia } { altera à rebus.

Captiones { *verborum* oriuntur à ſex locis. n. *homonymia, amphibolia, coniunctione, diſiunctione, accentu, forma vocabuli.*
rerum à ſeptem locis qui ſunt ab *accidente, à dicto ſecundum quid*, &c.

Ab ignoratione Elenchi, à conſequenti & antecedenti, à poſtulatione principij, à non cauſſa tanquam cauſſa, à multiplici interrogatione.

Vitioſitas { vel eſt verè vitioſitas.
vel ſpecie tenus.

Digitized by Google

Sex verborum loci.

Locus ab homonymia.

Locus primus. Ab homonymia nascitur vitium, quando propositionis ambiguitas prodit ex varia significatione & vsurpatione eiusdem termini citra mutationem accentus alteriusue grammatici accidentis. p. sic.

Nonne quod ridet id splenem habet, & est animal? resp. est.

Nonne prata rident etiam poëtarum principi. Ergo, &c.

Semper est aduerbium..,. tu es semper; Deus est semper: Ergo tu es aduerbium.

Locus ab amphibolia.

Secundus. Amphibolia est ambiguitas quæ prodit à structura orationis, etiam eius, in qua homonymus terminus nullus inueniatur. [de qua re alibi] p. in hunc modum.

Quod quis excussit illud *ipsum* sentiebat.

Atqui bos excussit iugum, fœnum, &c.

Ergo { iugum sentiebat bouem. / bos sentiebat iugum.

Tertius. *Quartus.* Loci { *à coniunctione.* / *à disiunctione.*

Error { à diuisione dum seiunguntur quæ coniungenda. / à coniunctione dum coniunguntur quæ seiungenda.

Quod viuit semper est immortale.

Arbores viuunt. Ergo semper sunt immortales.

Alibi { tum de composito & diuiso sensu. / tum de coniunctione & seiunctione & disiunctione vocabulorum.

Non semper licet argumentari { à coniunctis ad diuisa. / à diuisis ad coniuncta.

Locus ab accentu.

Quintus. Ad accentum referenda est varietas significationis & sensus, quæ oritur à varietate accentus, alteriusue grammatici accidentis. p. generis, declinationis, &c.

Qui ceciderunt in bello: nonne perierunt?

Nonne hic cecîdit in bello, & quidem plurimos?

Ergo hic periit. ficus est arbor: tu habes ficos: Ergo arbores, Martialis.

Locus à forma vocabuli.

Sextus. Quando grammatica vocabulorum analogia, & similitudo imponit, captio-

Digitized by Google

oritur à vocabuli *forma*, & figura. p. dum Sophista sic agit.
Nonne amare est agere, itemque legere, mouere? &c.
Ergo videre, audire, est agere, non autem pati.
Proinde oculi videndo nihil patiuntur.

Non est tuta in grammaticis analogia siue proportio.
Quia analogia plerunque ab vsu discrepat: vsus pluris faciendus in singulis verbis, quàm analogia.
Si à dono prouenit donor, donaui, per analogiæ legem à do prouenit dor daui, &c.

Septem loci rerum.

Ab accidente.

Ex accidente, ex eo quod est secundum accidens, nascitur fallacia. *Locus primus.*
Quando quod conuenit tantum per accidens, per se conuenire creditur, quod non conuenit per se creditur non conuenire per accidens p. in hunc modum.
Substantia non est accidens, non est magistratus, &c.
Atqui Petrus est substantia, &c. Ergo non est prætor, magistratus, &c.
Quando quod accidentariò conuenit, ad essentiam refertur. p. in h. m.
Homo est species: Tu es homo. Ergo tu es species.
Tu diuersus à Socrate. Socrates homo est. Ergo tu diuersus ab homine.
Quando quod significat indiuiduum creditur significare speciem, aut contrà in h. m.
Quod est Romæ non est Lutetiæ: Atqui Romæ sunt homines, arbores, &c.
Ergo non sunt Lutetiæ.

A dicto secundum quid, ad dictum simpliciter.

Hinc nascitur cauillatio, quando quod conuenit tantum secundum quid, concluditur tanquam conueniens omnino, simpliciter, & absolutè in hunc modum. *Secundus*
Nympha est nuda genu. Ergo nuda.
Hic est opertus capitè: Ergo opertus.
Est bonus imperator. Ergo bonus.

Ab Elenchi siue reprehensionis ignoratione.

Nascitur hinc error quando putantur contradicere, quæ non contradicunt. *Tertius.*
Ideoque putamus nos irretitos & reprehensos cum tamen non simus irretiti, reprehensi. p. in h. m.
Nonne homo est monte minor? .... est.
Nonne homo est formica maior? .... est.
Ergo idem homo est simul maior & minor.

A consequenti et antecedenti.

Vitiosa conditionalis argumentatio dupliciter fit. *Quartus.*

Digitized by Google

n. primò, si sublato *antecedenti* tollitur consequens in h.m.
Si est musicus est homo. atqui non est musicus. Ergo non est homo.
2. si posito *consequenti* ponitur antecedens in h.m.
Si est musicus, est doctus. Atqui est doctus. Ergo musicus.

Qui locus ad formæ vitium videtur pertinere.

Fallit autem maximè, propterea quod affirmatio duplex in secunda figura gignit suspicionem.

Captio hæc in secunda figura euenire potest, citra hypotheticam propositionem in h. m.

Quod video, est quid longum, oblongum, &c.
Quod amisi, quod quæro, &c. est quid tale.
Ergo quod amisi est id quod video.

A petitione Principij.

Quintus. Principium petitur, postulatur, interrogaturue multipliciter.

Primò cum disertè interrogamus illud ipsum, quod in quæstione est. p. in hunc modum.

Nonne omnis virtus est medium?
Nonne mundus est animal quoddam nobilissimum?

2. quando confirmatur idem per idem, licet aliis expressum verbis. p. in hunc modum.
Nonne congeries rerum est animal quoddam? &c.

3. cum ignotum per obscurius.

4. cum obscurum per æquè obscurum. p. vnum contrarium per aliud, &c. in h. modum.

Æneas est Anchisæ filius. Ergo Anchises est Æneæ pater.
Habet cultrum. Ergo gladium.
Est vir probus. Ergo vir bonus.

A non caussa tanquam caussa.

Textus. Quando syllogismus proponitur benè conformatus & tamen conclusio est falsa:

Tum {vel altera / vel vtraque} antecedentium propositionum, falsitatis est coarguenda.

Omnino quoties falsa est conclusio syllogismi propositi: culpare

oportet {vel maiorem / vel minorem} propositionem. / vel formam syllogismi. / vel plura simul.

Decipitur verò qui Sophistæ consilio inductus culpat quod culpa vacat.

Vt si quis accuset propositionem, non sumptionem sequentis syllogismi.

Quicquid eligit, ratiocinatur: eligunt canes, equi: Ergo.

Ab hac captione cauendum est in deductionibus ad incommodum, & in gradationibus.

A multiplici

Digitized by Google

A multiplici interrogatione.

Septimus.

Lex eſt (inquit Gellius cap. 2. lib. 16.) diſciplinæ Dialecticæ (dum fit interrogatio ad veterem morem) ſi de re quapiam quæratur, atque ibi quid rogere vt reſpondeas:

Tum ne amplius quid dicas quam id ſolum quod es rogatus *aias*, aut *neges* (per etiam & non.)

Hac lege abuſurus Sophiſta conſectatur multiplices & ambiguas interrogationes [ſyllogiſticas] quibus ad ſuperiorem modum vix liceat reſpondere ſaltem pro dignitate, vt

Suntne aſini & muli fœcundæ animantes?

Oportetne pugnare pro patria, & pro hoſtibus?

Lumen eſtne quædam qualitas & color?

Sanè ad copulatiuæ affirmationis falſitatem, non requiritur niſi vt vna partium ſit falſa. p. hîc.

Lumen eſt color, qualitas, & quid viſibile.

Sed { vulgus non ſatis nouit naturam & conditionem propoſitionum huius generis.
non eſt prodenda cauſſa veritatis, non authoritas noſtra; de quare alibi.

CAPVT III.

De Sophiſtica ad alios quatuor fines inuentione.

Inuentio pro quatuor aliis finibus.

Monitum.

Præcepta Sophiſtica.

Qui propoſiti ſunt loci faciunt etiam ad ſecundum, tertiumque finem.

De falſitate.

De ſecundo fine.

Si facere nequit Sophiſta vt aduerſarius canat palinodiam, aut ſi non lubet ſaltem dat operam, vt concedat aliquid falſi.

Ad hoc valent propoſitiones, quæ probabiles ſunt, nec veræ tamen.

Valet ſimulare, ſe diſcendi ſtudio interrogare .. & cælare.

Valet veterem potius, quam recentem diſputandi rationem adhibere.

De incredibili.

Tertio fine

Vide { quam ſectam [quam religionem] tueatur aduerſarius.
quid in ea ſit incredibile, quid paradoxum.
quibus hoc innitatur rationibus, eaſque adhibe.

Primũ.

Deducito aduerſarium ad ea negotia, & argumenta de quibus aliter vulgus iudicat, aliter ſapiens. 2.

Conſectare illa in quibus lex à natura diſcrepat: legemque natura, & naturam refutato lege. 3.

Conſectare illa de quibus occurrunt antinomiæ. 4.

Illa in quibus tacita hominum voluntas, & ſententia ſolet à ſermone diſcrepare. 5.

Digitized by Google

Et ea in quibus genus eſt incredibile, ſpecies credibilis aut contrà.
6. Datoque operam vt aduerſarius non ſua ſponte incredibile, ſed rationum
7. tuarum vi perculſus videatur admiſiſſe.

De ſolœciſmo.

De quarto fine. Solœciſmum in oratione variis Sophiſta molitur modis.

Primò quando Epitheti genus variandum eſt cuius rei propoſuimus exemplum.

2. cum ex nominibus quorum vnum affirmatur de altero, vnum regitur in vno caſu, alterum in altero. p. in h. m.

Eſtne Lutetiæ an in Lutetia? Lutetiæ.

Nonne Lutetia eſt oppidum? eſt.

Ergo tu es oppidi non in oppido.

3. cum vocabula excepta conatur reducere ad communes regulas.

De nugatione & tautologia.

De quinto fine. Primum. Coniunge differentiam cum ſpecie, & in ſpeciei locum deinde ſuffice definitionem ipſius integram, ita vt differentia in concluſione prædicetur de definitione. p. in h. m.

Nonne homo eſt rationalis? Reſp. eſt.

Nonne tibi animal rationale eſt homo? Reſp. eſt.

Ergo iudicio tuo eſt rationale animal, rationale.

2 Coniunge relatum cum ſuo termino, & deinde vſurpa definitionem termini in h. m.

Nonne ſpecies ſubiicitur generi? ſubiicitur.

Nonne genus vocas id cui ſubiicitur ſpecies? voco.

Ergo iudicio tuo ſpecies rei cui ſubiicitur ſpecies.

3. Quando idem dicitur reciprocè de duobus reciprocis, huic captioni locus in h. m.

Nonne quicquid ridet illud homo eſt, & quid rationale eſt?

Nonne omnis homo & omne rationale ridet?

Ergo per tuam ſapientiam { omnis homo eſt homo. / omne rationale eſt rationale.

CAPVT IIII.

De Diſpoſitione & elocutione Sophiſticis.

Pro eo qui interrogat.

De Diſpoſitione.

Diſpoſitionem interiorem Sophiſticus interrogator mutuatur à Dialectico.

Niſi quod conſectatur vitioſas & fallaces argumentationum formas.

Vitioſæ niſi ſint fallaces ipſi inutiles ſunt.

Probabiles formas argumentationum conſectatur potius quam neceſſarias.

N ſi propoſitiones ſint fallaces.

Digitized by Google

De elocutione.

Sophisticus interrogator { amplificat / illustrat / occultat / inducit } vt & Dialecticus: De qua re postea. *Prime.*

Vtitur vtroque genere interrogationis: sed potissimum vetustiori. 2.
Præcepta mutuatur à Dialectico sed iis abuturus: quædam tamen priuata 3.
De respondendo infra. (habet. *Monitum*

Selectæ quædam præceptiones.

Amplificato & producito orationem. *Prima.*

Vtereque { illustratione / occultatione / inductione } de quibus rebus postea. 2.

Celeritatem in interrogando adhibe, obrue aduersarium interrogationum multitudine. 3.
Interroga perturbatè, præposteréque. 4.
Aduersarium ad iram prouoca, perturba. 5.
Si res est cum eo qui negare solet, quicquid interrogatur, interroga eam partem contradictionis quæ tibi officit. 6.
Si cum eo qui contra concedere solet quicquid interrogatur: interroga contrà. 7.
Interroga vtramque partem. 8.
Inductione inchoata vtere tanquam perfecta. 9.
Rei carenti nomine per similitudinem impone nomen. 10.
De vno concluſurus sæpe interroga de contrario, de coniugato. 11.
Etiamsi post multiplicem interrogationem nihil efficere potes, conclude tamen absque interrogatione. 12.
Si propositione vteris ambigua quæ nihilominus commoda sit futura post distinctionem, distingue ipse vt videaris bona agere fide. 13.
Si solutionẽ præuides, eam remoueto antequãaduersarius respõdeatp. in h.m. 14.
Præuideo futurum vt hoc respondeas: sed, &c.
Scio solere hoc responderi: sed, &c.
Si versaris sterili in materia, digreditor ad vberiorem. 15.

Sterilis vbi { argumentis egeas. / solutionibus abundet aduersarius.

Omnino consectare materiam { facilem tibi. / difficilem aduersario. } 16.

Probato aliquid potiùs per partes, quam per ipsum totum. 17.
Inductione potius, quam syllogismo vtere. 18.
Et veteri potius, quam recenti disputandi ratione. 19.
Interroga potius, quam respondeo. 20.
Mentire confidentiam, modestiam, bonam fidem & ceteras probi viri, peritique Dialectici notas. 21.
Ex falsis ea potius confirmanda suscipe, quæ præ se ferunt aliquid probitatis. 22.
Cum deprehendis ab aduersario inuentũ esse, & cõpertum solutionis modũ; 23.

Digitized by Google

....aliud interroga antequam solutionis perfungatur munere: Quod præceptum ad tertium reuocandum venit.

CAPVT V.

De Respondendo.

Quotuplex hîc habendus sermo?

Prior sermo. Est { vnus de respondendo Sophisticè. / alter & operosior de respondendo ad Sophismata.

De responsione Sophistica.

Primo. Sophisticè plerunque non Dialecticè responsio fit. p. si quis de industria respondeat contumelioſè, obscurè, ambiguè.

2. Si quis eludat interrogationes distinctionibus ad rem nihil facientibus.
3. Si quis ad iram prouocet interrogatorem.
4. Si interturbet ipse interrogando, inutilia ingerendo.
5. Si quis nimis defugiat respondendi munus.

De responsione ad Sophismata & captiones.

Posterior sermo. Primò. Sophista interrogatione conatur facere, vt vitiosus syllogismus pro bono habeatur.

Responsione, enitendum { nè conficiatur. / ne confectus videatur probus.

2. Syllogismus { impeditur conficiendus. / soluitur autem iam confectus.
3. De impediendâ argumentatione in tractatu vltimo.
4. Facultas { impediendi / et soluendi } pendet { tum à natura & arte, / tum & maximè ab exercitatione.
5. Valet ad gloriam & ad philosophiam.

Suppeditat distinguendi facultatem: qui illa est instructus difficulter capitur, fallitur.

6. *Solutio* porrò est manifestatio syllogismi falsi, quamcunque ob causam falsitas ei acciderit.

Est { vna apparens solutio, quæ reprehensioni apparenti non verè applicatur. / altera vera, qua soluitur *aliquid*. n. vera reprehensio.

7. Quæ fucata & apparens reprehentio non tanta est soluenda diligentia quanta quæ est vera.
8. Hîc { generalia & communia præcepta de Elenchi solutione. / specialia { de apparenti / de vera reprehensione } variaque pro variis finibus, & locis.

Digitized by Googl

Sed remedia, magnâ ex parte, ex morbis intelliguntur: quia contraria contrarijs curantur.

Præcepta communia de ſolutione ſophiſmatum.

Ambigua reprehenſio pro nulla ducatur. *Primum.*

Timeatur vera, timeatur quæ expers ambiguitatis.

A diſtinguendo { nec te auocet ſecuritas. / nec deterreat metus ne frequentia diſtinctionum pariatur tædium. } 2.

Inſpice & explora diligenter { tum formam argumentationis. / tum propoſitiones ſingulas. } 3.

Apparenti apparentem / Et veræ veram } ſolutionem reprehenſioni adhibe. 4.

Si ages ad diſputandi formulam veterem, & ad legem nihil reſpondendi ad interrogationes præter *etiam* aut *non*. Concluſio diſtinguenda erit, niſi Sophiſta diſtinxit interrogationes. 5.

Cum interrogaris de re aliqua occulta, eminuſue poſita vtrùm eam noueris .p. ſic. 6.

Noſtine quod ſub pallio gero?

Sciſne illum quem intueris eſſe philoſophum?

Reſponde potius te neſcire, an ſcias, quam te ſcire, quàm te ignorare.

Specialia præcepta de apparenti ſolutione.

Si quid interrogaris quod verum eſſe ſuſpicaris; ſed ita vt verearis ne ſit falſum .p. hoc. *Primum.*

Nonne licet aggreſſorem interficere?

Nonne licet occidere nocturnum furem?

Noli concedere abſolutè: ſed reſponde in hunc ſimilemue modum: *liceat, eſto, tranſeat, quid tum, &c.*

Si quid interrogaris incredibilius & tamen verum, vt nonne latrocinia continentur iuſtitia? 2.

Reſpond. potius rem videri ita habere, quàm ita habere.

Si quid fateris incredibile, in credibilius, ſignifica videri tale .p. in h. m.

Hoc eſt veriſſimum: licet pleriſque videatur incredibile. 3.

Multa ſunt prima fronte incredibilia, quæ tamen vera, in quo genere hoc continetur.

Significa multa eſſe incredibiliora, & vera tamen, exemplaque profer .p. diametri incommenſurabilitatem, myſterium Incarnationis, &c.

Vtile adiungere probationem rei incredibilioris, quam fateatis.

Sed ſi clara eſt ac breuis, ſi breuis nec recitatu facilis.

Nega principium quod petitur, & quod principio vicinum eſt.

Si quid { neceſſario colligitur ex reſponſione tua. 4. / proferturque tanquam abſurdum, ab aduerſario; 5. }

Digitized by Google

Reſponde ipſum { petere principium. / probationem proferre: ſed neutiquam illuſtrem .p. in hunc modum.

Niſi quid proferas probationis illuſtrioris, vix vlli ſententiam tuam inculcabis, perſuadebis.

Decet te pro tua ſapientia, vt conceptam de te opinionem tuearis, firmiori & illuſtriori argumento aſtruere ſententiam tuam.

Expectatur à te aliquid firmioris probationis.

Nam hanc vt ego non ſoluam, videtur ſoluturus alius.

Tuum eſt proferre confirmationi confirmationem, cui nemo poſſit reluctari.

6. Si conceſſum eſt genus vniuerſum: ſed ſimilitudine exemploue expreſſum, non vno conſignatum nomine ..... dum fit concluſio quæ reprehenſionem faciat, negandum eſt genus illud eo conceſſum modo, quo in concluſione ſumitur.

7. Quando nõ occurrit alia ſolutio, nega concluſionem & formam ſyllogiſmi.

8 Quando aliquid nomine exprimitur ſuo, non periphraſi ..... Reſponde ſimpliciter, vel diſtingue.

9. Caue ne ad orationem in qua ſit ſupplendum aliquid multaque ſuppleri poſſint, reſpondeas ſine diſtinctione, vt quando græcè quæritur: ἐστὶν ὁ τοῦ Σωκράτους? Eſtne hic Socratis? Suppleri enim poſſunt, puer, diſcipulus, filius.

10. Vide { vt affirmes conſequens, potius quam antecedens. / vt neges potius antecedens, quam conſequens.

Cum credãtur rerum { quædam certæ & indubitatæ / quædam dubiæ; (··)

11. Genere { ex priori cãue ne quid neges. / ex poſteriori nega quod profuturũ aduerſario ſi concedatur.

12. In rebus dubijs expone potius quid alij ſentiant, quam quid tu .p. in h. m. Ea mens Ariſtotelis. Ea ſententia Peripateticorum de tua quæſtione. Sic feruntur ſentire multi.

13. Si interrogatio tibi videtur maximè dubia, commuta vocabulum in vtilitatem tuam.

Transfer ab actiuo ad paſſiuum, vel contrà.

Transfer ab vna ſignificatione ad aliam dijudicatu faciliorem.

14. Cum quid reſpondiſti, ſi præſentis quod aduerſarius ſit ſubiecturus, profer ipſe illud & refelle .p. hoc modo.

Video futurum vt hoc ſubijcias, obijcias .n. &c. Sed reſpondeo, &c.

15. Caue ne quæ nomine carent, nulla eſſe iudices.

Præcepta Specialia de vera ſolutione.

Primum. Quod ſophiſma eſt formâ vitioſum id ſoluendum.

Digitized by Google

Soluitur conclusionis { *negatione*, si veræ sunt antecedentes. / *diuisione*, si secus habent, si sunt ambiguæ.

Quod materiâ est vitiosum concludit { vel verum. / vel falsum.

Soluitur { si verum *negatione* vnius antecedentis, vel vtriusque. / si falsum negatione tum antecedentis, tum conclusionis.

De homonymia & amphibolia.

Vide { sitne in antecedentibus / an in conclusione } ambiguitas. *Primum.*

Scito { aliquando partem vtramque ambiguæ orationis veram esse. / aliquando veram vnam, alteram falsam. / aliquando vtramque esse falsam. / ex duplici sensu iudicandum esse de pluribus. } 2.

Cum sola conclusio est ambigua, non fit reprehensio: 3.

Nisi pars altera antea concessa fuerit.

Ambiguam antecedentem distinguito, si sensus vnus verus, alter falsus & officiens tibi. 4.

Expone quo concesseris sensu. 5.

Mone non esse de verbis contendendum. 6.

Mone { ferè cuiuis orationi subesse ambiguitatem. / nec solere detegi, nisi dum necessitas apparet. } 7.

De coniunctione & diuisione.

Si officit verborum { *compositio*, ad diuisionem / *diuisio*, ad compositionem } confuge. [·]

De accentu.

Captiones ex accentu & consimili grammatico accidente, elue distinctione.

De figura vocabuli.

Scito regulas grammaticorum admittere exceptionem.

Reuoca quemque terminum ad proprium genus & locum.

De captione ex accidenti. †

Respond. { non dici *necessario*, quod dicitur ex accidente, nec contrà. / non pertinere ad essentiam, quod pertinet ad accidens. }

Habetoque paratum illustre sophisma quo illustres responsionem.

Homo est species: Tu es homo. Ergo tu es species.

Verbum coniugatur: verbum est verbum. Ergo coniugatur.

Digitized by Google

Mone prónomina & terminos cómunes { aliquando pro *vniuerſali* / aliquando pro *indiuiduis* } ſumi.

De dicto ſecundum quid.

Concluſio { ſimpliciter { falſa, ſi verum / vera, ſi falſum } ſimpliciter / ſecundum quid { vera, ſi falſum / falſa, ſi verum } ſecundú quid } antecedés

Conſule ſermonem de coniunctione, & ſeiunctione terminorum.

De ignoratione elenchi.

Scito quid ſit contradictio, quid reprehenſio : ne tibi videaris captus cum non ſis captus.

De petitione principij.

Interrogat ſophiſta { tum quod vult refellere. / tum ea quibus vult refellere. } (*)

Quid ſit petitio principij, iam ſæpè declaratum.

Hæc initio aut apparet, aut deliteſcit.

Quando apparet { ſi falſa eſt nega. / ſi vera eſt, nega etiam : ſed itavt ſignifices veram eſſe. p. ſic: hoc quidem verum eſt, nego tamen.

Quia profiteris probare te poſſe quiduis.

Vt intelligam quibus à te adſtruatur rationibus.

Vt firmis à te pro tua ſapientia adſtruatur argumentis.

Dum initio latet reſpondendum eſt in concluſione diſputationis [ad veterem formam inſtitutæ.]

Primò nihil profeciſſe aduerſarium, quia probauit idem per idem tibi non alijs, qui ſint negaturi quod conceſſiſti : Te poſtulare clariſſimam, & inuictam probationem.

Secundò te admiſiſſe propoſitionem illam, non vt ea contrà te vteretur : ſed vt ipſi proponeres argumentum, quod refelleret in quo induſtriæ ſuæ & facultatis exhiberet ſpecimen .p. ſic.

Conceſſi: ſed vt tibi refutationis præberem argumentum.

Tertiò frigere diſputationes, niſi quis in colloquiis falſitatis partes tueatur.

De antecedenti & conſequenti.

2. Conceſſis antecedentibus, nega concluſionem.

Proferque ſyllogiſmum ſimilem : ſed ex materia compoſitum illuſtriori.

De non cauſſa, tanquam cauſſa.

Vbi aliquid culpatur tanquam cauſſa falſæ concluſionis;

Vide

lized by Google

Vide vtrùm eo ſublato nihilominus ſit remanſura falſitas.
Cum culpatur, quæ culpari non debet propoſitio; 2.
Reſpondendum *non propter hoc*. De qua re alibi.
Si per imprudentiam culpaſti aliquam propoſitionem immeritò;
Reſponde te culpaſſe non quod culpanda videretur: Sed vt ad propoſitum ab aduerſario accommodaretur, non tamen accommodatam eſſe. 3.

De ſolœciſmo.

Reſponde grammaticorum regulis & conſuetudini accommodandam eſſe orationem.

De nugatione.

Scito { relata non ſignificare, *ſed conſignificare* ſuos terminos.
differentiam ſpeciei additam nihil ſignificare præter ſpeciem.
aliquid verè de ſe affirmari, licet inutiliter.

De multiplici interrogatione.

Multiplici interrogationi multiplicem reſponſionem adhibe.
Cognoſce legem & naturam copulatiuæ propoſitionis.

Monita.

Conſulatur ſermo de reſponſione Dialectica.
Scito eſſe plurimos qui ſophiſticè agant etiam de rebus momenti maximi. 1. 2.

Finis huius tractatus.

TRACTATVS VLTIMVS.

DE METHODO, ELOCVTIONE *Dialectica, & Logica exercitatione.*

SECTIO PRIOR. DE METHODO, DE DIDASCALICA Methodo.

CAPVT I.

De methodo generatim.

Variæ hypotheſes huc pertinentes.

Prima hypotheſis.

EST { vt præcellentius totius ædificij præſcribere formam, quàm tradere rationes elaborandi ſingulas partes. / ita etiam præſtantius exponere rationem methodi, quàm proponendi, definiendi, diuidendi, argumentandi.

Fines, argumenta & veluti penſa methodis præſcribere, & omnino præcipere de condendis methodis, non niſi logicæ artis: id non debet licere cuiuis.

Repetenda { tum aliunde / tum ex Ariſtotele } doctrina de methodo.

Methodica illius perierunt, methodũ tamen docuit { partim exemplo. / partim præcepto.

Præcepta { partim ex organo depromuntur. / partim extant alibi in proœmijs logiciſque monitis. p. 1. de partibus, 1. Ethicorum, 1. Phyſicorum, &c.

Nam { veteſtiores una cum artibus & diſciplinis alijs docebant Logicam tradebant ſimul *ſcientiam*, & *modum ſciendi*. / Ariſtoteles { quanquam Logicam ſecreuit, ſeorſimque tradidit. / varijs tamen præfationibus, monitiſque logicis ſuas

Digitized by Goog

alias commentationes illustrauit. & distinxit, potissimumque ad methodum pertinentibus .p. Metaphysicam, &c.

Secunda hypothesis.

Quid *antecedens*, quid consequens, quid repugnans, quid reciprocum, quid pertinens, quid impertinens, quid compatibile, quid incompatibile, quid oppositum, quid diuersum, declaratum alibi.

Quæ cum tertio reciprocantur, & inter se reciprocantur.

Est { aliud reciprocari *subiectiuè* tantum, vt reciprocantur sensitiuum & tactiuum.
aliud formaliter, & *essentialiter*. De qua re alibi.

Omne tactiuum est sensitiuum, & contrà.
Sed omnis tactus est sensus, non autem contrà,
Omne vegetatiuum est animatum, & contrà.
Sed omnis energia substantialis vegetans est animal, non contrà.

Tertia hypothesis.

Pertinens { ad plura, dicitur communius, vniuersalius, generalius.
ad pauciora, dicitur minus commune, specialius, magis particulare, &c.

Generalius { vel non inest minus generali, vt figura quæ non inest virori.
vel inest, tumq; { aut de eo dicitur, vt viuens de animali.
aut non dicitur, vt anima, & magnitudo de animali.

Idem eodem { generalius / specialius } secundum aliam atque aliam comparationem.

Non omne terrenum est bipes, nec contrà.
Et tamen aliquid terrenum est bipes, &c.

Atque hìc difficile est ordinis rationem constituere.

Ferè differentiæ eiusdem generis, sed diuersæ coniugationis, ita habent dum inter se conferuntur. De qua re alibi.

Quarta hypothesis.

Simplicius { comparatur cum re quam componit, vt anima cum homine.
cum re magis composita, quam tamen non componit:

quo sensu simpliciores { plantæ animalibus.
lapides plantis, & nix lapidibus.
Angeli hominibus, numeri magnitudinibus.

Vtriusque simplicitatis habetur ratio in methodicis.

Idem eodem { & magis / & minus } simplex diuerso sensu.

Digitized by Google

Simplicior { bos quercu, si entitas / quercus boue, si essentia } consideretur.

Posterioris simplicitatis ratio pluris fit in methodi negotio, quàm prior.

Vtraque tamen considerat ur .n. { & quæ ad essentiam / & quæ ad entitatem } pertinet.

Simplicius { vel perfectius, vt Angelus quàm homo. / vel imperfectius vt aër quàm lapis.

Quinta hypothesis.

Prius, posterius, & τὸ simul variè dicuntur.

Temporis, genesεos, intensionis, & causalitatis ordinem maximè considera-
Sed non omittimus dignitatem & collocationem. [mus.

Sexta hypothesis.

Quæ coniunguntur { vel parem habent claritatem, aut obscuritatem, vt correlata. / vel disparem, vt causa, & effectus.

De notiori, illustriori, obscuriori alibi.

Quæ constantiora, & magis definita, ea clariora, vt circularis linea, quàm circularis motus.

Quæ ingenio congruentiora, faciliora. De ingenijs alibi.

Quæritur { aut quid sit semper, aut ferè notius. / aut quid vni, alteriue clarius, vt in consultatione logica: .p. si quæratur quomodo Socrates sit ediscendus musicam.

Coniungenda quæ sese inuicem illustrant, vt correlata.

Præponenda illustriora obscurioribus, si quæritur perspicuitas, facilitas.

Aliud notum, aliud facilè cognitu. Non si quid mihi magis est perspectum, ideo est difficile minus per naturam suam.

Progrediendum à rebus cognitis ad incognitas { siue sint faciliores. / siue difficiliores.

Præceptor conetur vsurpare, quæ probè discipulus nouit ad res alias aperiendas.

Septima hypothesis.

ταυτολογία. Fugienda in disciplinis tradendis quantum licet *tautologia*, palilogia, vt & ambiguitas.

παλιλογία. Sed in tradendis voce minus vitiosa palilogia, quoniam necessaria iteratione indigent.

πολυωνυμία. Non oportet vsquequaque consectari polyonymiam.

Octaua hypothesis.

Omnis methodus fini potissimum accommodanda.

Disciplinæ propter nos: nos methodorum finis.

Digitized by Google

Nona.

Natura sensus distinxit & secreuit, per obiecta generalia non per species;

P. { per colorem non per candorem.
P. { per saporem non per amaritudinem, &c.

Humana ratio disciplinas, & methodos distinxit, distinguit : quanquam ad naturæ, sensuumque imitationem.

Artes naturam quantum licet imitantur : sed non vsquequaque assequentur.

Assequuntur magis in modo operis, quam in modo operæ. De qua re alibi.

Vsus mortalium artes { coniungit / seiungit } hinc { mutilæ / integræ } { simplices. / compositæ. }

Non est necessarium, non est vtile, omnia reducere { ad vnam Methodum. / ad vnam Theoreticam. }

Quid Methodus?

Est { nunc via & ordo per quem disponuntur digeruntur que sermones ac notitiæ. / nunc notio & oratio cum per ordinem disposita accommodatè ad illustrationem veritatis, potissimumque practica.

Vterque significatus est Logicus, coniugatus, coniungendus.

Sed vsitatior { prior vulgo. / posterior apud Aristotelem.

Methodus quæ posterioris significatus distinguitur { in *formalem*. / in *obiectiuam*. / in *habitualem*.

Qui significatus pariter sunt affines intelligendique veniunt partim è præcedentibus, partim è subsequentibus.

Quotuplex Methodus?

Est { vna *simplicior*, & de qua non loquimur hîc, per quam vnius propositionis, vel definitionis, vel argumentationis, vel diuisionis partes connectuntur. / methodus autem in his minoribus instrumentis sumitur pro ipsorum ordine .... vix pro ipsis. / altera *operosior* per quam plures definitiones, diuisiones, argumentationes inter se connectuntur ; aut saltem multæ interrogationes, & propositiones : vt fit in historiis, quæ omnino Logica oratio iustioris magnitudinis.

Est-ne hæc methodus sciendi instrumentum ?

Videtur esse, quia propria vi veritatem reddit clariorem, credibiliorem vt experiuntur omnes.

Digitized by Google

Eædem ſententiæ, alio atque alio ordine diſpoſitæ, aliam atque aliam nanciſcuntur claritatis, & obſcuritatis rationem.

Obiectio alibi poſita.

Quotuplex iſta Methodus operoſior?

Eſt { *inuentiua* vna, per quam notitiæ, præcepta, & artes primum inueniuntur.
{ *diſpoſitiua* altera, per quam poſt inuentionem & diiudicationem multa digeruntur, traduntur, docentur.

Categoriæ { alia via primum conſtituuntur.
{ alia traduntur nunc.

Aliud vᵉnari, aliud capere.

Aliud ducere ad venationem, aliud rectà ad prędam.

Quænam hîc doctrinæ ratio?

Quædam pars *dogmatica*. p. ea quæ docet quid Methodus, quotuplex methodus, quid clarum, quid obſcurum.

Quædam *parænetica* & præceptiua.

Præceptorum { quædam ſunt communia vtriquę methodo, quę intelligenda & colligenda ex hipothęſibus propoſitis, ex ſermone de intelligibili, & aliunde.
{ quædam ſpecialia ſunt.

Quædam Methodi ducunt partim ad prædam, partim ad venationem.

Sed mixtiones pro more ſcholæ omittuntur.

Peripatetici ferè inuentiuam methodum interſerunt diſpoſitiuæ.

CAPVT II.

De diſpoſitiua Methodo.

Quid?

Diſpoſitiua methodus videtur eſſe idonea ad veritatis illuſtrationem congeries multorum ſermonum, & tendens ad aliquem finem: ſed iam inuentorum & diiudicatorum. n. ab eo qui exponit methodum aut artem.

Quæ præcepta communiora.

Primum. Ad naturæ imitationem quantum licet componendæ methodi.

2. Ideò ordiendum eſt à compendiis: de qua re alibi.

3. Prima totius operis ducantur lineamenta, antequam ſingulæ partes diligentiùs elaborentur.

Si e. g. de *virtute* verba es facturus: aut de aliqua ſententia;

Primò collige & deſigna *capita rerum*. p. nomen, veterum opiniones, &c.

2. capita iſta & quaſi apices & titulos digere in concinnum ordinem.

Digitized by Google

3. accede ad singulorum tractationem.
Hanc primum excitabis apud te rudem & apud alium si lubeat.
Postea elaborabis accuratius. 4.
Habeatur ratio { tum necessitatis & vsus. 5.
tum perspicuitatis, breuitatis, &c.
Fini captuique auditoris accommodetur dispositio, habeatur ratio temporis, ætatis, &c. 6.
Aliter scribendum; aliter loquendum: vt dictum alibi. 7.
Scribendum { aliter cùm memoriæ } potius vis consultum. 8.
{ aliter cùm intelligentiæ }
Rerum sit prima cura, secunda *verborum*.
Semel præscriptus susceptusque ordo retineatur quantum licet, in vna methodo, & disciplina, in vno sermone. 9. 10.
Non discedendum facilè à solemnibus. 11.

Quotuplex dispositiua Methodus?

Est { vna propriè didascalica & doctrinalis.
altera Dialectica & prudentiæ. 12.
Plures differentiæ ac diuisiones colligantur, ex cap. 5.

IN CAPVT III.

De inuentiua Methodo generatim.

Quibus vijs artes primum adinuentæ?

Ad inueniendas nostro marte, nostra indagine *definitiones, diuisiones, propositiones*, & omnino scientias, artes, & methodos dispositiuas aut potius partes, & membra vnde componuntur, quinque potissimum aperiuntur viæ, & duo assignantur instrumenta.

Sunt { instrumenta sensus, & ratio: de quibus alibi.
viæ similitudo, distinctio, resolutio, compositio, analogia, sed cum argumentatione.
Mens longè difficilius se configurat, quam configuratur ope aliena. p. testis præceptorisque opera.
Difficilius indagare feram in venationibus.... quàm adinuentam & captam duci.
Occupatio
Et tamen Peripatetici præceptores sæpe nos ad *venationem* potius quam ad *capturam* vocant.
Nempe quoniam assuescendum est inuenire & indagare. *Resp.*

Digitized by Google

Venator { alia via ferè deprehendit ceruum & indagat.
alià príncipes viros ad inuentum ducit.

Similitudo.

Primum. Similia quanquam alia atque alia vna notione comprehenduntur.
2. Similia componenda vt exprimatur similitudo, & communitas. De qua re alibi.
3. Similium simile iudicium.
4. Similia se se inuicem illustrant.
Pessimè nobiscum ageretur nisi simile duceret in cognitionem similis.
Frustra per analogiam linguæ & idiomata constituerentur.
5. Similia quatenus similia nec mens nostra secernit, nec sensus.
6. Similia { quædam *synonymè*, vt oua duo gallinacea.
quædam per *proportionem*, vt ouum & gallina.
7. Similia { vel eiusdem speciei, vt duo equi, & propriè similia.
vel tantum eiusdem generis, vt rubor & viror.
vel tantum eadem per proportionem.
8. Diuertendum ad similia. De simili alibi.
9. Similitudo tamen potius suadet, quàm persuadet, quia occurrunt dissimilitudines.

Dissimilitudo.

Distinctio.

Primum. De distinctionum formulis in rudimentis, in Metaphysicis.
2. Non quæ magis realiter distinguntur, vt Petrus & Paulus, ea magis ratione & notione discrepant, nec contrà.
3. Facilius tamen distinguntur, cæteris paribus, quæ *natura* sepositit.
4. Opus est præceptis vt secernas, quæ inueniuntur simul. p. quæ coniuncta offenduntur in congerie naturali.
5. Natura { ferè separauit quæ notionem in vnam coire debent.
coniunxit multa quæ notione sunt distrahenda.
6. Si ex coniunctis duabus rebus vna alibi seorsim inuenitur, iudica non esse idem.
Phantasia in homine coniungitur cum ratione: sed in bellua inuenitur sine ratione.
7. Item si coniunctarum vna antecessit alteram, alteriuè est superstes.
8. Quærenda dissimilitudo in similibus.
9. Dissimilium dissimile iudicium.
Consulendus sermo de Dialectica elocutione, deque locis Dialecticis.

Resolutio, compositio.

Primum. Resoluitur totum in membra, & partes: omnino effectus in causas.
2. Compositio aduersatur resolutioni.

Referenda

Digitized by Google

Referenda { pars ad totum / causſa ad effectum } & contrà. 3.

Partium vſus atque vſus intelligi nequit, niſi in toto conſiderẽtur. p. in machinali horologio. 4.

Pars vbi à toto eſt auulſa, vt à corpore manus, non niſi homonymè ſuum nomen videtur retinere. 5.

Et tamen { captus ingenii noſtri eſt exiguus. / congeriem rerum cogitatione perfectè aſſequi non poſſumus: } 6.
niſi conſiderando ſigillatim ſingula.

Ideò eſt opus { tum compoſitione. / tum analyſi & reſolutione. } 7.

Reſoluimus { nunc ſola mente. / nunc etiam reuerà, vt ſenſui mentique conſulatur. }

Conſule ſermonem de definitione, diuiſione.

De Analogia.

Analogia ad ſimilitudinem reuocari poteſt.

Eam ſi ſuſtuleris, actum eſt de diſciplinis.

De argumentatione.

Ad inueniendum vſurpantur { tum *neceſſaria* / tum *probabiles* } argumentationum formæ:

Vt Syllogiſmi ex duplici affirmatione in ſecunda figura. De qua re alibi, primo priorum.

CAPVT IIII.

De doctrinali Methodo generatim.

Quidnam ſit, quæ eius appellatio?

Doctrinalis Methodus eſt quæ pertinet ad ſcientias, & artes, earumue partes inſigniores præſcribendas poſt inuentionem, quaque vti præceptor debet, vbi res iam ab ipſo inuentæ & diiudicatæ, præponendę aut poſtponendæ rebus pro ratione claritatis, & vtilitatis: ſed ita vt præcedant clariora, vtiliora.

Quibuſdam eſt Dianœa variorum axiomatum eiuſdem generis, pro naturæ ſuæ claritate, aut obſcuritate, proque vſu noſtro præpoſitorum, aut poſtpoſitorum.

Hęc autem Methodus didaſcalica ſolet vocari methodus *naturæ*, quod in ea

Digitized by Google

ferè perpetuo tenore quantum licet ſequimur *naturæ viam*, atque ordinem, progrediendo à ſimplicioribus ſecundum naturam, ad compoſita, vt à prioribus ad poſteriora ſecundum naturam, vel contrà.

Sed *inuentiuam* methodum coniungere diſpoſitiuæ peripateticum eſt. n. quia inuentionis artificioſæ munus difficile eſt, neceſſarium tamen.

Oportet imitari optimos, & aſſueſcere indagare veritatem.

Inuentio artificioſa, vel non.

Quæ prima rerum inuentio, & indago artificioſa, ea ferè Dialectica eſt.

Sed Dialectica didaſcalicis interſeruntur apud Peripateticos.

Conſule rudimenta.

Quotuplex doctrinali, Methodus?

Prima eſt per quam vnica tractatur *quæſtio*. p. an mors ſit malum, an dolor?

Secunda & latioris ambitus, per quam *vnus terminus*, ſed tantum ſimpliciter ſumptus, vt mors, amor, dolor, malum, &c.

Tertia per quam habetur *ſcientia*, aut *ars* integra. p. Arithmetica, Ethica, &c. vel ſaltem tractatur *genus* aliquod *collectiuè* ſumptũ, & cum ſuis propaginibus ſaltem ad idem genus tractationis & abſtractionis pertinentibus: vt numerus cum propaginibus eius: animal cum ſuis principiis, proprietatibus & ſpeciebus.

Quotuplex forma collationis in Methodis aduertenda?

Vt accurata ratione diiudicetur methodus, collatio videtur aduertenda quintũplex.

Prima qua *generaliora* comparentur cum inferioribus in vna eademque methodo, in eodemque ſermone iuſtioris magnitudinis;

vt { virtus cum temperantia, fortitudine, iuſtitia, &c.
{ animal cum terreno, cum aëreo, &c.

Secunda per quam *principia, cauſſæ, & elementa*, cum rebus inde prodeuntibus;

vt { principia virtutum, cum virtute.
{ materia & forma cum corpore naturali, vel artificioſo.

Tertia per quam duæ plureſue *ſpecies* & differentię quę eidem ſubiectę generi, inter ſe comparentur, aut duo *ſumma genera*, duę analogicę ſpecies, vt
Planta & animal .... ſanguineum & exangue.
Subſtantia, quantitas, qualitas .... ſanitas aëris, ſanitas vrinę.

Quarta ſuperiori ſimilis, per quam cauſſę, elementa, principia, proprietates eiuſdem generis, & rei inter ſe conferuntur:
p. elementum cum elemento, caro cum oſſe: principium cum principio, finis cum opifice, &c.

Quinta denique per quam duæ aut plures *methodi iuſtioris magnitudinis*, inter ſe conferuntur: vt Phyſica & Metaphyſica, Phyſica & Medicina, &c.

Monitũ. Sed nonnulli quicquid *ſimplicius* id habent pro generaliori;

Digitized by Google

quia consideratur { nunc seorsim. / nunc in toto.
Anima ipsis communior animato.

CAPVT V.

De tribus propositis Methodi generibus.

Præceptiones Peripateticæ.

De quæstione tractãda.

De prima Methodo.

Quæstionem age probabilibus argumentis in vtramque partem, si lubet. *Primum.*
n. in analyticam, arcessendo dialecticæ copias. n. si argumentum patitur, vt ferè extra Mathemata.
Sed quæstionis sensus prius exponatur, saltem ruditer, nisi pateat satis. 2.
Pone si placet & expone alienas sententias de quæstione. 3.
Adiunge cuiusque *causſam*, aperi opinionum consensionem, dissensionem: licet ista redoleant inuentionem.
Iace fundamentum opinionis tuæ, repeteque si potes à consensu. 4.
Eamque pone sed ordiendo à rebus, & sententiis extra controuersiam positis.
Confirma ratione, & testimonio. 5.
Refelle & solue quicquid opinioni tuæ aduersatur.
Doce { quid ex ea eliciatur, concludatur, quid consequatur. / quo nomine dissentias ab aliis, & quo consentias. 6.
Erroris alieni aperi causſam. 7.
Epilogo si lubet vtere vt & præfatiuncula. 8.

De secunda Methodo.

De termino simpliciter sumpto.

Si *parergis* delectaris, breui monito doce, quonam pacto, vbi, & à quibus tractetur, tractarique debeat tuum argumentum. *Prima.*
Deinde accede { ad ἔργον & opus ipsum. / ad ea quæ potius tibi incumbunt in eo officio, pertinentq; potius ad directam argumenti tui cognitionem, quam ad reflexam. 2.
Primò autem docebis *nomen*, notionemque rei, ita vt nihil relinquatur ambiguitatis, homonymiæ, &c. 3.
Secundò aperies *existentiam*.
Tertiò declarabis *naturam*, causſas, principia, partes, conditiones.
Quartò *affectiones*, concomitantia, adiuncta, opposita, effectus, &c.
Quintò *differentias*, & species enarrabis si occurrunt.

De tertio Methodi genere.

De genere tractando.

Methodus hæc est oratio, vbi genus vnum synonymum, vel analogicum explicatur: *Prima.*

Digitized by Google

Sed { per se, & per sua principia.
per suas affectiones, & adiunctiones.
per differentias, species, & propagines.
certo aliquo modo & nomine, & ad aliquem finem.

2. Hic opus { *principiis* & caussis.
genere vno adæquato, & speciebus.
affectionibus, & proprietatibus.
differentia materiæ siue τῶ quatenus idoneo. De qua re alibi.

3. Sed primum deligendum est argumentum disciplinæ, & methodi, quam compositurus es.
Omnia ad vnum caput reuocanda .... tum videndum est quomodo elaborari debeat.
Sit ne practicè, an theoreticè tractandum, &c.
Quo affectum modo ad materiam sensibilem.
Quod postulet genus abstractionis.

4. Deinde digerendum est ac spargendum in præcipua membra, statuenduſque ordo duplex;
n. { vnus quo vniuersæ materiei partes, aut membra saltem digerantur.
alter quo vnumquodque caput elaboretur.
Vterq; pro Physiologia videtur iudicari ab Aristotele, in Physicorum limine. Consule vltimum caput.

Methodi huius distinctiones variæ.

Methodi { generales { præfinitiargumenti, vt Arithmetica, Ethica.
particulares { indeterminati, vt Metaphysica, Dialectica.

Sunt { integræ { simpliciores
mutilæ { compositæ { ratione argumenti
ratione formæ
vtroque nomine. } sunt { theoreticæ
practicæ

item { liberaliores { operosiores { ediscendæ omnibus
vulgares { faciliores { ediscendæ paucis.

item { accuratiores { subalternæ { subalternantes
rudiores { non subalternæ { non subalternantes

item { denominantes { vniuersales
non denominantes { singulares } de quibus differentiis alibi.

Definitiones { vel supponit non autem molitur, constituit.
vel molitur. Sunt qui soli Metaphysicæ imponũt munus componendi definitiones.

Sunt { magis necessariæ { tenuiores & exiliores.
minus necessariæ { vel turgidiores.

Digitized by Google

Sunt varię pro variocharactere abſtractionis, qui indicatur alibi.

Sunt ingenio { magis congruentes } { ſcriptis conſignatæ. / nondum ſcriptæ. }
{ minus congruentes }

Practicarum methodorum ſubdiuiſio alibi ponitur.

Ars, ſcientia, diſciplina & methodus duplicem ſortitur inſignem differentiã.

Eſt { vel planè iuſtæ magnitudinis, vt tota Phyſiologia.
{ vel non ſatis iuſtæ magnitudinis, vt ſcientia de animalibus.

Sed controuerſia nondum ſatis dijudicata eſt de diſciplinarum finibus, partitione, integritate, nec mirum cum id operis ſit arbitrij humani.

Secreuit enim natura ſenſus, humana ratio ſcientias.

Ferè conſtat, vt plures ſunt ſenſus, plures ingeniorum pronitates & differentiæ ..... ita plures faciendas methodos, idque ad Reip. vſum.

Vt natura ſenſus non variauit pro ſpecierum obiectarum numero: ſed cuique ſenſui exteriori pro materia expoſuit aliquod genus .p. ſonum, odorem, &c.

Ita diſciplinæ integræ, pro argumento ſolere proponi genus.

Vſum mortalium eſſe artium & methodorum normam.

Quia diſciplinæ ſunt propter nos, finis eſt menſura: indeque artes mutilæ, compoſitæ.

In re ancipiti, & arbitraria, communiori ſtandum iudicio.

Non debet cuiuis licere methodorum fines, ordineſque conturbare potiſſimùm practicarum ..... quia hinc publicum damnum.

In rebus indifferentibus non temerè deturbanda eſt conſuetudo.

Diuiſio ordinis methodici.

Prior.

Galeno & alijs, methodus triplex nempè analytica ..... ſynthetica ..... horiſtica.

ὁριστικὴ.

Horiſtica, ſiue definitiua dicitur eſſe cum initio ponitur definitio artis, & diſciplinæ aut *finis* qui proponitur arti, idque per partes.

Deindè ſingulas definitionis partes ordine perſequendo, abſoluimus diſciplinam totam.

vt { ſi Logica definiatur ars intuendi, proponendi, argumentandi & componendi methodos, &c.
{ ſi fœlicitas definiatur *actus animi* virtute vtentis, propter Deum, &c.

Sed { hæc methodus ſi quæ eſt, ad alias duas videtur reuocanda.
{ Præterea non eſt artis, & methodi ſe ipſam definire. De qua re in ſermone de proœmijs. Medicina, e. gr. non exponit quid ſit medicina.

ἀναλυτικὴ.

Analytica, ſiue reſolutoria methodus, eſt qua effectus diſſoluitur in cauſas, maximeque totum in partes;

vt { victoria in imperatorem, equitatum, peditatum.
{ oratio in terminos, in ſyllabas.
{ regnum in prouincias; prouinciæ in præfecturas, &c.

Quæ methodus videtur vſurpanda, vt rudem rei adumbrationem con-

Digitized by Google

sectemur; proficiscitur que à rebus secundum nos clarioribus ad res secundum se clariores.

συνθετικὴ *Synthetica* & compositiua methodus est, vbi à simplicioribus ad composita, à generalioribus ad specialiora, à prioribus secundum genesim, ad posteriora fit progressio .p. à terminis ad orationem, ab oratione ad species, & differentias orationis.

Posterior. Ordo methodicus videtur duplex constituendus, { simplex. / compositus. ¶

Simplex { primus qui ad primum / secundus qui ad secundum / tertius qui { ad tertium / ad quartum } } pertinet collationis genus.

Ordo qui seruatur in componenda methodo iustioris, grandioris magnitudinis necesse est sit compositus.

Etenim { à genere ad species, vel contrà progrediendum. / à specie vna ad alteram oppositam. / à proprietate ad proprietatem. / à principio ad principium. / à principio, ad principiatum, vel contrà. } [·]

CAPVT VI.

De triplici ordine simplicieri.

De quatuor primis collationibus.

De prima collatione.

Assertio prima.

De 1. ordine methodico.

Generaliora priori loco sunt tradenda, ne incidamus in tautologiam.

Generalia generatim, γένικα γενικῶς.

Præponenda genera { summa subalternis. / subalterna speciebus infimis. }

Præponendum genus differentijs, quibus sic diuiditur, vt ad aliud genus diuidendum non pertineant .p. animal oculato.

Differentia { vniuersalis singulari præferenda, vt habens pedes bipedi. / non reciproca reciprocæ, vt oculatum rationali; vt verbo dicam descendendum est.

Monitum.

Quod vno nomine præcedit, id ferè altero subsequitur.

Assertio secunda.

Diuisione descendimus. De diuisione construenda alibi.

Si quis differentias non agnoscit nisi reciprocas, nullam methodum rectè

Digitized by Google

instituere potest : tautologiam fugere non potest.

Assertio tertia.

De hac collatione quærit Aristoteles, primo de partibus: Oporteatne catholica præferre singularibus, an contrà.

Sanè qui est declaratus ordo, ille est naturæ congruentior, accuratior: philosophi tamen aliquando ordinem inuertunt.

Nam { primùm exponunt species.
deindè illas interse conferunt, vt fecit Porphyrius in Isagoge.

Congruentior { prior via constructioni, & traditioni scientiarum, & methodorum.
posterior earumdem inuentioni.

Sed plerumque traduntur inuentiuo modo, atque ordine: quia exerceri debemus ad venationem, artem venandi veritatem omnes exercere debent.

Assertio quarta.

Quando vnum dicitur vniuersalius quàm alterum & communius;

tum { vel ita est vniuersalius, vt nullo nomine sit specialius, cuiusmodi est animal si conferatur cum homine.
vel partim communius, partim specialius, vt bipes si conferatur cum terreno.

Nam videtur { communius, quia bipes duplex { vnum terrenum. / alterum voluere.
specialius, quia terrenum duplex { vnum bipes. / alterum non bipes.

Facilis ordinationis ratio, si spectetur prius genus vniuersalioris.

At si posterius spectetur, est difficilis & perplexa, & ferè arbitraria.

Aut saltem aliundè æstimanda, quàm ex ratione prioris, posterioris. p. ex vsu, necessitate, claritate.

Assertio quinta.

Sunt differentiæ quæ diuidant genera duo, neutiquam subordinata. De qua re cap. de differentijs.

Assertio sexta.

Vniuersalius { vel complectitur minus commune, vt animal hominem, & est magis propria, & idonea comparatio.
vel non, vt bellua hominem, & comparatio minus est idonea.

De secunda collatione.

Assertio prima.

Interdum vtile & commodum est { primum resoluere. / deindè componere;

Digitized by Google

.j. primùm ruditer & breuiter effectum resoluere in causas, & principia potissimum in componentia, itavt à proximis progrediamur ad remotissima.
deindè accuratiori ratione à remotissimis elemẽtis, causis, & principijs pedetentim & ordine, qui naturali executioni congruat, reuerti ad effectũ.

Assertio secunda.

Ab elementis, causis, principijs ordiendum præcipit Aristoteles, 1. Physic. .n. dum spectatur ratio digerendi totam scientiam, & artem.
Sed pars à toto distracta videtur homonymè pars, primo Politic.
Causa ab effectu separata, non est propriè causa.

Omnino rudis nõtitia totius rei rudem partium suppeditat cognitionem.
accurata partium explicatio accuratam rei totius largitur explicationem.

Effectus aperit causam, & causa effectum.

De tertia collatione.

Assertio prima.

Eadem opera non possunt à nobis explicari variæ species eiusdem generis, vt homo & equus.
Non varia iuga differentiarum ab eodem genere prodeuntium.
Non varia genera, vt quantitas & qualitas.

Contraria vt cadant in scientiam eandem.
non tamen cadunt in eandem scientiæ partem.

Ergo non satis est monuisse progrediendum à genere ad specialiora: verum. etiam statuendus venit ordo aliquis.
Inter duas pluresue species congeneres, vt animal & plantam.
Inter differentias eiusdem generis & ordinis.
Inter genera duo, inter singularia.
Et omnino inter collateralia.

Secunda assertio.

Ex duabus speciebus eiusdem generis, si quæ cum genere aliquo reciprocatur, vt tactus cum sensu, vegetans cum anima, dum concretè efferuntur, ea præferenda cæteris.
Omnino quæ specierum, vel analogicarum communissima, ea videtur prima & præferenda.
Hociure motus localis, motuum primus.

Tertia assertio.

Vniuersaliora cæteris paribus priùs explicanda.
Etiam dum conferuntur cum rebus quas non complectuntur propriè, vt figura quàm color.
Potior tamen ratio *vsus* & necessitatis, quàm talis communitatis.

Quarta

Digitized by Google

Quarta assertio.

Simpliciora per naturæ ordinem præponenda minus simplicibus, etiam quando hæc ex ijs non componuntur, quando conferuntur quæ sunt eiusdem generis;

vt { circulus triangulo ..... bellua homini.
{ planta animali ..... inanimatum animato, &c.

Quinta assertio.

Sed ferè incipimus à specie nobis apertiori. p. ab homine potius, quàm à bellua.

Sæpè ab illa cuius notitia nobis optabilior, aut magis necessaria.

Sexta assertio.

Cætera ex nobis & nostris æstimamus. De quare alibi.

Si quæ species generi nomen dedit, ea ferè clarior.

Septima assertio.

Sępè quęnam specierum eiusdem generis & differentiarum sit simplicior, iudicare non est facile.

Inueniri in eodem genere duas species, & duas differentias æqualis dignitatis, non videtur impossibile.

De quarta collatione.

Assertio prima. §

Ex præcedenti collatione hæc ferè æstimanda.

Secunda assertio.

Causse disponuntur hocce ordine, finis, opifex cum exemplari, materia, & forma.

Tertia assertio.

Considèratur potissimum causa { hîc vna vt *finis* in practicis. / hîc altera vt *materia* in physiologia. } §

Mathematici nec finem, nec opificem produnt.

Elementa simpliciora conferri possunt cum magis compositis, vt materia prima cum aëre, aër cum osse, os cum manu, &c.

Tumque comparatio pertinet ad secundum genus.

Potest elementum communius comparari cum minus communi;

vt { caussa cum opifice, fine, &c. / instrumentum, cum malleo, manu, securi, &c. / principium cum materia, forma, &c. } (*)

Tumque comparatio pertinet ad primum genus.

Quarta assertio.

Elementorum & principiorum priora prę ferenda.

Sed quędam { partim priora { partim superiora } / partim posteriora { partim inferiora } } vt bipes & terrenum.

Præferenda ſimpliciora etiam rebus quas non componant.

Quinta aſſertio.

Partium { aliæ *metaphyſicæ*, vt eſſentia, exiſtentia, genus & differentia.
aliæ *naturales*, aut caſuales, vt manus, digitus, &c.
aliæ clariores aut fortuitę, & artificioſę.

Artificioſæ clariores homini, quia non efficiuntur, niſi per notitiam ſui.
Ex naturalibus tamen ęſtimandæ, vt remi ex pinnis piſcium, vela ex pennis auium.

Sexta aſſertio.

In rebus naturalibus, quadruplex propoſitio aduertenda hocce ordine.

Compoſitio { prima ex materia & forma.
ſecunda ex quatuor elementis.
tertia ex partibus ſimilaribus.
quarta ex diſſimilaribus.

Septima aſſertio.

Plerumque occurrunt multę proprietates, multæ affectiones eiuſdé generis.

tum { vel oriuntur diuerſis à principijs pro principiorum ordine.
vel à principio eodem, & ferè ſunt ſubordinatæ.

Ratio ex. gr. in homine antecedit voluntatem, &c.

CAPVT VLTIMVM.

De vltima collatione, déque methodis iuſtioris magnitudinis.

Aſſertio prima.

Methodi & diſciplinæ quæ ſunt iuſtioris magnitudinis ſolent appellari artes. De qua re alibi.

Quinta collatio { partim ad tertiam reuocari poteſt.
partim ad primam.
imo etiam partim ad ſecundam;

.p. { ad primam ſi phyſiologia conferatur cum Metaphyſica.
ad tertiam, ſi geometria cum arithmetica.
& ad ſecundam ſi ars lateritia conferatur cum architectura.

Methodus iuſtæ magnitudinis videtur, quæ inter methodos ſe habet, vt viſus inter ſenſus.

Secunda aſſertio.

Grauis controuerſia de methodi cuiuſque vnitate, ſed theoretica.

Phyſiologia ex. gr. { eſt vnum aliquid, vt lumen & calor.
alijs quid vnum: ſed non niſi vt pulchritudo, ſanitas, exercitus, &c.

Controuerſia propemodum indijudicabilis.
Si doctrina de plantis vnitur propriè cum doctrina de animalibus;
Cur non conſimiliter doctrina de calceo, cum doctrina de domo ..... do-

Digitized by Google

ctrina de corpore cum doctrina de ſpiritu?

Tertia aſſertio.

Quæritur cur non ſit neceſſarium, cur non vtile omnia reducere ad vnicã methodum & diſciplinam? cur non ſaltem omnia ad vnam theoreticam?

Ratio repetenda à mortalium captu, atque vſu.

Grauis controuerſia de cõditionibus, déq; diuiſione artiũ, & methodorũ.

Quæritur cuius ſit methodos partiri, diſtinguere.

Ad quæ criteria ſit collimandum, in partitione methodorum facienda.

Quæ ferè conſtituantur notæ, conditioneſque iuſtioris methodi.

Quod obiectum, quæ nomenclatura eius.

Quæ ratio, nota, & varietas.

Quid formale obiectum, quid materiale.

Quid obiecti differentia & quotuplex.

Vndè prodierit abſtrahendi conſuetudo.

Oporteatne formalem rationem obiecti eſſe vnam ſpecie .p. naturalitatem, moralitatem, &c.

Quæ ſint conditiones obiecti theoretici, quæ practici.

Quomodo ſenſibile obiectum, ſcibili reſpondeat.

Qua parte ſit naturalis, & qua arbitraria ratio diuidendi methodos.

Sanè { parum eſt credibile tot in nobis eſſe dexteritates realiter à ſe inuicem diſtinctas, quot ſunt res de quibus poſſumus diſſerere. / parum credibile omnes diſſerendi dexteritates, in vnam conuenire quæ ſit vna proprijſſimè. Explicare vix poſſumus cur coniungatur potius cum illa, quàm cum iſta.

Quarta aſſertio.

Scientias ſecari, diuidi, ſicut res, author Ariſtot. 3. de anima, c. 8. & 1. Top.

Non quia tanta ſit diſtinctio diſciplinarum, quanta eſt rerum.

Sed quia diſciplinarum diſtinctio repetenda à materia prius potiuſque quàm aliundè: p. quàm ab ipſa ſermonis forma, vt à ſubtilitate, amplitudine, perpetuitate, practico charactere, &c. quàm ab authoribus. De qua re Ariſtoteles, 1. Topic. Sententiæ diuidendæ non per authores, ſed per argumenta.

Dialogi de moribus coniungendi ſunt cum perpetua oratione de moribus, potiuſquam cum dialogo de rebus medicis.

Coniungendi ſermones accurati cum rudibus eiuſdem argumenti, potius quam cum accuratis argumenti diſparis.

Quinta aſſertio.

Methodi & ſenſus non diſtinguntur per ſpecies materiei, ſed per genera. De qua re ſæpius.

Sed per quę genera & per quot, diſciplinę ſecernantur controuerſia eſt.

Sexta aſſertio.

Res vna eademque poteſt tractari { tum theoreticè. / tum practicè, fereque variè.

Digitized by Google

Itaque methodus à methodo ſæpè diſtinguenda eſt, quamuis adſit materiæ ſocietas.

Septima aſſertio.

In methodo iuſtæ magnitudinis præter genus debent conſiderari *elementa, proprietates, & ſpecies.*

Spectandus finis, differentia, & tractandi modus.

Huc pertinet abſtractio ..... hinc forma triplex, metaphyſica, mathematica, naturalis.

Sed { diuiſio pertinet tantùm theoreticas ad diſciplinas. / niſi inter phyſicas formas cenſeantur practicæ, vt forma domus.

Opera artificioſa, vt & naturalia, ſunt *hoc in hoc.*

Docet { practica quomodo mouere debeamus. / phyſica, quomodo natura moueat.

Octaua aſſertio.

Solemne omnia quæ tractantur in diſciplina reuocare ad vnum caput adæquatum, quod complectatur cætera: ſed { partim per rectum / partim per obliquum } casũ.

Et quidem { in lucem & naturam prodeunt { quædam per ſe. / quædam per aliud. / ars naturæ æmula.

Tribus tamen modis profertur obiectum vnum adæquatum, quia tribus modis cætera continere poteſt.

Continet { in *obliquo* caſu, vt *mundus* quicquid in phyſiologia, Æneas quicquid in Æneide. / vel *in recto*, vt ens phyſicum, res naturalis, res militaris. / vel *partim in recto, partim in obliquo*, vt corpus naturale.

Quę ratio omnium præcellentiſſima videtur.

Nona aſſertio.

Quanquam ſcientię & artes propriè docent vniuerſum genus, tamen quia indiuidua ſunt nobis familiaria, ſpecieique ſunt ſpecimen ..... cum enarramus vltimam ſpeciem, ſolemus deſcendere ad indiuidua, & proponere exempla, vt medici facere conſueuerunt, & politici:

Maximè ſi occurrat vnicum indiuiduum in ſpecie, vt hic ſol.

Aut inſignia pauca, vt pauci inſigniores equi. p. equus Cæſaris, equus Alexandri, &c.

Decima aſſertio.

Prima & præcipua methodorum diſtinctio, *à materia.*

Secundã à *charactere theoretico*, vel practico, & modo abſtractionis.

Tertia à *ruditate* & accuratione.

Quarta à *breuitate* & prolixitate.

Digitized by Google

Res eadem tractatur variè.

Vndecima assertio.

Quando specierum eiusdem generis vtraque, vel quęque sortitur Methodum, & quasi familiam ducit;

vt ex. g. { corpus / spiritus } { magnitudo / multitudo } { scientia / opinio } &c.

Quæritur { sitne satius tertiam aut aliam disciplinam pro genere constituere. / an vero tractationem eius coniungere cum vnius speciei explicatione, vt ferè fieri solet.

Quęritur cum qua specie genus coniungendum veniat.

Certè coniungi solet cum simpliciori, aut cum imperfectissima.

Ex specierum imperfectissima ęstimandum genus, alibi monuimus.

Duodecima assertio.

Varium iudicium de Methodorum numero.

In re arbitraria maiorum vestigiis inhęrendum : saltem donec longè melior via & ratio excogitetur.

Tertia decima assertio.

In theoreticis { Mathematica. / et Physica, quę { vel Metaphysica. / vel Physica propriè. }

Practicas à se inuicem secernit *finis, materia, materiæ differentia, Reipublicæ commodum.*

Practicę Methodi plures quam Theoreticę propter difficultatem eius & commodum mortalium.

Naturę ordine antecedit { theoretica practicam. / vniuersalis singularem. / subalternans subalternatam Methodum.

Sed { necessitatis / vtilitatis / facilitatis } potior habenda ratio, quàm naturalis ordinis.

Quarta decima assertio.

Seligenda vna ars, & disciplina, quam propriè profiteamur, excolamus.

In delectu conducibile est sequi { ingenii propensionem. / vt rationem fortunę, conditionis, temporis, loci, &c.

Ad eam properandum, in ea maximè immorandum, elaborandum.

Ars enim longa, vita est breuis.

Prętstat vnum aliquid egregiè scire, quàm tenuiter multa.

Digitized by Google

Natura vnum vni officio, vel paucis destinauit.
Respublica est quid dissimilate,&c.
Qui semper peregrinatur multos cognitos habet,ac beneuolos, amicum neminem,&c.
Qui deprehenditur ineptior ad vnam disciplinam, dimittatur aliò.
Nisi hæc sit necessaria per se, vel per aliquam occasionem.p.per fortunam, conditionem,&c.
Non si princeps minus est idoneus ad politicam, ideo dimittendus aliò.

Quinta decima assertio.

Si pluribus disciplinis eodem tempore opera est nauanda, teneatur modus.
Qui priora mediocriter tenet, ad posteriora properet, reuersurus ad priora si res exigat.
De compendiorum vsu alibi locuti sumus.

Sexta decima assertio.

Cum docetur inferior disciplina,ante superiorem,sine superiori;
Vt ars medica ante Physiologiam.
Iurisprudentia sine Politica, ante politicam:
Per digressionem præceptor mutuari debet à superiori, quæ necessaria sunt ad inferioris comprehensionem.

Decima septima assertio.

Difficilè est scientiarum fines præstituere: quia scientia mutuatur à scientia.
Non omnes methodi denominant ...., quæ tenentur ab eo, quivocatur medicus, vulgus à medicina prodire putat,&c.

Decima octaua assertio.

Primaria vnius Methodi diuisio & partitio. p.Physiologiæ,non nisi vnica.
Etiamsi genus multas sortitur diuisiones.

Decima nona assertio.

Pauci Methodos moliuntur doctrinales, quę sint iustioris magnitudinis, ideo breuitati consulendum.
Consulantur libri qui inscribuntur de ratione studiorum:
Sermones de habitibus mentis,&præfationes Logicæ.
De practica disciplina,de Mathematicis, de arte, de philosophia & similibus passim.

Digitized by Google

SECTIO POSTERIOR.

DE METHODIS DIALECTICIS, ET exercitatione Logica.

CAPVT I.

De Methodo prudentiæ, de Dialogo, variis Dialecticæ Methodi formis.

Quotuplex Methodus quæ dicitur prudentiæ?

METhodus quæ dicitur *prudentia*, interdum appellatur Methodus *doctrina*.

Sed tum doctrina { naturæ opponitur. / non opinioni & disputationi.

Est { vna Rhetorum, aut poëtarum, quæ tamen quasi soboles Dialecticæ. / altera est Dialectica, quæ est oratio probabilis iustioris magnitudinis, vbi membra dispouuntur & tractantur congruenter vsui & fini.

Quotuplex Dialectica Methodus?

Est { vna *perpetua*, quę non distinguitur / altera *dialogistica*, quę distinguitur } interrogatione, & responsione.

Præcipit { Analyticus, de perpetuo sermone, &c. / Dialecticus de Dialogo & Methodo prudentię.

Sed vtitur vterque vtroque Methodi & orationis genere.

Delectatur tamen { Dialecticus Methodo prudentiæ, Dialogo. / Apodicticus naturali ordine, & perpetua oratione.

Quotuplex Methodus perpetua apud Dialecticos?

Aut vnus *terminus* tractatur. p. virtus:

Tumque Dialecticus imitatur disputationem Rhetorum, vel philosophorum, & Didascalicorum.

Digitized by Google

Aut vna *quæstio*, vt sitne virtus medium?

Idque { in vtramque partem, vt passim in digressionibus Aristotelicis. / vel in alteram tantum, vt in problematis Aristotelicis.

Tunc autem ferè proponuntur argumentis insitis testimonia, vetustiora recentioribus, leuiora grauioribus.

De Methodo dialogistica generatim.

Dialogi *varietate* & festiuitate sunt condiendi.

Accommodandi locis, temporibus, & aliis circonstantiis.

Delectantur *digressionibus*, sed moderatis.

Dum scribuntur danda est opera vt potius quisque sentiat, loquaturque eo *quo solet modo*, quàm vt verè, eleganter, &c.

Quot genera logicorum Dialogorum?

Sunt { didascalici vt Ciceronis partitiones. / dialectici, & disceptatorii, vt multi ex Dialogis Platonis. / mixti.

Sed mixtio intelligenda ex simplicibus formis.

Quotuplex dialecticus Dialogus?

Is { æmulatur *perpetuam orationem*, vt libri de oratore. / aut breuioribus interrogationibus, & responsionibus continetur, & à nobis potest significari nomine *Dialectica disputationis*, concertationis.

Quotuplex dialectica disputationis, concertationis ratio?

Est { vitiosa, vt Sophistica, litigiosa. / aut proba, & laudabilis. / aut denique partim proba, partim vitiosa.

Sed probam consectamur.

Est { publica { seria { de re clara { de religione / de rebus aliis. / de obscura / ludicra / priuata

Est { vel coram / vel sine } iudice, teste, præside, &c.

Disputant { vel duo. / vel plures, qui ex duobus æstimandi.

Ex animo agit { vel vterque. / vel alter tantum. / vel neuter.

Est

Digitized by Google

Est { vel propriè Dialectica, & seria } { vetus. / recens. }
{ vel piraſtica, & Tentatiua }

De penultimæ diuiſionis differentiis.

Dialectico in certamine, commune opus inquiſitio veritatis, ad quod vterque decertantium pro virili adhibet hic interrogationes, ille reſponſiones.

Piraſticæ ſcopus { interdum veritas, indago veritatis, &c. / ſæpius ingenii examen, & eruditio in proferendis, percipiendis, depellendiſque difficultatibus, quibus obſidetur veritas.

Itaque optime piraſtici interrogatoris munere videtur fungi, qui plurimas conſentaneo ordine & contextu dubitationes profert, earumque ſolutiones à defenſore elicit, quaſi per artem quandam obſtetriciam, quæ parturienti obſtetricetur animo .... n. quando qui reſpondet, tuetur partes veritatis.

Cum autem ſit duplex Dialecticæ diſputationis ratio;

n. { vna propriè *Dialectica*, quæ inter diſſentientes, aut ſaltem de veritate dubitantes. / altera inter eos qui conſentiunt; diſputant tamen exercitationis gratiâ piraſticè & tentatiuè:

Piraſticæ huius videtur duplex ſtatuendum genus;

n. { vnum vbi qui reſpondet, tuetur partes veritatis, vt fit ferè in ſcholis. / alterum quod non rarò extra ſcholas vſurpatur, & in eas non infructuoſè poſſit introduci, in quo animi & exercitationis gratiâ qui reſpondet tuetur partes erroris, & errantium. p. Stoicorum & Epicureorum, Atheorum, &c. conaturque impedire & ſoluere ratiocinia, quibus ſuadetur veritas etiamſi firma & proba, & explodere quæ inania & infirmiora, n. ne bona cauſſa improbetur quod agatur male.

Porrò qui piraſticè agit { ſeu oppugnet veritatem. / ſeu errorem reſponſione defendat;

Eum decet in principio ſermonis, nec non in concluſione ſignificare ſe non agere ex animo.

Potiſſimum ſi diſputatio verſetur in rebus de religione, de bonis moribus, aut clariſſimis.

Niſi locus, aut conſuetudo aliaue circonſtantia id ſatis indicet.

Nam { non eſt prodenda veritas. / non eſt facienda iactura authoritatis tuæ.

Agendum autem eſt ad captum { tum aduerſarii / tum auditorum } quantum licet.

Digitized by Google

Cauendum ne infirmæ veritatis ſuaſiones pro firmis venditentur demonſtrationibus, ſic enim proditur veritatis cauſſa.

Multi non cogitant de remediis, quia non vident morbum.

Multi non cogitant de confirmatione bonæ rationis, & probationis: quia non deprehenderunt quomodo eludi ſoleat.

Propterea vtile eſt interdum piraſtica in reſponſione tueri partes falſitatis.

De vltima diuiſione.

Eſt { vna diſputandi ratio quæ poſſit appellari *vetus*. n. ea de qua fuſè præcipit Ariſtoteles 8. Topic.
altera quæ poſſit appellari *recens*, quæque videtur omiſſa ab Ariſtotele.

Hæc nunc potiſſimum in vſu, maximè intra ſcholas.

Vſurpata quidem olim: ſed à Rhetoribus potiuſquam à Sophiſticis, & Dialecticis diſceptatoribus.

Collatio vtriuſque diſputationis.

Conſenſio. Sunt multacó munia vtriq; diſputationis rationi, eaque momenti maximi. p. aggreſſor, defenſor, auditor & iudex, theſis, argumentatio, reſponſio, ſolutio, & alia eius generis, quæ in ſpeciebus proponenda.

Diſſenſio. Sed plurima nihilominus diſcrimina offenduntur, eaque non leuis momenti.

Primò. Congruentior { vetus dum errorem / recens dum veritatem } vis impugnare argumentando.

Eſt { vetus Dialectica propriè, potius quàm piraſtica.
recens piraſtica potius, quam propriè Dialectica.

2. Commodior { vetus, ei qui interrogat, aggreditur.
recentior, ei qui ſuſtinet, defendit, reſpondet.

3. Si quis tuetur aliquid erroris, facilius capitur veteri, quàm hodierna & recenti diſputandi ratione.

4. Recens intra ſcholas vſurpetur potius, quam vetus, extra ſcholas contrà.

5. Niſi piraſticè agas, aut cum eo qui etiam ſeria in diſputatione nouit veteris illius diſceptationis & certaminis ſubire aleam.

6. Specimen { veteris in Dialogis Platonicis.
recentis in quotidianis ſcholarum exercitationibus.

7. Propoſitio { olim interrogabatur, idque ſigillatim.
nunc profertur citra notam interrogationis.

8. Præterea { olim vt ſigillatim propoſitiones interrogabantur: ita ſigillatim excipiebantur reſponſione, maximè autem per *etiam* aut *non*.
at nunc argumentatio ſimul producitur, proferturque integra, antequam reſponſio adhibeatur.

igitized by Google

Nunc { primò profertur argumentatio neceſſaria. i. illa quæ concludit ſententiâ aggreſſoris, & euertit theſim oppugnandam, ſi concedatur.
2. ſi quid negatur. p. propoſitio, ſumptio formaſ llogiſmi, affertur ſecunda argumentatio & prima aſſumptio, confirmatioue, qua probetur quod eſt negatum, ſtabilitur primus ſyllogiſmus. 9.
3. ſi quid negatur de ſecunda argumentatione, id confirmatur tertio ratiocinio.
et ſic deinceps.

At ſi vetus diſputandi ratio ſpectetur, res ferè contra habet:

Nam { prius proferimus confirmationem neceſſarii ſyllogiſmi, ſi probatione indiget, quam ipſum neceſſarium ſyllogiſmum. Licet hic primus in mente noſtra ſit conformatus.
priuſque probationem illius primæ confirmationis, ſi videatur parum credibilis quàm hanc ipſam.
et ſic deinceps. n. donec occurrat aliquid, quod vltrò concedatur, vnde ordiamur interrogationem.

Iam { nunc ferè probamus vnam tantum è duabus propoſitionibus neceſſarii principiſue ſyllogiſmi.
olim ferè confirmabatur vtraque antecedens propoſitio, antequam 10.
ſyllogiſmus neceſſarius, & primarius conſtitueretur.

Nunc qui reſpondet antequam id faciat, ferè ſemper & facile intelligit.
QVO & QVA tendere aduerſarius velit. n. quia propoſuit concluſionem & argumentum. 11.

At in veteri genere dialectici certaminis, id difficulter comprehenditur,
n. propter occultationis artificium, de quo poſteà.

Declarata alibi ſyllogiſmi virtus, cum ageremus de deductione ad incommodum.

Monitum Qui videt probam eſſe ſyllogiſmi formam, & nihilominus falſam concluſionem, hinc certò colligit aliquid latere falſitatis in antecedentibus etiamſi videantur probabiles.

CAPVT II.

De recenti diſputandi ratione.

Decreta quædam & præcepta communia tum interrogatori, tum reſponſori. *Monitum*

Conſulatur ſermo compendiarius.

Recens hæc noſtra diſputandi ratio poſſit appellari ſcholaſtica, & piraſtica; *Primum.*

n. { ſcholaſtica, quia nunc ſola in ſcholis vſurpatur etiamſi conducibile ſit veterem illic ſaltem aliquando vſurpare.
piraſtica & tentatiua, quia videtur congruentior piraſtico, quam dialectico, ludicris quàm ſeriis diſputationibus.

Digitized by Google

2. In ea { vnus proponit totam argumentationem simul, & ferè citra notam interrogationis.
alter propositæ respondet: sed ferè non nisi post repetitionem in eum modum, qui quotidiano vsu satis insinuatus.

3. Materia disputationis { dicitur thema, thesis, positio.
estque quæstio aut propositio quæ suscipitur ab vno oppugnanda ratiociniis, ab altero propugnanda responsionibus.

4. Thesis est { oppugnatu / propugnatu } { facilis / difficilis } est { probabilis / improbabilis / neutra } { omnino. / determinatè.

Probatu autem difficilia { tum *prima* / tum *vltima* } vt docetur alibi.

5. Vterque disputantium fugiat proteruitatem, ac proteruos.
Caueat ne modesto incutiatur pudor.
Moderationem seruet in sermonibus, gestu, vultu.
Conuitium scelus putet ac piaculum.

6. Vterque { nouerit locos Dialecticos, & communes, teneat logicam artem.
meditetur diligenter exercitationem.
vtatur omni contentione animi, vt deprehendat *quæstionis* tractandæ & exponendæ difficultates, genus & naturam, eisque se accommodet.
obscuriorum interpretationem postulet, candidéque proferat.
&c.

7. Rerum & sententiarum sit prima cũra.... verborum non nisi secunda vt sectetur veritatem, perspicuitatem, puritatem.

8. Cogitandum fore vt modus ille, quo exerceris tibi adhæresçat, ita vt exuere vix queas ipsum.
Ideo sic componenda est exercitatio, vt non pudeat olim vsurpare.

9. Quô te sentis & deprehendis ineptiorem ad aliquod munus disputationis, eô diligentius in illud incumbendum est.

10. Habenda ratio temporis, loci, auditoris, argumenti, & aliarũ circonstantiarũ.
Non quiduis vbique & apud quosuis agitandum.
Non suscipiatur disceptatio nisi speretur aliquid fructus.

11. Vterque quantum licet antagonistam iuuet in obeundo munere.

12. Vterque caueat ne prodatur caussa veritatis.

13. *Præcepta pro eo qui interrogat.*

Primum. Qui interrogat siue qui aggreditur inducat, ratiocinetur, aliquando vtatur enthymemate maximè in principio sermonis: aliquando quærat veterem ad morem.

2. Captet initio beneuolentiam tum aduersariorum, tum auditorum.

3. Non temerè incurset in quemuis, in quiduis, & apud quosuis.

4. Categoricis syllogismis potius delectetur, quam hypotheticis;

Digitized by Google

Captionibus & fallacijs abſtineat in argumentando: niſi res eſt cum proteruo & impudentiori quem auditores victum ac deluſum velint. 5.

Vel ijs tanquam ſale ſit aſpergenda leuiter, condiendaque diſputatio.

Interdum veterem diſputandi morem æmuletur, maximè ſi ſeriò non piraſticè agit. De qua re poſtea. 6.

Sic ſentiat { ſe non promouere dum tentat: niſi nouas dubitationes proferat, nouas eliciat ſolutiones. 7.
ſummam piraſticæ aggreſſionis laudem conſiſtere in eo:
vt { proferat plurimos nodos, plurimas dubitationes, dubitandi occaſiones.
proferat eas breui tempore, & idoneo contextu.
& ita proferat, vt dubitationum tandem eliciat ſolutiones, etiamſi prima fronte auditori videantur inſolubiles.
nec proferat niſi magnas, & inſignes.

Sæpè non niſi rogatus ſuſcipiat munus aggrediendi, nec niſi poſt aliorum conatus infœliciores. 8.

Caueat ne victoriæ abripiatur ſtudio, niſi cauſſam bonam agit, momentique grauioris. 9.

Petitionem principij auerſetur. 10.

Si piraſticè agit & in ſchola, non temerè mutet rationem oppugnationis, & medium, ſiue argumentum. 11.

Obſcurior ratiocinatio vbi pluribus verbis explicata fuerit, & illuſtrata & amplificata, in pauca contrahatur. 12.

Si negatur forma ſyllogiſmi, quæ tamen ſit proba, deducat ad incommodum. De qua re alibi. 13.

Antequam ſit tædio, finem argumentandi faciat, maximè ſi piraſticè agit. 14.

Caueat ne plures proponat ſyllogiſmos, qui in eandem incurrant diſtinctionem, ſolutionem. 15.

Quando qui reſpondet neutiquam ſoluit dubitationem, quæ ſolutione egeat; 16.

Tum { ſi verſaris extra ſcholam, ſoluito ipſe, ne prodatur cauſſa veritatis.
quòd ſi in ſchola differis, & argumentaris, ſummi eſt artificij argumentationem tuam iterare: ſed ita immutando, illuſtrando, vt qui reſpondere debet, deprehendat vitium, videat ſolutionis viam.

Ad quam rem vſurpandum eſt artificium reſpondendi.

Significandum vnam ex propoſitionibus eſſe certam, & exploratam, vt aduerſarius ſuſpicetur alteram dubiam eſſe.

Inijcienda ſuſpicio ambiguitatis.

Vtile proponere ſyllogiſmum alium ſed clariorem, ex cuius ſolutione erui poſſit ſolutio eius, qui videtur inſolubilis.

Omnino qui argumentatur, contendat obſtetricari reſpondentis animo.

Pro eo qui reſpondet.

Conſule compendia, ſermonem de cauſſa efficiente Logicæ, & præcepta de veteri diſputandi ratione. *Monitũ.*

Digitized by Google

Præcepta varia.

Primum. Salutato & laudato commilitonem.

2. Repete bona fide argumentationem aduerſarij totam antequam incumbas ſolutioni: id in ſchola neceſſarium, alibi conducibile.

3. Si conſtat pluribus verbis quam vt omnia ſine faſtidio reponere poſſis;

Tum { aut iubeto aduerſarium paucioribus complecti & proponere. / aut ipſe contrahito.

Sed detrahe potius de mole, quàm de virtute ſententiæ, quæ potius amplificanda quam minuenda.

4. Inductiones ſi obſunt refelle *inſtantia*, & argumentatione.

Omnino ſi reſponſio tua confirmatione indiget, eam adiunge..... ſi dialecticè agis, ſi bonam tueris cauſſam.

5. A quæſtionibus & interrogationibus ad veterem formam inſtitutis, licet tibi videantur parum ad rem facere, cauc tibi, cauteque ijs reſponſionem adhibe.

6. Inter audiendum & repetendum expende ſyllogiſmi formam.

7. Ex enthymemate confice ſyllogiſmum, ſaltem apud te, vt illius energia pateat tibi.

8 Si *forma* ſyllogiſmi *vitioſa* eſt, quamcumque ob cauſſam, conceſſis antecedentibus, concluſionem negare potes.

Sed vtile proferre ſyllogiſmum ſimilis formæ, qui ſit materiei clarioris.

9. Si *proba* eſt, vide reprehendat nec ne, oppugnet nec ne ſententiam tuam.

10. Nili reprehendit concedere potes totum ſyllogiſmum ſignificando nihil aduerſum te facere.

10. Si reprehendit, opus eſt ſolutione, reſponſione: concede, nega, iube tranſire, diſtingue, interpretare prout res poſtulat.

11. Concede { primò quæ ſunt *vera:* / ſecundò quæ ſunt *probabilia.* / tertiò etiam *falſa*, ſi tibi nihil officiunt. De qua re ſæpius.

12. Nega { tum *falſa*, & improbabilia, ſi ad rem faciunt. / tum etiam *probabilia*, ſi officiunt, nec ſint vera.

13. Sed caue ne diſputatio ad aliud rei genus transferatur.

Propterea quæ ita ſunt falſa, aut improbabilia, aut dubia, vt tamen conceſſio ipſorum nihil profit aduerſario, ea concede.

Sed concede his verbis, aut conſimilibus dum in ſchola verſaris: *Eſto, tranſeat, Quid tum.*

Cuius reſponſionis hęc ſententia eſt, hoc forte non ita habet ..... licet tamen ita haberet, non aſtrueret ſententiam tuam, nihil concluderes.

Extra ſcholam autem ſatius eſt vſurpare ſenſum harum formularum, quàm has ipſas.

14. *Diſtingue* antequam neges, concedas, ſi quid ambiguitatis officit.

Digitized by Google

Niſi { ambiguitas / diſtinctio } facit ad ſolutionem, non oportet diſtinguere. 15.

Diſtinguere cenſeatur, qui optimè deſignat ſenſum, in quo concedit propoſitionem. 16.

Non adhibeatur diſtinctio ad concluſionem; 17.

Niſi { aliquid ex antecedente diſtinctum fuerit. / aut generalis propoſitio ſecernenda ſit à particulari. p. in tertia figura, vbi concluſio debet eſſe particularis.

Negare totum ſeu totum ſyllogiſmum potes..... Si vtraque propoſitionum eſt falſa. 18.

Scito aliud eſſe negare *conſecutionem*, aliud negare *conſequens*. 19.

Sequentis propoſitionis neganda *conſecutio*, non conſequens.
Si cicuta eſt viridis herba, &c. cicuta eſt venenata: Atqui cicuta eſt viridis, &c. Ergo eſt venenata.

Ne digrediatur aduerſarius quando propoſitionum antecedentium vtraque eſt falſa, conducibile eſt eam quæ digrediendi occaſionem præbitura eſt, concedere per formulam decimæ tertiæ præceptionis, & negare alteram. 20.

Propterea hîc occurrit multiplex reſponſionis ratio;

p. { nego totum..... nego totum ſyllogiſmum. / tranſeat maior, nego minorem, vel tranſeat minor, nego maiorem vt optio ſit. / tranſeat maior, nego minorem. / tranſeat minor, nego maiorem.

Quando concluſio eſt falſa, & tamen ſyllogiſmi forma eſt proba & neceſſaria, ſcito alteram, vel vtramque antecedentium eſſe falſam. 21.

Quod ſi tibi vtraque videbatur vera antequam coïrent in vnum ſyllogiſmum; Neganda illa de cuius veritate tibi minus conſtat.

Noli admittere propoſitionem, quin ſumptionem prius expendas cogitatione tacita, quin videas effugium patere tibi aliud à negatione propoſitionis. 22.

Id vt facias commodius ſyllogiſmum ſæpius repetere licet.

Quando conſtituiſti citra vllam diſtinctionis operam negare propoſitionem: [illegible] repetendum aut ſaltem poſt primam repetitionem, ſumptionem præpone propoſitioni. 23.

Nam qui reſpondet ex Ariſtotele, concedere debet quicquid ipſi concedere licet. De qua re poſtea.

Si verſaris in ſchola, aut ſaltem apud homines ſcholaſticos dialecticæque artis intelligentes, nominato propoſitiones appellationibus in ſchola vſitatis p. *maiorem*, *minorem*, &c. Secus abſtineto nominibus huius generis, ſaltem nomine maioris, minoris, antecedentis. 24.

Propoſitionis, aſſumptionis, & concluſionis appellatio eſt magis popularis.

Digitized by Google

CAPVT III.

De tota veteris disputationis ratione.

Quid ipsa, quid in ipsa?

Videtur esse disputatio vbi thesis argumentatione ab vno impetitur, impetendaue suscipitur, & impedimento vel solutione & omnino responsione ab altera defenditur, quantum licet.

Sed itavt aggressor sigillatim propositiones, quæ conclusionem antecedát proferat, maximè autem per *interrogationem*, vt concessio accipiatur ab aduersario, conetur que ordiri interrogationem à re quæ concedatur, & ferè pro virili amplificet, illustretque probationes, & occultet conclusionem, & argumentum: ne præuideantur ante syllogismi confectionem.

Hic { vnus aggreditur, interrogat, proponit, ἐπιχειρεῖ.
{ alter sustinet, defendit, respondet ὑπέχει.

vt præses. Sed { sæpè accedit auditor cui accommodanda disputatio potissimum si Dialectica est.
{ aliquando etiam respondenti & concertanti adiungitur adiutor vt ferè fit in scholis.

De præsidis officio licet præcipere multa, si angustiæ temporis paterentur.

Præcepta quædam communia vtrique concertantium.

Primum. Vterque disputantium vitet digressiones ..... potissimum vero, qui respondet.

2. Conetur probare auditori { hic suas confirmationes / ille suas responsiones } si agit dialecticè.

3. Neuter sua culpa interturbet disputationem, breuitatem, perspicuitatem.

4. Non exigatur, non adhibeatur semper simplex illa ratio nihil respondendi præter *etiam* & *non*.
Quia non congruit præceptis Aristotelis, & fini disputationis.
Ab ea tamen non multum recedatur.

5. Aliter agendum si dialecticè, aliter si piraslicè agis.

6. Cognoscenda varietas quæstionum, meditanda commoda & incommoda.
Probationes & responsiones exigendæ conformes ingenio quæstionis.
Non temerè quiduis agitandum apud quosuis, & cùm quouis.

7. Qui interrogat vicissim respondere debet, si interrogetur.
Et qui interrogatur, is vicissim ius interrogandi habet.
Nam commodissimæ responsionum & probationum quæ conceduntur & vsurpantur ab aduersario: quam quis monetam tibi est largitus, eas recusare non potest, & repudiare, aut non debet.

8. Qui dialecticè interrogat, debet obstetricari animo, & ingenio eius qui respondet, cultuque facere vt fœtus conceptusque proferat eos, quorum semina habet.

Vt agricola

Digitized by Google

Vt agricola non facit neque semen, neque terram: Sed proferat vtriusque aptam coniunctionem, & indè prodeunt fruges.

Ita qui dialecticè interrogat, debet indagare & seligere duas pluresue propositiones quæ respondentis mente contineantur, easque ita disponere in formam syllogismi, aut inductionis, vt qui respondet sua quasi sponte conclusionem proferat.

Qui interrogat non facit neque mentem respondentis, neque maiorem propositionem, neque minorem, sed procurat coniunctionem, &c.

Qui respondet, eas responsiones proferat quę confirmatione non indigeant, vt probentur auditori, & aduersario, vel ita se gerere debet vt pauculis & breuibus interrogationibus exprimat ab aduersario solutionem, quam è vestigio reponat ipsi. De qua re infrà. 9.

Consulendi sermones superiores & inferiores.

CAPVT IIII.

De officio interrogandi in disputatione veteri.

ARTICVLVS I.

De officio Aristotelici interrogatoris generatim.

Quæ officia eius?

Officia illius tria { inuenire argumentum, syllogismum, materiã syllogismi. / disponere apud se. / & certo quodam eloqui modo.

Inuentio & excogitatio syllogismi, siue argumenti & medij, est commumis ipsi { cum philosopho (& analytico) ex Aristotele. / & cum illo, qui interrogat recentem ad modum.

Disponit & syllogismum, & syllogismos apud se eo ferè modo quo in recenti disputationis ratione disponuntur.

Elocutionis ad alium, & interrogationis ratio { partim similis. / partim dissimilis.

Similis puta in eo quod conclusio non effertur per interrogationem.

Dissimilis multas ob causas, vt declaratum suprà.

Consulitur breuitati, perspicuitati, amplificationi, illustrationi, probabilitati, &c.

Quibus momentis & nominibus continetur hoc genus elocutionis?

Continetur { partim { interrogatione propositionum. / probatione conclusionis quæ non est efferenda per interrogationem: nisi fortè figuratè. } / partim alio artificio, quo concilietur fides probationibus,

Digitized by Google

vel fiat occultatio conclusionis, aut argumenti saltem.

Consulenda doctrina de quęstionum natura, conditionibus & delectu.

Quot adhibentur interrogationum & propositionum genera ad conclusionem?

Duo, nempè { quæ dicuntur *necessariæ* propositiones. / & quæ *non necessariæ*, quæ *assumptæ*. ¶

Quid necessariæ propositiones, & quid inde?

Necessariæ hîc { non quæ necessariò verę. / non quæ constant hoc modo *necessario*. / sed illæ ex quibus in animo conficitur princeps ac primaria ratiocinatio, seu illa per quam euertitur thesis, quam vis oppugnare p. hic syllogismus.

Facilia non egent arte, sed difficilia tantùm.

Atqui ratiocinari est quid facile, homini facile.

Ergo ad ratiocinandum, vt homo ratiocinetur, arte non est opus.

Ideo ratiocinatio illa vocari possit *necessarius* syllogismus.

Certè vocatur *syllogismus* absolutè, & opponitur *prosyllogismo*.

Necessariæ propositiones si sunt obscuriores, incredibiliores, aut negantur saltem, confirmandæ sunt antequam efferantur foras: vel saltem antequam apud alium conficiatur necessarius ille syllogismus, probatione prima.

Necessariarum duarũ { vel vtraque incredibilis. / vel vtraque credibilis. / vel vna credibilis, altera incredibilis.

Incredibiles egent confirmatione.

Necessariæ sic videntur appellatæ, quod ad concludendum his necessariò est opus, vel similibus saltem.

Assumptæ non sunt ita necessariæ.

Quid assumpta interrogatio?

Est alia interrogatio à necessaria, quæ vsurpatur ab eo qui aggreditur, & interrogat tanquam adiumentum necessariæ.

Idque { vel ad probandum & confirmandum necessariam. / vel ad amplificandum. / vel ad illustrandum. / vel saltem ad occultationem { conclusionis. / aut argumenti. / aut vtriusque. ¶

Quid inde?

Ex assumptis propositionibus qui fit syllogismus dicitur *prosyllogismus*.

In disputationis ratione { recenti sequuntur / veteri præcedunt } syllogismum prosyllogismi.

Digitized by Google

Prosyllogismus est syllogismus quo probatur alter syllogismus, alteriusue propositio.

Sed sæpè pro syllogismo, pro prosyllogismo vsurpatur *inductio, enthymema*.

Assumptarum propositionum & interrogationum quæ genera, & quæ?

Valent { quædam ad inductionem, probationemue necessariæ aliam.
quædam ad ornatum seu amplificationem { necessariæ. / vel alterius assumptæ,
quædam ad illustrationem, perspicuitatem.
quędam ad crypsin & occultationem conclusionis vel argumenti saltem. κρύψιν

ARTICVLVS II.

De primo genere assumptarum, déque exordio interrogationis.

De inductionibus propositionibus.

Assertio prima.

Inductiuæ propositionis nomine, accipienda hic quælibet interrogatio, aut propositio per quam probetur necessaria propositio, vel necessariæ probatio, assumptaue alia.

Inductiua & *epagogica* dicitur quoniam crebro necessariæ propositiones cõfirmantur inductione: possunt tamen confirmari *prosyllogisme*. ἐπαγωγικὴ.

Vocetur sanè *confirmatiua*, aut necessariæ confirmatiua.

De inductione sæpius.

Assertio secunda.

Conandum est incipere interrogationem ab aliqua propositione, quam existimes concessum iri ab aduersario, & ab auditore.

Tertia assertio.

Si fortè non conceditur quod concedendum opinabaris;

Tum { vel ordire altius: siue à probatione vlteriori.
vel ab alia clariori confirmatione.
vel à cryptica interrogatione.

Quarta assertio.

Si quando primus syllogismus, seu necessarius est clarissimus, valdeq; credibilis, non necesse confugere ad assumptas propositiones, interrogationes.

Est autem sæpè ..... ideo assumptæ non ita necessariæ.

Quinta assertio.

Expedit interrogationem firmare testimonio ..... significando assueta esse & recepta, quæ à nobis interrogantur, si tamen talia sunt ..... vt aduersarium negare pudeat .p. interrogare, in h. m.

Nonne vt produnt authores omnes, &c?

Nonne omnium populorum consensu sic res habet?

Nonne vt scripsit Hippocrates, vt Galenus, &c?

Digitized by Google

Nonne qui periti sunt huius rei, sic scribunt, sic sentiunt, &c?

Sexta & illustrissima.

Cùm quid refellere vis, quod sit confirmatum ..... vt sit elegantissima refutatio, hæc præcipiuntur ex Aristotele, 3. Topicorum.

Primò antequam interroges & ordiaris refutationem, recense paucis quicquid protulit aduersarius ad sententiæ suæ confirmationem, vel quicquid protulerunt aduersarij.

Secundò alia & plura & firmiora si potes ad sententiæ alienæ cõfirmationem profer: verumtamen à te ipso mox dissoluenda: vt in foro cognitores regij, & patroni facere solent.

Tertiò interrogandi facito principium: & in interrogando tibi obsiste ipsi objceue aliquid: Sic tamen vt tandem planè diluas quæ obieceris tibi.

Quartò aduersarium interrogationibus tuis de sententia depelle, vel aduersarios, adducitoque in sententiæ tuæ assertionem, animo alieno obstetricando.

Adductoque in sententiam tuam aduersario, & postulanti aduersariorum argumentorum solutionem, eaue rursus objcienti, aut similia; & omnino auditori satisfacito, solueque obiectiones.

Ad elegantiam videtur facienda accessio si primò non interroges nisi rogatus, & post conatus alienos infœliciores.

2. des operam & hoc consequaris, vt ipse aduersarius tuis adiutus interrogationibus, prolatione & solutione aliarum obiectionum consimilium, sed manifestius falsarum diluat quicquid est obiectum, quicquid objcitur, quod munus pendere videtur à respondendi artificio. De quo posteà.

3. diligenter secernas controuersa à non controuersis, consensionem à dissensione, momenta sententiæ alicuius vera ab erroribus, vt iubemur per leges rogandi & examinandi sententias alienas. De qua re alibi.

ARTICVLVS III.

De secundo tertioque genere assumptarum.

De amplificatione & ornatu.

Ad amplificationem valet tum *inductio* ..... tum *diuisio*. j. collatio similium & dissimilium. p. in hunc modum.

Nonne vt pater filium amat, ita præceptor discipulum?
Nonne quod cœcitas oculo; ita ignoratio menti?
Nonne vt scientia est lumen; ita ignoratio tenebræ?
Nonne vt veritas odium; ita obsequium amicos parit? (..)
Nonne vt in regno, &c. ita in tyrannide, &c.

De illustratione & perspicuitate.

vt oratio perspicua fiat, adhibe { similitudines / exempla } in hunc modum;

Digitized by Google

Nonne vt oculi ſplendore ſolis perſtringuntur, ita mens dum diuina intuetur?

Nonne in principe viro. p. in Alexandro, in Catone, in Antonio temulentia eſt argumentum fortitudinis?

Nonne qui cuſtodias petit, vt Piſiſtratus de tyrannide inuadenda cogitat?

Fabulæ poſſunt { reuocari ad ſimilitudines. / vſurpari ad illuſtrandum in h.m.

Nonne vt Æſopica vulpecula, &c.

Nonne vt ranunculæ Horatianæ.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De occultatione & digreſſionibus.

De Crypticis propoſitionibus & omnino de occultatione & de celando conſilio tuo.

Si res eſt cum homine candido, minimè peruicaci, minimè pertinaci opinionis, non eſt magnopere opus occultatione: Vt non eſt, ſi magno vterque differentium ſtudio veritatem quærit.

At ſi aduerſarius peruicax odoratur quò tendas..... ſi quaſi præuidet ſyllogiſmum, quem mente concepiſti antequam reſpondeat, difficilius capitur, tum propter ſyllogiſmi conditionem, quæ admonet periculi: tum quia molitur digreſſiones, & omnio tergiuerſationes.

Aduerſus eum *occultatione*, & cryptſi eſt opus. κρυπτις

Cauendum eſt ne tergiuerſetur, & eludere conetur conatus tuos, machinationes tuas, vt eluduntur in recenti diſputationis ratione.

Enitendum eſt ne deprehendat quod nam ſententiæ ſuæ caput oppugnare velis. Quo tēdas

Sæpius ne quo argumento & ſyllogiſmo adoriri conſtitueris. Quâ tēdas

Crypſis autem & occultatio tribus modis maximè procuratur;

1. { primò propoſitionum impertinentium, nihilue ad rei confirmationem facientium prolatione.
2. vtilium & pertinentium immutatione, diſpoſitione.
3. confidentia, ſimulatione, diſſimulatione.

Ad celandum adhibentur interrogationes, & propoſitiones otioſæ, impertinentes, inutiles. i. quæ neque componunt ſyllogiſmum, neque proſyllogiſmum.

Vtile diuertere { ad ſimilia, vel ad oppoſita. / ad coniugata. / ad exceptiones.

Valet interrogatio vtriuſque partis contradictionis.

Valet perturbatio ordinis in interrogando;

Digitized by Google

p. { confusio interrogationum, pertinentium ad maiorem propositionem, cum pertinentibus ad minorem.
coniunctio earum quæ pertinent ad vnum syllogismum, cum his quæ pertinent ad alterum.
confusio earum quæ ad vnam quæstionem, cum iis quæ ad alteram.

De digressionibus.

Prima. Assertiones falsas sed ferè alienas à proposito negotio, sed ferè oppugnatu difficiliores suis interserere responsionibus ..... vt aduersarius videatur eas comprobare silentio suo .... vel relicta indagine priori quasi venationem nouam adoriatur, &c. id litigiosi est hominis potius, quam Dialectici .... nisi litigiosi proteruia & confidentia sit retundenda.

2. Solet autem qui litigiosè respondet, inculcare sententias falsas, sed expugnatu difficiliores, & ad quas propugnandas instructior & paratior sibi esse videatur.

Idque maximè facere cum timet ne victoriam obtineas, cum propemodum tenetur irretitus.

3. Vt retundas illius artem, conducibile est interdum digredi.

Sed hoc ita faciendum vt breui & paucis irretiatur aduersarius.

Nam digressionem & authorem digressionum auditor fert molestè.

4. Solet litigiosus dum occuparis in errore vno refutando ingerere alios multos, vt multitudine propter temporis angustias obruaris.

Quo tempore significandum est in vno capite immorandum esse quod ipse selegerit, aut seligat: Cætera non esse minus vana & suo refutanda ordine, sioccasio offeratur.

Railler le change, Significandum { in venationibus laudari ceruos, quod instinctu quodam industriaque naturali moliantur mutationem, innouationem & suppositionem prædæ.
in disputationibus contrà turpe esse, si quis respondet, moliatur tale aliquid.

Vtile ingerere hoc saltem interdum simileue aliquid.

Quia te captum aut breui capiendum sentis.

Quia caussa tua deplorata est, &c. vis intermitti & deseri indaginem susceptam.

Vt cum tædio noua susciptatur, quam per tempus non liceat absoluere & finire, quam consimiliter sis interrupturus, &c.

Qui nimis multa quærit, nihil vult explicatum.

Non sunt inchoanda simul plura ædificia, &c.

Consule sermonem de respondendo.

CAPVT V.

De Respondendo.

Præcepta quædam communiora.

Primum præceptum.

Fugiatur defensio improbabilis sententiæ : si suscipitur animi gratiâ.
Significa talem esse & difficilem propugnatu.
A fundamento tanquam ab arce ne excurre longiùs.
Significa quæ maximè negare oporteat, & quæ concedere, vt propugnetur. p. in h.m.
Non potest propugnari hæc opinio, quin hoc concedatur, hoc negetur, &c.

Secundum.

Fugiatur iusto vehementior aduersarius.... nisi vterque dialecticè agit.

Tertium.

Si pirastice agis, caue { ne reprehendaris. / ne quid confiteri cogaris quod sit absurdius contradictione sententiæ tuæ.
Sententiam tuam teneto accuratè comprehensam.

Quartum.

Meditata habeto incommoda, quibus obnoxia est ad solutiones.
Incommoda & obiectiones præoccupa, præmonstraque si liceat.

Quintum.

Connexionem rerum sagaciter odorare.
Inspice diligenter { quò / quâ } tendat aduersarius, nisi candidissimè agit.

Sextum.

Quando aduersarius molitur crypsin & occultationem;
Tum { aut non præuides quo tempore tendat, potissimum si diu interroget: mone vt tandem concludat. / quære quorsum hæc, cur tandiu sumus auditori tædio, &c.
{ aut præuides: quo tempore solutionem { aut calles. / aut non :
Si calles, præoccupa & solue. p. in h.m.
Video quid ratiocinii moliaris, &c. fac quærenti compendium. Ita sententiam tuam astruere vis sed respondeo ; &c.

Nullum ne aliud firmamentum habes? &c.

Si ignoras, danda est opera vt sermo finiatur, vel transferatur aliò.

Nisi citra pudorem, aut non sine amplo fructu solutionem postulare potes, & profiteri solutionis modum te ignorare.

Septimum.

Interdum postula ab eo qui proposuit nodum, & dubitationem vt soluat ipse, & lauda. in h. m.

Dubitandi occasionem haud leuem videris proposuisse.

Tenes ne ipse solutionis viam? nescio an teneas solutionis modum.

Vulnus facere facile est, curare difficillimum, &c.

Si fatetur se ignorare solutionem: .... dato operam vt proferas.

Si profert, conare ipse meliorem proponere.

Omnino ferè conducibile est laudare dubitationes, & obiectiones, quæ proferuntur ab aduersario, sed potissimum illas quas plane soluturus tibi videaris. p. in h. m.

Quam profers obiectionem, vna est è validissimis.

Interdum tamen expedit significare talem obiectionem contemni, etiam ab iis qui sunt authores sententiæ aduersariæ: Significare talem obiectionem ridiculam esse, vt eleues authoritatem eorum, qui aduersarium in errorem induxerun.

Octauum.

Vtile est quærere ab aduersario vtrum tali argumento sit inductus in sententiam, quam improbes. p. in h. m.

Te-ne hæc coniectura impulit vt à nobis, vt à cæteris, &c. dissentires?

Vtile postulare vt proferat quicquid coniecturarum habet, quibus sit impulsus in sententiam quam erroneam credas: n. si ad soluendum instructissimus es.

Nonum.

Sunt qui nolunt vnquam in disceptationibus de religione, aut aliis argumentis subire respondendi onus, perenniter quærunt, obiiciunt.

Hos vitato .... nisi speretur multus è disputatione fructus.

Si cum iis res est tibi, significa ipsos parum generosè facere. p. in hunc modum:

Perinde facis, facere soles & tu & tui facitis, atque si quis singulare in certamen prouocaret: sed ea lege vt excipere petitiones eius aduersario liceat, non autem repetere, reponere.

Thraso aliquis nuper fortissimum quemque ad certamen singulare prouocabat: sed ea lege vt aduersarium impetere, non ab ipso impeti liceret: quàm generosum tibi videtur illius facinus?

De te tuisque similibus narratur fabula.

Decimum.

Baillent le change. Sunt qui antequam per tempus liceat tibi quam proposuerit difficultatem dubitationemque soluere, nouam emittunt & inculcant.

Significa

Significa ipsos audire nolle ac consistere in certamine instituto, quia futurum sciunt, vt responsioni reluctari nequeant. Consule sermonem de digressione.

Vndecimum.

Studiosè profer bonas solutiones, easque firma certis conlecturis, vt & bonas validasque interrogationes.

Etiamsi pro tempore propter pudorem, vel affectum alium reluctetur aduersarius, percellitur mens ipsius.

Forteque futurum vt olim tua vtatur solutione, & coniectura apud alios, tua pro suis amet, amplexetur.

Duodecimum.

Si potes eum qui perenniter & apud quosuis suas solet ostentare dubitationes & errorum confirmationes, ita responsione tua opprime, vt cogatur obmutescere, & in posterum deponat aliquid de confidentia, temeritate & iactantia, sanè faciat iacturam suæ authoritatis non sine compendio veritatis.

Qui semel mentiri deprehenditur, creditur & præsumitur mentiri sæpius.

Cum videmus victum, solutum, & fractum argumentum quod insolubile & inuictum credebamus, de cęteris eadem ab officina prodeuntibus dubitare incipimus.

Eleuanda est erronei testis authoritas vt faueatur veritati.

Decimum tertium.

Odorare inductiones ex congerie similium rerum, easque instantia refelle.

Decimum quartum.

Similitudines elue dissimilitudinibus, sed quæ faciant ad institutum, & vix refelli possint.

Decimum quintum.

Caue ne culpâ tua & temerè aliô transferatur disputatio.

Decimum sextum.

Sententiæ tuæ si exigatur ratio, proferatur validissima, aut multiplex.

Decimum septimum.

Assuesce non negare modo, sed etiam adiungere caussam negationis in h.m. Nego propositionem, quia, &c.

Datoque operam vt solutio tua paucis interrogationibus eliciatur ab aduersario ipso, propone aliquid ad cuius solutionem cogatur aduersarius proferre illud, quod pro solutione ipsi propositurus es. p. in h. m.

Quæro ex-te quomodo soluis hocce ratiocinium.

Non oportet colere aliud à Deo: Atqui parentes, principes sunt aliud à Deo, Ergo, &c.

Decimum octauum.

Cognoscito propositionis genus & differentiam.

Digitized by Google

Interrogationis obſcuritatem, multiplicitatem indagato.

Decimum nonum.

Cum aduerſarius multa interrogauit, nec concluſit, poſtula vt concludat. p. hoc modo.

Quorſum hæc? vide quandiu nihil agimus, conclude paucis. Cur diutius tædio ſumus?

Viceſimum.

Si aduerſarius principium petit, ſignifica ipſum id facere.

Sed periphraſi potius ſignifica, quàm formula ſcholæ, niſi res tibi ſit cum perito artis.

Viceſimum primum.

Si cryptin reformidas, modeſtè poſtula ab aduerſario, vt ſignificet quodnam caput ſententiæ tuæ velit oppugnare. p. in h. m.

Quidnam improbas mea in ſententia?

Significa quid parum probes in opinione mea, ita facilius meliuſque ſatisfaciam, accommodatiùs reſpondebo.

Quæ te impellit cauſſa vt non aſſentiatis meæ opinioni?

Viceſimum ſecundum.

Concede, ſed per τὸ tranſeat, quod inutile vides: etiam ſi fortè ſit verum.

Viceſimum tertium.

Si quid negare cogeris quod probabile videatur: ſignifica illud tale eſſe, minimè tamen eſſe verum, & adiunge cauſſam.

Si potes, impone aduerſario neceſſitatem negandi, quod negare cogeris, & vſurpandi tuam diſtinctionem.

Id plerumque facere licebit mutando ſumptionem eius in aliam conſimilem, ab eadem propoſitione dependentem, i. mutando *ſubiectum*, retinendo *attributum*, & argumentum ſyllogiſmi.

Viceſimum quartum.

Candidè & ſtudioſè age cum illo quem errore liberatum cupis, ſperas.

Viceſimum quintum.

Reprehende orationem tui aduerſarii: quod non concludat, nihil concludat.

Quod non concludat illud de quo agitur, de quo agendum.

Quod conſtet incredibilibus, & obſcuris cum ſint proferendæ & poſtulentur claræ & apertæ probationes.

Quod ſuperuacaneis & alienis. p. in h. m. Quid concludis? quid tum? quorſum hæc? &c.

Concludis quod non negatur, propugnas quod non oppugnatur, conaris aſtruere quod vltrò conceditur.

Ratio tua concludit quidem: ſed non probatur omnibus, ſed eſt obſcurior nec aperta ſatis: velim proferas probationis aliquid cui nemo poſſit reluctari, &c.

Digitized by Google

Quorsum tam multa? sic paucis poteras concludere, &c.

Vicesimum sextum.

Omnino argumentationem soluito, vel impedito.

De impediendo syllogismo.

Quibus maximè modis impeditur syllogismus?

Primus modus.

Impeditur quando negatur propositio, quæ caussa futura erat conclusionis.
Sed nulla negationis subiuncta ratione.
Nulla declaratione veritatis aut probabilitatis.

Secundus modus.

Item cum { generalis propositio refutatur *instantia.*
aut aliam proferimus ipsi caussam nostræ negationis.
aut interrogationibus adigimus ipsum aduersarium, ad vsum & confessionem nostræ negationis.

Tertius modus.

Impeditur quando confitemur propositionem vtilem esse ad concludendū, si concedatur, sed eam negamus. p. in h. m.
Si hoc ita haberet, posses concludere, sed non ita habet.

Quartus modus.

Impeditur quando fatemur assertionem credi à plerisque, sed contendimus falsam esse, vel saltem dubiam, incertam, indignam cui fidatur.

Quintus modus.

Impeditur quando ex propositione, si concedatur per *transeat*, negamus quidquam concludi.

Sextus modus.

Impeditur si nolis respondere.... si dicas non esse tempus, non esse locum, non otium quærendi & interrogandi quod interrogatur.
Nec sane quidvis & quovis agitandum tempore: non est prodenda veritatis caussa.
Non si bonam caussam agis: ideo aduersus quemuis tueri potest, & quovis tempore.
Ideò hic modus non omnino est absurdus, etiam si Aristoteli sit deterrimus.

Septimus modus.

Impeditur si quis sermonem transferat alió. p. in h. m.
Non hoc quærendum: sed istud potius.
Aliam hoc tempus consultationem postulat.

Octauus modus.

Impeditur si pro responsione ad aliquam quæstionem proponis ipse difficiliorem aliam, aut æquè difficilem, & omnino quam aduersarius dissoluere non possit. p. in h. m.
Solue hoc problema meum; tuum deindè conabor soluere.

Digitized by Google

Nonus modus.

ἀπαγο-γή. Impeditur apagoge siue abductione. De qua re alibi.

De solutione.

Primum præceptū. Soluitur syllogismus iam confectus.

2. Solutio vera aut apparens. De qua re alibi.

3. Syllogismus ostendit, vel deducit ad incommodum.

4. In veteri disputationis genere, sæpe non itur obuiā syllogismo nisi confecto.

5. Idque { seu quia ipsi per præuisionem ex aliqua interrogatione odoramur syllogismum, & absoluimus. / seu quia non satis præuisimus quò tenderent interrogationes: ideoque non sumus impedimento vsi.

6. Soluitur syllogismus { negatione formæ / negatione propositionis / negatione sumptionis } &c. De qua re alibi.

7. Qui negat formam, proferat consimilem syllogismum De qua re suprà.

8. Si quid concessisti ante præuisionem conclusionis in quo lateat ambiguitas, qua abutatur aduersarius ad concludendum: ostende quo concesseris sensu, & quo non concedas.
Significa te vocem vsurpasse in vsitatiori sensu, aut saltem in tali.

9. Cum vtramque negas propositionem, & vtraque est falsa, non ideo tamen vtraque est causa cur sit falsa conclusio;
Ideò non satis est vtramque negare: .... sed oportet significare vnde oriatur falsitas conclusionis.

10. In deductionibus ad incommodum, si culpatur quæ culpari non debet, respondendum est, *non propter hoc*.
Aliud negare *consequens*, aliud negare *consecutionem*. De qua re alibi.

IN CAPVT VI.

De Officiorum mixtione, & æmulatione veteris disputationis.

De officiorum mixtione.

Prima assertio.

Qui interrogat, interdum sibi arrogat respondendi munus. p. dum profert exceptionem & negationis rationem.

Secunda assertio.

Decet eum qui respõdet, breuibus rationib⁹ suas respõsiones illustrare, stabilire, & ad eam rem interrogationem adhibere sed modicè, nec plerumque.
Vt qui interrogat debet quasi obstetricari animo respondentis:
Ita qui Dialecticè respondet, debet consimiliter conari elicere è mente aduersarii suas responsiones: vel responsionum approbationes.

Tertia assertio.

Ex simplicibus formis & differentiis disputationum facilè compositæ fiunt,

Digitized by Google

.p. si { interroges partim dialecticè, partim piraſticè, &c.
partim interroges, partim reſpondeas.

Quarta aſſertio.

Impugnas teſtimonijs vel altero argumentorum genere, vel vtroque.

Quomodo in recenti veterem interrogandi rationem imitari poſſumus?

Vt in recenti aggrediendi ratione æmuleris veterem;

Prętерquàm quod vtendum tibi { tum amplificatione.
tum illuſtratione:

Dato operam, vt vltima & remotiſſima probatio, & confirmatio, vltimuſue proſyllogiſmus coniungatur cum concluſione neceſſarij, principiſue ſyllogiſmi.

Idque per ſyllogiſmum, aut enthymema .p. in hunc modum.

Cœlum mouetur ab Intelligentia; ſiue ab Angelo.
Ergo Logica noſtra videtur diſciplina practica.
Facilè piſcis notat, auis volat, &c. [·]
Ergo non videtur arte opus ad ratiocinandum.
Si hoc & iſtud & illud, concludendum hoc.
Atqui hoc, & iſtud verum eſt. Ergo & illud concludendum.

Vbi conſequens negatum fuerit, poſt conceſſionem antecedentis, penultimam adhibebis probationem, ſiue confirmationem, & omnino gradatim progredieris ad primum principemque ſyllogiſmum .p. in hunc modum.

Facilia non egent arte, ſed difficilia tantum: ſi facilè piſcis natat, &c. ratiocinari erit facile.
Ideo ſi facilè piſcis natat, non videtur opus arte ratiocinandi.

Si naturalia munera ſunt facilia, ratiocinari eſt facile.
Atqui ſi facilè piſcis natat, auis volat, naturalia munera facilia ſunt.
Ergo ſi facilè piſcis natat, &c. non videtur opus arte ratiocinandi.

Exurgit tandem primus princepſque hic ſyllogiſmus.

Facilia non egent arte, ſed difficilia.
Atqui ratiocinari eſt aliquid homini facile.
Ergo ad ratiocinandum non requiritur ars, proindè non eſt Logica opus.

Eſtne vtile æmulari?

Eſt, quia multi nolunt interrogari ad veterem formam, quæ tamen commodior ad errores oppugnandos, nolunt reſpondere niſi conficias enthymema, vel ſyllogiſmum.

Ideo danda eſt opera vt recens diſputationis ratio veteri quantum licet conformetur.

Monitum.

Si cœlum mouetur ab Intelligentia, ſiue ab Angelo;

Digitized by Google

Notitia de mouendo cœlo { nostra erit theoretica; / Angelica erit practica.

Notitia quæ Angeli de differendo ad nostram de differendo se habebit, vt nostra de cœlesti motu ad Angelicam.

CAPVT VLTIMVM.

De auditore Logicæ disputationis, & exercitatione logica.

De Auditore.

1. Dialecticus de officio auditoris præcipere debet. §.
2. Auditor non debet interturbare certamen, & indaginem veritatis.
3. Aliquando tamen ex spectatore effici pugnator citra vitium potest.
4. Sed non temerè debet, feréque non nisi rogatus.
5. Debet dare operam, vt componantur ij ex quorum certamine plurimum speratur vtilitatis.
   Debet quantum licet impedire contumelias, rixas, iurgia, &c. & omnino fauere veritati & modestiæ.
6. Sic sentiat difficilius esse pugnare, quàm spectare decertantes.
   Fœlicius certantes exerceri quàm auditorem, &c.
   Consulatur sermo de auditore Logicæ. §.

De logicis exercitationibus.

Assertio prima.

Summam logicarum præceptionum habes, potius quàm iustam legitimamque methodum.
Hinc tamen licet æstimare dignitatem fructumque artis.
Ea compendio tibi futura: sed si exerceatur idque ad honestum & vtilem finem:
Recolenda diligentissimè, quæ compendijs comprehenduntur.
Et quæ duobus vltimis tractatibus.
De exercitatione & vsu Logicæ Aristoteles, lib. 8. Topic.

Secunda assertio.

Logica { vel exercetur in analysi & examine operum iam confectorum, vt quando Logicum artificium declaramus in Ethic. Aristotelis, in aliquo libro Ciceronis. / vel in genesi, elaboratione, & confectione contexendorum logicorum operum.

.p. in proponendo, in conuertendis propositionibus ac diuidendis.
In definiendo, in diuidendo.
In indagandis vocabulorum ambiguitatibus.
In quærendis locis, in argumentando.
In indagandis fundamentis quæstionum nobiliorum, frequentiorũ, &c

Digitized by Google

In disputando & argumentando in vtramque partem.
Quod disputationis genus olim celeberrimum & fructuosissimum;
In ijs disputationibus contexendis, quas *resumptas* appellamus.
In propugnatione & oppugnatione celeberrimarum sententiarum.
In componendis methodis & sermonibus qui sint paulò iustioris magnitudinis, &c.
&c.

Tertia assertio.

Logica potissimum in duobus à nobis exercenda;
n. { partim in communibus rebus, quæ ab omnibus tractentur, & aliquo modo intelligantur.
partim in particulari arte, quam profiteamur.

Quarta assertio.

Exercitationes nostræ { aut sunt Logicæ tantùm.
aut ita logicæ, vt etiam Rhetoricæ vel poëticæ.
Quarum exercitationum præceptiones repetantur à veteribus sophistis, poëtis, &c.

Quinta assertio.

Celebris apud nos quædam Logicæ exercitationis ratio, quæ vulgo *resumpta* dicitur. Eius ratio est hæc.
Captata beneuolentia seligis thesim quam sis oppugnaturus.
Interdum aduersarium culpas: sed ferè ludicrè & piraticè, quod talem tueatur thesim, sensum eius aperis si sit paulò obscurior.
Oppugnas ipsam tum testimonio, tum syllogismo.
Proponis fundamenta eius, ac diluere conaris.
Tandem concludis videri thesim retractandam, & sub incudem reuocandam.

Sexta assertio.

Vsitatum olim animi & exercitationis gratia oppugnare celeberrimas & laudatissimas sententias, anxiéque inquirere in eas, & itavt ne næuum quidem in venustissimo corpore ferre posse videaris.
Quod genus exercitationis Sophistarum sententijs aduersatur quasi ex diametro.
Plusculavestigia eius feruntur esse in monumentis Aristotelicis.

Finis Organi Logici.

Laus Deo.

Digitized by Google

IOANNIS

CRASSOTII

CLARISSIMI

PHILOSOPHI

IN DECEM LIBROS

ETHICORVM

PROOEMIVM ET COMMENTARII.

DE IPSO PRÆFANDI MVNERE, de Philosophia, & de Morali Philosophia.

SECTIO PRIOR.

De præfandi munere, & de Philosophia.

COMMENTARIVM meditamur in 10. libros Aristotelis de Moribus, ad quem breuibus præludijs pro more atque vsu sternenda est via, ita vt primùm verba fiant de Philosophia, deindè verò de Morali philosophia, deque hoc opere. Sed quia præludijs & proœmis huius generis nemo non vtitur, eorum tamen necessitatem, argumentum, & artificem cum scire imprimis deceat, pauci aperiunt, si placet perucstigemus.

CAPVT I.

De necessitate atque vsu proœmiorum. Præfandum esse.

Oportet præuidere, & quasi præfando explicare formam operis dianoeticè & consulto faciendi .p. domus, nauis, &c.
Atqui Ethica est opus, quod consulto & artificiosè sumus compositurι.

Digitized by Google

Eodemque modo iudicandum est de disciplina quauis alia, quæ tradenda suscipiatur.

Ergo formam eius præuidere oportet, præfationeue explicare.

Demonstratio luculentior.

Præceptum { & cognoscendum est generatim. / & propositæ rei, cum ars exercetur applicandum.

Itaque quando & quoties vnum aliquid singulare consulitur certo modo faciendum. p. Regia porticus ad certum modum exstruenda, Socrates curandus ad hunc vel illum modum, consilium conclusioue nascitur ex duabus sententijs, seu propositionibus, quarum prima *legem* præceptumue continet, & est *generalis*: Secunda vero *factum*, & est *singularis*. p. in huncce modum.

Omnis pleureticus missione sanguinis est curandus.
Socrates autem pleureticus est.
Ergo missione sanguinis curandus venit. §

Filius patri ab intestato per legem est hæres.
Atqui ego sum filius Titij, qui ab intestato discessit.
Proinde sum illius hæres.

Propositio. Quamobrem 10. Eth. cap. vlt. omnis præclara institutio dicitur duobus contineri. p. notione *generis*, & est vniuersalis. p. pleuretici; & notione rei *singularis*. p. Socratis pleuretici.

Omnino igitur quisquis consultò facturus est aliquid, debet non modo generatim, verum etiam particulariter illud nosse, ex. gr. ædificaturus præter generalem notitiam domus, debet habere ante oculos peculiarem formam, & ideam ipsius domus, quam est xructurus est. De qua re alibi.

Sumptio. Atqui è multis Ethicis præceptionibus consultò vnam artem ad Aristotelis imitationem, in mente nostra composituri sumus. Nam suæ sibi quisque virtutis auctor, & eruditionis.

Conclusio. Ergo non modo generatim tenere debemus quomodo constituatur ars, verumetiam animo præuidere, præfandoque explicare priuatam & peculiarem artem, formam & ideam eius ipsius artis quam molimur & tradituri sumus.

Opus { in genere cognoscitur ab artifice, etiam nihil moliente. / singulare { præuidetur faciendum. / inspicitur dum fit. / exploratur jam confectum. } } §

Obiectio.

Vulgares operarij plerumque videntur ignorare formam operis, quod moliuntur.

Ergo non semper dianoëtica causa prospicit formam faciendi operis.

Dist. Ant. { formam totam, totiusue operis, C. / formam partialem. seu partis eius, quam elaboret, N. }

Digitized by Google

Præterea resp. seruile esse versari in faciendo opere, cuius integram formam non intelligas, ille nouerit vnus qui prœest operi.

Item quemque sibi esse auctorem totius virtutis suæ .p. totius Ethicæ, non tantum partis.

De legitimo argumento præfationum.

Quod prœuideri faciendum, & prœfatione explicari debet, id præludiorum seu τῶν προλεγομένων est materia.

Atqui in præfatione Ethica, prœuideri debet forma Ethicæ, tanquam exstruendi ædificij, seu ipsa Ethica, itemque in prœfatione naturali, forma Physiologiæ, &c.

Ergo nostræ prœfationis argumentum, est ipsa *Ethica disciplina*, vt logicæ prœfationis *ipsa Logica*.

Et sanè sunt inepti, qui in arte ipsa quœrunt *definitionem artis*.p. in Logica definitionem Logicæ, in architectura definitionem architecturæ.

Obiectiuncula.

Causæ Ethicæ siue moralis philosophiæ explicantur in his præludijs, obiectum inter causas numeratur.

Ergo Ethicæ obiectum, seu res morales hîc tractantur.

Dist. Prop. { propter se (eo modo quo in ipsa Ethica) N. / propter Ethicam, & quatenus ad eam referuntur, C.

Auctor, seu cuius sit præfari?

Quœro initio vtrùm prœfatio sit pars illius artis cui præponitur, ex. gr. vtrùm Ethica prœfatio, sit pars Ethicæ artis, Logicum proœmium sit pars Logicæ doctrinæ, quanquam autem prœfationis nomen satis arguit non esse partem, doceo tamen in huncce modum.

Ars est explicatio & notitia, non sui, sed obiectæ rei: Arithmetica, ex. gr. scientia est numerorum, non eius virtutis animi, quæ vocatur arithmetica.

Atqui prœfatio est notitia eius ipsius artis, cui prœfigitur, quæque tradenda est.

Ergo prœfatio non est pars vlla illius artis in quam prœfamur.

Quæro igitur cuius sit prœfari de doctrina aliqua, seu proœmium componere in artem methodumue aliquam?

Prima hypothesis.

Disciplinæ practicę .p. sartoriæ, sutorię, &c. vis, notitiaque duplex;

n. { vna qua opus generatim *comprehenditur*.p. calceus, domus, vestis, curatio pleuretici. / altera qua singulare opus faciendum *prœuidetur*, dum fit *inspicitur*, factum *examinatur*.p. hęc domus, hic calceus, curatio Socratis pleuretici.

Vocetur { notitia prima seu generalis *ars*. / secunda ista seu singularis *peritia*, & prudentia.

Digitized by Google

Medicus { illa generali vtitur in schola.
ista { quando consultus de morbo Socratis respondet.
quando Socratem curat.
posteaquam curauit Socratem. ¶

Secunda hypothesis.

Eiusdem est personę { arte inspicere opus .p. domum.
peritia hocce opus .p. hanc domum, hunc calceum.

Artifex { generatim { nouit opus cuius faciendi rationem docet.
præuidet formam certi operis faciendi.
sigillatim { intuetur certum opus dum efficitur. ¶
explorat certum opus iam confectum.

Tertia hypothesis.

Opera sunt { vt vestis sartorię, calcei sutorij. (..)
ita artes, scientię & methodi Dialecticę artis.

Constituitur { vt per architecturam templum, theatrum.
ita per artem Logicam, Physiologia, Ethica, Metaphysica.

Conclusio seu responsio.

Logicæ est *peritiæ* (si res intelligantur nomen non moror) non Logicę *artis*, præfari de quauis disciplina tradenda .p. præfari in Physiologiam, Moralem philosophiam.

Probatio.

Cum ars intuetur opus .p. domum, calceum, vestem &c. quę peritia singularisue notitia respondet arti, ea & faciendum prægnoscit, & dum fit contemplatur, & factum examinat singulare opus quod respondet illi arti .p. hanc domum, &c.

Atqui ars Logica generatim intuetur scientiam, & artem tanquam opera sua, docet facere scientias, artes, methodos.

Arithmetica verò, Ethica quam molimur, Physiologia, &c. sunt scientiæ atque artes particulares, non scientia in genere, aut quæuis scientia. Ergo peritiæ est Logicę hanc vel illam .p. Ethicam nostram faciendam tractandamue prægnoscere, præfandoue explicare, dum conficitur cernere, factamue à te vel ab alio examinare.

CAPVT II.

De notione, nomine, existentia philosophiæ.

Philosophiæ nomine quid hîc significatur?

Virtus, quæ sit animo pro medicina: aut etiam pro sanitate.

Digitized by Google

Virtus dianoëtica, quæ naturalem hominis beatitatem redimat, procuret; sed cum auxilio *probitatis:* nisi ipsa philosophia sit probitas, vt apud Socratē.

Quæ appellationes?

Ea virtus appellatur *Sophia*, sapientia, Philosophia, magistra vitæ, medicina animi, &c.

Magistri autem vitæ & sapientes, variis apud varias gentes compellati modis. p.

Apud Chaldeos *Magi.*

Apud Ægyptios *Sacerdotes.*

Apud Indos *Brachmani*: vbi etiam nunc sacerdotes Bramini appellantur.

Apud Græcos *Poëtæ*, quod versu philosopharentur. Sophi, Sophistę, & demum *Philosophi.*

Apud Romanos *Sapientes.*

Apud Gallos *Druida* (druide) vt Poëtæ *bardi*: porrò iidem olim carminum compositores, & cantores, bardes etiam nunc apud Armoricos *tibicen.*

Interpres apud nos è veteri idiomate, & lingua *truchemian*, quasi interpres vir: D, in T, facile conuertit.

Vnde sapientiæ nomen?

A sensu sapientiæ nomen *ad mentem* est traductum.

Idque { primò propter veterum errorem, qui mentem à sensu interiori non secernebant.
Secundò propter { egestatem vocabulorum.
similitudinem mentis & sensus, quæ à veteribus non satis aduertebatur.

Quid sapientia & τὸ sapere?

Quid hęc significent in sensuum negotio dicetur alibi.

Sapientia in negotio mentis sumitur dupliciter;

n. { aliquando pro *actu*, & est actio quędam mentis prodiens à sapientia secundi significatus.
aliquando pro *habitu*, & est qualitas quędam.

Tum { generatim est quæuis habitualis intellectio, & dexteritas intelligendi. (tualis.
propriè perceptio rerum per primas causas: sed laudabilis, & habi-

Quotuplex sapientia huius generis?

Vna est *secundum quid* sapientia, vt cum quis dicitur sapiens architectus, sapiens sutor, &c.

Altera sapientia absolute, omnimo & simpliciter.

Vnde dicimur { aut sapientes sine additamento.
aut viri sapientes, sapientes homines.

Quot modis sumitur absoluta sapientia?

Strictè sumitur pro sola *Metaphysica*: hæc rimatur causas omnino *primas.*

Digitized by Google

Cum aliæ disciplinæ rimentur tantum *primas in suo genere*, vt sapientia medici primas sanitatis causas.

Latè pro tota Philosophia, siue pro cœtu methodorum Philosophicarum,

Vnde Philosophiæ nomen?

Studium sapientiæ secundum *genesim* est prius, quàm sapientia, vt opifex prior quàm effectus.

Recentius est tamen nomen *Philosophi*, & Philosophiæ, quàm *Sophi* & Sophiæ.

Primus Pythagoras Philosophum se est professus, id est quæsitorem, affectatorem, amatorem, & studiosum sapientiæ.

Itaque Philosophia differt à sapientia, quo modo auaritia [studium pecuniæ] à pecuniis, ex Seneca epist. 89.

A quo studio & amore?

Potius à studio & amore *mentis*: .... quàm à studio *voluntatis*.

Quot modis sumitur Philosophiæ nomen?

Primò sumitur pro studio & *indagine sapientiæ* congruenter etymologiæ.

Secundò & frequentius pro ipsa *Sophia*, & sapientia.

Idque { non tam modestiæ verecundiæque causa,
quàm quia humana sapientia propter tenuitatem, videtur potius contentio quædam, nixus & progressio ad sapientiam, quàm sapientia.

Quot modis sumitur pro sapientia?

Trib° quia { vel potissimum in *epoche* ponitur, vt à Pyrrhoniis.
vel potissimum in *opinatione*, vt à quibusdam Academicis.
vel potissimum in *comprehensione*, vt à Dogmaticis. p. à Peripateticis.

Quot modis apud Peripateticos?

Primò sumitur pro sola *Metaphysica*: aut pro sola theoretica sapientia, vt 2. Metaph. cap. 2.

Secundò pro doctrina { tum morum, tum substantiarum } tumque Logica non est Philosophiæ pars.

Itemque Mathematicus distinguitur à Philosopho quarto Metaph. capit. 2.

Tertiò pro Logica, Physica, & Ethica, primo Topicorum, capite vndecimo.

Quartò pro Logica, Physica, Ethica, & Mathematicis disciplinis.

Tumque { collectiuè pro cœtu istarum disciplinarum, quo sensu Physiologia est Philosophiæ pars.
distributiuè pro earum quauis.

Tumque pars vna quæque sapientiæ vocatur *Philosophia*, vt exemp. gr. physica.

Digitized by Google

Ædificium ſumi eodem modo poteſt;
n. { collectiuè quidem pro domo integra.
{ diſtributiuè,& vniuerſaliter pro quouis opere, vel minimo Architectu-
ræ. p. feneſtra

Quid Philoſophema?

Latè doctrina: Propriè philoſophica doctrina.
Cupiditas & quæſitio non eſt niſi eius rei,quâ careas.
Philoſophia autem eſt cupiditas, & indagatio ſapientiæ.
Ergo philoſophia ſapientiæ eſt expers.
Diſt.S. { ſecundum notationem,& primum Philoſophiæ ſignificatum C.
{ ſecundum poſteriorem ſignificatum. N.
Philoſophema Ariſtoteli eſt doctrina quæuis,ſyllogiſmuſue doctrinalis.
Iam coniugatorum vnum tam latè patet,atque alterum.
Philoſophia autem & Philoſophema ſunt coniugata:
Ergo ſignificatus æque latè patentes habent.
Diſt. S. { coniugata voce C. } de qua re alibi.
{ coniugata ſenſu. N. }

Quid Philoſophus?

Diſt. { ſi philoſophetur verbis, eſt *virſapiens.*
{ ſi & re & verbis, eſt *vir bonus & ſapiens.*

Exiſtit ne Philoſophia?

Quæritur vtrùm detur Philoſophia.
Primò { vtrùm ſint vllæ regulæ bene intelligendi. De qua re Logici in proœmiis.
{ vtrum ars vlla bene viuendi. De qua re in ſequenti ſectione.
{ vtrum ſit ars vlla ars, comprehenſio rerum per cauſſas.
Secundò vtrum ſint admittendæ opiniones de phantaſia determinata. p. hæc cum ſimilibus: nix videtur candida:lac videtur dulce.
Tertiò { vtrum de ſola rerum apparentia ſit pronunciandum.
{ an verò etiam de rebus apparentibus opinio haberi poſſit in h. m. credibile eſt niuem eſſe candidam.

Quartò vtrum ad comprehenſionem,& certam perceptionem aſſurgat,perueniatque philoſophia: ad quam rem facit ſermo qui inſtituitur aduerſus Pyrrhonios lib. de Demonſtratione.
Quintò quænam dogmaticorum ſecta veritatis poſſeſſione potiſſimum gloriari debeat.
Sane *Epoches* plus in Philoſophia, quam aſſenſus.

Digitized by Google

rlus opinionis de *apparentia determinata*, quam de re absoluta.
rlus opinationis de *apparentia*, quam de re apparenti.
Plus *opinionis*, quam comprehensionis & certitudinis.
Admittendum tamen non parum comprehensionis, tum ad contemplationem, tum ad regimen vitæ.
Nulla est Dogmaticorum secta, quæ sit planè virtutis expers, vt nulla quæ sit planè immunis ab errore.
Sed Peripatetica præferenda cæteris. De quare alibi in sermone de Aristotele.

CAPVT III.

Cur sit Philosophia ?

Quis Philosophiæ Scopus ?

Beatitas [naturalis] sed potissimum contemplatiua. 10. Ethicorum.
Huc tendit vt *humanam*, non *belluinam* degamus vitam: imò vt *non humanam*, sed *diuinam*, ne sapiamus humana, sed nitamur ad immortalitatem, ex cap. 7. libr. 10. Eth.

Quod officium?

Benè intueri diuina, & humana, & ex virtute agere de officio sapientis.

Quod subiectum, quæ sedes?

Per se sita est in *mente Theoretica*, vt & in practica, non in effectiua.
Per virtutes ministras in aliis facultatibus;
n. in *effectiua mente*, vbi sartoria, sutoria, &c.
in *appetitu nostro*, vbi iustitia, temperantia.
in *vi motrice*, vbi dexteritates corporis, quæ Philosophiæ subseruunt.

Quod obiectum?

Diuina & humana pro obiecto habet.
Seu quiduis considerandum, sed non effectiuè, non Mathematicè.
Nisi mathemata sint intra Philosophiæ septa.

Quis author Philosophiæ?

Deus cum homine, & rebus obiectis, quæ se in mente per sensus exprimunt.

Quis eius quæ nunc habetur?

Partim ille cuius est, cum Deo & rebus obiectis.
Suæ quisque aliquomodo parens Philosophiæ.
Partim *præceptores*, & qui philosophiam excogitarunt, instaurarunt.

Quo tempore excogitata?

Perennitatem philosophiæ adstruxit Eugubinus libris decem.
Historia repetenda ex Laërtio, Galeno, & aliis.

Philosophia

Digitized by Google

Philosophia sine præceptoris ope adstructa ita difficilis, vt credatur à primis parentibus magna ex parte ad nos emanasse.

Quo instaurata tempore?

Otij tempore non *negotij*, vt constat ex primo Metaphysicæ.
Quoniam negotium facit vt mens corpori potius quam tibi seruiat & contemplationi.

Quibus instrumentis?

Quibus organis Methodi inueniantur, construantur, Logici exponunt.

Origo et scopus.

Notitia effectus, si causa ignoretur excitare consuecuit *admirationem*, cupiditatem, anxietatem, ex Platone in Theæteto & Aristotele 10. Metaph. *Ignoratio. Admiratio.*
Hinc prodit indagatio causæ, & Philosophia,
A Philosophia denique Sophia, notitia causæ, cessatio admirationis.

Ergo { ab *admiratione* oritur Philosophia, dicitur *Thaumantis* filia. / in admirationis cessationem desinit. } *Philosophia. Sophia.*

Nihil admirari beatum facit & seruat.

Propagatio, instauratio Philosophiæ.

Naturale est studium scientias patefaciendi maximè tuis.
Itaque à parente primo, qui fuit valdè & sapiens, & longæuus, nec suorum negligens ad posteros per doctrinam deuoluta est sapientia, atque hi quidem doctrinæ principes videntur extitisse ordine Adamus, Mathusalem, Noëmus, Abrahamus, &c.
Hinc deriuata ad Hebræos, Ægyptios, Phœnices, Græcos &c. ita tamen vt pedetentim degenerarit.

Sed { naturalis scientiæ cupiditas / otium cum admiratione / vacuitas curarum / necessitas & voluptas } excitarunt sagaciores homines ad illius conseruationem, instaurationem: hinc Gymnosophistę, Magi, Ægyptii Sacerdotes, Druidæ, Græcorum Sophi, & philosophi.

Græcorum sapientia, & Philosophia.

Vetustissima Sapientum familia duplex { *Ionica* cuius princeps Thales Milesius. / *Italica* cuius auctor Pythagoras discipulus Phærecidę Syri.

In *Italica* à Pythagora ordine prodierunt Telanges, Xenophanes, Parmenides, Zeno Eleates, Leucippus, Democritus, Protagoras, Metrodorus, Diogenes Smyrnæus, Anaxagoras.

Item { Pyrrho à quo *sceptica familia*. / Nausiphanes, Epicurus, à quo *Epicurei*.

Digitized by Google

In *Ionica* à Thalete numerat Anaximandrum, Anaximenem, Anaxagoram, Archelaum, Socratem qui Philosophiæ fuit quasi alterius fati author.

Socratis discipuli præcipui
- Antisthenes *Cynicæ* philosophiæ parens.
- Aristippus *Cyrenaicæ* auctor sectæ.
- Plato *Academiæ* princeps.

Antisthenem sequuti Diogenes, Crates Thebanus, Zeno *Stoicæ* hæreseos author, Zenonem hunc in porticu subsequuti Cleantes, Chrysippus, Diogenes Babylonius, Antipater, Panætius, Possidonius.

Platonis discipuli celebres
- Speusippus, & Xenocrates à quibus *Academia vetus* propagata.
- Menedemus, vnde *hæretrica* secta.
- Aristoteles qui familiam *peripateticam* instituit.

Veteri in Academia Speusippum secuti Polæmon, Crantor, Crates, Arcesilaus *mediæ Academiæ* parens: media in academia nihil comprehensibile, &c. eam excepit Lacides auctor *nouæ academiæ*.

Noua in academia celebres Carneades, Clitomachus, Philolaus, Antiochus.

Deambulatores.

Ab Aristotele prodierunt Theophrastus, Strato Lycon, Critolaus, Diodorus, Demetrius, Dicearchus, Hieronymus, Cratippus. hos longo post interuallo subsequuti Alexander Aphrodiensis, Philoponus, Simplicius, Themistius, Ammonius, &c. hinc Arabes, & Latini.

CAPVT IIII.

De Natura & vnitate.

Ex quo rerum genere Philosophia?

Continetur
- partim *intellectu* principiorum.
- partim scientia, & comprehensione.

Nisi quòd frequenter diuertit ad opiniones.

Idque
- partim propter penuriam comprehensionum,
- partim propter praxim, quę occupatur in singularibus, quæ opinione percipiuntur, nec semper cum certitudine.

Quid est Philosophia?

Monitum.

Nunc distributiuè sumpta definitur Philosophia; nunc collectiuè sumpta; nunc coniungitur cum probitate, nunc seiungitur.

Digitized by Google

Prima definitio.

Philoſophia rectè definitur quæſtio cauſſæ & veritatis, rectèq; dicitur Thaumantis, & admirationis filia: ſed tamen philoſophia ſignificat indagationem ſapientiæ, non ſapientiam.

Secunda definitio.

philoſophia [ſed forſan ſolæ Theoretica] eſt *ſcientia veritatis.* ex 2. Metaph.
Eſt ſcientia rerum, vt ſunt, entis vt eſt ens.

Tertia definitio.

Eſt ſcire diuina & humana: i. incorruptibilia, & corruptibilia vel Deum cum operibus eius, & hominem cum officiis humanis.

Quarta definitio.

Eſt notitia rerum per cauſſas generatim, & quo ad fieri poteſt: ex primo Metaph. capite 2.

Quinta definitio.

philoſophia eſt indago quędam cauſſę epiſtemonica: vt ſapientia ſcientia rei per primam cauſſam.

Sexta definitio.

Sapientia eſt *animi vita*, & mors corporis.

Septima definitio.

Philoſophia eſt melete & meditatio mortis, μελέτη.
Mors duplex vt declaratum in rudimentis, Inſtit. 2. cap. 5. pag. 62.

Quis vulgaris ſenſus huius definitionis?

philoſophia eſt virtus, quæ per cogitationem mortis naturalis, & neceſſitatis moriendi, facit vt diuina potius quàm humana *ſapiamus, concupiſcamus.*

Quis verior?

philoſophia eſt virtus, quæ meditatur & procurat mortem philoſophicam, corporis *mortificationem*, animi *viuificationem.*
Quę facit, vt animus ſibi potius, quàm corpori viuat.
Quæ abducit animum non à corpore, ſed à ſeruitute corporis. i. quæ *mentem & voluntatem* (facultatis animi) liberat à belluino appetitu, & ſenſu (facultatibus corporis) vt animus degat vitam ſibi congruentiſſimam. i. plurimum vtatur mente & voluntate, perſequatur & aſſequatur res incorporeas, quæ ipſi congruentiſſimæ ſunt.

Qui gradus Philoſophicæ mortis?

Primò *mens fouenda*, & confirmanda per diſciplinas Logicas. *Logica.*
Vt eſt caloris naturalis procurare ſanitatem corporis, ideoque cura eius apud medicos præcipua: Ita mentis procurare ſanitatem animi, libertatem & mortem philoſophicam
2. mens debet animum liberare à ſeruitute appetitus, *belluini*: qui famulus eſt nequior, & pernicioſior, quam *ſenſus.* *Ethica.*
3. quia ſenſus licet ſit peruerſus, & abducat mentem à cogitatione rerum pu- *Phyſica.*

Digitized by Google

riorum,& incorporearum,est tamen *necessarius*,cum nihil sit in mente nisi per *sensum*.

Ideo mens locupletanda est supellectile rerum sensibilium, & quę sint *corporea*, tum secundum rem,tum secundum rationem: vt deinde pro arbitrio abstrahat & complectatur.

Mathematica. 4. prouehenda est ad *Mathematicas* formas,quæ sunt *secundum rem* materiales,& sensibiles: sed non *secundum rationem*,& considerationem n. vt paulatim fugiat sensum & phantasmata.

Metaphysica. 5. et ita idem assurgit ad res congruentissimas,quæ sint incorporeæ, tum *secundum rem*,tum *secundum rationem*,potissimumque ad *Deum*,qui philosophiæ scopus.

Monitum.

Ita graduum constitutio parum congruit Platonis,qui non admittebat Geometriæ imperitum.

Octaua definitio.

Philosophia est *Dei similitudo*. i. virtus quę facit vt ad Deum proximè accedamus,vt quantum licet proximè distemus à Deo, licet semper distemus infinito interuallo.

Portétosa est impietas & arrogantia Stoicorum,apud quos *Sapiẽs vno est minor Ioue*, Deos æquat cæteros, imo aliqua ex parte antecedit apud Senecam;

n. ς tolerantia malorum.

ς et quod Sapiens suo,non naturæ beneficio est fœlix; Seneca epist. 92.

Ad Deum autem non accedimus propius *naturæ* similitudine, quia natura nostra non recuditur, non intenditur: Sed *virtutis* & actionis similitudine. Deus autem *sapientissimus*, & optimus: hinc sapientia & probitas, &c.

Nona definitio.

Philosophia est meditatio sapientiæ, apud Stoicos.

Sapientia ars vitæ accommodata.

Decima definitio.

Philosophia est sũma quædã *virtus*,& similis oppido, agro frugifero, ouo,&c. animali,

Vndecima definitio.

Sapere est idem semper *velle*, idem semper nolle, seruare in vita *constantiam*.

Monitum.

Quo sensu sapiens dicatur mutabilis & immutabilis, explicatum in Categoria relationis.

Duodecima definitio.

Sapientia est perfectum bonum humanæ mentis.

Decima tertia definitio.

Philosophia est dux, magistra, & lex vitæ.

Decima quarta definitio.

Est studium virtutis, corrigendę mentis, & rectæ rationis.

Digitized by Google

Quinta-decima definitio.

Philoſophia eſt animi medicina, & medela, & ſanitas.

Vt ægrotus ad ſanitatem, medelam & medicinam habet; ita qui animo eget ad philoſophiam habet.

Medicina { corporis, non eſt virtus corporis: ideo nec eſt ſanitas corporis, &c. / animi, eſt virtus animi.

De vnitate.

Philoſophia eſt congeries rerum plurium ad vnum finem conſpirantium.

Sed eſt arbitraria, licet profecta à naturæ imitatione.

Ideò certatur de ambitu eius.

Controuerſia eſt quid ſit neceſſarium & quid ſufficiens ad bene beateque viuendum.

Monitum.

Diſtincta philoſophiæ definitio non habetur, niſi prius comprehendatur illius ambitus & partitio.

CAPVT V.

De hæreſibus, ſiue Sectis Philoſophorum.

Quid generatim ſecta philoſophica?

Definitur inſtitutio, quæ per aſſenſum aliquem (certiorem, vel incertiorem) adhæret alicui rationi [& regulæ] demonſtranti, quomodo viuere oporteat vitam humanam.

Origo diuiſionis ſectarum, & definitionis.

Inſtrumenta cognoſcendi ſunt in nobis duo, *mens*, *ſenſus*.

Mens, hinc { *noema*. j. notio & imago rei in mente. νόημα. / *νοῦ μίμνον*. j. id cuius imago notioque eſt in mente. νοῦ μίμνον.

Senſus, hinc { *phantaſia*, ſeu viſum. j. imago & impreſſio rei in ſenſu. φαντασία. / *phœnomenum*. j. id cuius imago eſt in ſenſu, & imaginatione. φαινόμενον.

Omnino { aliud apparentia, ſeu impreſſio rei in facultate cognoſcendi. νοῦ. / aliud res apparens, cuius habetur notio, quando aliquid ſentitur aut intelligitur. p. nix, & mel, &c.

tum { vel nullus ſit aſſenſus, nulla inclinatio, ſed epoche. / vel ſit aliquis aſſenſus, aliqua inclinatio.

Epoche, ſuſpenſio & inhibitio aſſenſionis, & opinionis, eſt cum neutram in partem iudicium inclinatur, neque aſſentimur, neque diſſentimus.

Aſſenſus contrà eſt dum iudicium in aliquam partem inclinatur.

Aſſenſus autem multipliciter eſt duplex.

Digitized by Google

Prima diuisio. Assensus { vnus prodit à mente, & intellectione, qui in homine non in belluis. / alter à sensus imaginatione.

2. Assensus { vnus est certus, qui in nobis nominatur *comprehensio.* / alter incertus, qui nuncupatur *opinio*, & simpliciter assensus.

Cicero in Luculllo. Zeno { tum *extensis digitis* aduersam manum ostenderat, *visum phantasiaque*, inquiebat, eiusmodi. / deinde cum paulum digitos *constrinxerat*, *assensum* huiusmodi esse dicebat. / tum cum *planè compressérat*, pugnumque fecerat, *comprehensionem* illam dicebat esse.

Qua ex similitudine nomen factum est certæ & indubitatæ cognitionis.

3. Assensus { vnus est inclinatio ad apparentiam aut phantasiam. / alter inclinatio ad rem ipsam apparentem.

Credimus { priori rem & sensum & facultatem cognoscendi ita affici ex. gr. mel dulce apparere. / posteriori rem ita habere ex. gr. mel esse dulce.

Propositio per verbum *apparet*, vel *videtur*, ad priorem assensum pertinet. Nix apparet candida, mel videtur dulce.

Assensus per verbum *sum, es, est*, ad posteriorem assensum pertinet: vt nix est candida, mel est dulce.

Prior retinetur saltem ex parte aliqua ab omnibus philosophis, quia est necessarius ad degendam vitam.

Posterior { retinetur à quibusdam. p. à Dogmaticis. / reijcitur ab alijs. p. à Pyrrhonijs. ¶

Quid commune omnibus sectis philosophicis?

Beatitas, pro scopo philosophicæ institutionis.

Necessitas virtutis ad bene beateque viuendum.

Mens & sensus pro criterio, siue iudicatorio rei apparentis, aut apparentiæ saltem.

Epoche & opinionis aliquid, ad regimen vitæ.

Opinio de apparentia determinata.

Quotuplex secta philosophica?

Distinctio prima.

Sensum rationi { quidam præponunt / quidam posponunt } qui æquent vix sunt vlli philosophorum.

Distinctio secunda.

Quidam asserunt / Quidam negant } tale quidque esse quale appareat. ¶

Digitized by Google

Distinctio tertia.

Quidam putant { quiduis esse quiduis [distributiuè.]
Quidam negant { omnia esse in singulis.

Consulenda sententia Anaxagoræ in Rudimentis Instit. quinta pag. 384.

Quarta distinctio.

Prouidentiam quidam adstruunt, quidam negant vt Epicurus.

Quinta distinctio.

Immortalitatem animæ nostræ quidam admittunt, quidam respuunt.

Sexta distinctio.

Quidam mathematicè philosophantur Pythagorici, & geometrici philosophi; quidam non.

Septima distinctio.

Quidam conantur de rebus omnibus philosophari, vt Peripatetici.
Quidam de paucis tantum (non de omnibus.)
.p. tantum de rebus Ethicis, vt Socrates.
tantum de naturalibus, vt plerique veterum philosophorum.

Octaua distinctio.

Sapiens ad Remp. { quibuidam non accedit, nisi quid accidat. ¶
aliorum opinione accedit, nisi quid accidat.

Nona ex multis conflata.

Sectæ in ducentas octoginta octo abeunt, si varietas repetatur ab opinionibus de *fœlicitate*, in hunc modum.

Sunt enim quatuor opinionum capita vt dictum in rudimentis Instit. 4. cap. 1. art. 2. pag. 291. *voluptas, indolentia, vtraque, primigenia natura.* *D. Aug. de Ciuit. 6. 10. M. Varro de Philosophia.*

Vnum quodque virtuti *subest*, aut *præstat*, aut *æquatur:* hinc efficiuntur duodecim opiniones.

Quæque *socialem* vitam .p. coniugalem { *sectatur.* / *vel fugit.*

Atque ita viginti quatuor sententiæ euadunt.

Singulæ propugnantut *dogmaticè*, vel sine *dogmate*: hinc quadraginta octo opiniones. 4. *ter.*

Quarum quęque geminatur, quia { *verecundiam* colit. 12. *bis.* / aut *aspernatur* more Cynicorum. hinc 24. *bis.*
opiniones & sectæ nonaginta sex.

Singulæ tendunt { vel ad *otiosam* & theoreticam vitam. 48. *bis.* / vel ad *negotiosam.* / vel ad *temperandam* ex vtraque. 96. *ter.*

Quare tandem prodeunt ducentæ octoginta octo opiniones de fœlicitate, totidemque sectæ. 288.

Digitized by Google

Decima distinctio.

Quinque modi *intellectionis*, vt declaratum Instit. 3. lib. 1. cap. 4. pag. 105. .n. epoche, triplex opinio & comprehensio.

Quidam primo & secundo vtuntur, non autem alijs, vt Pyrrhonij.

Quidam primo, secundo & tertio, vt quidam Academici.

Quidam primo, secundo, tertio & quarto vt Socrates.

Reliqui etiam quinto vtuntur appellanturque *dogmatici* vt Peripatetici, Stoïci, Epicurei, Pythagorici, &c.

Vndecima distinctio.

Quidam philosophorum profitentur se adinuenisse, aut deprehendisse veritatem, veritatisue aliquid certò comprehendisse, & appellantur *Dogmatici*.

Quidam non, qui { vel desperant de inuentione eius. / vel non desperant & perseuerant in indagando vt Pyrrhonij.

De philosophis minimè dogmaticis.

Omnia esse incomprehensibilia videntur philosophis non dogmaticis.

Sed { nonnulli illud ipsum .n. omnia esse incomprehensibilia quasi asseuerant, vt Academici noui, Cyrenaici & Socrates, qui aiebat se hoc scire vnum quod nihil sciret. / alijs contra illud ipsum incomprehensibile videtur, qui diuiduntur in duas sectas.

Quia { Pyrrhonij nondum desperant de comprehensione veritatis. / mediæ Academiæ sectatores contrà.

De noua Academia.

Hic phantasiæ { tùm definitæ, vt nix mihi nunc videtur alba. / tùm absolutæ, vt nix videtur alba.

Harumque { aliæ verissimiles iudicantur, vt nix videtur / aliæ minimè verissimiles, vt nix non videtur } frigida.

Ex verissimilibus nascitur in homine affectio ad rem, atque actio.

De Cyrenaicis.

Cyrenaicę sectę scopus est blandus corporis motus, seu voluptas.

De Pyrrhonijs siue Aporeticis.

Retinetur { à noua Academia *assensus* ad phantasiam absolutè, vt nix videtur frigida. / à Pyrrhonijs assensus tantum ad phantasiam tempore, & personа circonscriptam: vt nix mihi nunc videtur frigida. Apud istos enim vna phantasia aut propositio de apparentia, non est absolutè verissimilior, quàm

quàm altera; ſed tantum pro certo tempore, certa perſona.

Nam { cum ęgroto, mel mihi non videtur dulce.
Nam { cum rectè valeo, mel mihi videtur dulce.

Apud nouos Academicos vna phantaſia aliâ eſt veriſſimiliſor, idque abſolutè: nam ex.gr. hę propoſitiones; mel videtur dulce, nix videtur frigida, ſunt veriſſimiliores quam quę illis aduerſantur; vt mel non videtur dulce, nix non videtur frigida.

Ratio conſtituendæ ſectæ Pyrrhoniæ.

Dolor, vt & motus alius, duplex.

Dolor { vnus à nobis & internus: vt quando capio dolorem ex opinione futuri mali, ex inuidia, zelotipia.
Dolor { alter aliundè & externus: vt cum aliquando vror, tundor, verberor.

Dolor ille quaſi liber eſt, hic coactus.

Finis autem diſciplinę ſcepticę ſtatuitur duplex.

Finis { primarius, vacuitas dolorum & perturbationum primigeneris.
Finis { ſecundarius, moderatio dolorum ſecundi generis.

Vacuitas illa vt habeatur, amouenda eſt quantum licet cauſſa perturbationum, id eſt, comprehenſio & opinio, qua inclinamur ad rem apparentem, vel ad phantaſiam abſolutè, & epoche aſtruenda.

Fit autem & retinetur aſſenſus, quando vtrinque, id eſt, ex vtraque parte contradictionis paria probabilitatis pondera ſtatuuntur: porrò vt hoc ęquilibrium ſenſui & menti, (quibus vnis vtimur exploratoribus) teſtibuſque veritatis deroganda fides.

Vt autem mendaciſſimi conuincantur eſſe, & indigni quibus habeatur fides, oppoſitio inſtituitur triplex.

Et primò apparentia apparentibus, phantaſiæ phantaſijs opponuntur: vt cùm turris eadem apparet nunc quadrata, nunc rotunda.

Secundò intellecta intellectis, νοουμενα νοουμενοις, ratio rationi: vt cum ex ſtructura mundi colligitur prouidentia, ex malorum proſperitate ſuſpicamur nullam eſſe prouidentiam.

Tertiò { ratio ſenſui / ſenſus rationi } { νοουμενον φαινομενῳ / φαινομενον νοουμενῳ } opponitur.

Nix iudicatur { ſenſu eſſe candida.
Nix iudicatur { ratione non eſſe, non eſſe candida, quia eſt aqua concreta, aqua verò nigra putatur, quia madida tela nigrior.

Iudicat { ſenſus dari aliquid mutationis & localis motus.
Iudicat { ratio contra nihil: vt.

Si quid mouetur loco, mouetur vbi eſt, aut vbi non eſt. ſed neque vbi eſt, neque vbi non eſt.

Digitized by Google

Ergo nihil mouetur loco.

Suſpenſa igitur opinione { tolletur internus dolor / minuetur externus } aſtructur beatitudo.

Ceterùm diſciplinam hanc aporeticam & dubitatricem luculentiùs in libris analyticis deſcripſimus.

De Dogmaticis.

Dogmaticis philoſophis commune illud, quod aliquid à nobis comprehendi arbitrantur.

Differunt { tùm in logicis .p. de cognoſcendis inſtrumentis & criterijs veritatis ſiue iudicatorijs. / tùm in naturalibus .p. de mundo, de mutatione, de Deo. / tùm de moralibus .p. de fœlicitate & virtute.

Dogmaticorum ſectæ complures Peripatetici, Stoïci, Epicurei, Pythagorei, &c. de quibus varijs in locis per occaſiones varias.

Pythagorici de pauciſſimis rebus philoſophati, omniaque eſſe numeros vel numerorum imitationes.

Epicurea doctrina petenda è Lucretio, Cicerone, Laërtio, Plutarcho. Platonis doctrinam Alcinoüs redegit in Compendium.

Stoïca innoteſcit ex Seneca, Cicerone, Laërtio, Plutarcho, &c.

Quænam ex iſtis amplexanda?

Peripatetica ſeu quæ Ariſtotelica, & deambulatoria.

Sed itaut { primò repudiemus quicquid vitij habeat. / ſecundò non contemnamus quod in alijs probum ac laudabile.

Peripatetica ſecta ex Ariſtotele, Theophraſto, Scaligero, D. Thoma, & ſimilibus maximè æſtimanda. Ea omnium excellentiſſima, ſed potiſſimùm phyſico in negotio, &c.

CAPVT VI.

Variæ notæ Philoſophi potiſſimùm dogmatici.

De Natura.

Natura { nemo *ſapiens*, ſexto Ethicorum. De qua re illic. / multi fortes, temperantes, &c.

A natura tamen propenſio ad ſapientiam.

Quo quiſque generoſior, eò pronior ad ſapientiam.

Sapientiam non quærere homine indignum, 1. Metaph.

Cupiditas ſapienti omnium ſummа, & maximè naturalis.

Qui ad omnia *ſtupet*, ille ineptior ad philoſophandum: licet philoſophia oriatur ex admiratione, ſtupore .n. quia deficit ipſum ſolertia naturalis deprehendendi cauſſam quæ veluti naturalis logica. De quare alibi.

Digitized by Google

Qui laude philosophiæ claruerunt, ferè *melancholici*. problem. 1. sect. 30.

De initio et fine.

Oritur philosophia ex admiratione, sed non ex sola : quia prodit potius à notitia effectus. Qui deprehendit effectum, non miratur amplius 1. Metaph. cap. 2.

Nil admirari prope res est vna,
Solaque quæ possit facere & seruare beatum.

¶ paratur { natura, doctrina, exercitatione } { phantasia, iudicio, memoria } &c.

Eget arte *analytica*, iuuatur dialectica, 1. 2. 3. 4. Metaph. 1. Topicor.
Rudimentum eius bene dubitare.
possessio quid diuinum, 1. Metaphysic. 10. Ethic.

Quæ partes eius? †

Constat { *historia*, *ætiologia* } { *intellectu*, *scientia* } non sine { epoche. opinione. }

Quæ materia?

Orator qui Rempublicam gerit, versatur in singulis.
philosophus proponit sibi generalia, difficilia, honorabilia, vtilia, & omnia quantum fieri potest. problem. 8. sect. 30. 1. Metaphysic. cap. 2, & 6. Ethic. cap. 7.
philosophia cum se se extulit ad Metaphysicam, de principijs Metaphysicæ agere debet, cap. 3. lib. 9. Metaph. 1. ea ferè probat, quæ supponuntur in disciplinis alijs.
Sapiens omnia nouit, quantum fieri potest, & generatim, 1. Metaph. c. 5.

Officium.

philosophandum re & vita, non verbis tantum.

¶ Ethica eget { & virtutibus facultatis præcipientis. & virtutibus obtemperantis .n. appetitus. }

Sapiens quodammodo fabularum est amator .n. quia contendit ad difficilia.
Sapiens iuxta naturam philosophiamque sentit, 1. Elench. cap. 1.
Natura hominis diuina; diuini officium sapere, 4. de partibus cap. 10.
philosophia sedat perturbationes.

Argumentum.

Argumentum est { sapientis docere posse, cap. 2. libr. 1. Metaphysic. periti posse exercere. }

Affectio ad veritatem.

philosophum decet esse veritatis amantissimum, eiusque caussa & aliena decreta tollere, Plato 1. de Rep. Aristoteles 1. Ethic. cap. 6.

Digitized by Google

Cauendum est ne obiectionum scopuli nos auertant à sententia recta.
Sapiendum est alieno periculo, etsic sentire oportet, vel clarissima esse obnoxia incursionibus difficilium obiectionum. De qua re in logicis.

Modus cognoscendi & decreta.

Primus modus.

Vnus est à sensu, alter à ratione cognoscendi modus.
Philosophicum est aliena audire, & proponere bona fide, atque etiam confirmare aliquo præsidio, antequam proferas tua.
Sepè ducere ad *venationem* veritatis, non ad solam *pradam*.
Dialecticè agere, antequam *apodicticè*.
Vix quidquam affirmare sine ætiologia.
Ordinis & methodi se præbere obseruantissimum.
Decreta & axiomata repetere ex ijs quæ fiunt semper, aut plerumque.

Oratio & modestia.

Oratio philosophi amat *perspicuitatem*, breuitatem, proprietatem, munditiem; sed cum securitate.
Quantum in loquendo puritatis, tantum *modestiæ* in sentiendo.
Hinc crebrò offendas τὸ *fortasse*, τὸ *videtur*, &c. potius pro modestiæ, quàm dubitationis argumento.

Effectus sapientiæ.

Sapientia fœlicem facit, 6. Ethic. cap. 12. & 10. Ethic. beati Thebani quandiu philosophi illis præfuerunt, 2. Rhetor. cap. 23.
Animus disciplina seruatur, vt corpus bona valetudine, vt laborum tolerantia in Rhet. ad Alexandrum.
Opus est { vt in negotio fortitudine & laborum tolerantia. / ita philosophia in otio 7. Politic. cap. 15.
Si iucundum est intueri imagines rerum naturalium, vnaque ingenium pictoris aut sculptoris:
Quanti iucundior philosophia, quæ rerum causas solertiamque naturæ comtemplatur?
Monitũ. Consulendus sermo de vsu, & necessitate disciplinæ Logicæ, & disciplinæ Ethicæ.

CAPVT VLTIMVM.

Quot & quæ Philosophiæ partes?

Cleanti.

Dialectica oratoria, Ethica, Politica, Physica, Diuina.

Epicuro.

Canonica (pro Logica) Ethica & physica.
Ethica vbi de fuga & electione agitur.
Physica vbi de ortu, interitu, natura.
Canonica quam physicæ accessionem facit, accedit enim ad doctrinam de animo.

Digitized by Google

Politica non est pars philosophiæ Epicuro, quia sapientem deterret à Repub. gerenda.

Stoicis.

Rationalis vbi { Rhetorica. / Dialectica in qua { *verba.* / *significatus.*

Physica quæ scrutatur naturam { tum *corporatorum.* / tum *incorporatorum.*

Et Ethica siue moralis, cuius officia tria;

n. { cinspicere quanti quique sit meritum, cuiusque rei & conditionis. / facere vt impetus ordinatus temperatusque capiatur (de leto affectu, siue passione.) / facere vt inter impetum, & actionem conueniat, & inter rem.

Omnia æstimare.

Frenare πάθος.

Bene agere.

Scaligero.

Prima pars *animum* colit, ad beatitatem.

Secunda *corporis* curat statum, atque habitudinem. n. ars medica.

Tertia fortunę, & externorum bonorum init, habetque rationem. i. ars parandi bona externa & his vtendi, vt ars faciendi quęstus.

Aristoteli 1. *Top. cap.* 9. & 11.

Quęstiones { Dialecticę / philosophicę } sunt triplicis generis, idcoque philosophia triplex.

Nam { vel ad *fugam* & electionem referuntur, & sunt *Ethicæ.* / vel ad *contemplationem*, & sunt *naturales*, physicę. / vel *neutra* sunt. i. (neque Morales, neque Theoreticę) vtrisque tamen inseruiunt, & sunt *Logicæ.*

Aristoteli passim.

Philosophiæ diuisio in *Theoreticam*, & *practicam*, Aristotelica est ex Laërtio.

Non extat disertè expressa in monimentis eius.

Sed satis per partes insinuatur, quæ expendendæ sigillatim suis locis.

Quæ ratio præstantiæ?

Præstantia partium philosophiæ æstimanda ex causis.

Item ex affectionibus. p. certitudine, perspicuitate.

Quis ordo?

Prima propositio.

Vetustissimi Philosophorum ferè tractabant solam *Ethicam*, aut solam *Physicam.*

Si quas tradebant differendi leges, tradebant in tractatione ipsa rerum naturalium, & moralium eo ferè modo, quo nunc chirurgi, Rhetores.

Digitized by Google

Secunda propositio.

Zeno Dialecticæ subiungebat Physicam, huic Moralem.

Tertia propositio.

Apollodorus Moralem in medio loco statuebat.

Monitum.

Mathemata Stoicis adiumenta Philosophiæ, non partes.

Quarta propositio.

Gradus Philosophicæ mortis, mortificationis indicat.

Quinta propositio.

Ex Aristotelis sententia à Logica auspicandum, ex primo, secundo & 4. Metaphysicæ.

Mathematica naturalem, & politicam antecedunt disciplinam, ex. 6. Ethic. cap. 8.

Morali præponendum aliquid Physiologiæ, primo Ethicorum capite vltimo.

Physiologia tradenda ante *postnaturalem* vt nomen indicat, ita tamen vt aliquid Metaphysicæ communioris & rudioris præponatur Physiologiæ (vt aliquid Physicum Morali) ad scholam afferatur, vel tradatur illic per digressionem.

Monitum.

Secernendę partes aduentitiæ & adiutrices ab essentialibus in domo, naui, Physiologia, & consimilibus rebus.

FINIS.

Digitized by Googl

SECTIO POSTERIOR
DE
PHILOSOPHIA
MORALI,
MAXIME DE ARISTOTELICA.

CAPVT I.

De Notione, nomine, & exiſtentia.

Monitum.

VIA aliquid eſt præfationis lib. 1. Ethi. ideo breuiorem facturi ſumus in hoc tractatu.

Quæ notio?

Philoſophia hæc cogitatur tanquam quędam doctrina, & ars degendi vitam humanam, ſiue liberam, priuatim, aut publicè.

Tanquam habilitas quędam practicæ mentis, quæ ſit pro duce humano appetitui.

Quæ appellatio?

Mores ſunt aſſuetudines turpes, aut honeſtæ.

Hinc doctrina hæc dicitur *ſcientia de moribus*, philoſophia Moralis.

Eadem vocatur ſcientia ciuilis, ſiue *politica*.

Philoſophia quæ circa humana [occupatur.]

Philoſophia practica, ſed à praxi dum ſumitur tantum pro actione turpi, aut honeſta.

Quæ quæſtiones ad *electionem* aut *fugam* referuntur, illę ethicę, Ariſtoteli primo Topicorum.

Politicę nomen { nunc pro tota philoſophia de moribus ſumitur. / nunc tantum pro ea parte, quæ præcipua eſt, & agit de Republ.

Quid ſcientia practica ſiue actiua?

Latè quęuis quæ non ſit Theoretica, contemplatiua.

Digitized by Google

Propriè quæ ita practica, & neutiquam Theoretica, vt non sit *effectiua* ... sed dupliciter.

Primò ita vt { sola Moralis appelletur *propriè practica*: (vt electio moralis sit electio per anthonomasiam.) / reliquæ ex non Theoreticis, sint *effectrices*.

Idque { siue relinquant opus, vt Architectura. / siue non, vt cythariſtica, ſaltatoria.

2. ita vt { effectiua ſit quæ relinquit opus. / practica propriè quæcunque nihil reliquit operis, vt Logica, Cytharistica.

Quo pacto ſumitur Ethicæ nomen?

Primò ſumitur pro quauis ſcientia benè, honéſteque viuendi.

Secundò pro ea, quæ { et generatim de moribus agit. / et ſpeciatim de iiſdem quatenus referuntur ad priuatum bonum, eius qui agit.

Tertiò ſumi poſſit pro ea tantum doctrina de moribus, quæ eſt *communis*.

Ita vt opponatur monaſticæ, œconomicæ, & politicæ.

De Politicæ nomine.

Politica ſiue ciuilis diſciplina & ſcientia vſurpatur multipliciter.

Sumitur { aliquando pro tota Morali philoſophia. / aliquándo tantũ pro parte tertia quæ regendæ Reip. rationẽ aperit.

Exiſtentia.

Quæro vtrùm virtus docori poſſit & doctrina parari.

Vtrùm ratio benè viuendi arte & præceptis comprehendi poſſit.

Sanè qui virtuti doctrinam eripit, deterior Scythis, qui mancipiis effodiebant oculos.

Ariſtoteli probitas à natura, doctrina, excitatione.

Arti eſt locus, vbi errori obſeruatione emendabili.

Prima obiectio.

Quod doctrina comparatur, illud eó eſt in nobis præſtabilius, quo ſumus doctiores, eruditiores.

Atqui virtus non videtur ita habere, neque enim eſt melior, qui doctior, qui melius de virtute philoſophatur.

Ergo virtus & probitas non eſt aliquid parabile doctrina. n. eo modo quo dexteritas pingendi, ædificandi, &c.

Diſt. { ſi comparatur *doctrina* ſola, vt Phyſiologia C. / ſi doctrina exercitatione diuturna, vt virtus. N. niſi momenta ſint paria.

D. S. { ſi doctrina, inuoluat dexteritatem applicandi præceptum, dexteritatem impellendi vim obſequentem N. / ſi excludat, vt quando ars opponitur peritiæ C.

Si nulli

Digitized by Google

Secunda obiectio.

Si nulli sunt morũ præceptores, præceptaque nulla virtutis, nulla est doctrina.
Atqui nulli sunt doctores morum. Ergo, &c. Nego sumptionem: de qua re infrà.

Tertia obiectio.

In iis quæ docentur, vt in pictura, Architectura, &c. videtur esse vnius, & eiusdem præstare duo. n. δύναμιν & facultatem tradere, seu docere artem, erudire alios, præstare officium artis, ex arte agere, vt pingere, &c.
Atqui in Ethicis negotijs potissimum in politicis, Rex videtur haberi aliter ex Menone Platonis, & decimo Ethicorum.

Nam { qui politica se profitentur docere Sophistæ, ij non exercent.
{ qui exercent. p. Reges, Consules, Prætores, Magistratus, &c.

ij { nec docent alios, maximè que suos.
{ nec videntur docere posse: cum tamen maximè concupiscant, ideoque suos ad Sophistas mittant.

Ergo Politica non docetur .... politica virtus non comparatur arte & doctrina .... sed tantum diuina quadam sorte hominibus contingit, vt Themistocli, &c.

D. P. { si praxis minimè sit rara, operosa, periculosa C.
{ sin autem contrà habet N.

Item { si doctrina sit imperfecta N.
{ si suis omnibus sit absoluta numeris C.

Nego Conclusionem, quia politica praxis periculosa, difficilis, non cuiuslibet, non cuiuslibet temporis, non cuiuslibet loci, &c. vt etiam accidit in arte militari, medica.

Opus { ad exercendum *peritiâ*, potiusquam sapientiâ, & arte.
{ ad docendum *verbis*, non exemplo, arte potiusquàm peritia.

Præceptioni *exemplum* subiungendum est vt benè doceas.

Resp. { sæpe exemplum non proponi nisi verbis expressum & adumbratum.
{ multos esse præceptionis modos, & gradus, qui sunt alibi indicandi.

CAPVT II.

De Causlis Philosophiæ Moralis.

Quæ hîc facultates?

{ imperat { mens practica, *ductu* & applicatione.
{ voluntas, applicando, & cogendo.

Digitized by Google

Hic { obsequitur { primariò *appetitus* liber.
secundario *facultas* subseruiens libero appetitui.

Quis idoneus huius Philosophiæ auditor?

De hoc argumento agemus vnà cum Aristotele ad primum librum Ethicorum cap. 3.

qui præceptores?

Omnes partim præcepto, partim exemplo: Quæ ars exercetur ab omnibus, & ab omnibus docetur.

Nemo est tam barbarus, qui non aliquid doceat suos quod pertineat ad fœliciùs viuendum.

Nemo aliis saltem exemplo suo non est præceptor, & magister morum.

Nemo tam sibi deest, vt non exemplo aliorum, aut consilio, aut periculo suo aliquid notet, quod faciat ad benè beateq; viuendũ. p. in h. m.

Rectius hoc est
Hoc faciens vitam melius, sic dulcis amicis Occurram, &c.

De practicæ doctrinæ varietate in Logicis sermonibus.

Docemur { exemplo.
præcepto { singulari.
vniuersali { sine probatione { non methodicè.
cum probatione { methodicè.

Auctores præceptorum vniuersalium de moribus.

Nunquam non extiterunt apud Hebræos, Græcos, & barbaros præcepta benè viuendi: hoc historicum.

De inuentione & constitutione præceptorum in Logicis.

Auctores artis.

Vt ars methodica efficiatur, *componenda* sunt præcepta.

Nemo melius { composuit
demonstrauit } præcepta morum, quàm Aristoteles: vt licet iudicare.

Iudicandum { tum ex methodorum practicarum legibus.
tum ex collatione Ethicorum Aristotelis, cum alienis.

Quis Ethicæ finis?

Exterior & præcipuus est fœlicitas practica: benè vti appetitu, & viuere vitam humanam: virtutis siue probitatis exercitatio.

Interior { benè præcipere de moribus per scientiam & artem.
benè præcepta applicare } per prudentiam, quæ Ethica appellatur.
benè impellere appetitum }

Consulendus { sermo compendiarius de arte, Instit. 2. c. 2.
sermo de opifice Philosophiæ, Sectione præcedenti.

Digitized by Google

Obiectiuncula.

Nosse virtutem non est finis in Ethicis, ex primo & decimo libro.

Dist. { finis qui sit absolutè finis. i. vltimus finis C.
finis intermedius, qui tantùm secundum quid finis N.

De caussa effectrice,

Doctrinæ ratio.

Docetur { Præcepto { particulari, quo ferè vno gregarii artifices.
generali { sine cognitione caussæ, vt erige parietem in perpendiculum.
cum caussæ indicatione, vt erige parietem ad perpendiculum quia, &c.
exemplo { alieno { expresso verbis tantũ, vt cum repetitur ex historia.
inspecto vt cum intuemur in vitam alienam, in facta aliorum.
nostro, vt cum aliquis suo periculo sapit.

Iam præcepti generalioris ratio occurrit multiplex.

Id { vel astruitur exemplo, & specimine vero, ac præsenti, vt cùm in otio concipimus de gerendo bello.
vel non, tumque { vel exemplo magistri tantum comitatur. p. cum materia pretiosa, ac periculosa est.
vel exemplo tyronis tantum, vt cum quis sedens saltare docet.
vel exemplo vtriusque, vt cum pictor tyronem erudit.

Viæ quibus præcepta inuenta.

Inuenta sunt præcepta *obseruatione*, de qua re alibi.

Inuenta similitudine, distinctione, resolutione, compositione, Analogia.

Similia siue occurrant coniuncta, siue disiuncta, vt fortitudo Achillis, & fortitudo Hectoris coniungi debent, vt inde exprimatur similitudo.

Distingue { quæ distinxit natura. p. hominem, & equum: quatenus sunt dissentanea.
quæ confudit { primò quando vnum eorum alibi solùm inuenitur, vt animalitas in bellua sine ratione, quę in homine coniungitur cum ratione.
secundò quando coniunctorum vnum præcessit alterum, vt vrbanitas eloquentiam: vel sequitur, vt fortitudo iuuentutem cuius est superstes.

Resolue { totum in partes, vt domum in fundamenta, parietes, &c.
effectum alium in caussas, vt victoriam in Imperatorem, pecuniam, in militem, commeatum.

Compositione { partes ad totum referuntur, vt familiæ ad ciuitatem.
caussæ ad effectum, vt ad victoriam pecunia.

Digitized by Google

Analogia est rationum similitudo: vt

Tale tuum carmen nobis diuine Poëta,
Quale sopor fessis in gramine.

Viæ quibus tractantur præceptiones, & in artis formam rediguntur.

Nota sunt & in artis formam rediguntur instrumenta Logica. n. definitio, diuisio, argumentatio, & methodus.

Quæ virtus?

Est { obsequens / imperans } { naturalis / acquisita } { præcellentior / deterior } &c.

Est { obsequens, vt fortitudo, iustitia. / imperans { in mente, vt ars Ethica, peritia Ethica, & dexteritas impellendi appetitum. / in voluntate, dexteritas per quam imperat sibi, & belluino appetitui. } }

Voluntas maiori cum difficultate benè imperat sibi, quàm menti & motrici
Saltis vult intelligere, non satis vult velle, &c. facultati-

Quæ materia circa quam?

Decimo Eth. cap. vlt.

Quãdo hæc Philosophia dicitur Philosophia *circa humana*, insinuatur vtrũq; obiectum Ethicæ, quod declaratum in compendio. Instit. 2. cap. de Ethica.

Materies remota in arte vna duplex assignari potest;

n. { prior quidem facultas ipsa obtẽperans, cũ illius actionib⁹, siue ille in quo est facultas. p. in pingendi arte facultas motrix, motio manus & homo. / posterior quæque sæpe indicatur sola, id quod facultati obtemperanti pro materia proponitur. p. colores. }

Atqui huic { facultates obtẽperantes sunt appetitus, cũ mẽte & motrice facultate. / actiones sunt quæ propriè humanæ appellantur, vt velle, nolle, / subiectum facultatum & actionum, vt homo. (dare, accipere }

Voluntati autem & appetitui sensitiuo proponitur pro materia humanũ bonum, illi quidem intelligibile, huic sensibile tantum.

Ergo *remota* materia est *bonum humanum*, cum malo humano.

Siue { obiectum appetitus liberi / appetitus ipse / et functiones eius } cum subiecto ipso. n. cum homine.

Proponitur homo { vt medico curandus, sanandus, conseruandus in bona valetudine. / ita Ethico homo beandus Morali beatitudine, & in ea conseruandus. }

Actio { vt dirigibilis pertinet ad materiam remotam artis. / vt directa verò pertinet ad proximam. }

Proxima materia est *honesta actio*, potius quàm *honestum opus*.

Etenim in Moralibus pluris fit *opera* quàm *opus*.

Ex opere non satis perspicitur honestas & turpitudo actionis.

Digitized by Google

Spectamus { non tam quid fiat, & quo exteriori modo.
quàm quo animo, & voluntate.

Non si quis fortia facit, ideo est fortis: non si quis iusta, ideo est iustus, &c.
De qua re suo loco.

Conditiones.

Ad humanam actionem *reuocari* { nihil Ethicum non potest. / nihil non Ethicum potest. } *Æqualitas.*

Ea est aliquid *vnum genere*, vel proportione. *Unitas.*
Species eius sunt multæ, vt velle, nolle, &c. *Species.*
Proprietates variæ .p. voluntarium, electiuum, &c. *Proprietates.*
Principia sunt finis, Deus, mens, voluntas, sensitiuus appetitus, virtus, materia virtutis. *Principia.*
Spectatur practicè non theoreticè. *Differẽtia*

CAPVT III.

De genere & natura Ethicæ.

Monitum.

Diuisiones virtutum dianoëticarum positæ in Rudimentis Logicis. §
Virtus dianoëtica tres præcipuè sortitur diuisiones.

Est { opinio / scientia / intellectus } { opinio / intellectus / scientia & ars } { simplex, intellectus, scientia, opinio. / compõsita, sapientia, prudentia & ars.

Ethicam non esse sapientiam, &c.

Ethica non est *opinio* mera, quia est certior in asserenda veritate, quàm prudentia.
Non *sapientia* proprijssimè, quia non est rerum altissimarum.
Non *ars* proprijssimè, quia non efficit, non mouet.

Prudentia { est, si prudentiæ nomine intelligatur notitia quęuis, & doctrina rerum humanarum. / non est, si prudentiæ nomen accipiatur propriè.

Primò quia non si quis prudens, ideò est philosophus, nec contrà.

Secundò quia, qui imperat cupiditatibus { iam est prudens. / eget philosophia Morali, ex cap. 3. libr. 1. Ethicorum.

Tertiò quia prudentia non cadit nisi in virum bonum, cap. 8. l.b. 6. non deletur obliuione, cap. 5. versatur in medijs non in fine: consultat de rebus futuris: non cadit in hominem ferunum (imperitum rerum humanarum:) versatur in singulis, cap. 8. libr. 6.

Digitized by Google

Ex quo ergo genere virtutum dianoëticarum?

Non est *intellectus* merus. De qua re in 6. lib. Ethic.

Prima diuisio. Est *scientia* si consideretur diuisio virtutum dianoëticarum posita 1. de Demonstratione, in opinionem, scientiam, intellectum.

Equidem Politica Aristoteli disertè scientia in Rhetoricis.

2. Est *ars* si consideretur diuisio posita 2. de Demonstratione: in opinionem, intellectum, scientiam, & artem.

Quia finis eius { non intellectio { non notitia. / sed genesis { sed ex virtute viuere.

At si consideretur tertia diuisio, quæ posita 6. Ethicor. & sex comprehensa partibus;

Quarum { tres simplices { vna incertior. / tres compositæ { sex veraciores, & certiores in asserenda veritate.

3. Iudicium sanè non vsquequaque facile ..... Sic tamen videtur sentiendum Ethicam scientiam esse:

Sed eam tamen quæ sit practica siue actiua, actuosa, &c. Quæ prudentiæ pars & inchoatio;

n. quatenus prudentia { tum vniuersalem notionem. / tum singularem complectitur.

Obiectiones.

Obiectio prima.

Politica & prudentia sunt ijdem habitus 6. Ethic. cap. 8. [·]

Dist. illinc { secundum τὸ *esse* [rationem & definitionem,] N, / secundum *ens*, siue secundum subiectum, &c. C.

Secunda obiectio.

Habitus *verus*, & practicus cum recta ratione in his quæ sunt homini bona aut mala, est *prudentia*, finitore Aristotele, 6. Ethic.

Atqui philosophia Moralis est eiusmodi. Ergo est prudentia.

Dist. Prop. { si sit practicus *efficaciter* seu per *applicationem*, & *impulsionem*, C. / si practicus *remotè* tantum & inefficaciter, vt scientia & doctrina generalis, N.

Scientia non mouet efficaciter, misi coniungatur cum opinione.

Tertia obiectio.

Res humanæ, in quibus occupatur hæc philosophia, sunt tam incertæ, vt *lege* & [arbitrio hominum] potius, quàm *natura* constare videantur. Ergo nequeunt sciri.

Digitized by Google

Dist. Ant. { vel pertinent ad eas leges, quæ dicuntur *positiuæ*, de quibus suo loco, vt ratio sepeliendi, salutandi, testandi, denuntiandi bellum, & consimilia: & sunt valdè mutabiles, sed demonstratur ipsa earum mutabilitas.
vel pertinent eas ad leges, quæ appellantur *naturales*:

tum { si sigillatim considerantur, sunt mutabiles: & ita mutabiles, vt difficulter conuertantur in necessitatem. De qua re vbi de arte.
si considerantur *generatim*, & vniuersim siue communiter mutabiles { in actu signato sunt.
in actu exercito non sunt.

Sunt mutabiles, sed eo modo quo plerèque rerum naturalium .p. animal, color, & consimilia: de quo negotio in sermone de Vniuersali.

Item { ratione nostri propter *obscuritatem* sunt aliquo modo incertæ.
per se sunt certæ potissimum si spectentur præcepta communissima, vt *alterine feceris*, &c. *Ne quid nimis.*

Vndè igitur incertitudo moralis praxeos?

Resp. ex minori potius propositione inter applicandum, quàm ex maiori inter prœcipiendum .p. quando sic ratiocinamur.

Omnis actio quæ congruit personæ, loco, &c. est laudabilis.
Atqui si ita agas, actio congruet personæ, &c. Ergo.

Consulendus sermo de arte, de genere Logicæ, & de sede scientiæ. *Manutius.*

Quarta obiectio.

Quicquid proponitur practicæ menti, id mutabile, 6. Ethicor.

Dist. { si sigillatim concipiatur, & sit singulare, C.
si vniuersim Dist. { in actu *signato*, C. §
in actu *exercito*, N.

Quinta obiectio.

Scientia est virtus mentis epistemonicæ siue scientificæ, quę Aristoteli theoretica. ἐπιστημονικὴ.

Atqui Ethica non est virtus mentis theoreticæ. Ergo.

Dist. Prop. { si sit scientia mera, pura, C.
si scientia tendens ad *opinionem*, tanquam ad scopum, vt in arte & prudentia, N.

Sexta obiectio.

Scientia non videtur esse scientificę mentis epistemonicę. Ergo non n[illegible] Theoreticæ.

Dist. Ant. { si vocetur epistemonica quòd sit scientiæ sedes, C.
si quòd scientia delectetur, vigeat, vt mens practica viget per opinionem, N.

Digitized by Google

Septima obiectio.

Ex 2. Metaph. text. 4. Qui *scit* propriè, ille intuetur & nouit *causſam per se.*
Sed practicus non intuetur *causſam* per se: siquidem practici etsi considerent *τὸ quomodo habet* [res]: non tamen considerant *causſam per se* secundum ipsam ..... Sed ad aliquid [relatam] & ad nunc .j. pro certo tempore.

Solutio prior.

Dist. P. { si causſam secundum se interpreteris, quæ sit causſa per se primo, aut per partem saltem, N.
si causſam absolutè non comparatè propter ipsam non propter aliud, per se non propter accidens, C.

Posterior.

Dist. S. { causſam per se, quæ *per se primo*, C.
causſam per se, quæ sit per se primo, vel per partem, siue causſam per se generatim, N.

Item { quatenus tendit & incumbit in applicationem, atque vsum, C.
quatenus per scientiam & per artem occupatur in genere, & cum omnibus præceptis, N.

Octaua obiectio.

Ex 6. Eth. Omnis habitus qui verior vt practicus { est *ars.* aut *prudentia.* [·]

D. { si est proximè, sufficienterque practicus, C.
si remotè tantum, N.

Quid Ethica?

Definitio Ethicæ componenda est ex causſis, & repetenda ex compendijs.

CAPVT III.

De principijs, conditionibus, & partibus.

Quæ principia & fundamenta Ethicæ?

Sunt *axiomata*, & communes sententiæ de viuendo. 4
Specimina præcipua posuimus in Rudimentis Ethicis.

Quæ conditiones?

Quæstio prima. Quæritur quis sit stylus & character Ethicæ. De qua re apud Aristotelem.
2. Quæ sit præstantia.
Confugiendum est ad logicum sermonem de dignitate methodorum & disciplinarum.
3. & 4. Sitne vtilis / Sitne necessaria } ad benè beatéque viuendum.
Cur non videatur vtilis & necessaria.

Consulendus

Digitized by Google

Consulendus sermo alibi instituendus de vsu & necessitate artium, & sermo de Logicę vtilitate & necessitate. 5.

Estne practica notitia quæuis in hacce philosophia?

Practica { absolutè notio, quæ suapte natura instituitur ad dirigendam aliquam actionem.
comparatè quæ ad praxim propiùs accedit, quàm alia eiusdem artis, præceptumque continet.

Sensu { priori tota morum disciplina est practica.
posteriori { vna theoretica, quæ dogmatica } apud Stoïcos.
altera practica, quæ parçnetica }

Partitio.

Quæ partes Cleanti?

Doctrina de benè viuendo duplex { politica, siue ciuilis. [*.]
propriè Moralis.

Quæ Epicuro?

Ethicæ differit { de fuga & euitatione mali.
de electione & persecutione boni.

Quæ Stoicis?

Pars { posterior *paranetica*, & tradit regulas benè viuendi .p. fortiter faciendi.
prior *dogmatica* est, & tradit non præcepta, sed decreta necessaria ad intelligendas præceptiones.

Explicat ex. gr. quid virtus, cur, & quotuplex.
Item tres philosophiæ Moralis partes, vt indicatum suprà, officia tria.

Quotuplex Ethica virtus Peripateticis?

Prima est in *obsequenti facultate*, vt iustitia, fortitudo, &c.
Secunda in *voluntate* imperanti, per impulsum ad imperandum sibi & alteri.
Tertia in *mente* imperanti, ad ducendum. De qua re in rudimentis.

Quotuplex in mente imperanti?

Hic { primò *ars, scientia*, & institutio *generalis*: vt si doceas officium Senatoris.
secundò *peritia*, & institutio *singularis*: vt si doceas officium Ciceronis Senatoris, præceptumque applices.
tertiò *dynamis*, & dexteritas bene impellendi appetitum per voluntatem.

Item { vna est Ethica *communis* cuius est explicare communia .p. quid sit fœlicitas, quid virtus, quotuplex, &c. & hæc à quibusdam appellatur Ethica propriè.
altera Ethica particularis, siue specialis, quæ complectitur monasti-

Digitized by Google

ſticam, politicam, œconomicam.

Sed pars communis cum monaſtica coniungi & confundi ſolet.

Itaque tres huius philoſophiæ ſtatuuntur partes.

Prima componit cuiuſque mores *priuatim*, ſpectat priuatum cuiuſque bonum, ſiue bonum eius qui honeſtè agit.

Vocatur *Ethica* ſpeciatim & *monaſtica*.

Sed videtur eſſe illius tradere communia, vt genus explicetur cum ſpecierum ſimpliciſſima.

Secunda præſcribit rationem *familiæ*, degendi in familia, & nuncupatur *œconomica*.

Tertia rationem condendæ, regendæ, & conſeruandæ *Reipublicæ*, & idicitur *politica*.

Atqui idem triplex officium noſtrum { aduerſum nos. / aduerſum familiares. / aduerſum ciues.

Triplex imperium, triplex obiectum.

Triplex incolumitas. n. noſtra, familię, & Reipublicæ.

Procurandaque { tertia cum ſecundæ diſpendio. / ſecunda cum diſpendio primæ.

Aliud eſt eſſe bonum virum, aliud bonum patremfamilias, aliud bonum ciuem.

Reſpub. differt à domo, familia, ſpecie, non ſola magnitudine & multitudine.

Quæ partium præcellentiſſima?

Prima ſi ſpectetur certitudo, quia ſimplicior eſt & prior.

Politica ſi dignitas doctrinę ex fine æſtimetur. De qua re apud Ariſtotelem.

De ſpeciali Ethica.

Quæ huc pertinent, comprehendantur { partim ex compendijs. / partim ex ſermone ſuperiori.

In ea { pars prior exponit communiora. / poſterior tradit cuique prȩcepta comparandi proprium bonum, & fœlicitatem propriam, per propriam virtutem.

Obiectiones aduerſus numerum.

Obiectio prima.

Omiſſa eſt pars *communis*. Reſpondeo reuocari ad primam ſpecialem; aut ex vtraque vnam componi methodum, quæ dicatur ſpeciatim Ethica.

Sed ferè duæ iſtæ partes confunduntur, permiſcentur, non autem ſeorſim proponuntur.

Obiectio ſecunda.

Ethica philoſophia eſt tam multiplex, atque prudentia Moralis.

Digitized by Google

N. quia prudentia occupatur in ſingularibus: ideo diuiditur in plures, & minutiores partes, quæ tamen ad tres reuocantur.

Obiectio tertia.

Imperamus ſeruis, non ſecus atque nobis, pueris noſtris, & ciuitati.

Reſpond. imperium ſeruile ſiue herile reuocari ad paternum, & œconomicum.

Obiectio quarta.

Officium viri boni aduerſus *viciniam*, differt ab officio eius aduerſus *ciuitatem* reliquam. Ergo quarta diſciplina eſt opus cui pro argumento proponatur vicinia, vt politicæ Reſpublica.

Diſt. Ant. ſecundum magis & minus, C. ſpecie & natura, N.

Obiectio quinta.

Eiuſdem eſt artis mederi vni, & vniuerſis.

Diſt. ſecundum eandem comparationem, C. ſecundum diuerſam, N.

Politica inquis imperat tum vniuerſis, tum ſingulis.

Diſt. { quatenus ſunt ciues, & pars ciuitatis, C. / quatenus ſunt cupidi boni priuati, & pars familiæ, N.

Ars medica imperat omnibus hominibus, ſed non quiduis. Ethica pariter & œconomica.

Obiectio ſexta.

Iuſtitia quæ officium eſt ciuis aduerſus ciuem, explicatur in particulari ethica, p. quinto Ethicorum. Ergo politica non eſt opus.

Diſt. Ant. { quatenus eſt præſidium Reipub. N. / quatenus eſt ornamentum viri boni & iuſti, C.

Idem vario nomine pertinet ad varia. [·]

Obiectio ſeptima.

Ethica eſt pars politicæ, ex 1. Ethicor.

Diſt. { ſi Politica ſumatur pro tota Morali, C. / ſi pro tertia parte, Diſt. { ratione materiæ Moralis, C. / ratione ipſius ethicæ, N.

Obiectio octaua.

Pars tractatur vbi totum. Ergo homo in œconomicis, familia in politicis.

Diſt. Ant. { quatenus conſideratur tanquam pars, C. / quatenus ipſa per ſe aliquam totius rationem obtinet, propter ſe eſt, & ſibi aliquomodo, N.

Si quis homo exiſteret ſolus in naturâ rerum, egeret ethica non politica.

Homo vt homo eſt ciuis.

Diſt. inclinatione, C. actu, N.

Digitized by Google

Obiectio nona.

Aduersus præstantiam.

Habet se { vt *vir bonus* ..... ad *bonum magistratum* } ratione boni.
{ ita ethica specialis, ... ad politicam, siue ciuilem }

Sed præstat esse virum bonum, quàm esse { bonum magistratum. / bonum ciuem,

Ergo Ethica est præcellentior & melior, quàm Politica.

Dist. S. { si spectetur bonum eius, qui est magistratus, aut ciuis saltem, C.
{ si absolutè bonum, bonum ciuitatis & alienum, N.

Præterea negatur propositio quia peruersè fit comparatio.

Nam { non habet se vt vir bonus ad bonum magistratum, ita Ethica specialis ad politicam, &c.
{ sed { vt vir bonus ad bonam ciuitatem,
{ ita Ethica ad politicam.

Item { vt qui facit virum bonum ad bonum magistratum, qui facit bonam ciuitatem.
{ ita etiam Ethica ad politicam.

Obiect. Nonne inquis politicæ finis est imperare, bene imperare?

Resp. neutiquam: sed est bona & beata vita totius ciuitatis.

Etenim si Politicæ finis foret imperare, liceret regnandi causla ius violare.

Liceret per euersionem probitatis ad imperium sibi facere viam.

Siquidem licet per inferioris finis euersionem & perniciem contendere ad superiorem finem.

Licet comburere domos vt seruetur oppidum, licet corrumpere lignum vt excitetur focus, &c.

CAPVT V.

De Ethicis Aristotelis.

De Ethicis ad Nicomachum.

Quis auctor huius operis?

5. de finibus.

Dubitat Cicero { sint ne scripta ab Aristotele ad Nicomachum filium.
{ an à Nicomacho Ethica.

A Laërtio tamen citatur sententia quædam de summo bono, quæ extat lib. 10. huius operis, eiusque laudatur Aristoteles.

Præterea harum commentationum scriptor analytica sua citat exotericos, sermones, & Encyclia siue circularia.

Digitized by Google

Doctrina sane Peripatetica est & Aristotelica.
Eaque conformis magnis Moralibus ad Eudemum.
Siue pater eam consignauit scriptis, siue filius.
Cuius dubitationis diiudicatione doctrina nec deterior futura est, nec melior.

Quis Stylus & character?

Typicus & popularis & rudis non accuratus. De qua re Aristoteles.

Quæ summa decem librorum?

Primus liber occupatur { partim in præfando. / partim in astruenda & explicanda fœlicitate. / partim in partibus proponendis animi, & virtutis.

2. indagatur virtutis natura, ortus, interitus, auersio ab immoderatione, commercium cum voluptate, & dolore, ac diuisio.
3. { primum aperitur principium humanæ actionis. n. consultatio & electio manans à libertate voluntatis. / deinde de temperantia, & fortitudine agitur.
4. agitur de liberalitate & magnificentia ..... magnitudine animi, & honoris appetentia ..... de clementia & seueritate .... de facilitate, veracitate, vrbanitate, verecundia.
5. de *iustitia* & de speciebus eius, de lucro, damno, & iniuria, iusto, & iustè facto, æquo & bono.
6. de virtutibus dianoëticis. n. opinione & fide, intellectu, scientia, sapientia & arte, potissimumque de prudentia.
7. de virtute heroica, continentia, temperantia, & voluptate, deque contrariis.
8. et 9. de amicitia & inimicitia.

Decimus liber à voluptatis explicatione regreditur ad *fœlicitatem*, quæ dicitur contineri contemplatione, & actione, postulareque institutionem vniuersalem, & particularem, publicamque magis, quàm priuatam.

Finis.

Digitized by Google

IN DECEM LIBROS ETHICORVM AD NICOMACHVM.

PARTITIO LIBRI PRIMI.

TRibus capitibus primis Aristoteles docet esse aliquem vltimum finem humanarum rerum: eam politicæ proponit, politicam non esse admodum accuratam disciplinam.

Nouem capita quæ sequuntur explicant fœlicitatem.

Vltimo capite ponitur diuisio partium, facultatum, animi, & virtutum.

SVMMA CAPITIS I.

Omnis ars, &c.

De {bono-, fine, artibus.} Omnis ars & Methodus, [omnis cognitio cap. 4.] omnis actio & electio [omnis electio cap. 4.] atque adeo humanæ omnes actiones, & res videntur appetere aliquod bonum, & sibi proponere tanquam finem.

Ideoque.

Bonum definitur id quod res quæque (res aliqua) appetit ac [propositum pro fine habet.]

Finium autem.

Finis {aut est *actio* tantum [vt in Theoreticis & propriè practicis disciplinis.]
aut *opus* præter actionem, vt ædificium, vestis.}

Finis posterior {siue sit actio, siue sit opus} est priori præstabilior, vt pax, victoria:

Sanitas curatione in arte medica.

Obiect. Non semper inquis medicus sanat: Ergo sanitas non est medici finis.

Resp. negandum consequens, quoniam artes *coniecturales* non semper finem assequuntur, vt medica, militaris, &c.

Et quoniam.

Pro varietate {actionum, artium, scientiarum} *fines* [proximi & proprii] sunt varii.

Digitized by Google

Alius ſartoriæ finis, alius ſutoriæ.

Quæ autem.

Quando ex artibus vna alteri ſubiicitur & ſubordinatur tanquam dominæ & *Architectonica*, vt ars equeſtris militari, &c. finis huius ſubalternantis, quàmillius *ſubalternata* optabilior eſt.

[*Propter quod vnum quodque tale, & illud magis.*]

Ideò finis [ſcientiæ politicæ] cui reliquæ artes, & ſcientiæ ſubiiciuntur, præcellentiſſimus eſt.

IN IDEM CAPVT,

Scholia.

Omnis ars.

Propoſitionis huius variæ interpretationes circonferuntur: prima hæc.

Humana operatio { aut mentis, quæ { vel Theoretica, vt Methodus. / vel eſt practica, vt ars. } / aut appetitus, quæ { vel elicita, vt electio, προαίρεσις. / vel imperata, vt actio, πρᾶξις. } }

Secundà autem inſtituitur in huncce modum.

Actio humana { vel elicita, ſeu ipſius voluntatis. n. *electio*. / vel imperata, quæ pertinet { vel ad Theoriam & eſt *Methodus*. / vel ad πρᾶξιν, eſtque ars. / vel ad effectionem, eſtque *actio*, ſeu πρᾶξις. } }

Euſtratius tertiam profert interpretationem.

Huic { τέχνη, ſiue ars eſt comprehenſio notionum ad vnum tendentium finem, ſimulque exercitarum. / *Methodus* eſt habitus mentis vera cum ratione ſeruiens ad aliquid. / πρᾶξις humanum factum conſilio congruens. / *electio* eſt iudicium, quo ex duobus propoſitis vnum præfertur alteri, congruenter appetitioni. }

Quarta interpretatio eruitur ex ipſo textu Ariſtotelis.

Infrà enim ponetur { cognitionis nomen, pro Methodo & arte. / electionis nomen, pro πρᾶξι & electione. }

Omnino citra religionem vſurpantur hæc vocabula;

n. { nomen *artis*, methodi, & cognitionis, vt ſignificentur quæ ſunt *mentis*. / nomen *actionis* & electionis, vt ſignificentur quæ ſunt *appetitus*. }

Digitiz Google

Bonum aliquod.

Bonum non appetitur nisi apparens.

Apparens bonum { aliud est vere bonum, vt amare patrem. / aliud specie tenus, vt vltio.

Finium autem.

Actiones transeunt, vel immanent: hinc varietas finium, opus, operatio.

Medicinæ.

Artes Stochasticæ, seu coniecturales non semper assequuntur finem vltimum.

Quæ autem.

De causarum subordinatione non est huius loci agere.

Fines { subordinantur, tumque posterior dicitur præstãtior, vt sanitas quàm medicatio. / vel non, tumque { vel ad communem finem vlteriorem referuntur, vt Architectura & Sutoria, potiorque iudicandus quô conducibilior ad communem finem p. bonum ciuitatis. / vel non, & difficile est iudicare de præstantia. p. si quæratur vter finis sit præstantior, margaritæ, an adamantis.

Posterior finis optabilior, quia id propter quod aliud est optabile, & ipsum magis est optabile.

Obiectiones.

Prima. Pluris fit { sculptor typorum, & literarum, quàm typographus. / culter vnus pennarius, quàm vna penna.

Ergo finis vlterior non est præstantior, neque artes optabiliores præstantiores.

Dist. Ant. { quatenus satisfacit { vnus sculptor pluribus typographis / vnusque cultellus pluribus pennis } Cõcedo. / simpliciter vero, absolutè & per se. N.

2. Etiam si sculptor vnus vnico duntaxat typographo suppeditet typos.
Dist. propter difficultatem operæ C. simpliciter. N. vel sic distingue.

Dist. { si vtriusque opera per se expendatur, nec referatur aliô C. / si autem referatur ad scripturam, & picturam vocum. N.

3. Actiones animi & mentis sunt præstantiores actionibus corporis.

Sed in Architectura { cognitio quæ prior finis, est mentis agitatio. / ædificatio vero, ad quam notitia refertur, tanquam ad vlteriorem finem corporis, est actio.

Ergo

Digitized by Googl

Ergo non ſemper vlterior finis eſt præſtantior.

Diſt. P. { eſſentia ſua C. / ad quemuis finem. p. ad habitationem. N. de quadiſtinctione capite ſequenti.

Difficiliora ſunt præſtantiora: Atqui ſculpere quàm excidere eſt difficilius: Ergo, &c. 4.

Nega propoſitionem: pulchra ſæpe difficilia, non tamen pulchriora ſemper difficiliora, vel contrà. De qua re alibi.

Meliora pluris væneunt in Republica, ſaltem eodem tempore & loco. 5.

Diſt. { ſi ſunt eiuſdem ſpeciei, panis & panis, ſculptor & ſculptor C. / ſi ſint diuerſæ ſpeciei, vt ſculptor & typographus, panis & Margarita, &c. N.

Præſtantia debet eſſe menſura pretii in ciuitate. Neganda propoſitio: quia neceſſitas & egeſtas potius eſt menſura, vt dicendum in Moralibus: cariora illa quibus magis indigemus. 6.

Quod largitur bonitatem præſtantius quàm quod accipit. Atqui pharmacum quod refertur ad ſanitatem tanquam ad finem, efficit ſanitatem: proindeque largitur illi bonitatem: Ergo pharmacum ſanitate præſtátius eſt, priorque finis poſteriori. 7.

Diſt. P. { ſecundum eandem & comparationem C. / ſecundum aliam vel quamuis rationem & comparationem N.

Diſt. S. { tanquam efficiens cauſa, eaque inſtrumentaria C. / tanquam finis N.

Nego concluſionem, quia viciſſim ſanitas tanquam finis reddit pharmacum bonum & optabile, finis autem eſt præſtantior cauſa quàm efficiens.

Actiones virtutis ſunt deteriores homine, quia accidens ſubſtantia deterius eſt; Atqui virtutis actiones ſunt finis hominis. Ergo aliquando finis deterior eſt rebus quæ ad finem referuntur. 8.

Diſt. P { in abſtracto C. homo nobilior actione. / in concreto. N. homo deterior quàm homo benè agens.

Diſt. S. { partialis C. ſunt enim finis *quo*. / totalis. N. vt conſtat non eſſe ex diuiſione finis.

Diſt. Concl. ſi ſumatur in abſtracto & partialiter C. ſecus N.

Digitized by Google

CAPITIS II.

Summa tribus comprehenſa ſyllogiſmis.

De ſummo bono.

Ratiocinatio prima dari ſummum bonum.

Atqui ſi quod eſt.

Si quis eſt *finis* rerum agendarum humanarũ, qui propter ſe expetatur, & propter quem cætera expetantur.....id *bonum* eſt & optimum, ſummumque bonum: Eſt autem aliquis, quoniam alioquin quiduis eligeretur & concupiſceretur propter aliud.

Regrederemur in infinitum: inanis foret appetitus. Ergo, &c.

Huius ergo.

Ratiocinatio ſecunda. Spectandum eſſe.

Si optimi ſummique boni notitia magnum ad vitam momentum habet, ponendum eſt quaſi *typo* circonſcribere, quid ſit & cuius ſit ſcientiæ & facultatis.

Atqui { vt ſcopi intuitus ſeſe habet ad Sagittarium. / ita ſummi boni conſideratio ad vitam. Ergo, &c.

Et ſanè par eſt.

Ratiocinatio tertia. Proponi politicæ.

Ei ſcientiæ & facultati, quæ eſt maximè *domina* & *architectonica*, quod pro fine proponitur, id optimum bonum.

Politica autem eſt maximè domina, & Architectonica: præſcribit enim quas ſcientias & facultates diſcere oporteat, & *quatenus*, & à quibus abſtinere in ciuitate.

Vtitur cæteris practicis, etiam honoratiſſimis. p. imperatoria.

Finis ipſius reliquarum continet fines.

Ergo Politicæ finis eſt bonum *humanum*, ſummum hominis bonum.

Vt enim.

Bonum quò *communius* eò *melius*: maius (ſi cætera ſint paria.)

Sed bonum ciuitatis & politicum eſt *communius*, quàm vnius viri bonum. Ergo eſt diuinius, & maius.

Hoc autem propoſitum habet diſciplina hæc: quia eſt *politica* quædam.

IN IDEM CAPVT.

Monita & annotationes.

Circa primum ſyllogiſmum.

Conſtat rerum humanarũ eſſe *aliquem finem:* quia omnis ars, omnis methodus &c. aliquid tanquam finem concupiſcit.

Vt autem { ſi datur motor, datur & primus. / ſi datur materia, datur & prima.

Digitized by Google

Ita etiam si datur *finis*, datur & *vltimus*.
Primò quia res finita non capit perfectionem infinitam.
2. quia finis debet *quietis* rationem obtinere.
3. quia non regredimur in infinitum in negotio caussarum. De qua re Tract. de caussis.
Si regrederemur, inanis foret appetitus: quia innumerabilia nequeũt percurri

De isto axiomate.

Hoc axiomate quod innititur sapientiæ, naturæque crebrò vtitur Aristoteles.

Non datur progressus in infinitum.

Ergo { datur vltimus finis, qui moueat, nec moueatur.
datur primus motor, (prima efficiens caussa. p. Deus) 8. Physic.
materia & forma sunt principia prima & ingenerabilia 1. & 2. Physic.
dantur principia prima demonstrationum, &c.

Non datur autem hic progressus in infinitum; quia si daretur, nõ fieret mot⁹. Infinitum enim tempore finito non percurritur.

Nullo-ne modo in causis datur progressus in infinitum?

Dist. { non datur { neque in causis diuersi generis, quia pauca sunt causarum genera.
neque in causis eiusdem generis essẽtialiter subordinatis.
secùs verò dari potest.

Luculentior responsio.

Causæ { per *accidens* iungũtur in infinitũ, vt musicus ędificat, homo ædificat, &c.
per se { *independentes*, in infinitum. vt artifices in ciuitate.
dependentes { *diuersi generis*, non in infinitum, quia sunt tantùm quatuor, aut quinque genera causarum.
eiusdem { non *subordinata* in infinitum, vt equi iugales.
subordinata { *accidentario*, in infinitum, vt pater & filius.
essentialiter non in infinitum. *Obiect.*

Nullus ne, inquis, inanis appetitus?

D. { si loquamur de *elicito*, sæpe frustra est, frustratur fine, nanque appetuntur etiam impossibilia. (licitatem, &c.
quod si loquamur de *innato*, & naturali, cuiusmodi est propensio ad fœ-

Hic { in toto *genere* nunquam est frustrà & inanis.
sed in aliquo *indiuiduo* potest frustrari fine, vt facultas generandi in virgine.

Imo in *sexu* vno vt procliuitas ad *lac* in virilibus mammis.
Imo etiam in tota aliqua specie, vt procliuitas illa in vberibus mulæ; et forsan pronitas ad videndum in oculo talpæ:

Obiectio prima.

Quod non assequitur finem frustra est, nec fit à naturâ. 2. Phi.
D. { si neque in specie neque in genere C.
sin assequitur in aliquo indiuiduo, N.

Digitized by Google

Secunda obiectio.

Si est vnus aliquis vltimus finis rerum humanarú, in eo summum bonum est.
Sin autem (plures vltimi fines in iis ipsis) vel in eorum præstantiori collocandum summum bonum.

At qui ex libro 10. sunt duo. n. { contemplatio. / actio.

Ergo non est vnicus vltimus finis rerum humanarum.
Resp. ad S. esse duos partiales, vnicum totalem.
Præterea si sint duo vltima, Aristoteles in eorum præcellentiori videtur summum bonum collocandum illic pronunciare. De qua re alibi.

Circa secundum & tertium syllogismum.

De secunda ratiocinatione.

In omni disciplina practica quæruntur *media*, siue instrumenta, instrumentum vtile: Vtilia ex fine æstimantur. Ergo spectandus finis.

Est-ne Ethici agere de summo bono?

Summũ bonum { absolutè non pertinet ad Philosophiam hãc, cùm sit etiam Angelorum.
secundũ quid { p. humanum generatim spectatum nõ est huius Philosophię: quia complectitur etiam contemplationem.
speciatim { si Theoreticum, non est Ethicum. / si practicum consideratur, est Ethicum.

De tertia ratiocinatione.

Scientia præstantissima finem propositum præstantissimum habet.
Politica est eiusmodi: quia est domina & architectonica, imperat aliis, & iisdem vtitur.
Ergo Politica finem propositum habet excellentissimum.

Monitum De imperio, seruitute, & necessitate rerum in Rudimentis Moralibus.

Quibusnam disciplinis imperat politica?

Practicis omnibus imperat, iisq; vtitur politica: si ars tuẽdi & exercendi religionẽ excipiatur: quæ tamẽ ipsa est *politica* quædã, vt *ecclesia* est instar regni.

Theoreticis { imperat secundum quid tantum: quatenus censẽtur aliquo modo inter res politicas: quatenus prosunt obsuntue Reip. / propriè & absolutè non imperat: vt nec imperat Deo & religioni, sed potius imperat in eorum gratiam.

Quomodo imperat?

Primò eius est artes *permittere*, *prohibere*, & *iubere*.
2. præcipere quam quisque artem exercere { debeat. / aut permittatur.
3. præscribere omnibus *modum*, atque leges quib° procuretur vtilitas ciuitatis.

Digitized by Google

Præſcribit { operis { *formam* / *materiam* } qui vtitur opere, vt citharœdus.
confectionis rationem, qui conficiendo præeſt. De qua re in ſermone de artibus.

Obiectiones.

Quod conſulere non poteſt, non debet imperare. *Prima.*
Politica non videtur poſſe conſulere ſutoriæ arti, & ſimilibus (cùm ignoret earum rationes & pręcepta.) Ergo, &c.
Negatur S. ſed vrgemur confirmatione.
Quod ignorat, illud non imperat *ductu.*
Atqui politica & politicus non nouit ſutoriam, ſartoriam, &c. Ergo. 2.
Diſt. Sumpt. { quatenus habent priuatas rationes, C. / quatenus obſunt proſuntue Reip. N.
Nouit politicus ſcopum ad quem referri debent, n. vſum Reipublicæ.
Quod imperat, illud imperat ductu, aut impulſione, &c.

CAPITIS III

Styl us.

Summa.

In qua tractanda.

Eruditus qui pędiam habet, non requirit ἀκρίβειαν accurationem, & ſubtilitatem in ſermone & conficiendo opere ..,.... niſi quantum patitur natura & conditio materiæ quæ tractatur.
Atqui res *honeſta, iuſta,* & *bona,* & omnino res humanæ, in quibus politica verſatur, nequeunt accuratè demonſtrari. *Obiectum.*
Sunt enim ita inconſtantes, vt lege & arbitrio hominum, non natura conſtare videantur (cueniunt non ſemper, ſed plerumque tantum.)
Ergo philoſophia Moralis tractanda eſt quaſi typo, & rudi Minerua.
Æquè eſt abſurdum in Mathematico tolerare probabilitatem, & exigere ab Oratore demonſtrationem.
Pędia { aliquando eruditio, potiſſimum liberalior. / primo de partibus vis qùa perſpiciéter iudicamus quidnam rectè, aut non rectè dicatur, ideo eſt logica quędam prudentia. *Pedia.*

Quæ autem nouit.

[Ineptus eſt auditor diſciplinę practicę, qui per ętatem vitiumue neque poteſt comprehendere pręceptum, neque ad vſum adhibere.] *Auditor.*
De humanis actionibus, & pręceptis iudicare non poteſt qui illarum eſt imperitus, & inexpertus, vt qui iuuenis moribus.
Pręterea non poteſt exercere illas, qui *perturbatione* non *ratione* regitur, vt iuuenis, atque impotens, ſiue incontinens.

Digitized by

Ergo qui *impotens*, qui *iuuenis* moribus, non ſunt idonei auditores huius philoſophiæ.

At verò.

Idoneus auditor huius philoſophię ille, qui iam coërcet ſuos affectus, ſuas paſſiones.

IN IDEM CAPVT.

Notæ quædam.

In qua tractanda, &c.

Materia vna eſt ex menſuris operum.

De inconſtantia iuſtarum & iniuſtarum rerũm, Plato primo de Repub.

De ſcientię argumento in Logicis.

Item de duplici charactere orationis peripateticę { rudi. / accurato. } ¶

Plerumque.

Quæ ſciuntur { ſi propenſio naturę ſola conſideretur, omnia eueniunt ſemper, ſeu ſemper eodem modo. / ſin actus { quędam ſemper eueniũt vt eclipſes ſemper ſtatis temporibus. / quędam plerumque tantum, vt homo bipes. }

Demonſtrare *accuratè* & demonſtrare *typo*, hęc metaphora ducitur ab architectis, & pictoribus prima ducentibus lineamenta.

Accuratè agere & conſectari ſimilitudines pari modo opponuntur apud Ariſtotelem. De qua re alibi.

Eruditi, πεπαιδευμένοι.

παιδία ex initio librorum de partibus, eſt via qua perſpicienter iudicamus, quidnam rectè, aut non rectè dicatur.

Eſt Ergo quædam logica virtus, ſeu Logica quędam prudentia.

Quæ autem, &c.

.j. ille demum idoneus eſt iudex qui nouit.

Alioquin vitioſus foret ſyllogiſmus in prima figura ex neganti ſumptione.

Digitized by Google

APPENDIX AD TRIA SVPERIORA CAPITA.

SEV

BREVIS DISPVTATIO DE APPETITV, Politicæ argumento, ſtylo, et auditore.

CAPVT PRIVS.

De Appetitu.

Nomen.

APpetunt { propriè ea tantum quæ cognoſcunt .n. Deus, Angeli, animalia.
impropriè cætera per analogiam, vt arbores, lapides.

Per eandem analogiam dicuntur etiam odiſſe, amare, delectari, immò etiam & ſcire, & noſſe. Nam ex. gr.

lapis dicitur { noſſe vbi ſit centrum, quæ ſit ad centrum via, quia vim habet per quam eò tam rectà feratur, atque ſi propriè noſſet.
centro *delectari*, quia ſe in centro detinet, perinde atque ſi plurimum illinc voluptatis caperet.
odiſſe *ſuperiorem locum*, quia perinde illum fugit, atque ſi odio perſequeretur, &c.

Appetitus generatim vt hîc eſt affectus ex bono. Speciatim eſt affectus ex bono abſenti.

Quid, & quotuplex?

Appetitus eſt procliuitas ad bonum .p. cum viſus tendit ad viſibile, auditus ad ſonum, pronitas ad centrum mundi.

Appetitus { vnus eſt ſine actione & motione, vt grauitas, mens, voluntas.
alter actio & motio illius procliuitatis, vt motus rei grauis in præceps, ſeu deorſum.

Appetitus { impropriè dictus, vt grauitas, mens, leuitas.
propriè { *naturalis*, & habitualis .n. facultas ipſa concupiſcendi, ſeu voluntas & ſenſitiuus appetitus.
elicitus & actualis, ſeu actio per quam appetit voluntas, aut ſenſitiuus appetitus.

Impropriè dictus fertur *ad bonum* ſub ratione alia à ratione boni.

Digitized by Google

Fertur ad bonum ex. gr. { mens, tanquam ad verum. / oculus, tanquam ad visibile. / auditus, tanquam ad audibile. } 5

Propriè dictus fertur ad bonum sub sola ratione boni, & optabilis, neque locum habet nisi in rebus quæ cognitionis sunt participes. n. voluntas & appetitus sensitiuus, cum vtriusque appetitionibus.

Appetitus vulgo statuitur duplex .n. { naturalis. / elicitus. }

Sed duplici sensu statui videtur posse.

Primò appetitus { elicitus sola appetitio voluntatis, aut sensitiui appetitus. / naturalis quilibet alius, seu quęuis alia procliuitas ad bonum, siue propriè, siue impropriè appelletur appetitus.

Secundò vero appetitus deduci videtur posse in naturalem & elicitum.

Ita vt { naturalis sit quęuis procliuitas ad bonum sine actione & motu: vt voluntas, grauitas, mens, visus. / elicitus verò sit quęuis actio & motio, quę tendat ad bonum, vt intellectio, volitio, descensus, visio, &c.

Consule quæ docuimus in morali descriptione, item quæ dicentur de perturbationibus.

Quid appetitur?

Nihil appetimus nisi *videatur bonum*, quemadmodum nihil videmus nisi sit visibile.

Possumusne aliquid appetere quod nobis videatur malum?

Dist. { si nullo modo videatur congruens & bonum, non possumus. / si verò ita videatur malum, vt etiam ex parte alia videatur bonum, possumus, vt cùm quis peccat certa ex malitia.

Allubescentia & optabilitas boni propriętas est, &c.

Suntne meliora quæcumque optabiliora?

Dist. { si optabile interpretemur *amabile* & expetendum, sunt. / si verò *eligibile* & eligendum, non semper sunt.

Non prius potiusque eligenda, quæ *meliora*, sed quę magis *necessaria* & origine priora, &c. vt fundamentum.

CAPVT POSTERIVS.

De Politicæ doctrinæ genere, & auditore.

Politicæ seu politicę scientię, (sic enim appellatur lib. 6.) nomine videtur Aristoteles vniuersam Morum disciplinam comprehendere.

De doctrinę huius genere consulendum caput 4. huius libri, quę docuimus in prefatione huius libri.

De auditore.

Digitized by Google

De Auditore.

Beatitas Aristoteli paratur { sapientia / probitate } vtraq; hæc { natura, / arte, / exercitatione.

Doctrina practica tum demum est integra, quando cum præceptis coniuncta est *exercitatio*, non enim dicitur didicisse saltare, pingere, canere, qui comprehendit quidem præceptiones saltandi &c. nunquam tamen eas exercuit.

Ergo in futuro auditore disciplinæ Ethicæ desiderantur hęc;

.n. { primùm *animus*, seu voluntas benè viuendi & discendi. / deindè *facultas* { vna per quam principia disciplinæ capere, & præceptiones dijudicare possit. / altera verò qua easdem exercere possit.

Porrò { illa est mens quędam practica, de qua loquemur alibi. / hæc { in Ethicis idem est cum bono animo, & appetitu. / in alijs disciplinis, secernitur facultas saltandi, à voluntate saltandi.

Omnino opus est bono animo, facultate præcipienti, & obtemperanti. De qua re in Compendio Morali.

Hinc fit vt iuniores & impotentes iudicentur parum idonei auditores philosophiæ Moralis, (ineptus enim dicitur qui parum aptus.)

Inepti { primò, quia non habent animum benè viuendi .p. abstinendi à voluptatibus. / secundò, quia non valent mente practica, & iudicio ad principiorũ, & præceptorum moralium comprehensionem. / tertiò quoniam parum valent voluntate, & mente quæ dux voluntatis, propter immoderationem affectuum & cupiditatum.

Inepti { *amentes*, quia nullo modo apti. / *iuniores* & impotentes, quia parum idonei.

Practica mens obseruanda & obseruata alibi triplex;

.n. { prima, quæ regat *mentem* ipsam, & informet logicis præceptionibus. / secunda, quę voluntatem & *appetitum* regat, vitæ sit magistra. / tertia, quæ gubernet vim *motricem*, appetitui subseruientem.

Naturæ nostræ corruptela, vitia & perturbationes secundam magis turbant & deprauant, quàm duas reliquas, vt docebitur alibi ex Aristotele.

Obiectio.

Principia & axiomata, quibus innititur philosophia de moribus, hæc præcipua.

Agendum est propter finem. datur vltimus finis.
Datur optio, libertas, honestè viuendum est,
Bonum est quod ratio quando adest tribuit, tribueretue si adesset:
Homo natura ciuis, studium sui maximè naturale,

Digitized by Google

Non eſt faciendum alteri quod tibi factum nolis.
Suum cuique tribuendum; Ne quid nimis, &c.

Atqui iuuenes & pueri videntur iſta comprehendere, iſtis aſſentiri.
Ergo capiunt principia moralis diſciplinæ.

Diſt. Sumpt. { dum ſpectantur generatim & confusè, C.
{ quando applicantur & contrahuntur in præcepta anguſtiora, N.

Nouit ex. gr. puer honeſtè viuendum eſſe, & quando præceptum hoc proponitur nudum, aſſentitur; Sed cùm monetur voluptatem fugiendam eſſe vt honeſtè viuat, non aſſentitur.

Norunt omnes colendos eſſe parentes, & iuuandos, verùm cùm venitur vt cruciatibus, multiſque laboribus ſint iuuandi, tum vero reuocant in dubitationem, quod firma comprehenſione antea complexi videbantur.

Generalis autem notitia ad agendum, ſine minori & particulari eſt inefficax, opinioque ſcientiæ præſtat.

Concluſio diſtinguenda ad ſuperiorem modum.

Sæpè propoſitio generalis quæ videbatur maximè probabilis, dum coniungitur cum minori reuocatur in dubitationem.

Probabiliora { quædam dum ſpectantur generatim / quædam verò dum ſigillatim. } de qua re in logicis.

Arcendine qui parum idonei?

Artes { vel non *neceſſaria*, vt pictura & architectura, tumque qui parum eſt idoneus, dimittendus eſt alió.
{ vel *neceſſaria*, vt ars loquendi, benè viuendi.

Non igitur ſi quis offenditur parum aptus ad Moralem artem, ideò non eſt docendus, atque inſtituendus.

Sed parentes, præceptores, legiſlatores, & magiſtratus dare operam debent, vt ex inepto, idoneus efficiatur.

Ad eamque rem debent adhibere dolorem, voluptatem, præmia, ſupplicia.

Neque mens Ariſtotelis alia, quidquid dicant calumniatores.

Lege caput vltimum lib. 10. item præfationem & Compendium.

Cæterùm in practicis non modò mens imperat, verumetiam voluntas, quáquam diſpari modo.

Imperatque { vt in Logica, mens menti.
{ ita in moralibus, appetitus appetitui, voluntas voluntati.

Quàm difficulter obtemperet voluntas voluntati, notum eſt, & dicetur alibi.

De materia Philoſophiæ Moralis.

Conſulenda quæ docuimus in præfatione, quæ in Apodicticis, & 10. Ethicor. item quæ initio lib. 2. & quæ libr. 2. Rudimentorum Dialecticorum.

Digitized by Google

CAPITIS IIII

De beatitudine.

Summa.

Nunc repetito.

Omnis cognitio & electio appetit bonum quoddam.
Politica appetit summum (bonum humanum) quid sit quærendum.

Conceditur beatitudo. Quid sit quæritur.

Constat quidem.

Consentiunt mortales de nomine fœlicitatis.
Vocant *eudæmoniam*, benè viuere, bene agere, fœlicem esse, summum bonum.

consentiunt de nomine non de re

Quid sit.

Dissentit de fœlicitate tum sapiens ab imperito, &c. tum idem à se ipso, p ab ægro sanus, &c.

Et omnes.

Exquirendæ sunt sententiæ de fœlicitate, [non omnes omnium, sed probabiliores tantum.]

M. logicum de methodo.

Hoc autem.

Vna methodo & via progredimur à *principio ad finem*.
A prioribus secundum naturam exequentem ad posteriora.
A caussis ad effectus, vt à ratione ad risum, à flore ad fructum.
Altera contra, à *fine* progredimur ad *principia*, ab effectis ad causas.
Ordiendum est [per dialecticæ leges] à notioribus.
Notiora { quædam secundum *naturam* .n. simpliciora, & causæ.
quædam secundum *nos* .n. effectus & fines, vt domus quàm fenestra.

via à primo ad primum.

Ac nobis.

Vtendum est in Ethicis methodo, via, & ordine posteriori.

Ethica methodus.

Quocirca.

Qui progreditur à notioribus secundum nos, ponit rem esse.
(Ponuntur non probantur ea vnde eruuntur præceptiones.)
Atqui hinc progredimur { in philosophia de moribus
& in alijs disciplinis practicis.
Ergo ponimus rem esse, supponimus ex. gr. hæc.
Bonum esse abstinere à voluptate corporis.
Honeste viuendum esse, neminem ladendum, &c.
Iam qui non ponit nec admittit quæ sunt ponenda, non est idoneus auditor: *Improbi* porrò non ponunt.
Ergo non sunt idonei auditores, &c.

Corollarium de auditore.

Digitized by Google

Hominum.

Sapientissimi. *Sapiens.* *Inutilis.*

Hominum { quidam vident ipsi per se quid sit agendum, illudque agunt, qui *optimi.*
quidam non vident ipsi per se, sed obtemperant rectè monentibus, qui *boni.*
quidam neque vident ipsi, neque obtemperant benè monentibus, atque hi *praui.*

CAPITIS V

Summa.

Quæ aliena examinanda sententia.

Vndè æstimandæ sententiæ de fœlicitate?

Ex tribus hominum generibus opiniones de fœlicitate sunt æstimandæ, quia hominum genera præcipua tantum;

n. { voluptuarij [propter *multitudinem.* } propter dignitatem.
politici, & elegantes homines.
philosophi contemplationisque studiosi

Ac multitudo.

Primum. Voluptas.

Voluptuarij fœlicitatem ponunt in *voluptate*, sed perperàm.

Quia { voluptas est / beatitudo non est } homini communis cum belluis. ¶

Expoliti vero homines.

2. *Honos & gloria.*

Elegantes homines, qui accedunt ad Remp. gerendam, fœlicitatem ponunt in *honore.*

Sed malè primò quia honos est quid *leuiusculum.*

Secundò quia { fœlicitas est in *beato* & honorato. / honos non est in honorato, sed in *honorante*, (cum sit quædam aliorum opinio de nobis.)

Tertiò quia *virtus* honore est melior, summo bono melius nihil.

Virtus tamen non est summum bonum, & fœlicitas.

Occupatio de virtute.

Primò quia { (summum bonum est bene agere.) / qui virtute est præditus potest quiescere, & agere nihil. ¶

Secundò quia { vir bonus potest versari in miserijs. / qui miser vt sit beatus non est tamen beatissimus.

Tertium genus.

3. *Ipsum bonum.*

Philosophi maximè verò Platonici summum bonum ponunt in bono separato à materia in idea boni. De qua sequenti capite, siue in *bono ipso.*

Diuitiæ sunt *vtilia bona*, & laboriosa.

Propterea referuntur aliò, expetuntur propter aliud, nec sunt summum bonum.

Digitized by Google

IN IDEM CAPVT, NOTÆ.

Sardanapalus.

Vulgus eruditur { *exemplo*, potiusquam præcepto.
exemplo magistratus, potiusquam aliorum legendus Aristoteles 7. & 10. Eth.

Auguramur.

Dubitãter.

Rectè quia res nondum demonstrata est.
Inter dormiendum non sunt liberi animorum motus.
Proinde actiones non sunt tunc absolutè morales.

Propositi.

Paradoxũ

Thesis seu propositum significat paradoxum: legendum caput nonum libri primi Topicorum.
Circulus 1. de demonstratione cap. 9. significat quoddam carminis genus.
Carmina quædam Aristoteles ediderat de beata vita, quæ instar circuli in suum caput desinebant, ea dicebantur ἐγκύκλια.
Narrantur ab Agellio cap. 3. lib. 20. *circularia* problemata. Circularia interpretamur popularia.
De Encycliis alibi in sermone de Aristotele.

CAPITIS SEXTI SVMMA.

Sententia Platonicorum Philosophorum.

Opinio Platonis.

Atque his quidem.

Summum bonum statuebat Plato in bono vniuersali [in ipso bono, ideaue boni.]
Cuius sententiæ difficilis refutatio,
Quia Plato præceptor & Xenocrates condiscipulus chari sunt Aristoteli.
Sed nihil veritate oportet esse charius, præsertim philosopho. *Refutatio.*
Itaque hæc sententia refellitur.

Qui hanc sententiam.

Eorum quæ dicũtur per prius, & posterius, vt numerorum, non datur *idea* [vna.] *Prima.*
Atqui *bona* sunt eiusmodi (nam in bonis subordinatio.)
Ergo *bonorum* non est astruenda *idea.*
Præterea *ens* & bonum reciprocantur, ens & bonum totidem dicuntur modis. *Secunda.*

Digitized by Google

Ens autem nequit vna idea & ratione comprehendi: Ergo nec bonum.

3. Quæ idea vna continentur, etiam *scientia* vna concluduntur.
Atqui bona etiam quæ eiusdem categoriæ pertinent ad varias scientias, non ad vnam tantum. Ergo, &c.

Sed quærat aliquis.

4. *Ipsum bonum*, idea boni, non differt à bono definitione, sed tantum quia est durabilius & æternum.
Occupatio
[Ipse equus differt ab equo perpetuitate, non definitione.]
Ergo non est [simpliciter, & vt decet esse summum bonum, sed secundum quid tantum] melius & præstabilius.
Nam vt quod diutius est candidum, non ideo candidius est:
Ita quod diutius bonum, non propterea est absolutè, simpliciter & in suo genere melius.

Mihi vero:

5. [Pythagoreis vnum, siue vnitas est vnum ex decem generibus & elementis bonorum.]
Platoni τὸ vnum, siue vnitas est *ipsum bonum*, & vniuersum genus, ad quod referuntur omnia bona. De qua re alibi.]
Satius est τὸ vnum, siue vnitatem facere vnam quandam [è decem] coniugationibus, & generibus bonorum, more Pythagorico.] quàm omnia bona reuocare ad τὸ vnum [siue ad vnitatem ideamue boni.]
[Hæc appellatur *vnitas*, vt cæteræ idearum numeri Arithmi.]

Nunc vero

6. Bonorum { alia *propter se* expetuntur, vt pax, sanitas.
alia *propter aliud*, vt effectiua, conseruatiua, bellum, pharmacum, &c.
Ergo bonorum non est vnicum genus.

Separatis.

7. Sane { aut sapere, benè valere, & consimilia, quæ expetuntur seclusis aliis [& propter se] sunt per se bona.
aut sola idea boni est per se bonum, (vt ipse equus solus est per se equus.)
Si illa omnia sunt per se bonum idea boni non erit vna: quia non cadunt in vnam definitionem, [etiam qua parte sunt bona.]
Si verò sola idea boni est per se bonum, erit inutilis: quia nulli alteri rei congruet illius definitio.

Sed quonam igitur modo.

Occupatio Quomodo res dicuntur bonæ? [si minimè dicuntur synonymè, vnaque ratione & definitione.]
Dicuntur non casu & [merè] *homonymè*.
Sed ab vno, aut ad vnum [seu attributiuè.]

Digitized by Google

Vel potius per *analogiam* [quæ ſit expers attributionis.]

Etenim. 8.

Hîc tantum quæritur bonum quod agatur, aut ſub actionem cadat.
Idea boni ſi detur vlla, non poteſt agi vel cadere ſub actionem.
Ergo Philoſophus Moralis ideam non quærit, ſed contemplatur.

Sed forte.

Idea videri vtilis poteſt ..... quia intueri exemplar vtile eſt ad finis aſſecutionem. *Occupatio*

Non eſt tamen vtilis, primò quia artificum nemo ideam illam boni intuetur, cum tamen vniuerſi aliquid boni propoſitum habeant.
2. quia medicus ex.g. non intuetur ipſum bonum: Sed valetudinem, ſiue bonam valetudinem hominis:
Aut potius valetudinem certam, & certi ac ſingularis hominis, cum medeatur *ſingulis*.

IN IDEM CAPVT ANNOTATIONES.

Idea.

Socrates in Philebo videtur bona duplici idea comprehendere, n. *veritate*, *commenſuratione*: Ergo Ariſtoteles videtur imponere Platoni. *Obiect.*

Reſp. ex 6. de Rep. neque *ſcientiam* neque *veritatem*, ideoque neque commenſurationem eſſe veram, & naturalem ideam boni ..... ſed tantùm ideas à nobis efformatas.

Præterea.

Legendus Ariſtoteles 2. Topicorum cap. 13. Sed eſt quod obiiciatur.

Obiectio.

Aliud bonum, aliud pulchrum 13. Metaphyſicæ cap. 3.
Reſp. aliquando bonum vſurpari pro vtili tantùm.

Obiectio.

Bonum non reperitur in quieſcentibus diſciplinis. [in diſciplinis quæ à motu ſeparant.]

Diſt. { ſi ſumatur pro vtili C.
{ ſi generatim pro congruenti: Diſt. { nominatim C.
{ abſolutè N.

Obiectio.

Bonum & malum ſunt genera 4. Top. cap. 3.
Reſp. eſſe analogicè tantum.

Bonum non eſt in relatis, &c. Diſt. { ſi bonum ſumatur latè. N.
{ ſi boni nomine intelligatur virtus & habitus laudabilis C.

Digitized by Google

Nunc vero

Occasio definitur idoneum tempus ad agendum.
Inimicitiæ quæ cum ferro & armis exercentur, sunt bellum Aristotelis.
Sunt Platoni bellum si aduersus extraneos. Seditiosi inter ciues.

Gymnastice.

Ars medica sanandi } corporis rationem continet.
Gymnastica formandi }
Athletica corporis munera componit, decoraque efficit.

Nec vero.

Occupatio Diuturna bona meliora minùs diuturnis [vt durabiliora minùs durabilibus 3. Topicorum.

D. { ratione durationis, diuturnitatis, & secundum quid C.
{ simpliciter & absolutè N.

Si res perseuerat diutiùs candida, non ideo est candidior.
Ergo si diutius bona non ideo est melior secundum quid.
R. disparem esse rationem candidi & boni.
Quia boni diuturnitas est aliquid bonitatis.
Candoris diuturnitas non est aliquis candor, candorem non intendit.

D. Conc. { si perpendatur bonum aliud à diuturnitate C.
{ si bonum quoduis, vt durationem etiam comprehendat. N.

Mihi vero.

Deunitate. Non probatur: sed minus improbatur opinio Pythagoreorum.

Etenim.

Contemplamur hîc non quæ per se bona, & meliora: sed quæ nobis bona, meliora.

Sententia Aristotelis de beatitudine.

CAPITIS VII. SVMMA.

Redeamus ad id bonum, &c.

Bonum aliud atque aliud alii atque alii proponitur arti.
Vbi summũ bonum. Quod autem cuiuis proponitur, illud est *finis* humanarum rerum.
Porrò { si *finis* est vnus tantum vltimus, in eo summum est bonum.
{ si sint *plures*, in iis ipsis constituendum est.
[Videntur autem astrui duo lib. 10. n. *contemplatio, actio.*]

Nota eius perfectissimè.

Quod autem.

Quod optimũ, est perfectum. Summũ bonum est optimũ. Ergo est perfectũ.

Ideò

Ideò { in vno *perfecto* quærendum, ſi ſit duntaxat vnum.
in *perfectiſſimo*, ſi ſint plura perfecta in rebus humanis vt ſunt.

Perfectiſſimum quod expetitur tantum propter ſe, cuiuſmodi eſt fœlicitas. *Propter ſe tantum.*
Finis & perfectiſſimum τέλος & τελειότατον ſunt quid affine, & coniugatum.

Quod item.

Quod expetitur tantum propter ſe, id ſeipſo contentum eſt. *Sufficiens nobis, non noſtris.*

Sufficiens { et nobis ipſis à quibus expetitur.
non *noſtris* etiam, quia ſumus ſociale animal.

Sed noſtris ad certum quendam modum, & terminum, non in infinitum.

Quod autem ſeipſo contentum eſt, efficitur tamen melius, ſi coniungatur cum aliis bonis quia communius bonum eſt melius, &c. *Amplificabile.*

Virtus { per ſe bona eſt, etiam ſeclusa pulchritudine, & ſanitate.
melior tamen ſi cum illis coniungatur.

Sed fortaſſe.

Proprium.

Perfectio propria cuiuſque rei ſita eſt in proprio munere, & operatione, vt abſolutio equi in ferendo & currendo.

Animi pars duplex, quæ ſit hominis propria { ratio. *Proprium* { *poſſe* / *agere*
appetitus.

In vtraque ſpectatur { *habitus* naturalis, vel acquiſitus, vt mens.
et *energia* ſiue actus, vt intelligere, appetere.

Actus autem eſt præcellentior *habitu* acquiſito, & naturali.

Ideo officium hominis eſt actus rationi conſentiens, aut à ratione non alienus. *Energia potior habitu.*

Eſt autem.

Officium viri boni non differt ab officio viri, niſi præſtantia: Architecti ædificare, Architecti boni bene ædificare. *Boni bene poſſe bene agere.*

Atqui hominis officium eſt cognoſcere, & agere.

Ergo boni viri & hominis officium eſt { benè cognoſcere.
benè agere.

Quod ſi ita eſt.

Summum bonum hominis eſt animi perfectiſſima virtute vtentis *actus* & [operatio] in vita vndique perfecta. i. in vita perfectæ ſeu notandæ longitudinis cap. 7. libri 10. *Quid fœlicitas.*

Atque hoc quidem.

Primum. Monitum. Logicum.

Deſcriptionem rectè poſitam facile eſt per tempus illuſtrare.

Digitized by Google

2. Sed ſubtilitas & accuratio exigi non debet à Philoſophio Morali, ne παρέργα (acceſſiones operis) ſuperent ἔργον & opus.

3. Satis eſt in pleriſque vt in *principijs* ſcientiarum docere *quod res ſit*, ſiue docere rem eſſe, non docendo *cur ſit*.

4. Hoc vero.n. quod res ſit, ſeu exiſtat, *principium eſt* [diſciplinæ] (& axioma cui innititur.)

5. Principiorum { quædam *inductione* cognoſcuntur. / quædam *ſenſu*, vt quòd ignis ſit calidus. / quædam *conſuetudine*, vt ratio honeſtæ ſepulturæ. / quædam *formaliter*.

De axiomatis & principiis in Logica.

9 Prouerbialiter eſt *pluſquam medium principium*.

CAPITIS VIII

Summa.

Monitum Logicum.

Non modo ex concluſione & partibus definitionis ſpectanda eſt beatitudo, & noſtra de beatitudine ſententia:

Collatio ſententiæ ſuperioris cum aliis.

Verum etiam ex alienis ſententiis de fœlicitate.

Quia { non eſt veriſſimile illas eſſe planè erroneas. / noſtra ſententia ſi eſt vera reliquis debet eſſe conſentanea, quatenus ſunt veræ. / nunquam verum cum vero pugnat.

Cum ergo.

Sententiæ alienæ.

Tria ſtatuuntur bonorum [humanorum] genera { *animi.* / *corporis.* / *externa.*

τὸ *benè viuere*, & benè agere dicitur eſſe *ſummum bonum.*

Id ab aliis { aut in probitate conſtituitur. / aut in prudentia. / aut in ſapientia. / aut in voluptate. / aut in affluentia bonorum externorum.

Ac cum iis quidem.

Conſenſio.

Nos illa omnia bona definitione noſtra fœlicitatis complexi ſumus,

[n. { bona animi, explicitè expreſſè / bona corporis, & externa implicitè } ſignificantes]

Cum { non in *habitu* & virtute animi poſuimus fœlicitatem. / ſed in *actionibus*, quæ prodeant ex habitu, & virtute.

Digitized by Google

sunt iucundissimæ.
Hæ egent tamen bonis corporis,& fortunæ, sine quibus res magnæ nequeunt geri.
Coronantur actus,non habitus.p.in olympicis ludis.

Quin etiam.

Ex tribus rebus quasi prouerbio dicitur { *pulcherrima* iustitia. / *optima* sanitas(vtilissimaue.) / *iucundissima* frui optatis.

At quæ singula illic singulis conueniunt, ea vniuersa conueniunt fœlicitati.
Fœlicitas enim pulcherrima, optima, iucundissima.

CAPITIS IX

Summa.

Caussa fœlicitatis.

Ex quo existit.

Fœlicitas { doctrina ne, consuetudine, aliaue exercitatione? / an diuina sorte? / an fortuitò comparatur?

Ac si quod à Dijs.

Si quid [hominibus] largiuntur dii,largiuntur fœlicitatem,qua[in humanis] nihil diuinius.
[Largiuntur autem aliquid ex cap.8.lib.10.Ergo,&c.
Sed non est huius loci agere de fœlicitate quatenus à Deo manat.]

Hoc vero.

Fœlicitas paratur *virtutis exercitatione.*
Nec propterea(quod affertur humana illius caussa) tollitur fœlicitatis diuinitas,præstantia, communitas.
Nam virtutis præmium,& finis est quiddam diuinum, & beatum : *fœlicitas virtutis præmium.*
Satius est beatitatem sic euenire, quàm casu.
Si optimè ita,impossibile aliter.

Magnum autem scelus.

Casu & fortuitò fœlicitas mortalibus non contingit. Quamuis bona fortunæ sint instrumẽtum atque adiumẽtum virtutis fœlicitatem procurantis. Scelus sentire aliter.

Ciuili enim scientiæ.

Fœlicitatem parari *virtute.* i. { probitate / sapientia } hinc intelligimus

quòd { politicæ fœlicitas proponitur redimenda procuranda. / politica homines erudit ad virtutem studiosissimè.
Ideò belluæ [quæ virtutis expertes] nõ sunt capaces fœlicitatis.
Imò ne pueri quidem antequam virtutis actionum sint capaces.

ed by Google

Nisi dicantur fœlices propter *sp̃e præclaræ indolis*, & fœlices remota potestate

CAPITIS X.

Quando quis fœlix, aut dicendus fœlix. Interpretatio.

Summa.

Sed quærat aliquis.

Ante obitum beatus nemo iudicandus, ex Solonis mente.

AC si ita.

ꝟo ante obitum coniungitur { vel cum *beato.* / vel cum vocabulo *iudicandus.*

Prior. *Posterior.* E. st { prior sensus huius propositionis & sententiæ Solonis, si fœlicitas dicatur non euenire nisi post obitum. / posterior, si dicatur euenire quidem dum viuimus sed ita vt de illa tutò { liceat post mortem. / non liceat ante, propter fortunæ inconstantiam.

Denominationes à maiori, aut à præcipua parte fieri solent ac debent.

Sed { neque est Solonis, Soloniuè congruit prior interpretatio. / neque congruit illis, qui fœlicitatẽ ponunt in [humana] operatione.

De hoc quoque.

Examen posterioris. Mortui obnoxii sunt honori, infamiæ, similibusque bonis, ac malis suis ac suorum.

Ergo non videntur positi extra iactum telorum fortunæ.

[Proinde status eorũ fœlicitatis et infelicitatis videtur adhuc mutabilis. Ita vt non sit etiam post mortem tutum iudicare.]

Contrà mortuus nunc erit fœlix, nũc miser, & subinde fœlix, si posterorum bonis, ac malis afficiatur, mutetur.

Consequens absurdum est. Ergo, &c. De qua obiectione cap. sequenti.

Sic igitur.

Homo dici beatus potest, quo tempore illi beatitudo inest, porrò inest in vita.

Ergo qui viuit, potest beatus appellari.

Obiect.

Quod propter.

Si fortunæ est obnoxius, non debet appellari beatus.

Nisi beatus fingitur mutabilis vt *chamæleon.*

Iam quicunque viuit, ille est obnoxius fortunæ: [neque beatus est mutabilis vt *chamæleon.*]

Ergo quandiu viuit, beatus nemo est appellandus.

An id quidem.

Resp. Cõtemnenda superior obiectio primòquia fortuna nõ est domina beatitatis.

Digitized by Googl

Deinde quia nihil eſt conſtantius virtutis actionibus. ſ Cùm ſemper exerceantur augeanturque, prudentia obliuione non deleatur.
Proindè conſtans durabiliſque beatitudo, quæ in illis ſita eſt.
Tertiò quia fortunæ caſus leues ſunt aut graues.

Porrò { leues vt nullius momenti contemnuntur.
graues fœlicitatem nonnihil conturbant: ſed ita vt in ijs *honeſtas* ſplendeſcat:

Beatus commodiſſimè vtatur fortuna omni, vt bonus Imperator.

Nec varius quidem.

Non eſt Chamæleonti ſimilis beatus.

Quia { vt non facilè quis efficitur primùm beatus. ¶
ita nec facilè { ex beatitatis ſtatu deturbatur.
qui deturbatus prouehitur rurſus ad eundem.

Quid igitur.

Fortè *virtutis actio* in mediocri externorum bonorum abundantia, & vita diuturna non ſufficit ad beatitudinem, ... ſed præterea requiritur vt honeſta morte vita terminetur: [ideo ad iudicandum mors expetenda.] *Obiect.*
Quod quamuis concedatur è viuis tamen ille eſt beatus dicendus qui ex virtute agit, & ita credibile ſit vitam eius honeſta morte concluſum iri [prouerbio noſtro *qualis vita, talis obitus.*] [*telle vie, telle fin.*] *Reſp.*

AD IDEM CAPVT.

Chamæleonti.

Lege Plinium cap. 33. lib. 8. Plutarchum de diſcrimine adulatoris & amici, Ariſtotelem 4. de part. cap. 11. Cardanum lib. 9. de ſubtil. & Scaligerum in exercitationibus.

Bonus Imperator.

Quamcumque fortunam exceperit ſapiens, ex illa aliquid memorabile efficiat.

CAPITIS XI

Summa.

Mortuine rebus poſterorum afficiantur.

Caſus autem poſterorum.

Alienum eſt ab officio & ab amici voto [naturali ideoque abſurdum; quia abſurdum eſt quod naturali ſtudio officioque aduerſatur] exiſtimare caſus & fortunas poſterorum nihil ad vita functos pertinere.

Digitized by Google

Sed vt { aliomodo nos afficiunt, quæ geruntur,
alio quæ aguntur in theatro:

Ita { aliomodo viui afficiuntur casibus,
alio vita functi.

Ergo { vel mortui posterorum casibus non afficiuntur,
vel afficiuntur non valdè, neque ita vt propterea ex miseris beati, miserique ex beatis efficiantur.

CAPITIS XII

Quale bonũ felicitas.

Summa.

His ita expositis.

Res bonæ, malæ, indifferentes.
Fœlicitas non est facultas [aut aliquid indifferens] multoque minus est malum aliquid.

Sed est bonum: propterea quæ { vel *laudabile*,
vel *honorabile* & suspiciendum.

Igitur hoc apparet.

Bonum { *laudabile* quod aliò refertur tanquam ad finem, vt iustitia, fortitudo, &c.
honorabile & suspiciendum, quod sui gratia expetitur.

Quare fœlicitas non est *laudabile* bonum: sed *honorabile*, venerandum.

CAPITIS XIII

De virtute

Summa.

Sed quoniam beatitudo.

Beatitudo definita est actus animi quidam secundum perfectam virtutem.
Ergo virtus .n. humana consideranda est: maximè cum in eam incumbant [magistratus &] qui verè politici [non specie tenus.]

Sed virtutem.

Noscendus animus.

Vt qui curat corpus, eget cognitione corporis:
Ita Politicus, qui curat animum, eget cognitione animi: potissimum cum Politica sit præcellentior, quàm medicina.
Sed rudi eget non exquisita [quia est practicus.] (*)
Talem autem Aristoteles tradiderat in *exotericis sermonibus*.

Sed quoniam, &c.

Diuisio animi.

Animi partes & facultates duæ { vna quæ rationem habet.
altera quæ expers rationis,

Digitized by Google

Quo autem modo distinguantur non est huius philosophiæ iudicare, sed physicæ.

Posterior pars duplex { vna quæ nequit parere rationi, vt *vegetatiua*.
altera quæ potest .n. *appetitus*.

Quod si.

Diuisio altera instituta modo.

Est { vna animi pars nullomodo particeps rationis, vt quæ causa *nutritionis*, & incrementi.
altera capax, quæ { vel per se capax .n. ratio *ipsa* & mens.
vel per aliud. n. *appetitus, qui rationi* parere potest.

Hac autem distinctione.

Virtus animi { quædam est *mentis*, & dianoëtica, vndè appellamur *doctiores*, vt Logica, Geometria, &c. De qua lib. 6.
quædam *appetitus*, & *Ethica*, vndè *meliores* nuncupamur, vt fortitudo, iustitia, &c.
nulla est reliquæ animi partis;
.n. eius quæ { neque propriè & in se habet rationem.
neque habet tanquam aliquid quodiobsequi & obedire possit.

Cæterùm de ijs diuisionibus in Physiologia.

APPENDIX
AD LIBRVM PRIMVM, ET posteriorem partem lib. 10.

De humana fœlicitate.

CAPVT I.

Doctrina, nomen, notio, existentia.

Monitum.

Quid sit perfectio summa, quid beatitas, quid summum bonum & quotuplex declaratur in Compendio morali.

Cuius est agere de summo bono?

Ars quæque speculatur aliquod summum bonum: vt medicina sanitatem, architectura commodissimam habitationem.

Digitized by Google

De ſummo bono α' πλῶς, & generatim agere Metaphyſici eſt.
De ſummo humano quod ſit *ſupernaturaliter* procurabile, eſt Theologiæ eius quæ reuelata dicitur.
De ſummo humano quod ſit *naturaliter* procurabile Phyſicus agere debet, ſed theoreticè tantum.
Ethicus & politicus agunt de ſummo hominis bono, ſed de *Morali* tantum.
Niſi quod per digreſſionem aſſurgunt ad vniuerſum genus.
De comparanda theoretica fœlicitate Logicus practicè agit.

Nomina.

Nominum quibus fœlicitas compellatur genera ſunt duo.

Quia { alia ſunt rerum, vbi ponitur fœlicitas & beatificatio: vt virtus, honos, voluptas, opulentia, indolentia.
alia ipſius beatitatis, aut beatificationis: vt fœlicitas, beatitudo, ſummum bonum, ſumma perfectio.

De prioribus non conſentiunt omnes mortales.

De poſterioribus { conſentiunt ſi ſpectetur *ſenſus* vocabulorum.
non conſentiunt ſi *ſonus* quoniam effert aliter Græcus, aliter Latinus, aliter barbarus.

Nomina ſunt ſacra, vel profana, & vulgaria.
Beatitudinis nomina multa repetuntur è ſacris literis.

Quia { quędam ſunt *typica* vt Hieruſalem.
quędam *metaphorica*, vt paradiſus.
quędam *propria*, vt beatitudo.

Rei autem vulgaris ferè nomen eſt vulgare.

Beatitudo res eſt popularis { non ſi poſſeſſio.
verùm ſi cupiditas & votum perpendatur.

Omnes fœlicitatem elicito appetitu concupiſcunt: ideò nouerunt illam de quibuſdam notis quoniam, *ignoti nulla eſt cupido.*
Hæ vero notæ & conditiones variæ. Hinc varietas appellationum, dicitur *ſummum bonum*, quia nihil melius ipſa, inter humana.

Vltimus finis, quia { non tendit aliò.
eò tendunt ac referuntur omnia omnium vota, &c.

Bonum per excellentiam & antonomaſiam, τὸ ἀγαθόν, τἀγαθόν.
τὸ bene vſurpatur ad illius explicationem, quia poſita exiſtimatur in præſtantia.
Dicitur bene agere, quia ſita eſt in vita humana actionibus: benè viuere & lætari, quoniam non viuit bene, qui ſic viuendo non delectatur.
Eudæmonia, quia eget fœlici genio & bona fortuna.

Beatitudo, Fœlicitas } quia beat, cupiditatemque explet.

Theologo

Digitized by Google

Theologo propriè { fœlicitas est *viatoris*, nec necessariò excludit miserias.
beatitudo est *comprehensoris*, & miserias excludit.

Sed hoc discrimen parum religiosè obseruatur.

Notio.

Summum bonum est quò referimus omnia quæ agimus, & quod propter se, non propter aliud expetimus. *Ex D. Aug. 8. de Ciuit. cap. 5.*

Beatitudo est status omnium bonorum humanorum aggregatione perfectus. *Ex Boëtio 3. de consol.*

Consulantur Rudimenta Moralia.

Existentia.

Datur aliquid, non tamen omnia sunt ab alio, & propter aliud, ne in infinitum regrediamur: vel detur *circulus*.

Ergo datur aliquid quod sit propter se tantùm.

Quod autem tale, illud optimum.

Datur finis. Ergo & vltimus, ne regrediamur in infinitum.

Naturalis appetitus non est frustrà, non est rei impossibilis. ¶

Naturaliter concupiscimus benè, beatéque viuere.

Ergo possibilis beatitudo.

Omnes expletam volunt cupiditatem.

Nemo non præfert virtutem vitio, si cætera videantur paria.

CAPVT II.

Varietas opinionum.

Consentiunt-ne mortales de fœlicitate?

Consentiunt in designandis præcipuis notis, & affectionibus summi boni, & fœlicitatis.

Dissentiunt in notarum applicatione, quia alius honori putat conuenire, alius voluptati, &c.

Fœlicitatem norunt { omnes secundum *notas*.
non omnes secundum *rem*.

Omnes sciunt esse optimum quiddam, optimum homini, se ipso contentum, extremum aliquid, &c.

Non omnes norunt in quo sit posita fœlicitas, quid sit illud quod sibi vendicat eas conditiones.

Obiectio.

Qui rei non habet experientiam .p. famis, cruciatus qui oriatur ex dentis morbo, &c. illam non imaginatur, non apprehendit.

Atqui fœlicitatis vix mortalium vllus habet experientiam ..... Ergo vix vllus eam imaginatur, apprehendit, nouit.

Dist. Prop. si neque per se, neque per aliud .p. per illius partes eius expe-

Digitized by Google

Ducentæ octoginta octo opiniones Philoſophorum de fœlicitate numerantur ſuprà.

Ex Horatio.

Qui fit mœcenas vt nemo quam ſibi ſortem, &c. ¶

Nemo ferè viuit ſorte contentus ſua.

Nam { natura noſtra eſt corrupta. / non oportet viam ita allubeſcere, vt non ſuperſit termini deſiderium. / concupiſcimus omnia vitæ commoda. / non omnia vnum quodque vitæ genus comitantur. / aliena vita nobis imponit.

Vix quiſquam tamen ſortem ſuam mutare velit.

Primò quia conſuetudo parit familiaritatem & amicitiam.

Secundò quia ferè nos mutationis tædere ſolet.

Tertiò quia { vt non expedit Reip. protulire nos ſubinde ab officio ad officium. / ita natura vnumquemque certis officijs addicere debet.

Quartò quia quæ nos impellunt ad aliquod vitę genus, ea impulſos retinẽt.

Monitum.

Cenſus variorum ſententiarum de fœlicitate, & refutatio petatur è Rudimentis, è contextu, & ex aſtructione ſententiæ verioris.

Indolentia minus conturbare iudicium videtur, quàm *voluptas* ..... ideo prę-fertur à nonnullis voluptati in aſtruenda fœlicitate.

Reuerà eſt quid voluptate deterius.

Voluptas eſt condimentum, non quid prȩcipuum.

Opulentia eſt inſtrumentum: ideo non eſt finis, &c.

Obiectio prima.

Quod expetitur ſui gratia id ſummum eſt bonum. Voluptas expetitur ſui gratia. Ergo, &c.

Diſt. Prop. ſi cętera propter ipſum expetantur, C. ſecus, N.

Obiectio ſecunda.

Poſteriora potiora ſun: Voluptas virtutis actione eſt poſterior. Ergo potior:

Diſt. Prop. { ſi habent rationem finis, C. / ſi appendicis tantùm, N.

Obiectio tertia.

Præmium virtutis eſt fœlicitas primo Ethicorum.

Atqui honos eſt virtutis præmium quinto Ethicorum. Ergo, &c. [illegible]

Diſt. Prop. { ſi æquet virtutis meritum, C. / ſi neutiquam æquet, ſed remuneret tantum vtrumque, N.

Obiectio quarta.

Quod vniuerſa prȩſtat commoda, id prȩſtantius quàm quod ſingula.

Iam quæ ſingula ſingulæ virtutes prȩſtant, vt medica virtus ſanitatem, gymnaſtica & Athletica robur & agilitatem, prudentia conſilium, fortitudo

Digitized by Google

præsidium,&c. ea vniuersa videtur opulentia præstare, dum largitur medicos medicorum operam, milites,&c. consultores,&c.

Ergo potiores sunt illius partes in fœlicitate astruenda, quàm medicinæ, quàm gymnasticæ, quàm prudentiæ, quàm fortitudinis, si expendantur sigillatim.

D.A. si per se, aut per partem præstet, C.

Si per aliud tantum vt sanitatem opulentia per medicinam N.

Ad Sumptionem respondeo opulentiam { neque præstare præcipua bona p. animi tranquillitatem. / neque per se præstare, vel per partem.

CAPVT III.

Sententia Platonicorum.

In quo posita fœlicitas Platonicorum?

In τῷ *sapere & contemplatione*: non ideo omittunt τὸ benè viuere, & probitatem.

Nam { Socrati probitas quæuis est scientia. / Platoni distinguitur à scientia, & sapientia: sed indè efflorescit.

Quotuplex apud ipsos summum hominis bonum?

Duplex { *obiectiuum quod* assequimur, cuius participatione reddimur meliores, beatiores. / *formale*, siue illud *quo* assequimur obiectiuum.

Obiectiuum { vel est *vniuersale* & complectitur ideas potissimumque ideam boni. *Idea.* / vel *particulare*, & cætera complectitur. p. robur, Bucephalum, &c. *Idos.*

Hinc duplex fœlicitas, duplex formale bonum;

n. { vna quæ consistit in *intelligentia*, & scientia quæ versatur circa res incorruptibiles, maximéque circa ideam boni. *Scientia.* / altera quæ in recta opinatione, quæ occupatur circa *idos*, circa res sensibiles & corruptibiles. *Opinio.*

In hac vita sapiens { posteriorem assequitur / priorem sperat } fœlicitatem. *Tempus.*

Paucula de idea boni ex Platone & Platonicis.

Idearum { ea quæ est *ipsum bonum*, & summum bonum est Platonicis *vnitas*, & fons reliquarum idearũ, & reuerà Deus princeps qui est vn⁹. / cæteræ sunt *arithmi*, & numeri quidàm, ac modi incorporei, qui

Digitized by Google

Ens autem nequit vna idea & ratione comprehendi: Ergo nec bonum.

3° Quæ idea vna continentur, etiam *scientia* vna concluduntur.

Atqui bona etiam quæ eiusdem categoriæ pertinent ad varias scientias, non ad vnam tantum. Ergo, &c.

Sed quærat aliquis.

4. Occupatio *Ipsum bonum*, idea boni, non differt à bono definitione, sed tantum quia est durabilius & æternum.

[Ipse equus differt ab equo perpetuitate, non definitione.]

Ergo non est [simpliciter, & vt decet esse summum bonum, sed secundum quid tántum] melius & præstabilius.

Nam vt quod diutius est candidum, non ideo candidius est:

Ita quod diutius bonum, non propterea est absolutè, simpliciter & in suo genere melius.

Mihi vero.

5° [Pythagoreis vnum, siue vnitas est vnum ex decem generibus & elementis bonorum.]

Platoni τὸ vnum, siue vnitas est *ipsum bonum*, & vniuersum genus, ad quod referuntur omnia bona. De qua re alibi.]

Satius est τὸ vnum, siue vnitatem facere vnam quandam [è decem] coniugationibus, & generibus bonorum, more Pythagorico.] quàm omnia bona reuocare ad τὸ vnum [siue ad vnitatem ideamue boni.]

[Hæc appellatur *vnitas*, vt cæteræ idearum numeri Arithmi.]

Nunc vero

6. Bonorum { alia *propter se* expetuntur, vt pax, sanitas.
alia *propter aliud*, vt effectiua, conseruatiua, bellum, pharmacum, &c.

Ergo bonorum non est vnicum genus.

Separatis.

7. Sane { aut sapere, benè valere, & consimilia, quæ expetuntur seclusis aliis [& propter se] sunt per se bona.
aut sola idea boni est per se bonum, (vt ipse equus solus est per se equus.)

Si illa omnia sunt per se bonum idea boni non erit vna: quia non cadunt in vnam definitionem, [etiam qua parte sunt bona.]

Si verò sola idea boni est per se bonum, erit inutilis: quia nulli alteri rei congruet illius definitio.

Sed quonam igitur modo.

Occupatio Quomodo res dicuntur bonæ? [si minimè dicuntur synonymè, vnaque ratione & definitione.]

Dicuntur non casu & [merè] *homonymè*.

Sed ab vno, aut ad vnum [seu attributiuè.]

Digitized by Google

Vel potius per *analogiam* [quæ ſit expers attributionis.]

Etenim.

Hîc tantum quæritur bonum quod agatur, aut ſub actionem cadat. 8.
Idea boni ſi detur vlla, non poteſt agi vel cadere ſub actionem.
Ergo Philoſophus Moralis ideam non quærit, ſed contemplatur.

Sed forte.

Idea videri vtilis poteſt ..... quia intueri exemplar vtile eſt ad finis aſſecutio- *Occupatio*
nem.
Non eſt tamen vtilis, primò quia artificum nemo ideam illam boni intuetur,
cum tamen vniuerſi aliquid boni propoſitum habeant.
2. quia medicus ex.g. non intuetur ipſum bonum: Sed valetudinem, ſiue bo-
nam valetudinem hominis:
Aut potius valetudinem certam, & certi ac ſingulatîs hominis, cum medea-
tur *ſingulis.*

IN IDEM CAPVT ANNOTATIONES.

Idea.

Socrates in Philebo videtur bona duplici idea comprehendere, n. *ve-* *Obiect.*
ritate, *commenſuratione*: Ergo Ariſtoteles videtur imponere Pla-
toni.
Reſp. ex 6. de Rep. neque *ſcientiam* neque *veritatem*, ideoque neque commen-
ſurationem eſſe veram, & naturalem ideam boni ..... ſed tantùm ideas à no-
bis efformatas.

Præterea.

Legendus Ariſtoteles 2. Topicorum cap. 13. Sed eſt quod obiiciatur.

Obiectio.

Aliud bonum, aliud pulchrum 13. Metaphyſicæ cap. 3.
Reſp. aliquando bonum vſurpari pro vtili tantùm.

Obiectio.

Bonum non reperitur in quieſcentibus diſciplinis. [in diſciplinis quæ à motu
ſeparant.]

Diſt. { ſi ſumatur pro vtili C.
{ ſi generatim pro congruenti: Diſt. { nominatim C.
{ abſolutè N.

Obiectio.

Bonum & malum ſunt genera 4. Top. cap. 3.
Reſp. eſſe analogicè tantum.

Bonum non eſt in relatis, &c. Diſt. { ſi bonum ſumatur latè. N.
{ ſi boni nomine intelligatur virtus & ha-
bitus laudabilis C.

Digitized by Google

Nunc vero

Occasio definitur idoneum tempus ad agendum.
Inimicitiæ quæ cum ferro & armis exercentur, sunt bellum Aristotelis.
Sunt Platoni bellum si aduersus extraneos. Seditiosi inter ciues.

Gymnastice.

Ars medica sanandi } corporis rationem continet.
Gymnastica formandi }
Athletica corporis munera componit, decoraque efficit.

Nec vero.

Occupatio Diuturna bona meliora minùs diuturnis [vt durabiliora minùs durabilibus 3. Topicorum.

D. { ratione durationis, diuturnitatis, & secundum quid C.
{ simpliciter & absolutè N.

Si res perseuerat diutiùs candida, non ideo est candidior.
Ergo si diutius bona non ideo est melior secundum quid.
R. disparem esse rationem candidi & boni.
Quia boni diuturnitas est aliquid bonitatis.
Candoris diuturnitas non est aliquis candor, candorem non intendit.

D. Conc. { si perpendatur bonum aliud à diuturnitate C.
{ si bonum quoduis, vt durationem etiam comprehendat. N.

Mihi vero.

De vnitate. Non probatur: sed minus improbatur opinio Pythagoreorum.

Etenim.

Contemplamur hîc non quæ per se bona, & meliora: sed quæ nobis bona, meliora.

Sententia Aristotelis de beatitudine.

CAPITIS VII. SVMMA.

Redeamus ad id bonum, &c.

Bonum aliud atque aliud alii atque alii proponitur arti.
Vbi summũ bonum. Quod autem cuiuis proponitur, illud est *finis* humanarum rerum.
Porrò { si *finis* est vnus tantum vltimus, in eo summum est bonum.
{ si sint *plures*, in iis ipsis constituendum est.
[Videntur autem astrui duo lib. 10. n. *contemplatio, actio.*]

Nota eius perfectissimè.

Quod autem.

Quod optimũ, est perfectum. Summũ bonum est optimũ. Ergo est perfectũ.

Ideò

Ideò { in vno *perfecto* quærendum, ſi ſit duntaxat vnum.
in *perfectiſſimo*, ſi ſint plura perfecta in rebus humanis vt ſunt.

Perfectiſſimum quod expetitur tantum propter ſe, cuiuſmodi eſt fœlicitas. *Propter ſe tantum.*
Finis & perfectiſſimum τέλος & τελειότατον ſunt quid affine, & coniugatum.

Quod item.

Quod expetitur tantum propter ſe, id ſeipſo contentum eſt. *Sufficiens nobis, nostris.*

Sufficiens { et nobis ipſis à quibus expetitur.
at *noſtris* etiam, quia ſumus ſociale animal.

Sed noſtris ad certum quendam modum, & terminum, non in infinitum.

Quod autem ſeipſo contentum eſt, efficitur tamen melius, ſi coniungatur cum aliis bonis quia communius bonum eſt melius, &c. *Amplificabile.*

Virtus { per ſe bona eſt, etiam ſeclusa pulchritudine, & ſanitate.
melior tamen ſi cum illis coniungatur.

Sed fortaſſe.

Proprium.

Perfectio propria cuiuſque rei ſita eſt in proprio munere, & operatione, vt abſolutio equi in ferendo & currendo.

Animi pars duplex, quæ ſit hominis propria { ratio. / appetitus. } *Proprium* { *poſſe* / *agere*

In vtraque ſpectatur { *habitus* naturalis, vel acquiſitus, vt mens.
et *energia* ſiue actus, vt intelligere, appetere.

Actus autem eſt præcellentior *habitu* acquiſito, & naturali.

Ideo officium hominis eſt actus rationi conſentiens, aut à ratione non alienus. *Energia potior habitu.*

Eſt autem.

Officium viri boni non differt ab officio viri, niſi præſtantia: Architecti ædificare, Architecti boni bene ædificare. *Boni bene poſſe bene agere.*

Atqui hominis officium eſt cognoſcere, & agere.

Ergo boni viri & hominis officium eſt { benè cognoſcere.
benè agere.

Quod ſi ita eſt.

Summum bonum hominis eſt animi perfectiſſima virtute vtentis *actus* & [operatio] in vita vndique perfecta. i. in vita perfectæ ſeu notandæ longitudinis cap. 7. libri 10. *Quid ſalitas.*

Atque hoc quidem.

Primum. Monitum. Logicum.

Deſcriptionem rectè poſitam facile eſt per tempus illuſtrare.

Digitized by Google

2. Sed ſubtilitas & accuratio exigi non debet à Philoſophio Morali, ne παρέργα (acceſſiones operis) ſuperent ἔργον & opus.

3. Satis eſt in pleriſque vt in *principijs* ſcientiarum docere *quod res ſit*, ſine docere rem eſſe, non docendo *cur ſit*.

4. Hoc vero.n. quod res ſit, ſeu exiſtat, *principium eſt* [diſciplinæ] (& axioma cui innititur.)

5. Principiorum { quædam *inductione* cognoſcuntur. quædam *ſenſu*, vt quòd ignis ſit calidus. quædam *conſuetudine*, vt ratio honeſtæ ſepulturæ. quædam *formaliter*.

De axiomatis & principiis in Logica.

9 Prouerbialiter eſt *pluſquam medium principium*.

CAPITIS VIII

Summa.

Monitum Logicum.

Non modo ex concluſione & partibus definitionis ſpectanda eſt beatitudo, & noſtra de beatitudine ſententia:

Collatio ſententiæ ſuperioris cum aliis. Verum etiam ex alienis ſententiis de fœlicitate.

Quia { non eſt veriſſimile illas eſſe planè erroneas. noſtra ſententia ſi eſt vera reliquis debet eſſe conſentanea, quatenus ſunt veræ. nunquam verum cum vero pugnat.

Cum ergo.

Sententia aliena. Tria ſtatuuntur bonorum [humanorum] genera { *animi*. *corporis*. *externa*.

τὸ *benè viuere*, & benè agere dicitur eſſe *ſummum bonum*.

Id ab aliis { aut in probitate conſtituitur. aut in prudentia. aut in ſapientia. aut in voluptate. aut in affluentia bonorum externorum.

Ac cum iis quidem.

Confeſſio. Nos illa omnia bona definitione noſtra fœlicitatis complexi ſumus,

[n. { bona animi, explicitè expreſſè } ſignificantes] bona corporis, & externa implicitè }

Cum { non in *habitu* & virtute animi poſuimus fœlicitatem. ſed in *actionibus*, quæ prodeant ex habitu, & virtute.

Digitized by Google

Hæ {sunt iucundissimæ. egent tamen bonis corporis,& fortunæ, sine quibus res magnæ nequeunt geri.

Coronantur actus, non habitus. p. in olympicis ludis.

Quin etiam.

Ex tribus rebus quasi prouerbio dicitur { *pulcherrima* iustitia. *optima* sanitas (vtilissimaue.) *iucundissima* frui optatis.

At quæ singula illic singulis conueniunt, ea vniuersa conueniunt fœlicitati. Fœlicitas enim pulcherrima, optima, iucundissima.

CAPITIS IX

Summa.

Caussa felicitatis.

Ex quo existit.

Fœlicitas { doctrina ne, consuetudine, aliaue exercitatione? an diuina sorte? an fortuitò comparatur?

Ac si quod à Dijs.

Si quid [hominibus] largiuntur dii, largiuntur fœlicitatem, qua [in humanis] nihil diuinius.

[Largiuntur autem aliquid ex cap. 8. lib. 10. Ergo, &c.
Sed non est huius loci agere de fœlicitate quatenus à Deo manat.]

Hoc vero.

Fœlicitas paratur *virtutis exercitatione.*

Nec propterea (quod affertur humana illius caussa) tollitur fœlicitatis diuinitas, præstantia, communitas.

Nam virtutis præmium, & finis est quiddam diuinum, & beatum : *fœlicitas virtutis præmium.*

Satius est beatitatem sic euenire, quàm casu.

Si optimè ita, impossibile aliter.

Magnum autem scelus.

Casu & fortuitò fœlicitas mortalibus non contingit. Quamuis bona fortunæ sint instrumẽtum atque adiumẽtum virtutis fœlicitatem procurantis. Scelus sentire aliter.

Ciuili enim scientiæ.

Fœlicitatem parari *virtute.* i. { probitate / sapientia } hinc intelligimus

quòd { politicæ fœlicitas proponitur redimenda procuranda, politica homines erudit ad virtutem studiosissimè,

Idcò belluæ [quæ virtutis expertes] nõ sunt capaces fœlicitatis.

Imò ne pueri quidem antequam virtutis actionum sint capaces.

Digitized by Google

Nisi dicantur fœlices propter *sp̃ē præclara indolis*, & fœlices remota potestate

CAPITIS X.

Quando quis fœlix, aut dicendus fœlix. Interpretatio.

Summa.

Sed quærat aliquis.

Ante obitum beatus nemo iudicandus, ex Solonis mente.

Ac si ita.

$\frac{1}{10}$ ante obitum coniungitur { vel cum *beato.* / vel cum vocabulo *iudicandus.*

Prior. *Posterior.*

E. sit { prior sensus huius propositionis & sententiæ Solonis, si fœlicitas dicatur non euenire nisi post obitum. / posterior, si dicatur euenire quidem dum viuimus sed ita vt de illa tutò liceat post mortem.

iudicare { non liceat ante, propter fortunæ inconstantiam.

Denominationes à maiori, aut à præcipua parte fieri solent ac debent.

Sed { neque est Solonis, Soloniuè congruit prior interpretatio. / neque congruit illis, qui fœlicitatẽ ponunt in [humana] operatione.

De hoc quoque.

Examen posterioris.

Mortui obnoxii sunt honori, infamiæ, similibusque bonis, ac malis suis ac suorum.

Ergo non videntur positi extra iactum telorum fortunæ.

[Proinde status eorũ fœlicitatis et infelicitatis videtur adhuc mutabilis. Ita vt non sit etiam post mortem tutum iudicare.]

Contrà mortuus nunc erit fœlix, nũc miser, & subinde fœlix, si posterorum bonis, ac malis afficiatur, mutetur.

Consequens absurdum est. Ergo, &c. De qua obiectione cap. sequenti.

Sic igitur.

Homo dici beatus potest, quo tempore illi beatitudo inest, porrò inest in vita.

Ergo qui viuit, potest beatus appellari.

Obiect.

Quod propter.

Si fortunæ est obnoxius, non debet appellari beatus.

Nili beatus fingitur mutabilis vt *chamæleon.*

Iam quicunque viuit, ille est obnoxius fortunæ: [neque beatus est mutabilis vt *chamæleon.*]

Ergo quandiu viuit, beatus nemo est appellandus.

An id quidem.

Resp. Cõtemnenda superior obiectio primòquia fortuna nõ est domina beatitatis.

Digitized by Googl

Deinde quia nihil eſt conſtantius virtutis actionibus. [Cùm ſemper exerceantur augeanturque, prudentia obliuione non deleatur.
Proindè conſtans durabiliſque beatitudo, quæ in illis ſita eſt.
Tertiò quia fortunæ caſus leues ſunt aut graues.

Porrò { leues vt nullius momenti contemnuntur.
graues fœlicitatem nonnihil conturbant: ſed ita vt in ijs *honeſtas* ſplendeſcat:

Beatus commodiſſimè vtatur fortuna omni, vt bonus Imperator.

Nec varius quidem.

Non eſt Chamæleonti ſimilis beatus.

Quia { vt non facilè quis efficitur primùm beatus.
ita nec facilè { ex beatitatis ſtatu deturbatur.
qui deturbatus prouehitur rurſus ad eundem.

Quid igitur.

Fortè *virtutis actio* in mediocri externorum bonorum abundantia, & vita diuturna non ſufficit ad beatitudinem, ... ſed præterea requiritur vt honeſta morte vita terminetur: [ideo ad iudicandum mors expetenda.] *Obiect.*
Quod quamuis concedatur è viuis tamen ille eſt beatus dicendus qui ex virtute agit, & ita credibile ſit vitam eius honeſta morte concluſum iri [prouerbio noſtro *qualis vita, talis obitus.*] [*telle vie, telle fin.*] *Reſp.*

AD IDEM CAPVT.

Chamæleonti.

Lege Plinium cap. 33. lib. 8. Plutarchum de diſcrimine adulatoris & amici, Ariſtotelem 4. de part. cap. 11. Cardanum lib. 9. de ſubtil. & Scaligerum in exercitationibus.

Bonus Imperator.

Quamcumque fortunam exceperit ſapiens, ex illa aliquid memorabile efficiat.

CAPITIS XI

Summa.

Mortuine rebus poſterorum afficiantur.

Caſus autem poſterorum.

Alienum eſt ab officio & ab amici voto [naturali ideoque abſurdum; quia abſurdum eſt quod naturali ſtudio officioque aduerſatur] exiſtimare caſus & fortunas poſterorum nihil ad vita functos pertinere.

Digitized by Google

Sed vt { aliomodo nos afficiunt, quæ geruntur.
alio quæ aguntur in theatro:

Ita { aliomodo viui afficiuntur casibus,
alio vita functi.

Ergo { vel mortui posterorum casibus non afficiuntur.
vel afficiuntur non valdè, neque ita vt propterea ex miseris beati, miserique ex beatis efficiantur.

CAPITIS XII

Quale bonũ fælicitas.

Summa.

His ita expositis.

Res bonæ, malæ, indifferentes.
Fœlicitas non est facultas [aut aliquid indifferens] multoque minus est malum aliquid.

Sed est bonum: propterea quæ { vel *laudabile*.
vel *honorabile* & suspiciendum.

Igitur hoc apparet.

Bonum { *laudabile* quod aliò refertur tanquam ad finem, vt iustitia, fortitudo, &c.
honorabile & suspiciendum, quod sui gratia expetitur.

Quare fœlicitas non est *laudabile* bonum: sed *honorabile*, venerandum.

CAPITIS XIII

De virtute

Summa.

Sed quoniam beatitudo.

Beatitudo definita est actus animi quidam secundum perfectam virtutem.
Ergo virtus .n. humana consideranda est: maximè cum in eam incumbant [magistratus &] qui verè politici [non specie tenus.]

Sed virtutem.

Noscendus animus.

Vt qui curat corpus, eget cognitione corporis:
Ita Politicus, qui curat animum, eget cognitione animi: potissimum cum Politica sit præcellentior, quàm medicina.
Sed rudi eget non exquisita [quia est practicus.]
Talem autem Aristoteles tradiderat in *exotericis sermonibus*.

Sed quoniam, &c.

Diuisio animi.

Animi partes & facultates duæ { vna quæ rationem habet.
altera quæ expers rationis,

Digitized by Google

Quo autem modo distinguantur non est huius philosophiæ iudicare, sed physicæ.

Posterior pars duplex { vna quæ nequit parere rationi, vt *vegetatiua*. / altera quæ potest .n. *appetitus*.

Quod si.

Diuisio altera institutæ modo.

Est { vna animi pars nullomodo particeps rationis, vt quæ causſa *nutritionis*, & incrementi. / altera capax, quæ { vel per se capax .n. ratio *ipsa* & mens. / vel per aliud. n. *appetitus, qui rationi* parere potest.

Hac autem distinctione.

Virtus animi { quædam est *mentis*, & dianoëtica, vndè appellamur *doctiores*, vt Logica, Geometria, &c. De qua lib. 6. / quædam *appetitus*, & *Ethica*, vndè *meliores* nuncupamur, vt fortitudo, iustitia, &c. / nulla est reliquæ animi partis;

.n. eius quæ { neque propriè & in se habet rationem. / neque habet tanquam aliquid quodiobsequi & obedire possit.

Cæterùm de ijs diuisionibus in Physiologia.

APPENDIX
AD LIBRVM PRIMVM, ET posteriorem partem lib. 10.

De humana fœlicitate.

CAPVT I.

Doctrina, nomen, notio, existentia.

Monitum.

Vid sit perfectio summa, quid beatitas, quid summum bonum & quotuplex declaratur in Compendio morali.

Cuius est agere de summo bono?

Ars quæque speculatur aliquod summum bonum; vt medicina sanitatem, architectura commodissimam habitationem.

De ſummo bono α' πλῶς, & generatim agere Metaphyſici eſt.
De ſummo humano quod ſit *ſupernaturaliter* procurabile, eſt Theologiæ eius quæ reuelata dicitur.
De ſummo humano quod ſit *naturaliter* procurabile Phyſicus agere debet, ſed theoreticè tantum.
Ethicus & politicus agunt de ſummo hominis bono, ſed de *Morali* tantum.
Niſi quod per digreſſionem aſſurgunt ad vniuerſum genus.
De comparanda theoretica fœlicitate Logicus practicè agit.

Nomina.

Nominum quibus fœlicitas compellatur genera ſunt duo.

Quia { alia ſunt rerum, vbi ponitur fœlicitas & beatificatio: vt virtus, honos, voluptas, opulentia, indolentia.
alia ipſius beatitatis, aut beatificationis: vt fœlicitas, beatitudo, ſummum bonum, ſumma perfectio.

De prioribus non conſentiunt omnes mortales.

De poſterioribus { conſentiunt ſi ſpectetur *ſenſus* vocabulorum.
non conſentiunt ſi *ſonus* quoniam effert aliter Græcus, aliter Latinus, aliter barbarus.

Nomina ſunt ſacra, vel profana, & vulgaria.
Beatitudinis nomina multa repetuntur è ſacris literis.

Quia { quędam ſunt *typica* vt Hieruſalem. §.
quędam *metaphorica*, vt paradiſus.
quędam *propria*, vt beatitudo.

Rei autem vulgaris ferè nomen eſt vulgare.

Beatitudo res eſt popularis { non ſi poſſeſſio.
verùm ſi cupiditas & votum perpendatur.

Omnes fœlicitatem elicito appetitu concupiſcunt: ideò nouerunt illam de quibuſdam notis quoniam, *ignoti nulla eſt cupido.*
Hæ vero notæ & conditiones variæ. Hinc varietas appellationum, dicitur *ſummum bonum*, quia nihil melius ipſa, inter humana.

Vltimus finis, quia { non tendit aliò.
eò tendunt ac referuntur omnia omnium vota, &c.

Bonum per excellentiam & antonomaſiam, τὸ ἀγαθόν, τἀγαθον τὸ bene vſurpatur ad illius explicationem, quia poſita exiſtimatur in præſtantia.
Dicitur bene agere, quia ſita eſt in vita humana actionibus: benè viuere & lætari, quoniam non viuit bene, qui ſic viuendo non delectatur.
Eudæmonia, quia eget fœlici genio & bona fortuna.

Beatitudo } quia beat, cupiditatemque explet.
Fœlicitas }

Theologo

Digitized by Google

Theologo propriè { fœlicitas est *viatoris*, nec necessariò excludit miserias.
beatitudo est *comprehensoris*, & miserias excludit.

Sed hoc discrimen parum religiosè obseruatur.

Notio.

Summum bonum est quò referimus omnia quæ agimus, & quod propter se, non propter aliud expetimus. *Ex* D. *Aug.* 8. *de Conit. cap.* 5.

Beatitudo est status omnium bonorum humanorum aggregatione perfectus. *Ex Boëtio* 3. *de consol.*

Consulantur Rudimenta Moralia.

Existentia.

Datur aliquid, non tamen omnia sunt ab alio, & propter aliud, ne in infinitum regrediamur: vel detur *circulus*.

Ergo datur aliquid quod sit propter se tantùm.

Quod autem tale, illud optimum.

Datur finis. Ergo & vltimus, ne regrediamur in infinitum.

Naturalis appetitus non est frustrà, non est rei impossibilis. ¶

Naturaliter concupiscimus benè, beatéque viuere.

Ergo possibilis beatitudo.

Omnes expletam volunt cupiditatem.

Nemo non præfert virtutem vitio, si cætera videantur paria.

CAPVT II.

Varietas opinionum.

Consentiunt-ne mortales de fœlicitate?

Consentiunt in designandis præcipuis notis, & affectionibus summi boni, & fœlicitatis.

Dissentiunt in notarum applicatione, quia alius honori putat conuenire, alius voluptati, &c.

Fœlicitatem norunt { omnes secundum *notas*.
non omnes secundum *rem*.

Omnes sciunt esse optimum quiddam, optimum homini, se ipso contentum, extremum aliquid, &c.

Non omnes norunt in quo sit posita fœlicitas, quid sit illud quod sibi vendicat eas conditiones.

Obiectio.

Qui rei non habet experientiam .p. famis, cruciatus qui oriatur ex dentis morbo, &c. illam non imaginatur, non apprehendit.

Atqui fœlicitatis vix mortalium vllus habet experientiam ..... Ergo vix vllus eam imaginatur, apprehendit, nouit.

Dist. Prop. si neque per se, neque per aliud .p. per illius partes eius expe-

Digitized by Google

rientiam habet Concedo. Secus, N.
Dist. Sump. per ipsam C. per illius partes & per aliud N.

Expeti fœlicitatem.

Id propter quod alia expetuntur, & ipsum *magis* [potioriq; iure] expetitur.
Atqui propter fœlicitatem cętera à nobis expetuntur. Ergo.

Cognosci.

Quod appetitur [appetitu elicito, & propriè dicto] id cognoscitur ab expetenti. Mortales propriè concupiscunt fœlicitatem. Ergo.

Cur dissentimus, &c.

Dissentimus { tum ab alijs / tum à nobis } de negotio fœlicitatis.

Quæritur vndè dissensio. Consulendus sequens sermo. Fallimur, mutamur, discrepamus, &c.

Cur hic fallimur?

Primò quia { neque sunt notę vsquequaque perspicuæ. / neque nos valdè sumus perspicaces. Vndè reliquę coniecturæ,
Secundò quia { & notas coniungendas diuidimus. / & signa communia pro reciprocis habemus.
Tertiò quia imponit nobis falsa persuasio nostra de aliena fœlicitate .p. quando sic ratiocinamur.
Hic est fœlix ..... ego verò non item.
Ideo fœlicitas consistit in re { qua ego caream. / qua ille sit instructus.
Nihil tamen habet quod non idem possideam pręter diuitias, aut præter sanitatem, &c.
Ergo fœlicitas sita est in opulentia, aut in sanitate, &c.
Quartò quia quando aliquis verè nobis est beatior, solet nos multis superare rebus .p. nobilitate, sanitate, fortitudine, mansuetudine, dignitate, &c. non est autem facile deprehendere *quanam* ex illis beatitudo contineatur.
Quintò quia plerumque conficimus syllogismum vitiosæ formę. p. in hunc modum.
Fœlicitas, Voluptas } allubescit, sui gratia expetitur.
Ergo voluptas videtur esse fœlicitas. [·]

Obiectio. Natura facile finem cernit, deprehendit (dicitur enim prudentissima.)
Ergo non fallitur in fœlicitate internoscenda.
Dist. si est integra C. quando est corrupta vt nostra natura N.

Cur non constamus in opinione?

Primò quia mutatur *temperamentum*, ætas, valetudo, &c.

Digitized by Google

Secundò quia vanitas, fucus & mendacium opinionis, & inanitas noſtrę expectationis tandem detegitur.

Debentne ponderari omnes omnium opiniones de fœlicitate?

Amentiæ & confidentię omnia perſequi 2. de Cœlo.

Non omnes qui dubitant ſentiuntue aliquid digni ſunt *ratione*, 1. Top. ideò hîc contemnuntur opiniones puerorum, & ægrotantium, improborum, &c.

Obiectio.

Quando iudicium de re aliqua inſtituitur.... vocandi ſunt ad cauſſæ dictionẽ ij quorum intereſt, & vocandi ſaltem turmatim & per principes.

Atqui iudicium de beatitate videtur ad omnes pertinere. Ergo omnium ſententiæ videntur audiendæ.

Diſt. P. { ſi iudicium tranſit in rem iudicatam atque *obligat*, vt quando magiſtratus iudicat, C. / niſi tranſit vt cùm philoſophi iudicant, N.

Vndè hîc æſtimanda varietas?

Ex *ætate*, quia ſtudia alia pueri, alia adoleſcentis. §

Valetudine, quia aliter ſani, aliter ægri iudicamus de fœlicitate.

Sexu, quia aliter vir, aliter mulier.

Conditione, quia aliter ſeruus, aliter dominus.

Fortuna, quoniam aliter pauper, aliter diues.

Tempore, quia de iucunditate & bono aliter in pace, aliter in bello iudicamus, aliter æſtate, aliter hyeme.

Regione, quia ingenia pro regionibus varia, cupida pacis, belli, honoris, voluptatis.

Religione, aliter Chriſtianus, aliter Mahumetanus iudicat.

Inſtitutione, & conſuetudine, quia eſt quaſi altera natura.

Temperamento, quia animi affectus ſequuntur temperamentum corporis.

Ex triplici bonorum humanorum *genere*, de quo in Compendio Morali.

Ex vitæ *genere* atque hinc potiſſimum, quia vitæ genera liberiora ſunt.

De triplici bonorum humanorum genere.

Externa bona ſunt opes, gloria, ciuilis nobilitas, parentũ gratia, imperia, liberi verè liberales, vxor, amici, ſerui, corporis ſanitas, robur, pulchritudo, habilitas, indolentia, voluptas, generoſitas, facultates & nobilitas naturalis &c.

Animi bona ſunt, eſſentia ipſius, facultates, habitus, [inter quæ nobilitas virtute parta, & operationes quæ pendent ex obiectis.]

Bona { *corporis* / *fortunæ* } facilè repelluntur à ſumnii boni titulo.

De bonis animi infrà, conſule Compendium & Rhetoras, vbi agunt de demonſtratiuo genere orationis. *Monitũ.*

De vitę generibus in Compendio. Ea quatuor præcipua.
Quęſtuoſum, voluptuarium, politicum, philoſophicum.

Digitized by Google

Ducentæ octoginta octo opiniones Philosophorum de fœlicitate numerantur suprà.

Ex Horatio.

Qui fit mœcenas vt nemo quam sibi sortem, &c. ¶

Nemo ferè viuit sorte contentus sua.

Nam { natura nostra est corrupta. / non oportet viam ita allubescere, vt non supersit termini desiderium. / concupiscimus omnia vitæ commoda. / non omnia vnum quodque vitæ genus comitantur. / aliena vita nobis imponit.

Vix quisquam tamen sortem suam mutare velit.

Primò quia consuetudo parit familiaritatem & amicitiam.

Secundò quia ferè nos mutationis tædere solet.

Tertiò quia { vt non expedit Reip. protrahere nos subinde ab officio ad officium. / ita natura vnumquemque certis officijs addicere debet.

Quartò quia quæ nos impellunt ad aliquod vitę genus, ea impulsos retinēt.

Monitum.

Census variorum sententiarum de fœlicitate, & refutatio petatur è Rudimentis, è contextu, & ex astructione sententiæ verioris.

Indolentia minus conturbare iudicium videtur, quàm *voluptas*..... ideo prę-fertur à nonnullis voluptati in astruenda fœlicitate.

Reuerà est quid voluptate deterius.

Voluptas est condimentum, non quid pręcipuum.

Opulentia est instrumentum: ideo non est finis, &c.

Obiectio prima.

Quod expetitur sui gratia id summum est bonum. Voluptas expetitur sui gratia. Ergo, &c.

Dist. Prop. si cętera propter ipsum expetantur, C. secus, N.

Obiectio secunda.

Posteriora potiora sun: Voluptas virtutis actione est posterior. Ergo potior:

Dist. Prop. { si habent rationem finis, C. / si appendicis tantùm, N.

Obiectio tertia.

Præmium virtutis est fœlicitas primo Ethicorum.

Atqui honos est virtutis præmium quinto Ethicorum. Ergo, &c. ¶

Dist. Prop. { si æquet virtutis meritum, C. / si neutiquam æquet, sed remuneret tantum vtrumque, N.

Obiectio quarta.

Quod vniuersa pręstat commoda, id pręstantius quàm quod singula.

Iam quæ singula singulæ virtutes pręstant, vt medica virtus sanitatem, gymnastica & Athletica robur & agilitatem, prudentia consilium, fortitudo

Digitized by Google

præsidium,&c. ea vniuersa videtur opulentia præstare, dum largitur medicos medicorum operam, milites,&c. consultores,&c.

Ergo potiores sunt illius partes in fœlicitate astruenda, quàm medicinæ, quàm gymnasticæ, quàm prudentiæ, quàm fortitudinis, si expendantur sigillatim.

D.A. si per se, aut per partem præstet, C.

Si per aliud tantum vt sanitatem opulentia per medicinam N.

Ad Sumptionem respondeo opulentiam { neque præstare præcipua bona p. animi tranquillitatem. neque per se præstare, vel per partem.

CAPVT III.

Sententia Platonicorum.

In quo posita fœlicitas Platonicorum?

In τῷ *sapere* & *contemplatione*: non ideo omittunt τὸ benè viuere, & probitatem.

Nam { Socrati probitas quæuis est scientia. Platoni distinguitur à scientia,& sapientia: sed indè effloresc it.

Quotuplex apud ipsos summum hominis bonum?

Duplex { *obiectiuum quod* assequimur, cuius participatione reddimur meliores, beatiores. *formale*, siue illud *quo* assequimur obiectiuum.

Obiectiuum { vel est *vniuersale* & complectitur ideas potissimumque ideam boni. *Idea.* vel *particulare*,& cætera complectitur. p. robur, Bucephalum,&c. *Idos.*

Hinc duplex fœlicitas, duplex formale bonum;

n. { vna quæ consistit in *intelligentia*,& scientia quæ versatur circa res incorruptibiles, maximéque circa ideam boni. *Scientia.* altera quæ in recta opinatione, quæ occupatur circa *idos*, circa res sensibiles & corruptibiles. *Opinio.*

In hac vita sapiens { posteriorem assequitur / priorem sperat } fœlicitatem. *Tempus.*

Paucula de idea boni ex Platone & Platonicis.

Idearum { ea quæ est *ipsum bonum*,& summum bonum est Platonicis *vnitas*, & fons reliquarum idearũ,& reuerà Deus princeps qui est vn⁹. cæteræ sunt *arithmi*,& numeri quidàm, ac modi incorporei, qui

Digitized by Google

proximè fluunt ab vnitate.

Ipſum bonum definitur quod per ſe eſt bonum, & cuius participatione cætera ſunt bona.

Porrò ex ſobole dignoſcendus parens, quem intueri nequeas.

Sol eſt quaſi filius ſummi boni, quod intueri non poſſumus in hacce vita.

Quare ex Sole capienda eſt intelligentia ſummi boni.

Prima. Habet ſe { vt Sol in rebus aſpectabilibus. / ita ipſum bonum in dianoëticis, & intelligibilibus.

Sol { eſt *primum aſpectabile* & per ſe. / cætera facit *luminoſa*, aſpectabilia. / cauſſa eſt tum *oculi*, tum *viſionis*.

Proinde ipſum bonum { eſt primum intelligibile, ac per ſe. / intelligibilitatem aliis largitur rebus. / eſt origo mentis & intellectionis.

2. Iam oculus quando intuetur non ſolem .... non quæ immediatè à ſole illuſtrantur: ..... ſed alia ..... variis erroribus obnoxius eſt ..... vt cùm noctu ad lucernam colores aſpiciuntur.

Eodem modo mens facilè prolabitur in errorem,

niſi conuertitur { ad ipſum bonum. / vel ſaltem ad ea in quæ proximè & immediatè vim ſuam trãsfundit ipſum bonum. i. ad ideas alias & res æternas.

3. Et tamen { quemadmodum Sol & quicquid paulò ſplendidius perſtringit oculos, &c. / ita mentis noſtræ acies hebeſcit quando conuertitur ad ipſum bonum & ad ideas.

Ideò { vt ſolem in aqua tanquam in ſpeculo contuemur. / ita ſummum bonum in ſole, qui videtur ſummi boni excellẽtiſſimum inſtrumentum & ſpeculum.

Duplex fœlicitas apud Platonicos.

Fœlicitas { vna eſt in *intelligentia*, quâ potimur ideis, potiſſimumque idea boni. / altera in *recta opinatione*, quâ potimur rebus aliis.

Ergo fœlicitas Platonicorum conſiſtit in *contemplatione*.

Quid vero (inquis) an omittunt probitatem, quæ voluntatis videtur eſſe beatitudo & perfectio?

Neutiquam, quia { ex mente Socratis probitas ſcientiâ continetur, it fortitudo ex. gr. ſit ſcientia fortiter faciendi. / iudicio Platonis diſtinguitur probitas à ſapientiâ, & cognitione, ex hac tamen effloreſcit.

Digitized by Google

Origo doctrinæ huius.

Ex Trismegisto.

Doctrina hæc creditur prodiisse ex Trismegisto & Mose.

Paucula ex Pimandro.

Proprium est { *patris* generare, non generari. / *boni* largiri, non accipere aliunde.

Itaque Deus vnus propriè est pater & bonum.

Cætera non nisi Dei participatione sunt bona.

Proindeque summum hominis { malum est non possidere / bonum est possidere } Deum: qui est bonum, & supersubstantiale bonum.

Porrò { non possidet Deum qui hunc ignorat. / possidet Deum qui cognoscit Deum, cognitioneque in illius amorem rapitur.

Denique { cognoscit Deum, qui se ipsum nouit: ex principe effectu maximè cognoscitur caussa. / qui errore *corpus* amplexatur (quod non tam homo quàm hominis receptaculum) non *animum* [qui videtur esse homo ipse] is oberrat in tenebris densissimis, & mala mortis sensu percipit.

Tempus.

Intelligentiam in hacce vita sperat sapiens, assequitur rectam opinationem.

Consulendus Plato in Menone.

Monitum.

Animus { quibusdam, vt Platonicis, est totus homo. / Aristoteli est maximè homo, vt ciuitas maximè est Senatus, & contrà.

Mensuræ boni familiares.

Tria ferè quæ metimur accuratè, *magnitudo, numerus, & pondus*, hinc mẽsura boni, hinc gradus, momentum & similia nomina, quibus vtimur ad res [mensurandas atque explicandas.

Proinde hinc ducuntur appellationes, & rationes, quibus adhibitis reliqua æstimamus & metimur.

Virtus enim ex. gr. si confertur cum virtute altera, & mensuratur,

Sanè necesse est illa cogitetur { vel quasi numerus. / vel quasi pondus. / vel quasi magnitudo.

Solent autem res mensurabiles appellari nomine mensuræ. p. vniuersale, modi, &c. ex Aristotele.

Quid ergo mirum si quando dicitur Deus omnia fecisse, in numero, pon-

Digitized by Google

dere & menſura [magnitudine] his nominibus omnia veniant bonorum genera.

Nili bonum foret ſui diffundendi auidum, Deus mundum non creaſſet,&c.

Diuiſio bonorum ex Platonicis.

Varii platonicis conſtituuntur bonorum ordines, collocaturque

In primo menſura, moderatio, opportunitas.

In ſecundo commenſuratum, pulchrum, ſufficiens.

In tertio mens & Sophia, ſeu ſapientia.

In quarto ſcientia, ars, & recta opinatio.

In quinto voluptates puræ collocantur.

In ſexto denique Cantilenæ.

CAPVT IV.

Sententia peripatetica de fœlicitate.

Monitum.

Accuſatur à pleriſque ſententia Ariſtotelis de fœlicitate.

Contrahenda eſt in breuem commentarium, vt cognoſcatur cauſſa.

Conſulendum compendium, & caput vltimum huius ſermonis.

Notio.

Beatitatis nomine intelligitur ſcopus benè viuendi, &c.

Exiſtentia.

Datur ſummum bonum, ne regrediamur in infinitum : Ariſtoteles primo Ethicorum.

Nomina.

Nomina fœlicitatis ponuntur libro primo Ethicorum ad Nicomachum.

Sententiæ alienæ.

Sententiæ alienæ cum refutatione ponuntur libro 1. & 10.

Notæ & ſignificationes.

Notæ in rudimentis ex 1. Ethic. & aliunde.

Eſt quid optimum, ſeipſo contentum, ſufficiens, &c..

Eſt quid hominis proprium, humanum, nõ belluinum: imo diuinum potiùs quàm humanum.

Eſt quiddam diuturnum, non momentaneum, &c.

Definitio.

Definitur *diu & benè viuere*. n. vitam humanam ſiue rationalem.

Actus animi virtute vtentis in vita vndique perfecta, &c.

Diſcrimen à perfectione ſumma.

Perfectio ſumma latiùs patet quàm fœlicitas. de qua re in rudimentis.

partes

Digitized by Google

Partes et comprehensio.

Partes { praxis, contemplatio } ex decimo Ethicorum.

Comprehendit fœlicitas tria bonorum genera;

n. { bona *animi*, vt prudentiam, probitatem, sapientiam, &c.
bona *corporis*, vt sanitatem, pulchritudinem, &c
et *externa*, vt honorem, opulentiam, &c. ¶

Omninò requirit aliquid secundæ fortunæ.

Primò tamen ita vt in rebus aduersis retineatur honestas, [& perfecta fœlicitas non perfectissima] 1. Eth. 7. Politic &c.

Secundò ita vt parua deliderctur copia bonorum corporis, & fortunæ cap. 5. primi Politic, &c.

Etenim { ea sunt virtutis instrumenta vt citharœdi cithara, &c.
instrumenta non quò maiora, eò meliora, &c. eoque minor quò quis animo melius est constitutus 7. Politic. tanta nihilominus, quoniam homo est ciuile animal, vt ad nostros moderatè se extendat primo Ethic.

Quo pacto tria bonorum genera includuntur in definitione?

Insinuantur nomine *vtentis*, vsus, & perfectæ energiæ.

Etenim ad perfectum virtutis vsum duplex requiritur actus;

n. { interior: vt contemnere pecuniam, confidere, &c.
exterior: vt largiri, accipere, pugnare, &c.

Requirit { vterque non modò animi, verum etiam corporis bona: vt e.g. sanitatem, quæ prohibeat amentiam.
posterior etiam bona externa.

Subiectum.

Fœlicitas cadit in eos qui rationi congruenter viuere possunt.

Non autem in belluas, non in pueros.

Ortus & interitus.

Fœlicitas non euenit fortuna, & casu primo Ethic.

Tribuere fortunæ causam fœlicitatis perinde est atque cantionis tribuere lyræ, non arti.

Fœlicitas euenit Dei munere vt colligimus ex primo & 10. Ethic. 1. Politic.

Paratur *virtute* primo Ethicorum, *probitate* & sapientia 7. Politic.

Vt vtraque hæc *natura*, *more*, *ratione*, 7. Politic.

Difficulter amittitur, recuperatur, paratur.

Tempus.

Exquiuntur Peripatetici de fœlicitate huius vitæ.

Eamque aiũt cadere in vigiliam potius, quàm in somnum.

Digitized by Google

Vir bonus est-ne beatus quandiu & quando dormit ?

Secundum *habitum* est beatus, vt perfecta hyemali tempore & fœcunda arbor : quia somno non deletur virtus.

Ratione *actus* { *absolutè* non est beatus, quia tunc neutiquam est liber, siue non vtitur libertate. / *secundum* quid tamen beatus videri potest : n. propter quietiora somnia ex Aristotele.

Obiectiones.

Ergo (inquis) est miser actu quandiu dormit.

Prima. N. quia miser & infœlix non quicunque non agit benè.

Sed ille demum qui agit praue, qui cum debeat beatè agere & benè, non agit tamen.

2. Quies pacatissima est quid fœlicissimum: Atqui somnus viri probi est quædam quies pacatissima. Ergo, &c.

D. P. { si quietis nomine accipiatur actio congruentissima & suauissima C. / sin autem cessatio & orbatio actionis N.

Fœlicitas est cessatio. D. { à quauis actione N. / à misera & laboriosa C.

3. Quando mens sine vllo doloris sensu optimè intelligit, optimè & fœlicissimè habemus.

4. Iam illud accidit insomno, & in somnio viri probi & sapientis.

Ergo inter dormiendum optimè habet. Suadetur sumptio.

Nihil est præclarius in intelligendi munere, & cuius maiori cupiditate teneri videamur, ... quàm res futuras *præsagire*, præuidere & omninò diuinare.

In somnio autem videmur optime præuidere, diuinare.

Si quidem in somniis non leues coniecturæ capiuntur tum à Medicis elegantioribus, tum ab aliis ad prædicandum futura, & declarandum occulta.

Proinde suauisomno & in somnio nihil beatius videtur.

Respon.

Vigilantem diuinare rectiùs quàm dormientem.

Imò quæ capiuntur ex insomniis coniecturæ capi à vigilante non à dormiente.

Siue sint rerum occultarum, vt cruditatis ventriculi.

Siue futurarum, vt morborum ingruentium.

Aliud esse somniantem prædicere, aliud prædicere ex insomnio.

De propositione, alibi & de mentis intersomniandum conditione.

5. Somnus fit { non modo ad corporis recreationem. / verùm etiam ad libertatem animæ, quæ tum soluta res suas agit.

Ex Seneca

Digitized by Googl

D.P. { si libertas dicatur ſolutio animi à communi ſenſu C.
si libertas vera, de qua alibi N.

Qualis fœlicitas Peripateticis?

Honorabilis, optima, iucundiſſima, pulcherrima, ſufficiens, amplificabilis, firma, perpetua, pertinens ad noſtros atque etiam ad vita functos, &c.

Firma { non quòd nullomodo & nunquam euertatur.
ſed quòd difficulter deijciatur, euertatur.

Permanens autem opponitur { vel ſucceſſiuo.
vel non diuturno, interrupto.

Priori ſenſu fœlicitas permanens { per virtutem eſt.
per ſe non eſt: quoniam actiones fluunt, interrumpuntur.

Poſteriori { populariter eſt permanens, & perennis: tandiu durat, quandiu per naturam licet.
accuratè non eſt perpetua, quoniam ſomno interrumpitur, & ceſſatione.

Niſi quòd videtur aliquo modo continuari, quatenus ſomnus ipſe & ceſſatio viri boni & ſapientis habent aliquid honeſtatis, aliquid laudabile cùm referantur ad honeſtatem

Quodnam definitur ſummum bonum?

Definitur *rationale*, non autem naturale: *humanum* non Angelicum; *formale* non obiectiuum: *præſentis ſtatus*, non futuri poſt mortem.

Sed { præſentis, vt eſt propter ſe aliquo modo.
non præſentis vitæ, vt eſt ad alteram vitam: niſi quatenus poſterior hæc conſideratio & ratio conſentit cum priori.

Apud Platonem qui *benè vixit, bona ſpe debet duci intermoriendum:* non quæuis hominis perfectio definitur, ſed quæ ſit rationalis, & beatitatis mereatur nomen.

Requirit-ne honeſtam mortem?

Ariſtoteli videtur requirere { vel ipſam.
vel bonam ſpem illius.

Quænam accipienda animi actio ex virtute?

Vtraque, i. actio mentis & actio appetitus.

Cuius eſt beata actio?

Hominis eſt ſed per animum. dicitur animi actus { non vt homo.
ſed vt corpus excludatur.

Quæſitum in rudimentis { quæ dicantur animi.
quarum partium & facultatum ſit beatitas.

Digitized by Google

Quomodo hîc accipiendus eſt actus?

Accipiendus vt includit ſubiectum, non vt excludit.

Item { non pro vno ſingulari,& ſolitario actu.
Item { ſed pro coaceruatione actionum à virtute promanantium.

Fœlicitas eſt veluti ſanitas,pulchritudo,& exercitus.

Ens per accidens. Ad fœlicitatem eſt opus actu prudentiæ,actu fortitudinis,&c.

Monitum.

Quæritur { ponatne Ariſtoteles fœlicitatem tum in actione,tum in contemplatione.
Quæritur { an verò tantũ in earum potiori, vt deterior referatur ad potioré.

Ex hoc breui commentario facile eſt reſpondere calũniatoribus Ariſtotelis.

Conſule caput ſequens.

Obiectiuncula.

Qui finis ad alium tendit, non eſt vltimus.

Atqui actio humana quæuis,vt ſit finis tendit tamen tum ad Deum,tum ad hominem: (ad obiectum & ad ſubiectum tanquam ad finem.)

Ergo non vocatur vltimus finis: omnis motus aliò tendit.

D.P. omninò vltimus C. vltimus inter fines ſui generis & ordinis N.

D. C. { inter fines abſolutè C.
D. C. { inter fines formales & fines *quibus* N.

CAPVT V.

De Stoïca Beatitate qua parte differt à peripatetica.

Quæ maximè obſeruanda Peripatetico in Stoïcorum Morali Philoſophia?

Fatum, virtutum animatio, vitiorum & peccatorum æqualitas, ſapientis ἀπάθεια de quibus rebus alibi, conſtructio fœlicitatis, iudicium de rebus bonis, malis, indifferentibus.

Stoica fœlicitas & infœlicitas.

Stoicis { facit ſatis vna *virtus* ad beatam vitam, atque adeò ad beatiſſimam.
Stoicis { ſufficit ſola *malitia* ad miſeriam,& infœlicitatem.

Idque etiam { ſi virtuti deſint / ſi malitiæ adſint } cætera, quæ dicuntur apud Peripateticos *bona corporis* & externa: quorum tamen acceſſio ad virtutem eſt optabilis.

Peripateticis { vitiũ ſufficit ad infœlicitaté quãuis adſint bona corporis & externa.
Peripateticis { virtus { ſufficit ad *beatam* vitam. / non ſufficit ad *beatiſſimam*. }

Digitized by Googl

Ad cuius numeros complendos desideratur honestus modus bonorum corporis & fortunę.

Sed illa adiumenta corporis & externa aliter æstimantur & nuncupantur à Stoïcis, aliter à Peripateticis.

Dicuntur { ab his *optabilia*, bona, vtilia, necessaria.
à Stoïcis *optabilia* & commoda, non tamen sunt bona, non necessaria.

Sed Peripateticorum sententia verisimilior videtur.

Primò quia communi mortalium sententię est congruentior.

Secundò quia constamus animo & corpore.

Quare hæc à Stoicis negantur esse bona?

Primò quia ad delendos & sedandos omninò affectus conducibile videtur sic sentire .n. dotes corporis & externa adiumenta non esse bona.

Secundò quia per se non *efficiant* malum licet irritent & attrahant ad malum.

Sed respondet Peripateticus non esse procurandam ἀπάθειαν.

Bona corporis } obesse { non per se.
Bona fortunæ } { sed per accidens .p. per improbitatem alienam, per nostram imprudentiam.

Monitio.

Apud Medicos morbi caussa constituitur duplex, vt dicitur alibi.

Caussa { vna continens, vt intemperies corporis.
altera antecedens, vt æstus à sole, aut ictus quo procuratur intemperies.

Quæ diuisio ad Stoïcam partitionem alludere videtur.

Explicatio secundæ rationis ex Stoicis.

Caussa mali { vna *efficiens* [propriè & per se] vt inuidia, improbitas, infœlicitas.
altera precedens tanquam *conditio*, non tamen efficiens.

Præcedens { vel irritat tantum, vt virtus inuidiam.
vel irritat & attrahit: tumque { aut commoda.
aut incommoda.

Quod efficit malum id etiam est malum.

Si quid irritat tantùm, non autem efficit, vel attrahit: non propterea est malum & desinit esse bonum.

Quod *irritat* atque *attrahit* non est bonum, sed quid indifferens.

Attrahit autem quod caussam *verisimilem* habet, vt voluptas, paupertas, honor, infamia: Non *absurdam*, vt cùm inuidiam parit virtus, inuidemus propter virtutem.

Est autem duplex illud quod non est bonum, quodque attrahit & irritat;

Digitized by Google

n. { commodum ex quo plus capitur vſus, quàm moleſtiæ, vt voluptas, delitiæ, honos, &c.
incommodum contrà, vndè plus moleſtiæ, quam vſus: vt paupertas, dolor, &c.

Obiectio prima.

Contrariorum contraria ſunt conſequentia
Atqui improbitas ad infœlicitatem } ſufficit.
Ergo virtus ad fœlicitatem

Diſt. Ant. quatenus ſunt contraria, C. ſecus aut ſimpliciter, N. Sed de hoc axiomate in Antepredicamentis.

Incongruitas ſufficit vt doceas aliquem non eſſe bonum oratorem: Congruitas non ſufficit vt quis dicatur indè bonus orator.

Bonum conſtat ex integra cauſſa. De qua re alibi.

Obiectio ſecunda.

Bona fortunæ non faciunt meliorem hominem.
Ergo non ſunt verè bona, nihil bonitatis habent.

Diſt. ſi ſpectetur habitus, C. Si vſus, N.

Obiectio tertia.

Seneca Epiſt. 87. Quod euenit ſceleratiſſimo cuique, non eſt bonum: Atqui, &c.

Diſt. Prop. honeſtum, C. vtile vel iucundum, N.

Obiectio quarta.

Bonum non naſcitur & componitur ex malo.

Atqui { paupertas eſt malum Peripateticis.
ex paupertatibus naſcuntur opes.

Ergo opes non ſunt bonum.

Diſt. Sumpt. { ſi paupertatis nomine intelligantur opes *exiguæ*.
Sanè { indè naſcitur opulentia.
ſed hoc ſenſu paupertas non eſt malum.
ſi intelligatur exiguitas & priuatio opum;

tunc { paupertas eſt malum.
paupertas non componit opulentiam.

Obiectio quinta.

Sacrilegium non eſt bonæ rei, &c.

Diſt. { quę ſit bona, bonitate honeſta, C.
quæ ſit bona bonitate vtili, N.

Obiectio ſexta.

Si diuitiæ ſunt bonum, diuites ſunt boni.
[Nam bonum reddit bonum id cui adeſt.]

Diſt. ſecundum quid vel abſolutè boni, C. boni abſolutè, N.

Sunt enim aptiores & magis inſtructi ad exercendam liberalitatem, &c.

Digitized by Google

Obiectio ſeptima.

Beata vita eſt ſummum bonum ..... Ergo eſt ſummè beata.
Proindeque eſt inanis diſtinctio fœlicitatis in perfectam & perfectiſſimam.
Diſt. C. { ſummè ratione & comparatione aliorum generum, C. / ſummè in ſuo quoque genere, N.
Seu { ſi conferatur ſpecies cum ſpecie, C. / ſi indiuiduum cum indiuiduo, N.
Candor { niuis eſt perfectiſſimus color, ſi ſpecies cum ſpecie conferatur, / nõ quiuis perfectiſſimus ſi fiat comparatio inter res eiuſdẽ ſpeciei.
Quæuis beatitas eſt ſummum bonum ratione ſpeciei, non quæuis ratione indiuidui.

Obiectio octaua.

Vitia ſunt æqualia, ideoque & virtutes. Ergo nemo altero eſt beatior.
N. Ant. De quo alibi.

Obiectio nona. †

Bona ſunt eô meliora quô maiora.
Opes non ſunt eô meliores quó maiores.
Ergo opes non ſunt bonum.
Diſt. P. ſi loquamur de finali bono, C. ſi de medio, N. De quare alibi.

CAPVT VI.

De fœlicitate potiſſimùm de Chriſtiana.

Quæ ſumma ſententiæ de fœlicitate?

Summa repetatur è Compendijs.
Beatitudo eſt ſumma hominis perfectio quatenus homo & rationalis.
Ea poſita in vſu præſtantiſſimo præcellentiſſimarũ facultatum quæ rationales.
Huc requiritur { primùm vt facultas optimè habeat. / deindè vt circa obiectum præſtantiſſimum & congruentiſſimum occupetur.

Facultates.

Duæ ſunt in homine principes facultates, & capaces beatitatis, quarum cauſſæ conſtitutæ cæteræ;
.n. { *mens*, quæ theoretica, vel practica eſt. / *appetitus*, qui { rationalis ſeu voluntas. / vel ſenſitiuus.
Hominis ſumma abſolutio complectitur perfectionem non modo iſtarum facultatum, verumetiam cæterarum. Sed hæ duabus illis ſubſeruire debent.

Digitized by Google

Virtus ſiue præſtantia.

Optimæ habentur iſtæ facultates, tum demum cùm ſunt ſortitæ virtutes ſibi congruentes; adipiſcuntur eas non natura ſola, ſed aſſuetudine & doctrina.

Sunt autem duæ, ſapientia, probitas: illa mentis, hæc appetitus.

Vſus ſeu formale bonum.

Hîc { *contemplatio*, quæ eſt mentis operatio.
{ *praxis*, vbi actus { interior, vt contemnere mortem. §
{ exterior, vt pugnare.

Obiectum mentis.

Menti pro materia proponitur *verum*, Deo nihil verius, ideò in cognitionis genere nihil præſtantius *notitia Dei*.

Obiectum appetitus.

Appetitus noſter { & malum auerſatur, &c.
{ & bonum proſequitur, &c.

Sed fœlicitas conſiſtit potiùs in adeptione boni, quàm in mali euitatione. Deo verò nihil eſt melius.

Hîc ergo quatuor { facultas, vt mens, voluntas.
{ præſtantia eius, vt geometria, prudentia, iuſtitia.
{ vſus, qui *formale* } dicitur bonum.
{ obiectum, quod *obiectiuum* }

Obiectio.

Prima. Summum bonum debet eſſe in nobis. D. { obiectiuum, N. §
{ formale, C.

2. Sol { eſt maximè aſpectabilis.
{ non eſt ſummum oculi bonum.

Ergo ſi nihil eſt verius intelligibiliuſque Deo, non ideò nihil eſt melius Deo humanæ menti.

Reſp. non eſſe parem rationem, quia { Deus eſt menti } cõgruentiſſimus.
{ ſol non eſt oculo }

3. Habet ſe { vt oculus noctuæ ad ſolem.
{ ita mens humana ad res diuinas primo Metaphyſicæ.

Ergo par videtur ratio.

Diſt. Ant. { quod attinet ad difficultatem percipiendi, C.
{ quod ad moleſtiam & perniciem ex perceptione, N.

4. Deum nemo vnquam vidit, & viuit. Ergo par eſt ratio etiam poſteriori noſtræ.

Reſp. non *videri* Deum, ſed intelligi tantum in hacce vita abſtractiuè.

Inter-

Digitized by Google

Inter facultatem & obiectum intercedit aliquid proportionis.

Porrò { inter finitum & infinitum nulla est proportio. / Deus est infinitus, mens humana est finita.

Ergo mens humana non habet Deum pro obiecto.

Resp. ad S. { primò esse aliquid proportionis saltem minùs exquisitæ inter intellectum & intelligibile. / secundò quæri in Metaphysicis vtrùm Deus quatenus mihi nunc obijcitur vel tibi sit infinitus.

Inter finitum, inquis, & infinitum proportio non intercedit.

Dist. exquisita, C. quia non licet explicare quota parte illud ab hoc superetur. Non exquisita, N.

Quod infinitum percipit, vim infinitam habet.

Dist. Si planè & omnino comprehendit, C. si apprehendit non autem comprehendit, N.

Si daretur infinita linea, tangi nihilominus posset.

Partitio beatitatis.

In beato { vna est *corporis* perfectio, quæ minus propriè dicitur beatitudo. / altera *animi*, quę continetur { actione mentis. / actione appetitus.

Quærendum est { in vno perfecto summum bonum, si sit tantum vnum perfectum atque vltimum. *Obiectio.* / in perfectissimo, si plura perfecta atque vltima, 1. Ethic.

Atqui exhib. 10. sunt duo .n. { praxis. / contemplatio.

Ergo beatitudo consistit { non in vtroque illo extremo. / sed in perfectissimo.

Resp. primò non paucos admittere totam argumentationem.

Secundò si beatitudo constituatur in vno fine perfectiori, alterum inclusum iri tanquam appendicem.

Si pro beatitate { *fruitio, visio* / *visio, fruitio* } est appendix.

Tertiò entia per accidens cuiusmodi sunt pulchritudo, beatitudo, ciuitas, Ecclesia, &c. variè finiri & extendi.

Quartò perfectissimum esse aliquid quod conflatur ex vtroque,

Solemne in negotijs Philosophicis vti appendicibus.

Diuisiones beatitatis.

Beatitudo { practica / theoretica } de qua diuisione ad librum decimum.

Digitized by Google

Est { perfecta { naturalis { præsentis vitæ, quæ finita.
perfectissima { supernaturalis { futuræ vitæ, quæ infinita.

Obiectio.

Summa hominis perfectio consistit non tantum in hominum proprijs muneribus & officijs, verùm in summa absolutione omnium officiorum & munerum, quæ ab homine obiri possunt.

Atqui beatitudo nostra est summa hominis perfectio.

Ergo malè constituitur ab Aristotele & alijs duntaxat in his officijs quæ sunt hominum propria, aut communia hominibus, cum Intelligentijs siue cum Angelis.

Resp. beatitatem non esse quamuis perfectionem summam, sed tantùm rationalem: nec pertinere ad corporis officia, p. ad audiendum: nisi quatenus inseruiunt menti & voluntati.

Eorum quæ inferunt molestiam { quædam corrumpunt facultatem.
quædam non, vt pharmacorum multa.

Monitū.

Natura nostra quot modis & nominibus spectari potest?

Aut tanquam purè & merè *naturalis*, in puris naturalibus, seu antequam corrumpatur vel dotetur.

Aut tanquam *dotata*, & instructa in eum modum quo erat natura parentis primi ante lapsum.

Aut tanquam *corrupta* .n. labe parentis primi.

Aut tanquam *restituta* diuino beneficio.

Philosophi { de tertio loquuntur statu.
de alijs non nisi per occasionem.

Sed plerique { tertium pro primo habuerunt.
existimarunt hominem non magis degenerasse à statu naturali, quàm belluas.

Primus status nunquam extitit, sed esse potuit.

De fœlicitate præsentis vitæ.

Status hominis in hacce vita duplex aduertendus;

.n. { vnus naturalis, de quo philosophi loquuntur.
alter supernaturalis, quatenus *per & propter* merita nostri Seruatoris hominis animus diuinitus circumuestitur *fide, spe, & charitate.*

Atque in hoc statu beatitudo ex gratia Dei æstimatur, vt sit beatus qui gratus Deo, seu ex fide, sed ex ea quæ *charitate*, & gratia quasi animetur, ne sit sterilis & mortua.

Consulenda doctrina de virtutis statu.

Naturalis autem beatitas in hac vita duplex;

.n. { vna imperfectior cùm quis benè agit, sed sola intellectus honestatis pulchritudine.
altera paulò perfectior, & aliquomodo Christianam æmulans, cum

Digitized by Google

quis ex virtute agit, quia id gratum Deo arbitratur.

Supernaturalis { vna per quam quis ita gratus Deo, vt tamen non sit prædestinatus.
altera per quam ita gratus Deo, vt sit etiam prædestinatus.

Qui status animi à morte?

Est { vnus sine corpore, qui præcedit resurrectionem.
alter cum restituto corpore.

Item { vnus illeque philosophis ac poëtis haud incognitus:
qui est breuis nec diuturnæ purgationis.
quique non excludit amorem Dei, nec virtutis actionem.
alter sempiternus, qui naturalis, vel supernaturalis, cum cruciatu, vel sine cruciatu,

Nam { vel cruciatu ingenti & perpetuo exasperatur.
vel cruciatu vacat, tumque cogitatur duplex;

.n. { naturalis pro ijs qui patiantur damnum non cruciatum,
supernaturalis, pro ijs qui fruuntur aspectu Dei: in quo vno statu *solida beatitudo.*

Beatitudo à resurrectione.

Animo & corpore constamus; vtroque beandi sumus: vt scelerati vtroque cruciandi.

Sed dissentio est de corporis dotibus .p. agilitate, subtilitate, &c,

Quia { nonnulli partem esse beatitatis aiunt.
quidam *appendicem* tantum, ornamentum, & redundantiam.
quidam denique distingunt in hunc modum.

Dist. { aut ex obiecto æstimatur fœlicitas, tumque sunt appendix non pars ..... quia non assequimur Deum corpore, corporali facultate.
aut ex nobis, tumque possunt appellari pars beatitatis.

Beatitudo animi à resurrectione.

Animi beatitudo { vna quæ mentis .n. quæ *visio Dei.*
altera quæ voluntatis .n. *amor & fruitio.*

Nunc Deum intelligimus, sed in ænigmate .n. per species, & imagines à sensibus more cæterarum emendicatas: Licet à nobis variè copulentur, separentur.

At mens beati instructa quadam spiritali qualitate, quæ nuncupatur. *Lumen gloriæ*, Deum præsentem clarè intuetur (vt rem præsentem intuetur Angelus.) Idque vt incredibile est sine vlla imagine, *specieue dianoëtica.*

Quibus modis beatæ menti insinuatur & vnitur Deus?

Primò tanquam *conseruator* & efficiens causa.

Digitized by Google

Secundò tanquam obiectum quod intelligitur, videtur.
Tertiò tanquam gerens ſpecies imaginis intelligibilis. [·]
Quartò tanquam finis vltimus & exemplar.

Potiorne Beatitudo voluntatis quàm mentis?

Actio voluntatis in hacce vita potior, meliorque eſt: ſi conſideretur quatenus eſt via & occaſio ad futuram beatitatem.

Merito Deus *probitatem* exigit à nobis potius quàm *ſapientiam*.

Probus nemo inuitus fieri poſſit: ſapiens quis etiam inuitus fiat. De qua re alibi.

Viſio tamen & actio mentis videtur per ſe & abſolutè potior & præcellentior.

Primò quia praxi theoria præſtat decimo Ethicorum.

Secundò quia voluntas non aſſequitur Deum, niſi per mentem.

Tertiò quia { cognoſcendi cupiditas eſt ſumma inter naturales. / proindéque eſt optimæ rei.

Quartò quia præcellentior qui conſilio tantum, quàm qui tantum executione valet.

Quintò quia delectatio eſt quaſi condimentum: ideoque eſt propter aliud.

Sextò quia ſenſio eſt præcellentior delectatione, quæ oritur à ſenſu.

Septimò quia mens voluntate nobilior, vt docebitur in Phyſiologia.

Obiectio prima.

Poſterius priori eſt præcellentius. Fruitio viſione eſt poſterior: Ergo fruitio eſt præſtabilior viſione.

Diſt. Prop. { quatenus includit prius, C. / ſi ſeorſim ſumitur, D.

Nam { ſi obtinet rationem finis comparatione prioris, vt ſanitas dum confertur cum medicatione, fructus dum cum flore, C. / ſin autem obtinet tantùm rationem appendicis, aut auctuarij, vt accidens dum confertur cum ſubſtantia, N.

N. Concl. quia fruitio eſt appendix viſionis, non autem ſcopus.

Obiectio ſecunda.

Quod imperat id melius eo; cui per naturam imperat, 1. Politicor.

Voluntas vt potè libera & domina imperat menti. Ergo voluntas melior.

Diſt. Prop. { ſecundum quid melius, vt Rege Medicus, C. / omninò & abſolutè melius, præcellentiuſque, Diſt.

Nam { niſi alterum viciſſim imperat, C. [·] / ſin autem alterum viciſſim imperat, N.

Tunc enim videndum eſt quid imperet nobiliori modo.

N. Concl. quia mens viciſſim imperat, idque voluntati, & quidem nobiliori modo. De qua re alibi.

Digitized by Google

Tertia obiectio.

Habet se { vt habitus ad habitum, virtus ad virtutem.
ita actio ad actionem, facultas ad facultatem. p. mens ad voluntatem.

Atqui *charitas* quæ est virtus voluntatis præstat *fidei* quæ est virtus mentis.

Ergo est nobilior { tum voluntas mente.
tum actio voluntatis actione mentis.

D.P. { si conferatur æqualis gradus cum æquali C.
p. { si supremus cum supremo.
si medius cum medio.
si infimus cum infimo.
sin autem comparatio aliter instituatur N.

N.concl. quia { charitas est *suprema* virtus voluntatis.
fides non est optimus habituum mentis.

Quarta obiectio.

Probitas melior est, quàm *sapientia*, Ergo, &c.

D. { bonitate ad certum aliquem finem. p. ad diuinæ gratiæ aperiendam viam C.
bonitate simplici, & absoluta N.

Atque in eo diuina elucet indulgentia, quæ à nobis exigit faciliora, veriora, non præcellentiora, difficiliora. De qua re supra & alibi.

Quinta obiectio.

Fruitio est actio solius voluntatis. Beatitudo est fruitio [summi boni obiectiui.]

Ergo est voluntatis potiusquàm mentis: aut voluntatis non mentis.

Dist. { P. { si sumitur fruitio pro adeptione finis N.
si pro actu quodam, qui consequitur adeptionem pro complacentia C.
S. { si vsurpetur pro adeptione finis, vel pro assecutione finis simul & complacentiæ C.
si sumitur aliter. p. pro sola complacentia N.

Sexta obiectio.

Obiectum perficit præcipuè facultatem cui proponitur.

Summum bonum est obiectum propositum voluntati, non menti tanquam facultati.

Ergo perficit præcipuè voluntatem.

N. { propositionem, quia magis finem facultatis quam facultatem ipsam perficere solet.
sumptioné, quia { proponitur voluntati sub sola specie boni seu appetibilis.
proponitur menti sub specie boni, & veri.

Digitized by Google

Nam { quatenus bonum & congruens proponitur menti & voluntati.
quatenus propriè appetibile, ſoli voluntati.
quatenus impropriè appetibile, etiam menti.

Mens inquis non fertur in bonum, quatenus bonum (ſed tantùm in bonum quatenus verum.)

D. { ſi τὸ *quatenus* illud denotet *obiectum* formale, aut conditionem differentiamque eius propriam C.
ſi duntaxat materiale *obiectum*, communémque obiecti conditionem N.

Septima obiectio.

Præſtantior facultas cui proponitur bonum *formaliter*. i. quatenus bonum & appetibile ..... quàm cui bonum *materialiter* tantùm : p. cui bonum quatenus *verum*, bonum quatenus aſpectabile, &c.

Atqui ſoli appetitui propriè dicto proponitur bonum quatenus bonum.

Ergo, &c.

D. S. { ſi quatenus bonum interpretemur quatenus propriè appetibile, aut propriè fruibile C.
ſi interpretemur quatenus congruens, aut certo congruens modo N.

Præterea negatur propoſitio.

Octaua obiectio.

Facultas quæuis aſſequitur ſuum obiectum: Ergo voluntas bonum & Deum.

D. A. { ſi aſſecutionis nomine ſignificetur actio circa obiectum, paſſioue propter obiectum C.
ſi vera adeptio illius, & in intimam facultatem inſinuatio N.

Mens Deum aſſequitur dum Deum videt.

Fruitio { excitatur ex hac adeptione, aſſecutione.
præſentiam boni ſupponit, non facit.

Nona obiectio.

Quod voluntas magis appetit, illud melius.

Atqui magis appetit appetere & frui quàm intelligere .....Ergo, &c.

Suadetur ſumptio.

Voluntas magis appetit quod ipſi conuenit, quàm quod alteri. Ergo magis appetere quàm intelligere.

N. A. { potior cura { publici, quàm priuati boni.
finis quam medii.
voluntas magis appetit homini, quàm ſibi.

Finis Libri primi Ethicorum.

Digitized by Google

IN LIBRVM SECVNDVM ETHICORVM.

SVMMA TOTIVS LIBRI.

DInis ſuperiori libro eſt propoſitus. n. *fœlicitas.* Sequitur vt aperiantur ea *quibus comparatur*;

n. { probitas & moralis / ſapientia & dianoëtica } virtus.

A quibus reuertemur ad ipſam fœlicitatem. Hoc autem ſecundi libri eſt argumentum.

CAPITIS I.

Breue Argumentum.

Dianoëtica virtus oritur potiſſimùm à doctrina, tempore, experientia: vt Aſtrologia, Phyſiologia.

Moralis { non ineſt à *natura.* / non *contra* / non *præter* } naturam. Sed acquiritur potiſſimùm aſſuetudine. i. actionibus.

Non quibuſuis tamen natura { paratur actionibus rectæ rationi conſentaneis. / labefactatur contrariis.

CAPITIS II.

Argumentum.

Actiones { rationi conſentaneæ in *medio* / vitioſæ in *exceſſu & defectu* } conſiſtunt.

Digitized by Google

CAPITIS III.

Argumentum.

Dolore & voluptate dignoſcitur & internoſcitur *habitus.*
Qui delectatur benè agendo, benè agendi habitum poſſidet.
Qui malè agendo, malè agendi habitum habet.
In dolore & voluptate ferè tota Moralis virtus occupatur.

CAPITIS IIII.

Argumentum.

Non qui iuſta agit, ideò eſt iuſtior, ſed qui *iuſtè.*
Non qui fortia facit, ideo eſt fortis: ſed qui *fortiter*, &c.
Præter exterioris opetis. p. facinoris in bello, &c. perfectionem, ad virtutem hoc etiam deſideratur, vt agas *ſciens, ex deliberatione, & bono conſtantique animo.*

CAPITIS V.

Argumentum.

Virtus { non eſt *facultas naturalis.* p. voluntas.
non *pathos* & affectus, vt audacia.
ſed *habitus*, & qualitas primæ ſpeciei.

CAPITIS VI.

Summa.

Virtus { et facit *rem in* qua eſt *meliorem*: ſiue vt res ſit melior.
et facit meliorem *actionem* eius: ſiue vt meliùs agat.

Ergo virtus eſt *habitus* non quiuis, ſed in *medio* & moderatione poſitus.

Cùm autem *medium* ſit duplex { medium *rei.*
et medium *ad nos*, ſiue rationis.

Non prius illud } ad virtutem deſideratur.
ſed poſterius }

Definitur *virtus habitus electivus* in medio quod præſcribat prudens, collocatus.

Sed

Digitized by Google

Sed non est quærendum medium { in quauis actione, / in quouis affectu.

Præterea { virtus est medium ratione vitiorum, / sed est summum in genere boni.

CAPITIS VII.

Summa.

Quomodo virtus sit medium & mediocritas, inductione explicatur.
Consulendum compendium, summa libri tertii, & quarti.

CAPITIS VIII.

Summa.

Virtus dum comparatur cum extremo vno è duobus vitiis, alteri videtur similis.

Fortis videtur { audax, si cum ignauo / ignauus, si cum audaci } conferatur.

Et tamen magis aduersatur { excessus *defectui*, quàm medio. / *audaciæ* ignauiæ, quàm fortitudini.

Propiùs abest { virtus ab extremitate vnâ, quàm ab altera. / fortitudo ab audacia, quàm ab ignauia. / temperantia à tristitia, quàm ab intemperantia.

CAPITIS IX.

Summa.

Medium tenere difficile est, ideò difficilis virtus.
Sed oportet nos reflectere in alteram partem;
Ab eo vitio quod à virtute est remotius.
Aut ab eo, ad quod fumus promiores.

Ita fiet vt consistamus { aut in medio. / aut non procul à medio.

Digitized by Google

IN CAPVT I.

Monitum.

Membra ferè singula capitis huius sigillatim expendenda in appendicibus delineata in rudimentis..... p. virtutum diuisio, origo, nomen moralium, cura legislatorum circa assuetudinem, habitus origo, & corruptio.

APPENDIX.

DE NOMINE, ET ORIGINE VIRTVTIS Moralis.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Habitu.

Monitum.

Habitus notio, & nomen repetatur è rudimentis.

Quibus facultatibus succrescit habitus?

Prima quæstio. *Menti & memoriæ* succrescit & innascitur habilitas per assuetudinem, idque ferè citra controuersiam.

2. *Appetitui* item saltem rationali.

3. An etiam *motrici* facultati, non in homine tantum, sed etiam in belluis innascatur, controuersia est; & verisimilius innasci.

Nam { in citharœdi manu dextra aliquid habilitatis quod non in sinistra.
{ aliquid in equo domito & docto, quod non inerat antequam doceretur:

quas tamen promptitudines nonnulli vocant dispositiones tantum, non autem *habitus:* sed nomen nihil moramur. Sensus exteriores nihil habitus contrahere deprehenduntur, multo minùs stirpes, plantæ habitum propriè contrahere possunt.

4. Quæritur vtrùm innascatur facultati ventriculi, & similibus. De qua rein Physiologia.

Quomodo actione procreatur habitus?

Facultas naturalis interuentu actionum procreat habilitatem; fabricando efficimur fabri.

Digitized by Googl

Quæritur { vtrùm actio sit tantum dispositio & præparatio quædam ad hanc procreationem. / an autem vera causa instrumentaria.

Durandus causam esse negat; Alii & fortasse rectiùs asseuerant.
Sed controuersia hæc nihil ad Ethicum.

Qualis actio qualem habitum progeneret, &c.

Actio habitum { progenerat sibi similem { recta rectum. / praua prauum. } / corrumpit dissimilem sibi { recta prauum. / praua rectum. }

Ergo cauendum est ne prauè assuefias, &c.

Creantur-ne habitus vna actione?

Dist. { si hoc nomine significetur qualitas quæuis primi generis, vna actione potest creari habitus. / si tantummodo firma dispositio, non potest nisi difficulter & vehementi actione.

Cæterum de natura, origine, interitu & propagatione habituum alibi.
Huc pertinent tria capita quæ sequuntur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De nomine, & origine virtutis.

Nomen.

Virtus à *viro* deriuatur, vt ait Cicero 2. quæstionum Tusc.

Propriè igitur significat fortitudinem ἀνδρίαν, quæ apud militares hòmines virtutum princeps. *Fortitudo.*

Interdum sumitur pro qualibet *vi, perfectione*, & energia rei, vt dum commendatur herbarum virtus. *Vis quæuis*

Sæpe pro *perfectione* operis (quatenus opus significat tum operam, tum effectum eius) vt capite sexto huius libri: quo sensu actio laudabilis dicitur habere virtutem: item pro perfecta *operatione*. *Perfectio operis.*

Plerumque pro habitu laudabili corporis aut animi;

Idque { siue sit naturalis / siue partus vsu } { siue propriè habitus. / siue minus propriè, vt virtus ventriculi comparata vsu. } *Perfecta actio. Habitus laudabilis.*

Plerumque vt in contextu significat *laudabilem animi habitum*, p. probitatem, sapientiam. *Virtus animi.*

Sed cum scientia opponitur virtuti, tunc virtus significat *moralem virtutem*. *Ethica virtus.*

Dum virtus opponitur { heroicæ virtuti / continentiæ, constantiæ } significat *mediocrem virtutem*. *Virtus mediocris.*

Si quando veteres Philosophi negantur habuisse *veras virtutes*;

Digitized by Google

Tunc virtutis nomine significantur *laudabiles animi habitus*;

Sed { diuinitus infusi. / vel gratia & fide quasi animati. / vel saltem quibus pro fine proponatur *Deus*. De qua re postea.

Origo & affectio ad naturam.

An contra naturam virtus?

Quod est contra naturam, id naturam corrumpit, vt morbus.

Virtus autem animum & naturam perficit, ornat.

Ergo virtus non est contra naturam.

Certè { vt sit contra peruersam naturam, & peruersitati naturæ aduersetur. / non est contra naturam.

Calor non aduersatur ferro, sed ferro frigido.

An præter naturam virtus?

Quod præter naturam, illud accidit præter naturæ institutum, siue intentionem.

Virtus autem non euenit præter naturæ consilium, institutionem, intentionem. Probatur sumptio.

Id ad quod propensionis aliquid largitur natura, non euenit præter naturæ intensionem.

Atqui natura { largitur pronitatem ad virtutem. / pro prudentia sua ad optima contendit.

Ergo virtus non euenit præter naturæ intentionem.

Sunt-ne virtutes hominis à natura?

Sententia Socratis.

Socrati { virtutes etiam Morales sunt *scientiæ*, & *artes*. / anima est sciétiis induta & instructa antequã in corpus detrudatur.

Itaque Socrati virtutes parantur tantum *reminiscentia* cùm dicuntur à nobis comparari.

Sententia Platonis.

Plato virtutes Ethicas secreuit à scientiis.

Existimauit animas nostras extitisse antequam in corpora delaberentur.

Vnumquemque nasci instructum omni genere scientiarum; quæ tamen fuerint *oblitione* obruptæ, & impeditæ, dum anima insereretur corpori.

Itaque iudicio eius nouam scientiam nullam comparamus: sed reminiscimur tantum scientiæ, quàm obliti sumus.

Atque hæc sententia eius de virtutibus dianoëticis.

De Moralibus iudicium proferre idem videtur debuisse; n. vt putauerit eas nobiscum nasci, sed impeditas, ne inconstans in errore suo deprehendatur.

Digitized by Google

Platonici tamen vt (Plotinus) aiunt Platoni virtutem comparari doctrina, & assuetudine.

Verùm si virtutes inseruntur cuique à natura, comparare virtutem idem erit apud Platonem atque *remouere* impedimenta, quibus oppressum virtutis robur in animo iacebat.

Socrates in Menone videtur arbitrari virtutem hominibus euenire *diuina sorte*, potiusquam doctrina.

Sed Ficinus respondet id accipiendum esse (tantum) de ciuili virtute. j. arte regendæ Reipublicæ.

Nam { Prometheus ignem diuinum .j. artem & virtutem fingitur furatus ex *Vulcani & Mercurij* officina.
virtutem politicam, quæ apud Iouem ipsum Deorum Regem habitaret, operi suo indere non videtur potuisse.

Iupiter tamen eam hominibus largitur *Mercurij* aliorumque deorum opera.

Et quidem conditores legum eas à dijs accepisse memorantur: vt Seleucus à Minerua, Lycurgus à Pythio.

Idem Ficinus distinctione vtitur in argumento Menonis.

Virtutum inquit multa genera apud Platonem:

Nam { quædam sunt in mente, vt intelligentia, scientia.
quędam in phantasia, vt recta opinatio. [·]
quædam in voluntate, vt iustitia.
quędam in irascenti facultate, vt fortitudo.
quædam in concupiscenti & temperantia.

Ex his { scientia, intelligentia, & sapientia sunt à natura.
reliquæ comparantur doctrina & exercitatione.

Sententia Stoïcorum.

Stoïcis { natura est dux certissima.
congruenter naturæ viuere, idem est atq; bene viuere, & ex virtute.

Itaque insitam & innatam animæ virtutem Chrysippus dictitabat ex Laërtio in Zenone.

Quare cum Stoïci dicuntur statuisse virtutem *parabilem* doctrina ..... hoc videtur accipiendum de virtutis incremento.

Socrates { interrogatus an fortitudo comparetur *doctrina*. *Apud Xenophonte.*
respondet idem euenire in animis, quod in corporibus.

Vt corpus alterum altero nascitur robustius. ¶
Ita vnum altero nascitur fortior Socrati.

Doctrina tamen promouetur vi insita, & recto cultu roboratur.

Sententia Aristotelis.

Virtutem esse à *natura*, seu esse naturalem negat Aristoteles: sed distinguendum vt homonymia detegatur, & clariùs pluribus explicetur controuersia.

Digitized by Google

Quot modis dicitur naturale, seu τὸ à natura?

Naturale { diligentiùs distinguitur in Physicis 2. Physic.
hîc distinguatur in septem modos.

Et { primò naturale *quòd congenitum*, vt mens, vnguis.
2. quod non congenitum, postea tamen *sponte* prodit, vt dens.
3. id cuius *capaces* progenerati sumus, vt sanitas, morbus.
4. id ad quod per naturam sumus *proniores* quàm ad contrarium: vt sanitas, vel morbus.
5. quod *opponitur violento*, quo sensu sagittæ motus non est naturalis.
6. quod est maximè *congruens* & accommodatum, vt sanitas.
7. quod opponitur *libero*, voluntario.

E modis { quatuor priores ex Eustratio. } petuntur.
tres posteriores ex Buridano. }

Status sententiæ Peripateticæ.

Sanè { in omnibus à natura & origine prima facultas naturalis, qua paratur virtus .n. mens & appetitus.
Sed facultas non dicitur virtus { si hebes.
si mediocris.
In quibusdam præterea inest acumen quoddam eius facultatis, prodiens à dispositione corporis: diciturque non virtus absolutè, & propriè, sed *naturalis virtus*: vt in Alexandro fortitudo naturalis, &c.

Sitne autem virtus illa, quæ absolutè & propriè dicitur virtus naturalis, sitne *à natura* vt intelligatur singuli modi percurrendi veniunt.

De reliquis modis à primo, & quarto.

Secundo significatu non est naturalis virtus ..... quia non contingit *otiantibus* aliudue agentibus.

Tertio est, quia comparatur per *naturæ vires*.

Quinto est ..... quandoquidem non est violenta.

Sexto est, quia est *naturæ congruentissima*, naturam perficit, est dispositio perfecti ad optimum.

Septimo modo non est naturalis, quatenus aliquomodo pendet à *voluntate*, & libertate: non est tamen omninò libera in τῷ esse suo. De qua re alibi.

Non si quid liberum in τῷ fieri, id liberum in τῷ esse.

Estne quid naturale primo modo virtus?

Ex contextu.

Non est. Etenim quando vnum inest à natura, quod contrarium est nullo vsu comparari potest.

Nam exempli gratia lapis cum natura sua feratur in præceps, nunquam assuescit ferri in sublime, ... etiamsi sexcenties proijciatur sursum.

Vitia autem virtuti aduersantur, parantur assuetudine: non est ergo virtus à natura.

Digitized by Google

Præterea { quando vis agendi ineſt à natura, antecedit actionem, vt viſus viſionem.
actio autem antecedit virtutem.

Denique ſi virtus ineſt à *natura*, inanis eſt legiſlatorum opera; tollenda præmia & ſupplicia, &c. quod abſurdum.

Eſtne virtus quiddam naturale quarto modo?

Sumuſne proniores ad virtutem, quàm ad vitium?

Diſtinguendum. Virtus eſt mentis, vel eſt moralis.

Ad dianoëticam virtutem, quàm ad ignorationem

ſumus { proniores, ſi *voluntas* conſideretur.
ferè minus proni, ſi *facultas*.

Moralem ad virtutem quod attinet *natura* noſtra variè perpendenda.

In { integra maior propenſio ad virtutem.
corrupta { vna *lex mentis*, quæ pronior ad virtutem.
altera *membrorum*, quę procliuior ad vitium.

Voluntas noſtra quæ videtur lex pronitaſque mentis, quanquam læſa propter primigeniam labem, & appendices eius: Tamen ſecluſo appetitu *ſenſitiuo*, qui videtur fons cupiditatum, membrorumque pronitas, videtur propenſior ad virtutem, & ad bonum *rationale*, quàm ad vitium.

Omninò { ſumus abſolutè procliuiores ad *vitia*, quàm ad virtutes.
ſed interdum ſecundum quid proniores ad *virtutem*.

Nam { ſi conſideretur vna aliqua virtus, vt fortitudo, &c. pronior eſt aliquis ad virtutem, quàm ad vitium.
ſi tamen totum virtutum genus conferatur cum tota cohorte vitiorum videmur ad vitia proniores.

Spectamus autem naturam noſtram, antequam contrahatur vlla aſſuetudo; loquimurque de facultate, vt concludamus nos facilius fieri *improbos*, quam *probos*.

Si tamen loquamur de *voluntate*, per quam volumus eſſe probi .p. iuſti, fortes, temperantes, &c.

Tantus eſt virtutis ſplendor & ſuauitas, vt ſi honeſtas ſecludatur à *moleſtiis* quibus circum obſidetur, magis allubeſcat quàm vitioſitas, nemo ita ſceleratus & perditus, qui quam exſceleribus percipit voluptatem & famam, non malit ex virtutibus decerpere.

Qui locus egregiè tractatus à veteribus philoſophis.

Quibus rebus comparatur virtus?

Natura, doctrina, & exercitatione. De qua re in Compendijs.

Digitized by

ARTICVLVS III.

De origine & nomine virtutum mentis.

Monitum.

Conſulenda compendia & ſextus liber Ethicorum cum libris de Demonſtratione lib. 1. art. 1. de Scientia.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De nomine, origine & diſtinctione virtutum moralium.

Origo, nomen.

Morales virtutes pendent à mente, itaque doctrina egent.

Docetur autem à Philoſopho, legiſlatore, patre, &c.

Docentur { partim exemplo. / partim præcepto, quod { vel generale. / vel particulare. } } [·]

Sed *moris* atque aſſuetudinis præcipuè ſunt partes in his virtutibus: Morales proindè appellantur.

De doctrina, conſuetudine & experientia loquemur alibi.

Doctrina interdum complectitur aſſuetudinem, & eruditionem quamuis facultatis.

Conſuetudo { nunc ſumitur pro *habitu*, qui vſu comparatur: vt quando conſuetudo dicitur altera natura, valentior lege, &c. / nunc ſignificat *actiones*, quibus habilitas illa comparatur.

Qualis actio qualem habitum progenerat?

e contex-
tu.

Progenerat ſimilem ſibi .n. { recta rectum. / prava prauum. }

Corrumpit autem diſſimilem ſibi { prava rectum. / recta prauum. } (·:·)

Ideo cauendum eſt ne prauè aſſueſcas.

Monitum.

Secundum, tertium, & quartum capita huc pertinent.

De vi aſſuetudinis legendus Ariſtoteles 2. Metaphyſic. 2. Ethic. problem. 1. ſect. 28. Plotinus cap. 3. lib. 1. Enneadis tertiæ.

Aſſuetudo multis nominibus ſecernitur ab experientia;

p. primò quia { experimur vt ſciamus. / aſſueſcimus vt facilius faciamus. } §

Secundò

Secundò quia { experientia in re alia fieri à nobis potest.
assuetudo non fit à nobis, nisi in nobis.

Discrimen & varietas moralium virtutum.

Virtutes Ethicæ oriuntur omnes à prudentia, quæ duplex;

.n. { vna quæ solum honestatem propositam habet, qualis in Catone, Socrate, & similibus extare potuit. Quid deceat naturaliter possumus cognoscere aliquomodo.
altera, quæ sibi pro scopo proponit Deum verum honestatis fontem, quæque rursus tribuitur in duo genera;

Quia { vna est minus exquisita, quæ deprehenditur in homine Christiano quidem, & in Deum fide vtcumque recumbenti: sed diuina priuato gratia.
altera est verior, quæ coniungitur cum perfecta extremi illius finis .n. Dei appetitione, qualis non cadit nisi in hominem pium, diuinaque gratia & charitate exornatum. Hinc triplex virtutis gradus animaduertitur;

.n. { virtus *Philosophica* & merè moralis.
virtus *Christiana* ac fidelis, sed extra diuinam gratiam constituti.
virtus *hominis* apud Deum gratiosi. Hîc autem non loquimur nisi de primo gradu.

IN CAPVT II.

Quoniam igitur.

De virtute disputamus { non vt *sciatur* .j. non speculatiuè. ¶
sed vt habeatur, *exerceatur* .j. practicè.

Ideò explicanda est, (idque practicè) virtutis comparandæ ratio.

Porrò hæc { tum comparatur / tum corrumpitur } agendo.

Quærendum igitur quales actiones adhibere oporteat ad virtutis comparationem.

Adhibendæ rectæ & *laudabiles*. Earum conditio duplex; ¶

.n. { prior quòd sint rectæ rationi congruentes. *Prior conditio.*
posterior quòd sint in medio.

Acillud quidem, &c.

Actio laudabilis est rationi consentanea .j. prudentia. De qua libr. 6.

Virtus autem { in quauis inest / non in quauis inest } actione. *Occupatio*

Virtus { non necessariò inest, si hoc nomine intelligatur habitus rectus.
inest, si intelligatur ipsa probitas seu rectitudo, honestas & decorũ [actionis.

Digitized by Google

De moralium rerum inſtabilitate } ſuprà.
De Ethico ſtylo & docendi genere }
Prudentia ad res ſingulares adhibetur. (*)

Poſterior conditio.

Hoc igitur.

Actio recta & laudabilis { abeſt ab excellu & defectu. ¶
ſita eſt in medio. De qua re infrà.

Verum.

Quales actiones antecedunt } *habitum.*
Tales licet faciliores ſequuntur }
Quæ omnia exemplis & inductione confirmantur.

IN CAPVT III.

Habitus autem.

Argumẽ-tum habi-tus.

Exerceri poſſunt actiones habitui parto { tum congruentes. [habitus.
tum contrariç, quibus perimatur

[Præterea antecedens actio conſequenti eſt habitui ſimilis.]

Quapropter quæritur quomodo internoſcatur habitus;

.j. deprehendamus { & nos eſſe adeptos habitum.
& talem adeptos.

Reſpondet Ariſtoteles *dolorem* & *voluptatem* idonea eſſe eius rei argumenta.

Quando valdè delectamur honeſtis actionibus noſtris ..... dolemuſque contrarijs ..... tunc virtutis habitum videmur conſecuti.

Quando contrà delectamur turpibus, &c.

Atqui arguit actionẽ facultati & eius diſpoſitioni { congruere *voluptas.*
non *congruere* dolor.

Fortiſſimè delectetur faciendo fortiter quęritur ſecundo libro.

Confirmatio.

Virtus enim moralis.

Aſſertio.

Virtus quælibet moralis verſatur { in *voluptate.* ¶
in *dolore.*

Probationes.

[Non quidem quæuis tanquam in materia præcipua: Sed quæuis tanquam in fine ſaltem minus præcipuo, quia virtus facere debet vt agendo delecteris, quæ aſſertio varijs probatur coniecturis.]

Prima.

Circa illa verſatur virtus, quæ impellunt ad benè & malè agendum: dolor & voluptas ſunt ciuſmodi.

2. Affectuum moderationem profitetur virtus. Ergo doloris & voluptatis.

Digitized by Google

Supplicia & dolores ſunt medelæ vitiorum ; Ideo illud cui aduerſatur .j. *voluptas*, & vitij eſt cauſſa, & propterea proponitur virtuti depellendum. 3.

Habitus occupatur circa illa quibus efficimur deteriores, meliores. Ergo circa dolorem & voluptatem. 4.

Cum inter deliberandum conſiderantur tria { honeſtum. vtile. iucundum: } 5.

Virtus ſpectat potiſſimum illud quod *latiſſimè patet*, videturque continere cætera.

Voluptas autem iucunditaſque' eſt ciuſmodi.

Virtus verſatur circa illud quod *ſeparari* nequit ab honeſtis actionibus : huiuſmodi autem ſunt dolor & voluptas. Regimur *dolore & voluptate*: Ergo in his verſatur virtus. 6. 7.

Si quid *difficile* in rebus noſtris in coverſatur virtus : ideo in dolore & voluptate. 8.

Platonis ſententia.

Legendus liber 4. de Repub.

Aſſuetudo facit vt quæ moleſtiſſima erant poſteà arrideant.

Affectus virtutis ſunt inſtrumenta apud Peripateticos. De qua re poſteà.

IN CAPVT IIII.

Propoſitio quæ cenſetur ab Ariſtotele.

Qui temperantes imitantur & iuſtos, &c. .j. qui agunt temperantia & iuſta, &c. ſeu quæ temperantes iuſtique, &c. agunt, videntur adepti temperantiam, &c. aut certè adepturi.

Obiectio quæ dubitationem hîc facit.

Habet ſe { vt ars, & artifex .p. Citharœdus / ita virtus, virtutéque prædictus } ad ſua opera.

Atqui ille qui fungitur officio ſuo Citharœdi, aut artificis alterius, facit officium, & opus .p. qui pulſat Citharam, aut qui rectè pulſat iam eſt artifex .p. Citharœdus.

Ergo qui agit iuſta iam eſt iuſtus; qui fortia iam eſt fortis, &c.

Cur ergo aſſeuceramus nos effici iuſtos agendo iuſta?

Solutio & reſponſio.

Primum negatur ſumptio propoſitæ obiectionis.

Nam { non quicunque agit artificioſum quiddam ſeu tale aliquid quale efficitur ab artifice, ex. gr. qui in portum deducit nauem, &c, iam eſt artifex .p. gubernator. / ſed tantum qui artificioſa agit, *artificiosè* .j. ſcienter & ex habitu: ſiquidem fortuna artem æmulari poteſt, maximè coniecturalem.

Deindè negatur propoſitio, quoniam ars & virtus differunt: in virtute nam-

Digitized by Google

que facinoreue ipſius, præter bonitatem & abſolutionem ipſius facti .p. dimicationis in bello, &c. largitionis, ſalutationis, dicterij, &c. requiruntur tria;

Primò vt *ſciens agas*, non temerè & inſcienter, requiritur.

Secundò vt ex *conſilio*, electione, & propter honeſtum finem, non inuitus, non nollens, non imprudens, non propter aliquid turpe, & indifferēs.

Tertiò vt agas firmo, *alacrique animo* & parato ad ſimilia facinora: ſeu ex bono conſtantique habitu.

Ad artem autem præter facti operiſque bonitatem & abſolutionem id ferè vnum deſideratur .n. vt *ſciens agas*, & ex *habitu*.

Qui *ſciens* per *habilitatem* opus *pulchrum* eſt fabricatus, laudatur,

Siue fecerit inuitus, ſiue volens.

Siue bono, ſiue malo animo, &c.

Concluſio.

Non eſt ſatis agere *iuſta*, &c. Sed oportet agere *iuſtè* & bono animo.

Genus.

IN CAPVT V.

Scopus & conſilium.

Virtutis quæritur { hîc genus / cap. 6. differentia } quo contexatur definitio. ¶

Quo ex rerum genere virtus?

Inueſtigatio inchoanda à notiſſimis & indubitatis.

In animo eſſe virtutem conſtat. ()

Illic tantùm { hinc *eſſentia*. / hinc *affectiones*, ſiue accidentia.

Virtus non eſt animi eſſentia, quandoquidem abeſſe poteſt: Ergo eſt accidēs.

Porrò [præter imagines rerum quæ cum virtute nihil cognationis habent] tria tantùm occurrunt accidentium genera in animo;

.n. { primò *facultates* naturales, vt mens. / ſecundò *affectus* vt amare cum *actionibus*, vt intelligere, amare, &c. / tertiò *habitus* [promptitudo parta vſu.]

Atqui virtus { non eſt facultas naturalis. / non affectus. / non actio.

Ergo virtus eſt *habitus*.

IN CAPVT VI.

Differētia virtutis.

Dicendum eſt autem, &c.

Genere virtutis indagato, differentiæ inueſtigandæ. ¶

Habitus diſtingui ſolent maximè per tria;

Digitized by Google

II. { primò per *subiecta*, & cauſſas efficientes.
2. per *obiecta*, in quibus occupantur.
3. per *fines* horumque conditiones.

Conſtat ex ſermonibus ſuperioribus nos agere de virtute appetitus. *Subiectum*

De opifice & effectione eius nonnihil ſuprà: ſubiectum progenerat ſuam virtutem. *Efficiens cauſſa, obiectum.*

Virtutis & vitii eadem eſt materia, idem obiectum. De virtutis obiecto in rudimentis.

Hîc quoniam de virtute agimus quæruntur potius diſcrimina virtutis à vitio, quàm virtutis à virtute.

Finis autem iudicatur & declaratur;

Cùm dicitur virtutis { primo & rationi congruens.
secundo eſſe in mediocritate poſita ſeu in medio.
tertio facere meliorem tum *rem*, tum *actionem* eius. *Scopus.*

Quare virtutis notæ ſunt { *perfectio.*
recta ratio.
medium.

Hoc igitur.

Virtus facit { vt res melius *agat*. p. currat.
vt res melior *ſit*. p. equus ſit melior.

Licet, &c.

Perfectio conſiſtit in medio, commenſuratione, mediocritate.

Medium { vnum eſt *rei* (de qua re in appendice diligentiùs.)
alterum *rationis*, quod amplexatur virtus.

De talento, mina, dragma, ſcrupulo, obolo, æreolo, & minuto Budeus & alii.

Iam peccare.

A puncto ad punctum { recta linea vnica.
obliquæ innumerabiles.

De Categoriis Pythagoreorum alibi.

Eſt igitur virtus.

Quæ hîc ponitur virtutis definitio, poſteà examinabitur.

IN CAPVT VII.

Hæc autem.

Singulas virtutum ſpecies [præter iuſtitiam] Ariſtoteles per inductionem probat conſiſtere in medio, & inter duo extrema vitia: vt liberalitatem

Digitized by Google

inter auaritiam & profusionem.

Hîc habes argumentum { tum libri tertii à cap. 6. / tum libri quarti.

Consulendus sermo de medio, sermo de extremorum nomenclatura cum elementis.

IN CAPVT VIII.

Cum tres sint affectiones.

Prima. Virtutes reliquæ à iustitia collocatæ sunt inter duos habitus vitiosos, & contrarios: vt fortitudo inter ignauiam & audaciam.

2. Virtus aduersatur vtrique vitio, & extremitati.

3. Est propior { virtus vni extremitati, quàm alteri. / Minus contraria { fortitudo audaciæ, quàm ignauiæ.

4. Propior { hæc *excessui*, vt fortitudo audaciæ. / hæc *defectui*, vt temperantia tristitiæ.

5. Vitiosius extremum illud vnde virtus longiùs abest.

6. Virtus minus aduersatur extremis vitiis, quàm hæc sibi inuicem.

[videlicet { si spectetur pugna habituum / non si honestas & congruentia]

7. Virtus dum confertur cum vno vitio videtur esse alterum.

Fortis collatus cum { timido audax / audaci timidus } videtur.

IN CAPVT IX.

Satis dictum esse arbitror.

Virtus in *medio* constituta est, ea quæ moralis dicitur.

Medium { videre / tenere } perdifficile est.

Itaque { virtus perdifficilis & rara / præceptis opus ad medii indagationem.

Prima. Ex duobus vitiis oppositis fugiatur, diligentiùs quod virtuti magis aduersatur.

Digitized by Google

Vide ad quam partem vitiosam sis procliuior, ... teque in alteram reflecte. 2.
Si e.g. proniorem te sentis ad temeritatem quàm ad ignauiam ignauos potius quàm audaces imitare.
Ad quam autem partem sis procliuior, [per naturam, institutionem vtramque,] *voluptas* indicabit.
Voluptas vitetur syren. improba, blanda, crudelisque domina, virtutumque pestis.

APPENDIX.

DE AFFECTV ET MEDIO.

CAPVT PRIVS.

De voluptate, dolore, & aliis affectionibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Doctrina, nomen, notio.

Quotuplex sermo de affectu?

Est { *Theoreticus*, qui pertinet ad Physiologiam.
Practicus { Ethicus, per quem affectus docentur referri ad honestatem.
non Ethicus, qui duplex, quia in eo ars duplex cogitari potest;

n. { *generalis* quæ præcipiat de affectu concitando, moderando, sedando. exponat ingenia phantasiarum, & conditiones obiectorum.
particularis { siue affectum partiaris in species.
siue diuidas per subiecta. p. per hominem, & belluam.

Particularis { vt si doceas quomodo sit concitandus *amor*.
vt si quomodo sit concitanda ira, &c. vt fieri solet à Rhetoribus.
item si quomodo sit mouendus leo, vel canis.

Obiectio.

Obiectum mouet belluinam phantasiam velis nolis, dum obiicitur ipsi .....
Ergo affectus belluinus non est capax artis.

Digitized by Google

D. { si neutiquam est in nostra potestate procurare, & impedire *coniunctionem* obiecti cum facultate C.
{ sin autem est, vt sæpe est, N.

Consulendus sermo de arte.

πάθος.

Notio.

Pathos hoc loco est motio appetitus præcipuè sensitiui, ad aliquid persequendum, retinendum, aut fugiendum: vt iracsci, cupere, &c.

Nomenclatura.

Affectus. Qui *affectus* nominantur à Lactantio & aliis;

Perturbatio. Motus. Motus animi à Cicerone nuncupari solent { *perturbationes.* *motus.* *motus animorum.*

Morbus animi leuior. Stoici etiam *morbos animi*, sed leuiores appellabant, eosque non tam à natura insitos dicebant, quàm praua susceptos opinione.

Quin etiam ipsi Peripatetici concedebant esse *vitia*, si creditur Laërtio libro 6.

Morbos tamen ab affectibus secernit Seneca Stoicæ disciplinæ propugnator, epistola septuagesima sexta.

Affectus { ab Aristo tele appellatur *pathos.*
Pathos. Passio. { in scholis vulgò dicitur *passio.*

De affectus & affectionis nomine, deque motu & motione alibi.

πάθησις. Dicitur { vt *genus*, quia sit geneseos quasi effectus.
{ ita pathos, quasi effectus patheseos.

Perturbatio hîc { latè affectus quiuis.
{ propriè affectus vehemens, immoderatus.

Discrimen Stoicum.

Morbi animi affectus. Stoicis { morbi sunt inueterata vitia, & dura, iudicium in prauo pertinax.
{ affectus & morbi leuiores sunt motus, improbabiles, subiti, concitati, qui frequentes neglectique morbum faciant.

Pathos ex quinto Metaphysicæ.

Qualitas alterabilis. [Vno modo pathos sumitur pro *qualitate*, qua res alterari dicitur [i. pro qualitate tertiæ speciei cuiusmodi est candor, calor.]

Quanquam pathos in Categoria { non quæuis qualitas tertiæ speciei.
{ sed leuior tantum aut minus durabilis,

Alteratio. vt rubor ex verecundia.

Aliomodo passio dicitur ipsa *alteratio*, vt calefactio, calefieri, calefacere.

Alteratio corruptiua. Præterea peculiari iure est { non quælibet *alteratio.*
{ sed *perniciosa & molesta*, vt adustio corporis nostri.

Postremo

Digitized by Google

Postremo *magnitudo calamitatum* & eorum quæ dolorem inferunt, vocatur passio, pathos, vt quando aqua et igni interdicitur. *Magnitudo malorum.*

Aliunde.

pathos { in libris De demonstratione, quarto Top. cap. 5. 1. Rhet. et passim videtur significare quoduis accidens, quamlibet proprietatem. *Accidens.*

pathos { tumque { pathos opponitur subiecto. / pathos demonstratur de subiecto.

pathos { hic { est affectus functioue appetitus sensitiui. / aut functio appetitus sensitiui vel voluntatis quatenus est similis belluino appetitui. *Affectus.*

Alia distinctio

Est { primò terminus pathescos, forma quæ recipitur: vt calor, candor. πάθημα

Est { secundò ipsa pathesis, ipsum pati, perpessio & receptio formæ, sed variè. πάθησις.

Quia { primò perpessio quæuis, quo significatu animi sensa sunt pathos, pathema. *Recipere & pati.*

Quia { secundò receptio formæ, non quæuis, sed quæ coniungatur cum alterius expulsione formæ. *Recipere cũ expulsione.*

Quia { quo significatu aeris { calefactio est / illustratio non est } passio, pathos.

Quia { tertiò *mutatio in deterius*: quo sensu aqua { patitur, dum calescit, / non patitur, dum frigescit sponte. *Recipere deterius.*

Quia { quartò *dolorem* mutatio adferens. *Recipere cũ dolore.*

Quia { quintò vt hocce loco est affectus, vt ira, metus &c. *Perturbatio.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Existentia, origo, caussæ, & natura.

Existentia.

Dantur non in plantis (de qua re alibi) sed in animalibus affectus.

Etenim { manifestum est animantes cupere, dolere. / natura malè cauisset illis, nisi dolerent, gauderent, sitirent &c.

Plantæ { non dolent, sed quasi dolent &c. / non amant, sed quasi amant &c.

Digitized by Google

De origine affectuum.

Sententia prima.

Stoici dicunt affectus noſtros promanare ab vna *prauitate opinionis*, ſed ipſi perperàm arbitrantur omnem affectum in homine vitioſum.

Sententia ſecunda.

Apud Platonem *in Timæo.*
- dij ſeniores condiderunt mentem.
- iuniores animam irrationalem, quæ affectuum fons.

Sed verè vna mens eſt procreatrix rerum omnium.

Sententia tertia.

Ex Diuo Auguſtino libro 4. aduerſus Iulianum Ariſtoteles forſan dum platonicè philoſophatur exiſtimauit *contagionem qua* inficitur animus, dum infunditur in corpus, cauſſam affectuum eſſe & paſſionum.

Quod cùm dicitur non tam affectus ſpectatur quàm *affectus immoderatio*, incommenſuratio.

.j. ea contagio non tam eſt affectuum cauſſa, quàm eorum incommenſurationis: non tam cauſſa cur ſit affectus, quam cur ſit talis.

Sententia quarta.

Ex Diuo Gregorio Niceno lib. 4. Philoſophiæ.

Triplex affectionum & paſſionum cauſſa, *temperies* corporis, qua efficitur vt ſint proniores alii ad *iracundiam*, alii ad *metum*;

.n. *Cauſſæ.*
- *Conſuetudo* cuiuſuis tanta eſt vt dicatur altera natura.
- *Opinio prauа*, ſeu prauitas opinionis.

Sed tres iſtæ cauſſæ indicant potius cur magnoperè, prauè & taliter mouemur quàm cur mouemur.

Quinta & vulgaris.

Finis affectuum eſt euitare malum, poſſidere bonum quod ſentiatur, naturæ & vitæ conſeruatio in animali. Etenim *vel ipſe* dolor inſtitutus ad tuitionem animalis.

Porrò
- vt *voluntas* eſt ſedes quaſi *affectuum*.
- ita *appetitus* ſenſitiuus eſt ſubiectum & ſedes affectuum.

Obiectum
- primarium eſt ſenſibile bonum.
- ſecundarium ſenſibile malum.

Affectus
- fit
  - partim ab obiecto & imagine illius.
  - partim à phantaſia, quæ rem apprehendit.
  - forſan etiam ab ipſo appetitu.
- iuuatur corporis temperie, diſpoſitione, aſſuetudine.

Digitized by Google

Ad quem affectum quisque pronior?

Consulatur { sermo de temperamentis. / sermo de ingeniis. / sermo de affectuum speciebus.

Potestne existere ars vlla excitandi, & sedandi affectum?

Potest, quia tale obiectum tali facultati si obiiciatur, talem affectum excitare, talem delere, obseruatione deprehenditur; & dum amouetur talem minuere, ac perimere tandem: Estque in nostra potestate & arbitrio procurare coniunctionem obiect icum facultate per seiunctionem.

Idque præcepto & ratione { siue belluina phantasia. / siue humana consideretur.

Quot modis proponitur phantasiæ obiectum ad affectus concitationem?

Duobus quia { Aliquãdo ipsum exhibemus sensui exteriori, vt cùm puerulis laruæ & formidabiles figuræ ostentantur ad metum incutiendum. / Sæpe non exhibetur ipsum, sed aliquod illius signum memoriale, vt nomen laruæ, baculus ostensus &c.

Refricat memoriam { illud terrificæ figuræ. / hòc ictuum, & dolorum. De quo negotio in rudimentis & in præfationibus logicis cap. de memoria.

Quid affectus?

Affectus ex secundo Rhetoricorum sunt quibus immutati homines aliter atq; si minimè incitarentur, & perturbarentur de rebus iudicant: Sed hæc definitio non videtur accurata, nec complectitur affectus belluarum. *Prima definitio.*

Zenoni affectus est auersa à recta ratione contra naturam animi commotio: iusto vehementior appetitus .j. qui discessit longius à naturæ constantia. 2

Quę definitio non cadit nisi in affectum vitiosum, qualem vnum agnoscebant Stoici.

Alcinoo affectus est *motus animi* rationis expers ex bono aut malo natus. 3

Definiatur *inclinatio &* motus sensitiui appetitus ex alicuius boni aut mali imaginatione proficiscens ad vitandam molestiam, voluptatẽ assequendam. 4

Omnino definitio ex genere & caussis contexenda.

Monitum.

Accuratius affectum definire Physiologiæ est. 1.

Definitio generis vniuersis speciebus accommodari debet. 2.

Non omnes consentiunt de numero specierum affectus. 3.

Ethicus sententias populares sequitur in astruendis rerum definitionibus. 4.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Motus circunstantes & affectiones.

Series affectuum qui in belluis cum affectu coniungi solent.

Primò { in *exteriori* sensu impetus excitatur ab obiecto .p. in oculo à tabula, in auribus à voce, fitque ὄρεξις. aut in *memoria* per recordationem.

Secundò { *Phantasia* percellitur specie & imagine rei obiectæ, cum sensu communi & interdum cum æstimatiua. Omnino res iudicatur expetenda, vel fugienda.

Tertiò { *concupiscens* appetitus commouetur & nonnunquam *irascibilis*, omnino fiunt affectus, perturbationes.

Quartò interdum mouetur & concutitur ipsum *corpus*:

Idque { partim progressione, vt cùm pulli gallinacei sequuntur, fugiunt. partim aliter, vt quando inter irascendum oculi micant, præcordia exæstuant, os rubet, pili eriguntur, dentes fremunt &c.

Series motuum qui præterea à mente oriuntur.

Phantasia vbi commota est in nobis, tum verò hæc præterea motionum series animaduertenda.

Principio { mens mouetur eo modo qui exponitur alibi. & voluntas per consecutionem cietur, percellitur .p. vult, non vult, &c.

Tum *mens* deprehendit per [reflexam notitiam] & se intelligere, moueri specie, imagineue rei, & continuari motum ad rem vsque potiundam, aut agendam, abigendamue .j. voluntatem percelli.

Posteaque *voluntas* imperat menti diligentiorem de re mouenti ratiocinationem, considerationem.

Inde { *deliberatio* & consilium in mente. & ex deliberatione *electio* in voluntate.

Praxis & executio electionem sequitur.

Hinc dispositiones & habitus { tum vitiosi: tum laudabiles.

Consulantur rudimenta & sermo de libertate.

Ad quæ officia dicuntur necessarij affectus?

Ad ea quæ oriuntur ex impulsu cognitionis, huiusmodi sunt, fugere lupum, fugere miluum, persequi pabulum & parentem, nidificare &c.

Verène ex affectu tales illæ affectiones?

Neque Stoici, neque Peripatetici dubitant, quin aliquando tum in nobis,

Digitized by Google

tum in belluis motiones & officia proficiſcantur ab affectu.
Etenim id clariſſimum facit experientia, vt quando fuſtibus abiguntur canes.

Eſtne neceſſarius affectus in belluis ad regimen vitæ, ſiue ad tales motiones?

Neceſſarium affirmant Peripatetici ..... itavt ſublato voluptatis doloriſque ſenſu, futurum ſit vt torpeant, neque ad pabulum quęrendum, neque ad educationem prolis, neque ad aliud conſimile munus impellantur.
Etiam ſi plerumque non ſatis percipiamus rationem doloris, & voluptatis in bellua: quod minimè mirum;

Quia { non quicquid belluæ commenſuratur, id & nobis.
ex noſtris autem cogimur aliena æſtimare.

At Stoïci affectus negant eſſe neceſſarios; quia ad pręcipua vitæ officia .p. nidificationem, educationem prolis, mellificium, &c.

putant { non dolore & voluptate impelli belluas.
ſed ſenſu *propriæ conſtitutionis*, de quo locuti ſumus in Rudimentis Moralibus.

Qui quidé ineſt omnibus animalibus, non ſatis dilucidus quidem, & expreſſus, tamen ſufficiat vt animal ſibi concilietur, ſui curam agat, quæ iuuant illa petat, Içſura reformidet, per quem citra doloris & voluptatis impulſionem incitetur ad obeunda munera ſuo ſtatui, & naturæ congruentia; ita tamen vt perceptio iſta fiat ſine cogitatione & conſilio.
Cuius rei argumenta multa apud Senecam coaceruantur Epiſt. 121.
Sed refelluntur à Peripateticis: Primò quia dolor videretur fruſtra inſtitutus à natura, fruſtra ſitis, fruſtra fames.
Secundò quia cibi alioquin, congruentiſſimi, ſi felle illinantur non arripiuntur à belluis.

Tertiò quia { etiam in nobis ſi quid iudicatur indifferens non mouet.
ſi homo regi nequit ſine appetitu, neque bellua ſine belluino appetitu.

Quartò quia ridiculum eſt exiſtimare belluas nihil voluptatis ex eo capere, vel nihil alios vndè ipſe capias nihil.
Quintò quia vt res nouit, ita appetit quæ propriè norunt, propriè appetũt.

Monitum.

Quęritur vtrùm critica facultas poſſit mouere citra opem appetitiuæ;
Vtrùm vt grauitas, ita notitia citra opem voluptatis & doloris mouere poſſit.

Eſtne poſſibile delere omninò affectus?

Non videtur eſſe quia etiam ex mente Stoïcorum primi motus, ſiue illi qui pręuertunt deliberationem, non ſunt in hominis poteſtate.
Prętera qui affectus nominantur externi, vt externus dolor, non ſunt ar-

Digitized by Google

bitrij humani..... non facit Philoſophia vt nullo doleat modo qui febri æſtuat, qui comburitur, æſtuatur.

Eſtne vtile deleri quantum licet?

Suntne affectus natura ſua vitioſi?

ἀπάθεια. Aſtruendane quantum licet ſaltem viro ſapienti apathia?

Negant Peripatetici, quia habitus videntur de genere rerum vtilium, ſunt innexi implicitique vigoribus quibuſdam, & alacritatibus, quæ tollun. tur ſi affectus planè conuellatur.

Stoïci contrà cogitabant non de reuocandis ad mediocritatem perturbationibus, ſed de euellendis radicitùs quantum licet. n. quod affectum omnem ſuapte natura vitioſum & malum arbitrarentur.

vt morbus corporis malum eſt corporis.

Refelluntur primò quia { natura eſt affectuum *parens*. / Stoïci naturam pro *duce* habent.

Secundò quia *bellua* ſine affectu, videntur futuræ inertes.

Si quod iudicatur indifferens non mouet, quod iudicatur congruens velis nolis allubeſcit.

Tertiò quia *dolor* videtur neceſſarius ad naturæ conſeruationem.

Omninò quia { neque poſſunt / neque debent } euerti funditùs affectus. ¶

Explicatio Peripateticæ ſententiæ.

1. Nullum genus affectus natura ſua eſt vitioſum: affectus naturaliter & eſſentia ſua eſt quid *bonum*.
2. Si ſpectetur morale bonum & honeſtas: tum quique affectus eſt indifferens per naturam, & ſpeciem naturalem .j. quiuis neque eſt honeſtus, neque vitioſus.
3. Affectus tamen virtuti eſt armorum, & organi inſtar vt ira fortitudini.
4. Immoderatus ſpecie differt à moderato: ſed morali tantum aut modali.

Vt homo æger differt ab homine ſano, ſed ſpecie medica tantum, & accidentaria.

5. Affectus delere penitùs { neque poſſibile. / neque conducibile.

Primi motus non ſunt in noſtra poteſtate.

6. Animantes bonum impellere debet per notitiam ſui, vt & malum. ¶

Cum autem triplex ſit bonum { iucundum. / vtile. / honeſtum:

Belluæ non norunt { neque vtile tanquam vtile. / neque honeſtum tanquam honeſtum.

Digitized by Google

Quia non nouerunt { finem tanquam finem. / medium tanquam medium.

Ergo non norunt { bonum nisi per *iucunditatem*. / malum nisi per *insuauitatem*. [·]

Celebres quædam & selectæ obiectiones.

Obiectio prima.

Aristoteles fatetur affectus quosdam ita esse vitiosos, vt reduci nequeant ad mediocritatem.

Resp. quasdam motiones singulares vitiosas esse, non autem speciem vllam affectus, quæ sit naturalis species.

Inuidentia inquis est vna species affectus à cæteris diuersa: quæuis tamen inuidentia est malum.

Ergo aliqua species affectus per naturam suam est vitiosa.

Dist. P. { si species constituantur & perpendantur ethicè, moraliter, C. esse diuersam speciem. / si physicè, N. quia inuidentia in Physiologia est dolor eiusdem speciei.

Obiectio secunda.

Ira siue *amentia* est furor breuis, neutiquam diuturna.

D. { ira quæ immoderata, C. / ira quæuis, N.

Ira, inquis, iudicium, turbat. Resp. eam ferè esse conditionem rerum vtilium .p. legum, pharmacorum: vt ex vna parte prosint, ex altera obsint: sed incommoda commodis pensanda. *Occupatio*

Prohibemur irasci fratri, Matthæi 5. Ergo ira est malum. *Occupatio*

Dist. Ant. { quatenus est frater, C. / quatenus est peccator, N.

Obiectio tertia.

Affectus est veluti conuulsio & motus præter naturam. Ergo vitiosus.

N. Ant. quia { oritur à facultate naturali, nec deprauata. / quô quisq; generosior, eô procliuior ad misericordiam, &c.

Obiectio quarta.

Optabile est carere malis mediocribus.

Resp. mediocrem affectum non esse malum, non mediocre malum.

Obiectio quinta.

Absurdum est retinere affectus, qui retenti cohiberi non possint, nisi contraria ponantur.

Resp. { primò calorem non temperari nisi frigore, saltem in plerisque, nec præterea inutilem esse. / 2. me posse deponere & remittere audaciam, itavt non timeam.

Digitized by Google

Non ſi minuitur voluptas, ideo augetur dolor.

Obiectio ſexta.

Seneca Epiſt. 121. Supinata teſtudo { nullum tormentum ſentit. / inquieta tamen deſiderio, ideoque & notitia naturalis ſtatus.

Animalia membra aptè & expedite mouent, non aliter, quam in hoc erudita.

Ergo animantes ſemper habent ſenſum naturalem propriæ conſtitutionis à quo moueantur.

Reſp. { non ſufficere talem ſenſum, niſi adiungatur dolor, aut voluptas. / teſtudinem ſupinatam ſentire tormenti aliquid, quia eſt in ſtatu repugnanti, &c.

Monitū. Ex 1. Politicor. Belluæ conuenit { notitia ſuauis, & inſuauis. / vox qua indicetur dolor, & voluptas. } ¶

Homini prętereа { notitia { tum boni & mali, ſiue vtilis & noxij. / tum æqui & iniqui, ſiue iuſti & iniuſti. } / & ſermo qui requiritur ad declarandum & ſignificandum bonum & malum, iuſtum & iniuſtum.

ARTICVLVS IIII.

Differentiæ, pugna, & ordo.

Vndè affectuum diuiſiones?

Ἐπιθυμία θυμος. Primò à *ſubiecti diuiſione* quod duplex præter voluntatem; .n. { epithymia ſiue concupiſcens appetitus. / & thymos, ſiue iraſcens appetitus. De quibus in Compendijs. } ¶

Secundo ex *modo & qualitate*, hinc { turpes { naturales / contra naturam } / honeſti { naturales / contra naturam } } &c.

Tertio ab *obiecto*, & efficiente cauſſa: hinc interni & externi.

Res obiectæ { bonæ { præſentes { noſtræ { difficiles / non difficiles } / alienæ { difficiles / non difficiles } } / abſentes { noſtræ { difficiles / non difficiles } / alienæ { difficiles / non difficiles } } } / malæ { præſentes { noſtræ { difficiles / non difficiles } / alienæ { difficiles / non difficiles } } / abſentes { noſtræ { difficiles / non difficiles } / alienæ { difficiles / non difficiles } } } } ¶

Item { naturales / contra naturam } &c.

prima & prȩcipua diuiſio.

Affectus { aut in *concupiſcenti* appetitu conſtituuntur, oriunturque à ſenſibili bono, aut malo, ſiue ſit difficile, ſiue non. / aut in *iraſcenti*, oriunturque à bono aut malo ſenſibili, ſed non niſi à difficili. } ¶

Qui in

Digitized by Google

Qui in concupiſcenti?

Abono { tanquam bono *amor* ſiue ſit præſens bonum, ſiue abſens.
tanquam abſenti *cupiditas.*
tanquam præſenti *voluptas.*

Vt à malo { tanquam malo *odium.*
tanquam abſenti *auerſatio.*
tanquam præſenti *dolor.*

Qui in iraſcenti?

Bonum { vt bonum eſt indifferens .j. nec facile, nec difficile.
vt præſens eſt facile.
vt abſens { aliquando non eſt difficile.
aliquando eſt arduum & difficile, hinc *ſpes & deſperatio.*

Malum { vt malum nec facile, nec difficile eſt, ideo nullum hîc affectum parit.
vt præſens { aliquando non eſt difficile, neque hîc affectum parit.
aliquando difficile eſt propulſatu, hinc *ira:* quanquam hæc videtur affectus mixtus.
vt abſens { aliquando non eſt difficile, neque hîc affectum creat.
aliquãdo eſt difficile & arduum, hinc *metus & audacia.*

Secunda diuiſio.

Vel eſt { *contra naturam* affectus, quaſi prodigioſus & extraordinarius, vt cupiditas ſorbendi humanum ſanguinem.
vel *non* contra naturam, ſed quaſi ordinarius, vt cupiditas comedendi panem.

Tertia diuiſio.

Oritur { à bono, vt *amor*, cupiditas, voluptas, ſpes deſperatio.
à malo, vt odium, fuga mali, dolor, ira, metus & audacia.

Sed qui affectus oritur à malo ſenſu comprehenſo, idem aliquo modo pendet à bono, quia impoſſibile eſt quid odiſſe niſi quid ames.

Quarta diuiſio.

Eſt { internus, qui oritur ab aliqua imaginatione, & opinatione, quę ſit libera: vt dolor ex inuidia, metu mortis, zelotipia, &c.
externus, qui non: vt dolor ex febri, voluptas ex titillatione.

Quinta, ſexta, ſeptima diuiſio.

Eſt { vehemens, mediocris, exiguus } { honeſtus, turpis, indifferens } { à facili, à difficili, abindifferenti } &c.

Digitized by Google

Quot modis vitiosus & turpis affectio?

Est { vel ratione *obiecti* & totius speciei, vt inuidia, voluptas ex malo alieno.
vel tantum *ratione immoderationis*, vt nimia cupiditas vini.

Octaua, nona, decima, vndecima diuisio.

Est { à bono { à nostro { non primus { voluntarius.
à malo { ab alieno { primus { inuoluntarius. (·)

Qui sunt affectus principes?

Sunt { delectatio & cupiditas ex bono.
dolor & timor ..... ex malo.

Motiones animi in quatuor genera diuiduntur à Platone 2. de legibus, Ciceronе, Stoïcis, Boëtio, &c.

Nascitur { ex bono { præsenti voluptas.
abſenti cupiditas.
ex malo { præsenti dolor.
abſenti timor.

Ad quem affectum quisque proclivior?

Cholerici ad audaciam & iram proniores.
Sanguinei ad amorem & voluptatem.
Melancholici ad tristitiam, odium, desperationem.
Phlegmatici sunt inertiores. Pituita nos reddit inertiores & ineptiores ad affectus vehementiores.

Obiectio.

Morbus quiuis perniciosus corpori, nullus indifferens.
Omnis affectus animo est quod corpori morbus.
Ergo affectus nullus est indifferens, quiuis noxius.
Dist. primam propositionem, quia in morbo consideranda quatuor;

n. { hinc { *incommensuratio.*
causſa *incommensurationis*, & asymmetriæ.
hinc { *dolor* qui subsequi solet asymmetriam.
conatus naturæ quasi extraordinarius, quo veluti (more musti) inualescit ad purgationem & curationem.

Priora duo momenta { per se noxia sunt.
per accidens tamen prosunt interdum; p. quatenus quis post morbum sanior quàm ante.

Digitized by Google

Tertium inſtitutum eſt à natura, vt proſit impellẽdo ad indaginem remedij, & auerſationem cauſſæ.

Quartum per ſe vtile eſt.

Diſt. ſecundam { quando affectus eſt immoderatus, C. / perſe { ſi priora duo momenta conſiderantur, N. / ſi poſteriora duo maximeque quartum, C.

Similes affectus { non morbis plantarum. / ſed conatibus quibus vtuntur plantæ ad attrahendum, retinendum, ſecernendum.

Diſcrimen vtriuſque illius appetitus concupiſcentis, & iraſcentis.

Vt ad naturalem appetitum .p. ad grauitatem, quæ eſt appetitus centri, duo requiruntur;

.n. { vna vis quâ feratur ad id quod congruit .p. ad centrum. / altera quâ propulſet impedimenta .p. qua aërem diuidat, ſine qua ſæpè prior inutilis foret:

Ita etiam ſenſitiuus appetitus duplici virtute eget;

.n. { vna quidem quâ feratur ad bonum, ſeque à malo auocet. / altera, quâ amoueat impedimenta, & difficultates.

Vocatur { prior illa cupiditas, ſeu appetitus *concupiſcibilis* à munere notiſſimo. / poſterior *iraſcibilis* appetitus, animus, vnde animoſus, vis iraſcẽdi.

Concupiſcibili proponitur pro materia obiecta bonum & malum ſenſibile abſolutè .j. ſine difficultatis ratione.

Iraſcibili proponuntur difficilia bona & malà quæ ſentiantur.

Vt vis poſterior propter priorem inſtituta eſt: ita omnes motus appetitus iraſcibilis oriuntur à motionibus concupiſcentis appetitus, in caſque deſinunt.

Quæ in affectibus ratio oppoſitionis?

Prima à ſubiecto oritur, quia { alius in concupiſcenti / alius in iraſcenti } appetitu.

Secunda ab *obiecto* quod { bonum / malum } { noſtrum / alienum } &c. (.)

Tertia ab *acceſſu & receſſu*, vt { inter ſpem & deſperationem. / inter audaciam & timorem.

formidabile { timor fugit, conatur vitare cedendo. / audacia proſequitur, propellit.

Digitized by Google

Quarta à modo, qualitate & conditione.

Vt cum distinguitur { turpis ab honesto, indifferenti. / vehemens à mediocri & exiguo. } ¶

Quis affectuum ordo?

Primus. *Irascibilis* appetitus non mouetur, perturbatur: nisi priùs *concupiscibilis* fuerit motus.

2. Et nihilominus omnes affectus irascentis appetitus terminantur, & desinunt in aliquem motum concupiscentis.

3. Omnem enim alium affectum sequitur { aut voluptas. / aut dolor. }

4. Qui à bono oriuntur affectus in concupiscentia præcellentiores, quàm qui à malo.

5. Dignitate voluptas princeps inter affectus, vt vehementia & intentione do-
6. lor sensitiuus: Quia voluptas corporis occurrit nulla quæ magnitudine sit æqualis summus doloribus & cruciatibus.

ARTICVLVS V.

De affectibus pertinentibus ad cupiditatem.

Monitum.

Breuitati hîc consulendum est: Quia multa passim de affectuum speciebus
p. ad librum 3. 4. 7. & 10. &c.

De amore.

Nomen. Videtur esse { *amicitia* quidam habitus amandi. / *amor*, actus, energia & τὸ amare. } [·]

Consulendus sermo de amicitia.

amor { aliquando { complectitur cupiditatem. / est affectus ex *bono*, vel ex bono absenti. } / nunc { distinguitur à *cupiditate*, siue appetitu. / est affectus ex bono, non habita ratione neque præsentiæ, neque absentiæ. } }

Quid. Definitur affectus primus qui excitatur in concupiscenti appetitu, ex apprehensione & imaginatione boni.

Cum definitur affectus *vnionis* ..... circulus à pulchro ad pulchrum, defi-
Causa. nitio pertinet generaliorem ad significatum.

Amor est soboles pulchri & boni.

Quod optabile & bonum, id { vel vtile. / vel iucundum. / vel honestum. } ¶

Digitized by Google

Perueniunt { belluæ ad perceptionem iucundi, & iniucundi,
homines etiam ad perceptionem vtilis, & honesti.

Similitudo causſa est amoris, quia similia sibi inuicem congruunt & sunt cõmensurata.

Ex dissimilitudine prodit amor & amicitia: in eum modum qui exponitur alibi. Amore efficimur similes rebus amatis, ex amore reliqui motus oriuntur: nihil odimus, speramus, timemus nisi quia aliquid amamus. p. nos & amicos.

De odio.

Odium est motus primus, qui excitatur in concupiscenti appetitu ex imaginatione mali.

Odium ex amore intelligendum per oppositorum leges.

De voluptate & delectatione.

De voluptate { fusè Aristoteles libro 7. decimo vt & 3.
hic compendiosè paucula trademus.

Voluptas, gaudium, delectatio, lætitia, lætari, & consimilia vocabula huc pertinent. *Nomenclatura.*

Tradũtur quædam discrimina vocabulorum in hoc negotio, etiam à vetustissimis, sed exigui in scholis vsus, vix vllius extra scholam.

Definitur voluptas motus blandus sensum exhilarans. *Quid?*

Motio accommodata ad explendam naturam.

Affectus ex imaginatione boni præsentis, tanquam præsentis.

Dicitur sita, quæ animi in *voluntate*, quæ corporis in *appetitu concupiscenti*, vt & dolor ex sensione ortus. *Subiectũ.*

Sed de sede doloris eius qui dicitur corporeus, & externus, deque subiecto externæ voluptatis controuersia est, quæ amandanda ad Physiologos.

Sane { vulgo dicitur dolor esse in manu, esse in pede.
si vere est illic { vel ibi inuenitur appetitus concupiscens.
vel alibi dolor, quàm in appetitu aliquando.

Bonum apprehensum tanquam præsens voluptatem creat: Sed notitia qua cognoscimus nos cognoscere videtur plus afferre voluptatis, quàm primaria & directa. *Obiectum.*

Porrò { vt radio solis aperitur rosa.
ita voluptate cor dilatatur, hinc exultatio, risus &c. *Effectus.*

Vtrum voluptas sit in bonis, an in malis, an in indifferentibus, & quomodo quæretur alibi. *Qualis.*

Item vtrum sit motus.

Diuisiones voluptatis colligantur ex affectuum diuisione. *Quotuplex*

Est { animi { interna { sine motu
cum motu } } } &c.
corporis { externa }

Digitized by Google

De animi voluptate alibi.

De dolore.

Quid? Dolor est motus asper in corpore à sensibus alienis, vt depressio animi à re non conuenienti, contractio spirituum à re non conuenièti, affectus concupiscentis appetitus, ex præsenti malo.

Ægritudinem malum { præsens parit. / absens si parit, parit per aliquid quod est præsens

Obiectum. ·P· per odium, timorem, desperationem.

Boni absentia malum est præsens.

Finis A natura instituitur dolor vt seruentur animantes, nisi dolerent perirent plantarum more, remedio nullo quæsito, sed res plerumque frustratur fine.

Nihilominus dolor dicitur naturæ inimicus, de qua re suprà.

Effectus. Dolor obtenebrat spiritus: vexatio tamen si moderata est dat intellectum, ingeniumque acuit.

Dolor { vt sit vtile quid saltem ratione speciei. / non est tamen quid iucundum.

Nisi quatenus post dolorem, quæ sunt iucunda apparent iucundiora. ex dolore lachrymæ &c.

Dolorem voluptas minuit { tum aduersaria. / tum alia voluptas.

Item miseratio, veritatis contemplatio, gloria, spes &c.

Quicquid tollit, minuitue melancholiam, doloris causas, quicquid auocat à malorum cogitatione.

Minuit fletus { tum quia corpus leuat. / tum quia est affectio dolenti congruens.

Dolor { interior, vt qui ex inuidia, desperatione. / exterior, vt qui ex febri, ex adustione.

Est { necessarius { naturalis. { ex nostro / ex alieno } / non necessarius { contra naturam. { ex nostro / ex alieno } } } &c.

Exempla quædam dolorum.

Inuidia est dolor de bono alieno, quod obesse nobis suspicamur.

Misericordia dolor de malo in quod alius videatur incidisse quasi immeritò.

Mœror, tristitia durabilis, diuturna.

Indignatio dolor quòd bona adsint indignis.

Pœnitentia, dolor ex facto, affectio nollendi feciſſe,

Quanquam hîc affectus { tum mixtus. / tum in sola voluntate.

Digitized by Google

De cupiditate & auersatione.

Cupiditas seu appetitio sensitiua est affectio in concupiscenti appetitu potiundi eo bono, quo careas: fertur in bonum sensibile, idque absens, amoris nomine significatur & comprehenditur plerumque.

Nomen fecit { appetitio vtrique / cupiditas concupiscenti } appetitui.

Auersatio seu fuga mali est auersatio concupiscentis appetitus à malo absenti: ..... sæpè videtur comprehendi nomine metus.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De affectibus pertinentibus ad θυμὸν seu irascentem appetitum.

De spe & desperatione.

Spes est affectus ex imaginatione boni futuri, aut absentis, quod sit difficile, parabile tamen.

Belluæ { rem futuram norunt. / non norunt futurum tempus.

Spes vocatur amoris proles, ad agendum excitat, &c.

Desperatio est affectus ex apprehensione boni, quod iudicetur ita difficile vt non parabile: quod valdè est difficile, id pro impossibili.

De timore & audacia.

Animus { timore cedit futuro malo imminentiue. / audacia insurgit aduersus illud.

Timor est affectus ex futuro, & absenti malo, quod iudicatur ita difficile vt non videatur posse repelli.

Audacia est motus facultatis irascentis aduersus malum imminens, difficile, propulsabile tamen. *Confidentia* in periculis, *securitas* per quam mala non exhorrescimus.

Varij timores.

Segnities oritur à labore qui naturam grauare iudicatur.

Stupor ex infinita mali specie.

Admiratio ex malo exteriori, magnitudine immoderato.

Agonia ex eo quod accidit ex improuiso graue malum, cui occurere nõ licet.

Erubescentia ex turpitudine facti præsentis, quod iudicatur læsurum existimationem.

Verecundia ex facto simili, sed futuro.

De ira.

Ira à verbo *ire*, nam { irâ eximus à nobis. / qui reprimit iram, dicitur ad se redire. }

Sedes. Ira à difficili, ideo in ea facultate cui fecit nomen.

Iræ proponitur { quod *ledit*, atque hoc malum est. / & *vindicta* quæ *bonum*.

Origo. Oritur { ex sensu grauis offensionis. / & opinione contemptus nostri.

Quid? Definitur { accensio sanguinis circa cor cum vindicta, cupiditate. / concitatio animi acerba, quod nostra bona contemni videamus, cum vltionis appetitu.

Effectus. Iræ comes { dolor cum audacia. / itemque spes quæ iucunda.

Ira cor incalescit, hinc turbatio { tum corporis. / tum animi.

Irascaturne sapiens quæstio vetus.

Ira immodica est velut furor breuis. Consulendus sermo de iracundia.

Discrimen irati & inimici.

De plerisque factis dubitatur ..... vtrùm prodeant ab ira ..... an verò ab inimicitia: ideò discrimina quædam animaduertenda.

Primum. Infortunia nobis imprecatur { *inimicus*, quia nobis mala sunt. / *iratus*, quia illis continetur vltio.

2. Tempore { augentur inimicitiæ. / ira minuitur.

Iratus semper dolet ..... non semper inimicus.

3. Vltionem patefacere { iratus gestit. / non gestit inimicus.

4. Supplicia nobis imprecatur { iratus certa. / inimicus quæuis.

Supplicium paulo maius { facile iratum / difficulter inimicum } ad misericordiam mouet.

Monitum.

Non frustra zoophyton dolet, quia non frustra fames, quæ illic inuenitur saltem proportionalis, & potest sese contrahere.

CAPVT.

Digitized by Google

CAPVT POSTERIVS.

De decoro & medio Morali.

ARTICVLVS PRIMVS.

De { decoro & turpitudine. / æquo & iniquo. / medio & extremo.

De decoro & turpitudine.

Turpitudo malum quod opponitur pulchritudini & honestati.

Pulchritudo bonitas, sed profluens à pluribus rebus: ideò non est quid vnũ nisi vt exercitus: de vitio & vitiositate alibi.

In homine pulchritudo { *corporis*, quæ facilius / *animi*, quæ difficilius } conspicitur: primo Politic.

Vtraque imperio digna existimatur. primo Politic.

Decorum { latè quæuis pulchritudo, symmetria, & bonitas, alia ab vtilitate, & iucunditate. / strictè ea tantum quæ rationalis.

Tum { vna neutiquam ethica, vt pulchritudo contemplationis. / altera ethica & rationalis, quæ videtur esse rectitudo, & congruitas intentionis.

Estque { in voluntate. / aut saltem aliquid ab illa profluens.

In eo consistit, quòd res quantum licet per voluntatem commensuretur & respondeat fini, vigeat, allubescat &c.

Vocatur recta ratio, rectitudo &c. Consule Articulum sequentem.

De æquo & inæqualitate.

Æquale id quod cum sit aliquo modo eiusdem generis, & comparabile, non excedit, non exceditur. *De æquitate.*

Æqualitas { accurata { terminorum / rationum } / popularis { terminorum / rationum } } de qua re in Mathematicis.

Adæquamus / Commensuramus { vnum { vel vni, vt honorem regi. / vel duobus. / vel pluribus.

Digitized by Google

Æquamus æquarecue conamur { infimum infimo. / medium medio. / ſuprꝛmum ſupremo.

Æquatur res { per mutationem ſui ipſius. / per mutationem rei alterius.

In continuo diuiduo licet capere { plus & exceſſum. / æquale. / minus & defectum.

Tumque æquale eſt *medium quid* inter { exceſſum. / defectum.

Negotia moralia diuidua ſunt magna ex parte, atque nec ſumma nec infima.

Rem æquamus { aut omnino, vel ſaltem ferè. / aut quantum licet, non tamen ferè, non omnino vt parentibus honorem, cultum Deo &c. Conſulendus ſermo de iuſtitia.

Inæqualitas affectio oppoſita æqualitati.

Inæqualia { quædam *negatiuè* tantum, vt virtus & candor. / quædam *priuatiuè*, vt duæ inæquales lineæ.

Cum datur inæqualitas { aliquid excedit. / aliquid exceditur.

Æqualitati aduerſatur { exceſſus, plus iuſto. / defectus, minus iuſto.

De medio & extremis.

Medium { ſtrictè, quòd inter *extrema* poſitum, æquè diſtat ab extremis. / generatim, quòd inter *duo*, vel plura extrema: vt quicumque dies intercipiuntur inter diem lunæ, & diem ſolis ſubſequentem.

Medium { vel eſt medium *excluſione extremorum*, vt centrum circuli. / vel *participatione extremorum*: vt ferrum ſi cum calore & frigore conferatur, tepor ſi cum frigore & calore, viror ſi cum atrore & candore.

Eſt *deprehenſu* { facile vt medium arcæ. / difficile vt medium inter noctem & diem.

Eſt { medium ratione *ſpeciei*, vt cùm viror dicitur medius color. / vel ratione tantum *indiuidui*, intra ſpecici latitudinem, vt cùm candor gypſi dicitur medius & mediocris color.

Digitized by Google

Candor { quiuis eſt ratione ſpeciei / nõ quiuis ratione indiuidui } extremus.

Viror medius { quiuis ratione ſpeciei. / non quiuis ratione indiuidui.

Medium { ratione *bonitatis* .i. mediocriter bonum. / vel ratione *rei alterius.*

Virtus medium { eſt poſteriori modo. / non eſt priori, quia eſt valdè bona.

Medium { ſecundum *rem*, illud quod non æſtimatur niſi ex extremis. / vel medium ſecundum *nos*, mediumue rationis, vt declaratum in elementis ethicis, hoc ita medium vt ſit æquum & incommenſuratum.

Comparatur { quatenus medium cum extremis. / quatenus æquum & commẽſuratum, cum re alia quæ æquatur, commenſuratur.

Bonus calceus { quatenus iuſtus & æquus refertur ad pedem. / quatenus medius & mediocris opponitur breuiori, lõgiori.

Medium opponitur { excelſui / defectui } Sed { quando eſt æquum. / quatenus eſt æquum.

Monitum.

De menſura, menſurabili, commenſurabili, & difficultate menſurationis alibi. Controuerſia de medio morali tum per ſe grauis, difficilis, tum grauior efficitur, quòd à pleriſque non ſatis explicentur, & applicantur variæ medij rationes, affectiones.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Sitne aliquod medium morale eiuſmodi.

Quæ notio medij moralis?

Medium morale eſt aliquid humanum, & voluntarium inter extrema ita cõſtitutum, vt quantum licet commenſuretur, congruat ſuis cauſſis & circonſtantijs.

Pertinetne aliquod medium ad virtutem?

Pertinet, primò quia ſic videntur ſentire mortales omnes.

Digitized by Google

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Hora. ep. *Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum.*

Secundò quia omne organum exigit commenſurationem, mediocritatem.
Tertiò quia rectitudo in quauis arte videtur contineri commenſuratione quadam & moderatione.
Quartò quia munera virtutum videntur conſectari medium, volumus conſectari quantum licet moderationem affectionum, actionum, operum, vt & commenſurationem.
Quintò quia multæ virtutum Peripateticis ſunt inter vitia duo: vt liberalitas inter auaritiam & profuſionem.

Quomodo vocatur?

Medium, quia ſtatuitur inter extrema.
Æqualitas, & æquitas, modus, temperatio, ſymmetria, quia eſt neque iuſto maius, neque iuſto minus.
Ratio, recta ratio, rectitudo, quia eſt effectus rectæ rationis.
Virtus & bonitas, quia facit rem bonam & vigentem.
Decus, decorum, decor, honeſtas, quia ex commenſuratione pulchritudo.

Cuiuſmodi eſt morale medium?

Prima propoſitio.

Eſt quid ſimile ſanitati, pulchritudini, iuſto calceo & conſimilibus: aliquid diuiduum, & capax alicuius latitudinis, non autem quaſi in puncto poſitum, vt poſitum Stoici putarunt. Qui refelluntur, quia prudentia eſt popularis, non autem accurata, & quaſi geometrica.
Iucunda, vtilia, & honeſta, maximèque inſtrumenta manifeſto deprehenduntur aliquam obtinere latitudinem.
Sanitas animi reſpondet ſanitati corporis: huius modus non eſt in puncto poſitus, non ſi modicè immutatur temperamentum, ideò conuertitur congruitas eius.
Cum quatuor vnciæ proſunt, delectant, commenſurant, fieri poteſt vt quinque proſint, vt tres &c. etiamſi minimè in infinitum.

Secunda propoſitio.

Eſt { *Expers extremorum*, ſi pro extremis ponantur extremitates, vt auaritia, profuſio.
{ *Particeps extremorum*, ſi pro extremis conſtituantur *res indifferentes*. p. oppoſiti affectus.

Vt ex. gr. { timere / audere } { ſperare / deſperare } &c.

Digitized by Google

Oppoſitæ *actiones* vt { velle / nolle } { aggredi / ſuſtinere } &c.

Tertia propoſitio.

Eſt medium rationis, quia ita eſt medium, vt ſit æquum, & commenſuratum.

Ideò { non ex extremis tantùm æſtimatur. / verùm etiam ex re alia cui æquari & commenſurari debeat.

Caſu fieri poteſt, vt ſit medium rei, vt æqualiter diſtet à propoſitis extremis.

Quarta propoſitio.

Eſt difficile comprehenſu, tum quia ferè multa commenſuranda ſunt, tum quia eorum quodque ferè menſuratu difficillimum eſt, vt dignitas, genus, nobilitas, ætas, labor, merita, occaſio, diuitiæ, voluntas, ſcientia, ratio, vtilitas, neceſſitas, ignoratio, &c.

Quinta propoſitio.

Difficile eſt *tenere* medium in negotijs moralibus.

Tum quia difficulter deprehenditur.

Tum quia ſubindè immutantur termini ex quorum comparatione naſcitur.

Tum quia multa ex moralibus diuiſu difficillima ſunt.

Sexta propoſitio.

Prudentiæ eſt metiri res humanas, mediumque illic deprehendere.

Peritia in ſua quaque arte deprehendit commenſurationem: Medica prudentia ſymmetriam cibi & pharmaci.

Septima propoſitio.

Symmetria quomodo { excitetur / conſeruetur / perimatur } iudicandum eſt ex ſermone de Relatis.

Octaua propoſitio.

Quæritur in Rudimentis { ſitne perſona perſonæ æquanda. / an res rei, vt tritico calceus. / an perſona rei. }

Nona propoſitio.

Ita res commenſuramus nobis .p. calceum pedi, pileum capiti, &c. vt etiam nos aliquo modo rebus, & pedem calceo: quantum ſine læſione & incommodo fieri poteſt.

Res fini commenſuranda eſt potiuſquam contrà.

Sed { interdum vſum materiæ commenſuramus: quia materiam vſui non poſſumus commenſurare. / cùm non licet facere quod volumus, facimus quod poſſumus. }

Decima propoſitio.

Ariſtoteli vt { calor eſt categoria, & habitus. / frigus vero eſt priuatio: }

Digitized by Google

Ita oppositorum affectuum { vnus excessus, vt audacia & spes. / alter defectus, vt timor, desperatio.

Sed hoc non impedit, quo minus intra latitudinem cuiusque speciei affectus .p. timoris, audaciæ, &c.

cogitetur { excessus / medium / defectus } timeamus { nimiùm. / modicè. / parum, nec satis.

Aliud comparare speciem cum specie .p. timorem cum audacia.
Aliud individuum cum individuo .p. timorem tuum, cum timore meo.
Vt tepor conficitur ex calore & frigore:
Ita plerumque mediocritas affectuum videtur confici ex duobus affectibus oppositis.

Vndecima propositio.

Remitti { calorem sine frigoris / frigus sine caloris } accessione { nonnulli aiunt. / nonnulli negant.

At { audacia remitti potest quamuis timoris nihil accedat. / affectus ferè creditur remitti posse sine oppositi affectus amissione.

Cauendum est ne mera priuatio affectus .p. timoris, &c. ..... habeatur pro opposito affectu .p. pro audacia.

Duodecima propositio.

Medium morale, rarò est medium rei, ferè abest propius ab extremitate vna, quàm ab altera.

Sed propiùs abest { nunc ab *excessu*, vt fortitudo ab audacia. / nunc ab *effectu*, vt temperantia, tristitia.

Proniores { hi ad vnam extremitatem vt Alcibiades ad intemperantiam. / hi ad alteram, vt Xenocrates ad tristitiam. / pauciſſimi ad medium, quàm ad vtramque extremitatem.

Sed videtur quisque pronior ad medium sumptum cum sua latitudine, quàm ad alteram ex duabus extremitatibus.

Decima tertia propositio.

Quæ magis aduersatur medio, ea cæteris paribus diligentiùs vitanda extremitas.

Decima quarta propositio.

Diligentiùs fugiendum est extremum ad quod te proniorem deprehendas.

Idque { siue pronitas pendeat à natura & prodeat. / siue ab institutione. / siue ab vtraque.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Eſtne virtus Moralis medium?

Eſtne virtus medium bonitatis?

Non eſt, ſaltem ſi ſpecies cum ſpecie conferatur: virtus quæuis eſt valdè bona, vt fortitudo, temperantia.

Aut ſaltem ſi virtus conferatur cum facultate.

Licet ex indiuiduis pertinentibus ad eandem ſpeciem, vna ſit præcellentior quam altera, vt iuſtitia Ariſtidis, quàm iuſtitia Catonis.

Species vna virtutis præferatur alteri, vt amicitia iuſtitiæ, iuſtitia fortitudini.

Eſtne medium, quod non euertat bonitatem?

Eſtne medium inter res duas conſtitutum?

Diſt. { vel loquimur de ipſa *virtute*, ſiue de habitu laudabili, vt de fortitudine, temperantia.
vel de illius *actione* atque munere: vt de fortiter faciendo, de perſoluendo iuſtum pretium.

Quid ſi loquimur de actione?

Virtus { quædam habet pro obiecto { aut Deum. / aut quid aliud, cuius meritum aſſequi, & æquare nequeat vt pietas, religio, obſeruantia.
quædam aliter habet, vt iuſtitia, temperantia, vrbanitas, affabilitas.

In hoc poſteriori genere facile occurrit medium cum extremis: vt nimium audere, ſatis audere, non ſatis audere.

At in priori genere actionum, & functionum genera occurrunt duo.

Quædam verſantur circa primarium obiectum: vt cultus circa Deum, & hæ non ſunt inter exceſſum & defectum.

quia illic { poſſumus *deficere*. / non poſſumus *excedere*, non æquare.

Itaque illic propriè non aſſignatur medium .n. quod ſit æquale.

Quędam circa ſecundarium obiectum occupantur: vt actiones pietatis circa ieiunium, circa ceremonias, &c.

Et in his locis { defectui / exceſſui / moderationi } quia licet ieiunare { nimium. / ſatis. / non ſatis.

Ergo nulla videtur eſſe virtus, quæ non occupetur aliquomodo in *commenſurando*, conſectando medium.

Recolantur rudimenta in quibus cardo diſputationis.

Quid ſi de ipſa virtute, ſeu de ipſo virtutis habitu?

Virori { hinc candor / hinc atror } opponitur, aduerſatur.

Digitized by Google

Calori non nisi frigus aduersatur.

Quæritur { sitne virtus similis virori, / an vero calori, quod attinet ad negotium præsens.

Seu { vtrùm vni virtuti habituali opponantur duo vitiosi habitus .p. liberalitati auaritia & profusio. / an verò virtutibus singulis singula vitia aduersa fronte consistant.

Opponanturne, ex. gr. { liberalitati profusio / parcimoniæ auaritia } sola.

Sententia prior. Valla, Valesius, Bodinus libello ea de re edito, & alij vnicam opponunt vni virtuti vitiositatem.

Posterior. Peripatetici solent vni virtuti *duo vitia* componere, opponere.

Sed iustitiam ferè excipiunt, vt dictum est in rudimentis, & dicendum ad quintum Ethicorum.

Quanquam cum vetamur esse nimium iusti, id apud nonnullos pertinet ad excessum: itavt etiam in negotio iustitiæ tres inueniantur habitus;

.n. { defectus ..... medium ..... & iustitia. / iniustitia, ... iustititia, & nimia iustitia.

Non secus atque tria offenduntur munera; (·)

.n. { minùs iusto tribuere, quod *iniustitiæ* est. / iustum debitumque reddere, quod *iustitiæ*. / plus iusto reddere tribuere, quod videri possit esse nimiæ *iustitiæ*.

Sed ad liberalitatem aut profusionem videtur hoc pertinere potius quàm ad vitium, quod propriè aduersatur iustitiæ.

Controuersiæ Cardo.

Iustitia vni aduersatur vitiositati. n. iniustitiæ: De alijs virtutibus moralibus sic videtur esse sentiendum.

Si temperantia & hilaritas sunt vnica virtus: itemque parcimonia & liberalitas, clementia & seueritas, fortitudo & cautio, & sic de alijs, Peripateticis assentiendum est.

At si temperantia & hilaritas sunt virtutes duæ, licet occupatæ circa materiam eandem .p. circa voluptatem corporis, itemque parcimonia & liberalitas sunt duæ virtutes disparatæ, licet occupatæ circa pecunias; sanè singulis virtutibus singula opponuntur vitia;

.p. { temperantiæ tristitia / hilaritati intemperantia } vt { forti audax / cauto ignauus } opponatur.

Sed hoc sensu duæ virtutes occupantur circa eandem materiam remotam .p. circa honorem, circa pecuniam, &c. licet aliud atque aliud informent munus.

Quia ex. gr. { aliud quærere & conseruare pecuniam. / aliud pecunia vti.

Fauetne

Digitized by Google

Fauetne Peripateticis appellatio?

Partim fauet, quoniam ex. gr. si spectetur ratio appellationis,

videtur opponenda { intemperantia temperantiæ.
triſtitia hilaritati, vt illiberalitas liberalitati.

Opponendus tamen { hilari intemperans / temperanti triſtis } per ſententiam oppoſitam.

Itemque { liberali profuſus / parco illiberalis } &c.

Partim non fauet: Tum quia alteri extremitatum ſæpè deeſt appellatio.

Tum quia multi mortales ſecernunt { liberalem à parco.
cautum à forti, &c. ¶

Varietas appellationum facit, vt cogitetur varietas rerum.

Cur hîc Cardo quæſtionis?

Quia Peripatetici deprehenduntur ſententiam ſuam confirmare inductione ..... ſed hoc ſupponendo,

.n. quod { liberalitas & parcimonia ſint vnica virtus.
liberalitas occupetur { tum circa largitionem.
tum circa acceptionem.

Alij ſuam pariter opinionem nituntur inductione confirmare, ſed ſupponunt, imo probant, probareue nituntur

Liberalitatem à parcimonia
Temperantiam ab hilaritate } eſſe virtutem aliam.
Clementiam à ſeueritate ¶

Vtra ſententia credibilior?

Peripatetica, vt ſuadetur in hunc modum.

Quæ vittutes ſunt duæ pertinentes eandem ad facultatem: vt fortitudo & & manſuetudo, illæ videntur ſeparari poſſe & ſeorſim poni ſaltem mediocres.

Et tamen nemo fortis niſi cautus, nemo cautus niſi fortis.

Nemo liberalis, niſi frugi; nemo frugi, niſi liberalis.

Nemo clemens, niſi ſeuerus; nemo ſeuerus niſi clemens.

Ergo non eſt probabile liberalitatem & parcimoniam duas eſſe virtutes.

Obiectiones.

Nouerca natura, ſi plura ſunt vitia quàm virtures.

Nego quia { vitia ſeſe impediunt. ¶ *Prima.*
virtutes ſeſe inuicem iuuant.

Satius eſt eſſe ſummè bonum quam mediocriter, item parum vitioſum quã mediocriter: Ergo non eſt quærendum & procurandum medium. 2.

Digitized by Google

D. { medium prauitatis & bonitatis, C.
{ medium rei, N.

3. Ignis probatur, qui maximè vrat. Ergo virtus in extremis.

Dist. Ant. { si spectetur in suo genere, seu in sua specie, C.
{ sin autem referatur ad quid aliud, N.

Tunc enim melior { non qui vehementius } vrit.
{ sed qui congruentius }

Dist. C. in extremis bonitatis, C. in extremis rei, N.

4. In quoque vitio { excessus / medium / defectus } hinc { validè / modicè / parum } vitiosus.

Ergo virtus non est medium.

Dist. Ant. { si conferantur indiuidua eiusdem speciei, C.
{ si species cum specie, N. De qua re suprà.

5. Iubemur Deum diligere summè, non mediocriter: Ergo virtus sita est in fastigio.

Dist. { quatenus versatur circa rem cuius meritum æquare nequit, C.
{ secus, N. De qua re suprà.

6. Natura posuit vnum contra vnum, duo contra duo: opposita totidem dicuntur modis.

Resp. { partim duo vitia quatenus opponuntur vni virtuti esse aliquo modo vnum. p. vitia opposita liberalitati esse illiberalitatem.
{ partim in virtute duplicem cogitari contrarietatem.

Et Dist. { si loquamur tantùm de extremis, C.
{ si de extremis & de medijs, N.

Vitium inquis magis pugnat cum vitio opposito, quàm cum virtute; Ergo vitia duo non sunt vnum.

Dist. Ant. { ratione rei, C.
{ ratione turpitudinis & deformitatis, N.

Monitum.

E contextu intelligendum, quale medium sit virtus, quomodo procurandum morale medium.

Obiectio.

Nisi medium morale est quasi geometricum, & quasi in puncto positum, fieri poterit vt adiectione vnius gradus & momenti leuis minimè perimatur, vt & detractione.

Si iustum pretium ex. gr. mille continetur assibus post detractionem assis vnius remanere adhuc iustum poterit.

Atqui hoc fieri non potest. Ergo. Probatur S.

Digitized by Google

Si 1000. asses per detractionem monadis non efficiuntur iniustum pretium pari iure, 999. asses erunt adhuc iustum pretium post monadis detractionem.

Hoc autem fieri non potest quia progrederemur in infinitum, vel præscribendi forent termini excessus & defectus.

Resp. non admittere nos progressionem in infinitum.

Et commensuratio moralis non est in puncto posita.

Constat dari terminos vltra quos non consistat rectum: Sed ij termini non præscribuntur nisi ruditer.

Præscribuntur tamen ..... quia vt certò dicimus non posse dari hominem maiorem monte, nec formica vulgari minorem:

Ita assignatur { aliquid quod excedat / aliquid quod deficiat } manifestò.

Confinium diei & noctis non deprehendimus nisi ruditer, deprehendimus tamen. Consulendus sermo de iustitia.

Finis libri secundi Ethicorum.

IN

LIBRVM TERTIVM

DISTINCTIO ET SVMMA.

PARS { prior ad generalem pertinet virtutis explicationem, quæ superiori libro est inchoata. / posterior explicat fortitudinem, temperantiam.

Pars prior.

Primo capite docetur *voluntarium* & inuoluntarium.

Secundo de *electione* agitur. [·]

Tertio de *consultatione*, seu deliberatione.

Quarto de *voluntate*, & volitione.

Quinto ista omnia referuntur ad virtutis rationes & negotium.

Posterior.

Sexto, septimo, octauo, & nono capitibus agitur de *fortitudine.*

Reliquis tribus de *temperantia.*

Digitized by Google

IN CAPVT I.

Pro præfatione & ſumma.

Laus { generatim cadit in omnia *vtilia*.
{ ſpeciatim & propriè in res humanas, & morales.

Porrò nihil propriè { laudatur / vituperatur } niſi ſpontaneum, voluntarium.

Ergo neque virtus neque præmij ſupplicijque ratio intelligi poteſt, niſi noueris quid voluntarium, quid inuoluntarium: ad quam rem ſanè eſt opus notitia rudi *voluntatis*.

De hac verò egimus in rudimentis, & agitur ad tertium de animo, ideò breuitati conſulendum.

Quæ in contextu capitis huius continentur, dabimus operam vt transferantur in appendicem, tranſlatioque ad marginem annotetur.

APPENDIX.

De voluntario & inuoluntario.

CAPVT I.

DE VOLVNTATE.

Nomen.

Voluntas { generaliſſimè appetitus quiuis: vt cùm dicitur velle finis, bellua, lapis, &c.
{ propriè appetitus rationalis, qui appendet menti.

Tum { generatim ponitur in homine, in Angelo, in Deo.
{ morali in ſermone, non niſi in homine.

Sed { aliquando eſt actio quædam .n. ipſum velle.
{ aliquando quidam volendi habitus, vt quando iuſtitia dicitur *voluntas*.
{ ſæpius in ſcholis eſt *facultas volendi*, proindeque & *nolendi*.

Voluntas { quę habitualis, non eſt contrariorum.
{ quæ facultas, ea eſt contrariorum.

Digitized by Google

Quid voluntas hoc loco?

Est facultas naturalis animæ rationalis per quam appetimus quòd ratio iudicauit bonum, fugimus quod iudicauit malum &c.

Monitum.

Consulendus sermo compendiarius de appetitu.

Finis voluntatis.

Voluntas propter suas *operationes* mentem, hominem, fœlicitatem, & Deum.

Quid fecit voluntatem?

Vel solus animæ nostræ author. n. Deus.
Vel cum Deo anima ipsa, cuius proprietas est voluntas.

Quæ materia obiecta?

Bonum & malum humanum, quod mente deprehenditur iudicaturque tale.

Sed obijcitur { primariò ac per se bonum. / secundariò malum.

Quæritur { proponaturne per se voluntati *bonum*, siue *bonum verum*. / an autem bonum *apparens*, siue sit verè bonum, siue bonum specie tenus. De qua re apud Aristotelem.

Quæ præcipua discrimina voluntatis, & appetitus sensitiui?

Superior appetitus est incorporeus: inferior corporeus.
Superior per se non regitur nisi *mente*, inferior etiam *phantasia*.
Voluntati proponitur *finis tanquam finis*, medium tanquam medium, non autem duntaxat *bonum & malum*.

Inferiori non proponitur { bonum nisi per iucunditatem. / malum nisi per insuauitatem.

Etiam si Stoici videntur sentire aliter.

Qualis voluntas seu appetitus rationalis?

Voluntas dicitur esse quid *diuinius*.
Tum quia Aristoteli formæ sunt diuiniores.
Tum quia est quid commune nobis cum *dijs*, siue cum *angelis*.
Quod regit, regereue in nobis debet, est quid diuinius etiam ratione: Regit autem maximè intellectus principiorum, cum voluntate. *Actiones.*
Libertas est affectio voluntatis, de qua loquemur posteà. *Affectiones.*

Afficitur { belluinus appetitus suaui & insuaui. / Rationalis { suaui { vtili { honesto / & turpi. } } } / insuaui { noxio { honesto / & turpi. } } } de qua re suprà.

Digitized by Goog

Motiones.

Mouetur { per accidens & conditionaliter à ſenſu exteriori, à phantaſia & appetitu ſenſitiuo .n. per mentem.
per ſe { à *Deo*, qui rerum finis, atque opifex.
à *mente*, obiecto, obiecti ſpecie, & functione mentis, quia voluntate in incognita non ferimur.
à *voluntate* ipſa, quia libera eſt, & ſui domina.

Conſulendus ſermo de voluntatis determinatione.

Ex quo rerum genere voluntas?

E genere qualitatum ſecundæ ſpeciei, vt perſpicuum eſt.

Quot ſunt genera functionum eius?

Sunt { elicitæ } { actiones } { liberæ } } &c. (*)
{ imperatæ } { paſſiones } { non liberæ }

Quid imperatæ functiones, et quæ?

Imperatæ appellantur, quæ fiunt imperio voluntatis.

Imperat { ſibi ipſi, nec ſine difficultate. p. velle, nolle, conſentire,
ſenſitiuo appetitui, vt amare, ſperare, iraſci &c.
menti. p. definire hoc vel illud.
motrici facultati. p. currere, ſaltare, pingere &c.

Quid elicitæ?

Elicitæ voluntatis functiones nuncupantur, quæ ipſi inhæreſcunt eo modo quo τὸ videre oculo.

Quotuplices ſunt?

Sunt { communes voluntati cum appetitu inferiori, ſaltem per proportionẽ: vt amare, odiſſe, & reliqui affectus, qui ſuprà declarati.
vel propriæ voluntatis, vt velle & nolle.

Naſcuntur { quæ communes, ex intelligentia boni & mali.
quæ propriæ, ex notitia finis tanquam finis, medij tanquam medij.

Occupantur { circa malum *nolitio* & *triſtitia*.
circa bonum maximè finale, *velle*, *intendere*, *frui*.
circa medium, *conſenſus*, *vſus*, *electio*.

Paucula de ſingulis.

Volumus { generatim finem, & quæ ad finem. p. ſanitatem & pharmacum.
propriè finem tantùm.

Intentio ſiue propoſitum voluntatis eſt actio ipſius per quam finis conſtituitur comparandus, & proſcopo.

Fruimur *fine*, potiuſquam *medijs*.

Fruitio { latè quæuis delectatio voluntatis,
propriè delectatio ex fine tanquam fine.

Digitized by Googl

Conſenſus { aliquando ad mentem pertinet.
nunc eſt actio qua voluntas deſcendit in ſententiam mentis, eique acquieſcit.

Propriè *electio* ad media refertur. De hac re poſteà.

Vſus eſt actio inhærens voluntati, per quam media ad finem deſtinat, refert.

Nolle { eſt actio contraria volitioni, & auerſatio.
dicitur priuatio volitionis, ſed eo ſenſu quo frigus orbatio caloris.

Triſtitia fruitioni aduerſatur, ideò proprie eſt dolor ex malo, quatenus aduerſatur fini, dolor ex eo quod excideris fine.

Imperium voluntatis, ſiue τὸ imperare eius, non videtur actio voluntatis diſtincta à ſuperioribus.

Sed ex ijs inuoluit continetque duas .n. { *volitionem.* / *vſum.*

Vſum inquam quo regina voluntas ad officium impellit facultates obſequẽtes, quique non eſt belluarum propriè, quia non norunt rationem finis, rationem medij.

Si quando dicitur vti bellua, & planta & quid aliud expers rationis .p. oculus &c. Tunc vti idem eſt atque referre aliquid ad finem, ſiue cognoſcatur tanquam finis, ſiue non.

Dominium inter animantes pertinet ad ſolos homines, definitur enim facultas vtendi re quapiam pro tuo arbitratu.

Quid in nobis lex moralis?

Propriè eſt quid pertinens ad mentem, vt propoſitio quæ indicat quomodo ſit viuendum.

Minus propriè pertinet noſtrum ad appetitum, eſtque pronitas noſtri appetitus ad viuendum.

Quotuplex lex huius generis?

Vna eſt quæ dicitur *lex animi*, lex mentis (menti & rectæ rationi cõgruens) quæ eſt procliuitas voluntatis, partis diuinioris. Ariſtoteli per naturam mouet in nobis quid *diuinum*: non λόγος & ratio [multoque minus appetitus ſenſitiuus] ſed quid ratione *diuinius*.

Id autem eſt { vel voluntas.
vel intellectus, quo principia percipiuntur ſine diſcurſu.
vel vtrumque.

Altera eſt quæ vocatur lex *membrorum*, lex corporis eſtque inclinatio noſtri ſenſitiui appetitus.

Digitized by Google

CAPVT II.

De Voluntario.

Cur agimus de voluntario et inuoluntario?

Primò quia id neceſſarium virtutem ſpeculanti.

Enexetu.

Nam { virtus occupatur circa pathemata & actiones.
in voluntarijs { affectibus / actionibus } locus { honeſtati / turpitudini } { laudi. / vituperio. }
in inuoluntarijs veniæ locus, & interdum miſericordiæ.

Secundò quia id vtile eſt legiſlatori ad decernendum honores, & pœnas.

De vtro prius agendum?

Per communem legem habitus conſideratio præcedit ſpeculationem priuationis.

Ideò { iuſtitia præcedere iniuſtitiam dicitur.
prior voluntarij quàm inuoluntarij conſideratio.

Inuoluntarium tamen priùs exponitur ab Ariſtotele. [..]

Quia { de voluntario aliqua controuerſia eſt.
vis maior & ignoratio ſunt res vulgo notæ.

Nemo dubitat quin fiat aliquid inuitis nobis.

Quot modis dicitur voluntarium, ideoque et inuoluntarium?

Dicitur { *actiuè*, vt miles voluntarius, inuoluntarius.
paſſiuè, vt mors voluntaria, & inuoluntaria.

Intelligitur { actiuus ſignificatus ex paſſiuo & contrà.
voluntarium ex inuoluntario & contrà.

Velle & nolle ſunt oppoſitæ voluntatis actiones.

Quid voluntarium paſſiuè?

Alibi { primò quod fit *temerè*. [..]
ſecundò quod fit *lubenti animo*.
Tertiò quod propriè *appetitur*.

Hîc { generatim quod volumus, quod volitione concupiſcitur : quod volumus actu, vel virtute.
ſpeciatim & propriè quod fit à nobis per *volitionem*, quod ita volumus, vt fiât per volitionem noſtram.

Quæ

Digitized by Google

Quæ ſunt conditiones propriè voluntarij?

Prima eſt quod ex *principio interno* prodeat, vt noſtra deambulatio ab interna vi motrice.
Secunda quod *ex appetitu* propriè dicto, & elicito.
Tertia quod ex notitia *finis* tanquam finis. bellua non nouit finem tanquam finem.

Quid ergo proprie voluntarium?

Quod ex *appetitu* [propriè dicto] proficiſcitur, prodit &c. & *notitia finis*, [tanquam finis, ideoque & *medij* tanquam medij] & *principio interno* [quod poſſit obſequi menti & voluntati.] *E contextu.*

Quotuplex voluntarium?

Eſt { voluntarium *actu*, vt quando inimicũ vulneras de induſtria, data opera.
Eſt { voluntarium *virtute*, vt quando non volumus quidem aliquid, quod à nobis fiat per imprudentiam: ſed perinde affecti animo ſumus, vt ſi res nobis innoteſcat, id ſimus volituri, volitione proſecuturi.

Aliquem per imprudentiam læſi, quem hoſtem eſſe non ſuſpicabar: reſciui hoſtem eſſe, gaudeo factum &c. eſt quid virtute *voluntarium*.
Volo quod facio, quod feci, quod ſum facturus.

Volitio { velantecedit / vel comitatur } factum.
Nolitio { vel ſequitur }

Voluntarium { aliquid *abſolutè*, vt deambulare animi gratia.
{ aliquid *ſecundum quid* tantùm, vt proijcere merces in mare tuæ incolumitatis gratia.

Eſt { aliquid ita voluntarium vt *ſit liberum*, vt creatio mundi, & deambulatio.
{ aliquid ita voluntarium, vt *non ſit liberum*, Deus pater filium generat non *liberè*, ſed tamen *volentiſſimè*.

Eſt { vel mentis opus, vt ſtudere Iuriſprudentiæ, potius quàm Geometriæ.
{ vel appetitus, vt liberè cupere, potius hoc, quam illud.
{ vel vis motricis, vt deambulare, potius quam ſaltare.

Eſt vituperabile, vel laudabile ···· rarò quod appellatur indifferens voluntarium.

CAPVT TERTIVM.

De Inuolu[illegible]rium.

Quid inuolun[illegible]rium paſſiuè?

Negatiuè quod *non volumus*; vt motus lapidis, qui à nobis ignoretur.
Imminutiuè quod *parùm volumus*, aliquo nolumus modo, vt iactura mercium.

Digitized by Google

Priuatiuè quod *omnino nolumus*, & fit inuitis nobis.

Monitum.

Actiuus significatus ex passiuo intelligendus.

Quid propriè inuoluntarium?

Id quod fit nobis nolentibus & inuitis, siue nolimus actu, siue virtute tantum.

E contextu.

Inuoluntaria describit Aristoteles *ea quæ fiunt vi, aut per ignorationem.* Quæ descriptio traditur per species, sed non creditur vsquequaque accurata.

Etenim { non quicquid fit vi maiore / nec quicquid fit cum ignoratione } id inuoluntarium est.

Nisi fiat te inuito, quasi renitenti { actu. / vel virtute saltem. }

Quæ species inuoluntarij?

Sunt { Veriores duæ { quod *fit vi.* / quod per *ignorationem.* } / adulterinæ { præcipuæ duæ { quod fit *libidine.* / quod fit *metu.* } / minus præcipuæ aliæ, vt e. g. quod fit per *iram*, quod fit per spem &c. } }

Consulendæ diuisiones voluntarij, sermo de libertate.

De his quæ vi fiunt.

Vis Iurisconsulto *rei maioris impetus qui repelli non potest.*

E cõtextu.

Violentum seu vi factum Aristoteli id *cuius principium extrinsecus* [adhibetur] *tale existens, in quo*, siue vt in *ipso nihil conferat faciens, aut patiens.*

Id cuius caussa adhibetur foris itaut qui agit exempli. g. qui impulsus impellit alium, aut qui patitur, nihil adiumenti conferat, neque consentiat conferreue velit adiumentum, vt quando aliquis abreptus tempestate, & inuitus fertur in hostilem portum.

Non omne quod efficitur passo nihil actiuè conferente videtur dicendum inuoluntarium, quanquam violentum: Etenim cùm quis vehitur *dormiens, motus est violentus, &* neutiquam voluntarius.

Sed non propriè inuoluntarius, nisi { anteà noluerit. / vel nolit postea. }

Si quidem { aliud est non velle, aliud nolle. / aliud non voluntarium, aliud propriè inuoluntarium. }

Vt igitur violentum sit inuoluntarium, necesse fiat volũtate renitenti actu, vel virtute.

Digitized by Googl

Si factum placet, quanuis nihil adiumenti actiuè conferas, voluntarium censetur.

Quid hîc metus & quotuplex?

Metus definitur *animi trepidatio propter instans futurumue periculum.*

Est { grauior, qui cadit in constantem virum. consulatur sermo de fortitudine.
leuior & vanus cuiusmodi est suspicio, & metus, timor ne nobis incutiatur metus, ac terror.

Estne quod facimus metu voluntarium an inuoluntarium?

Est mixtum aliquid .j. neque planè voluntarium, neque omnino inuoluntarium, vt iactura mercium in tempestate, *E tõtextu.*

Certè { non propter se / non omnino / non semper } expetitur, sed { propter aliud / propter aliquam circonstantiam. / aliquando.

Præterea si quid agitur alioquin rectè, sed metu, non planè adscribitur virtuti, nempè quia non est planè voluntarium.

Eodem iure si quid sceleris admittitur metu, non est planè voluntarium & inuoluntarium.

Si quæ fiunt metu forent planè voluntaria, non darentur in integrum restitutiones: dantur tamen.

Obiectio.

Videtur posse retorqueri argumentum.

Si quæ metu fiunt obligationes, fideiussiones, forent voluntariæ, non darentur in integrum restitutiones, . . . quia volenti non fit iniuria.

Atqui dantur darique debent: Ergo &c.

N. P. quia iura volunt contractus huius generis esse planè voluntarios, aut saltem carere grauiori metu.

Estne magis voluntarium quàm inuoluntarium?

Quæ res fiunt metu videntur magis similes voluntarijs: Quia sunt optabiles, tunc cum fiunt: finis actionis est secundum occasionem [præsentem.] *E cõtextu.*

Quando est in nostra potestate agere aliquid, & non agere, si fit, voluntarium est: nisi vellemus hæc non fierent.

Ideo qui perculsus metu admittit scelus { peccat. / culpatur. / punitur.

Media volumus non solum finem, quanquam hunc præcipuè.

Estne quid omnino voluntarium?

Non est quia non expetitur per se, propter se non expetitur semper, non expetitur vtplurimum. *E cõtextu.*

Digitized by Google

Quot ſunt genera eorum que fiunt metu?

E cõtextu. In quibuſdam *laudi* locus, vt cum obſeſſus magno animo erumpit.
Quædam vituperantur, vt quando metu deſeritur aliquod leuius officium.
Vel ſaltem non laudantur, ſed venia donantur. Omnino in quibuſdam non eſt laudi locus, ſed veniæ: vt in quibuſdam nec laudi, nec veniæ locus.

Item { quædam miſeratione non ſunt digna.
quædam ſunt, vt iactura mercium naufragij metu.

Item { quædam merentur veniam.
quædam non egent venia.
quædam non merentur veniam. [..]

Nemo autem qui admiſerit aliquid ſuapte natura & intrinſecè vitioſum. p. proditionem patriæ, videtur venia dignus, niſi illum egregiè pœniteat.
Sed ſunt quædam, quanquam prohibita vidétur, interdum tamen *licent* propter metum, vt fugere, aliena rapere &c.

Quid ſentiendum de ijs quæ libidine fiunt?

Voluptas corporis & libido videntur facere, vt factum videatur inuoluntarium: Eſt enim magnus perturbationum impetus.

Reuera tamen { voluptas, libido, quod ſuaue } voluntatem, volitionemue potiùs augent, quàm minuunt:

Id que { ſiue antecedant, ſiue ſequantur } examen rationis.

Faciunt enim vt ratio iudicet hoc vel illud conuenientius, ſaltem pro tempore, atque ita volitionem augent.

Obiectio.

Metus efficit actum minus ſpontaneum, voluntarium.
Cur non igitur & cupiditas &c?

Reſpondeo quia repugnantiam { parit metus.
non parit cupiditas, non voluptas, cum ſint affines volitioni.

Cupiditas { in cauſa cur minus velis { ſtudere. fortiter facere. &c.
Voluptas {

Ergo voluntatem & volitionem minuit.

Diſt. { voluntatem rei alterius C.
voluntatem eius rei vnde cupiditas & voluptas N. [..]

Digitized by Google

Minùs grauiter peccat, qui libidine aliaue perturbatione impulſus peccat, quàm qui nulla concitatus.

Ergo libido videtur minuere voluntatem.

Reſp. minuere non voluntatem, ſed libertatem .....minuere verò quia iudicium turbat & conſultationem, facitque vt res propoſita videatur optabilior.

Quid ſentiendum de ijs quæ fiunt alia perturbatione?

Affectus { qui affines metui, minuunt volitionem & voluntarium.
qui libidini & voluptati, augent.

Non ſi quid minus liberum, id minus voluntarium.

Poſſumus ea quæ neceſſaria ſunt, maximè velle, vt quando pugnæ prædauidus miles incidit in pugnandi neceſſitatem.

De ignoratione.

De ignoratione in rudimentis locuti ſumus.

Eſt { negatiua / priuatiua } { habitualis / actualis } { excuſabilis / inexcuſabilis } { vitabilis / ineuitabilis }

Item { voluntaria / inuoluntaria } { iuris / facti } { ſingularis / vniuerſalis } { antecedés / comitans / cóſequens } { cum qua / per quã } &c.

Eſt { aliud ignorantem facere aliquid, & cum ignoratione, non per ignorationem: vt cum ebrius lædit ignorans, nam lædit per ebrietatem, potius quàm per ignorationem.
aliud facere per ignorationem.

Conſulendus ſermo de incontinentia.

Quod fit à nobis ignorantibus eſt-ne inuoluntarium?

Diſt. { quoduis eſt non voluntarium, & inuoluntarium negatiuè:
non quoduis propriè inuoluntarium.

Omne enim inuoluntarium moleſtum eſt, pœnitentiæque obnoxium.

Tum demum quod fit per ignorationem eſt inuoluntarium propriè quando nolumus illud actu, vel virtute.

Nolumus { actu quando exercemus eam voluntatis actionem, quę dicitur nolitio.
virtute quando ſumus ita affecti, vt ſi res nobis innoteſceret, ab ea voluntas noſtra abhorreret.

Quæ animi affectio cognitu eſt difficilis; ſed Ariſtoteles demonſtrat notam quâ deprehendatur.

Quando fit aliquid à nobis imprudentibus, ſi ſtatim atque poſtea reſciſcitur à nobis, moleſtiam parit, videtur inuoluntarium, ... ſecus non item,

Digitized by Google

Monitum.

Consulendus sermo { metaphysicus de circonstantia. / Compendiarius de Moralibus circonstantijs.

IN CAPVT II.

προαίρεσις.

De proæresi seu electione.

Pro summa explicatione & appendice.

Consilium & scopus.

Electio explicanda, quia ponitur in virtutis definitione, & mores indicat.
Quicquid eligimus id volumus, non contrà.
Electio non est cupiditas, non ira, non voluntas volitioue, non opinio.

Nomen, notio, subiectum.

Electio { quæ mentis, est conclusio & sententia per quam vnum iudicatur melius, aut saltem potius priusque vsurpandum, quàm alterum. / quæ voluntatis, est actio appetitus rationalis, per quam sequimur iudicium illud mentis vnum alteri præferentis.

Est appetitio quędam voluntatis sequens deliberationem.

Est suppositi } eiusdem eligere cuius deliberare: itaque solus homo ex
Non est facultatis } animalibus eligit.

Electio de qua agitur hîc, *voluntatis est*, non mentis, non appetitus sensitiui.
Belluæ rapiuntur ab obiecto, non autem eligunt. Consulendus sermo de motu voluntario.

Si belluæ vt Buridani asino } proponantur hinc, & inde obiecta
Si homini qui sit planè mente captus }
duo ex æquo interuallo, & æqualis in mouendo virtutis; neutram feretur in partem.

Sed difficillimum est facere, vt æqualiter simul & diu moueant .n. propter inæqualitatem & instabilitatem rerum singularium, spatiorum, motuum, affectuum, circunstantiarum, & insignem phantasiæ mobilitatem.

Eligibilia.

Eliguntur { non *mala*, sed quæ videntur *bona*. / non *fines* sed *media*, quæ propter aliud. / non *impossibilia* difficiliaue, at *possibilia*. / non quæ nihil *ad nos* attinent, sed quæ *nostra* sunt aut nostrorũ. / non *praterita*, sed *futura*.

Discrimen voluntatis et electionis.

Proæresis, & electio Aristoteli non est voluntas .j. non est planè idem quod voluntas, volitio.

Digitized by Google

Volumus } etiam quæ per nos non fiunt, vt cum pacem concupiſcit
Non eligimus } vulgus.

Quæ fieri nequeunt, ea { non eligimus. / velle poſſumus.

[Quæ tamen voluntas, volitioue fertur in *impoſſibilia* .p. in præterita, à Theologis appellatur *velleitas*, potius quam *volitio*, vt illud votum apud poëtam.

O vtinam tunc cùm Lacedamona claſſe petebat.
O brutus inſanis eſſet adulter aquis.
O vtinam ne in nemore Pelio] &c. ¶

Volumus præcipuè finem hunc, non eligimus.

In pueros { non cadit electio.
In belluas { cadit voluntarium.

Voluntarium tamen in bellua non habet locum, niſi per ſimilitudinem & proportionem, vt quando procurſus canis appellatur voluntarius.

Electio eſtne cupiditas?

Non eſt, primò quoniam in belluas { cadit *cupido*. / non cadit proæreſis.

Secundò quia { non quicunque concupiſcit, eligit quod cupit.
non ſi quid { magis *eligitur*, ideò magis *concupiſcitur*. / eſt *eligibilius*, ideò eſt *melius*. De qua re in Top.

Tertiò quia { electio ſæpè aduerſatur cupiditati. / cupiditas non aduerſatur cupiditati, ratione eiuſdem conditionis temporis. Conſulendus ſermo de continentia.

Eſtne ira?

Electio non eſt cupiditas: Ergo multò minus eſt ira.

Eſtne opinio? †

Electio non eſt idem quod opinio, non eſt opinio.

Primò quia { opinio theoretica eſt, vel practica. / electio eſt practica tantùm.

Secundò quia diuiditur { opinio in *veram* & *falſam*. (·) / electio in *bonam* & *malam*. ¶

Tertiò quia { opinio non facit } vt dicamur *boni*, aut *mali*. / electio facit }

Digitized by Google

Quartò quia { opinio non facit / proæresis efficit } vt confestim aliquid { ait *fugiamus*. / aut *amplexemur*.

Quintò quia { laudatur opinio, quoniam *vera*. / commendatur electio, quoniam *bona*.

Sextò quia { sæpè opinamur / non eligimus } quæ nec certa sunt, nec videntur certa.

Septimò quia non quicunque bene opinatur, benè eligit. Consulendus sermo de impotentia.

Quotuplex electio?

Electionis tot sunt species, quot deliberationis.

IN CAPVT III.

De deliberatione.

De Consultatione.

Pro summa & appendice.

Cur agendum est de consultatione?

Proæresim deliberatio antecedit. Ideò agendum est de deliberatione, consultatione.

Quid hîc deliberare?

Est inuestigare & inuenire media, quibus assequaris finem. ¶

Quæ deliberationis partes?

Sunt { *quæsitio*, quæ *deliberatio* proprie dicitur. / *conclusio*, siue sententia, quæ propriè *consilium*, quanquam promiscuè consilij & deliberationis nomine pars vtraque significatur.

Debetne deliberatio antecedere electionem?

Secundum sententiam & conclusionem necessariò debet. ¶

Secundum quęsitionem { in imperitis debet. / in peritis non necessariò debet.

εὐχαιρία. Nam { vt ars & artifex Aristoteli non deliberat, non ratiocinatur, nisi fortè sit stochastica & coniecturalis, vt ars militaris, medica, &c. / ita etiam qui est valdè prudens, ille statim & citra ratiocinationem, aut saltem citra diuturnam videt quid sit agendum, saltem plerumque.

Ratiocinandum est ne ratiocinemur; qui multum ratiocinatur, tandem non necesse habet ratiocinari.

Cuius

Digitized by Google

Cuius eſt deliberare?

Eſt { non *belluarum*, quoniam ratione carent, ac ſyllogiſmo.
{ ſed *ſolius hominis* inter animalia.

Bellua { aliqua habet ſpeciem imaginemue *artis* & intellectus, vt quæ nidificant.
{ nulla *habet rationem*, & ſyllogiſmum.
{ vix vlla habet imaginem ſyllogiſmi.

Canis in biuio dum deficitur odore, cunctabundus non deliberat, ſed propter æquilibrium diuerſorum obiectorum quieſcit, donec vnum ab altero ſuperetur.

Deliberamus { non modo *mente practica*, & morali.
{ verùm etiam *effectiua*.

Arti enim non eſt locus, niſi vbi electioni, & vbi res pluribus modis cuenire, & à nobis fieri poteſt.

Materia obiecta.

In deliberationem { finis non cadit.
{ cadunt media tantùm.

Nam vt in diſciplinis [theoreticis] *principia* ſeſe habent ad *concluſionem* inter demonſtrandum:

Ita inter agendum *finis* ad *media* in practicis.

Atqui principia non demonſtrátur non cadũt in quæſtionem & concluſionem, vt *omne totum eſt parte maius.*

Ergo neque finis in deliberationem cadit.

Cadunt { non *impoſſibilia*, quæ videntur impoſſibilia.
{ ſed ea tantùm quæ *creduntur poſſe* fieri.

Ex ijs autem quæ ſunt neceſſaria, neque poſſunt euenire aliter, ea non cadunt in deliberationem, vt eclipſes.

Ergo non ſuperſunt niſi ſola contingentia.

Iam non quicquid aliter euenire poteſt, id humanæ deliberationis eſt materia: vt ventus, pluuia, ſed debet eſſe ſitum in *poteſtate* noſtra.

Verum ne de omnibus quidem rebus, quæ agendę ſunt à nobis, deliberamus:

Quia quæ vno tantùm modo fieri poſſunt, deliberationem reſpuunt.

Quocirca materia deliberationis eſt *medium contingens quod a nobis poteſt aliter atque aliter agi.*

Ordo.

Progredimur { in theoreticis *à principio ad concluſionem.*
{ in practicis { inter deliberandum à *fine ad actionem*, ſiue ad media.
{ inter exequendum à *mediis ad finem.*

Digitized by Google

Ergo { deliberatio continetur resolutione finis in media, donec gradatim veniatur ad remotissimum.
executio contraria progrediens viâ inchoatur à medio remotissimo.

Quotuplex deliberatio?

Deliberationis tot formæ, quot electionis, & contrà.

Electio { vna directè & proximè refertur ad bènè beatèque viuendum: & hæc per excellentiam appellatur *proæresis*, electio.
altera ad alios practicos fines .p. ad sanitatem.

Habet se { vt finis ad finem, medium ad medium:
ita proæresis ad proæresim.

Itaque proæresis moralis inter electiones tenet locum præcipuum, & sæpè vna intelligitur nomine electionis. Consulatur sermo de prudentia.

Deliberatio { vna est quæ dicitur *integra*, *matura*.
altera quæ neutiquam matura.

Pertinet { vna ad artem coniecturalem .p. ad militarem.
altera ad accuratiorem & minùs stochasticam, coniecturalem .p. ad architecturam.

IN CAPVT IIII.

De volitione.

De Voluntate.

Summa.

Actus ille voluntatis, quo in finem fertur, dicitur proprie *voluntas* & *volitio*.

Volitioni omnium iudicio pro materia obijcitur *bonum*: Sed nonnulli pro-

Prima. ponunt tantùm quod *verè bonum*.

Quæ sententia refellitur, quia sæpè volumus quod est bonum specie tenus.

2. Alij igitur proponunt *bonum apparens* latè: sed quod per se & secundum se proponitur voluntati, debet esse per se bonum.

3. Rectiùs sentit hocce loco Aristoteles.

Primum indicat quod *verè bonum*, per se proponi voluntati.

Deindè bonum quod *specie tenus bonum*, esse obiectum voluntatis, non per se & simpliciter ..... sed per accidens. Nam vt corpora quæ sunt sana specie tenus, non dicuntur sana simpliciter, omnino, & absolutè:

Ita fucata bona { non sunt simpliciter bona.
non mouent, simpliciter voluntatem.

(Siquidem { non mouent si credantur bona specie tenus. (·)
mouent si credantur verè bona.

Dum ergo mouere dicitur quod bonum specie tenus;

Digitized by Google

Tum { non propriè ipsum mouet.
sed bonitas vera, quæ ipsi creditur inesse licet falsò.)

Præterea { bona vera voluntati proponi iudicat.
fucata { potius huic, vel illi voluntati.
quàm voluntati ἁπλῶς.

IN CAPVT V.

De voluntario & Libertate.

Summa.

Ineptè aliqui suis blandientes flagitijs, virtutes & rectè facta collocant in potestate nostra, ... vitia non item.
Rectiùs Aristoteles contendit voluntaria esse vitia, non secùs atque virtutes.
Sed liber { aliomodo *actus* / aliomodo *habitus* } De qua re infrà.
Simulne ad vitium quàm ad virtutem proniores, quæsitum suprà.

APPENDIX.

DE LIBERTATE ET LIBERO ARBITRIO.

Arbitrium.

ARbitrium { sæpè ad mentem pertinet. [·]
hîc ad voluntatem.

Quid liberum dicitur?

Primò liberum idem atque *immune*, vt quando aliquis dicitur liber culpâ. *Immune.*
Secundò *independens*, quo sensu Deus est liberrimus. *Independens.*
Tertiò est non coactum, vt cùm dicitur { lapis liberè decidere. / Deus pater liberè generare filium. } *Non coactum.*
Quartò quod fit citra impedimentum, vt peregrinatio induciarum tempore libera dicitur. *Non impeditum.*
Quintò quod fit *impulsione cognitionis*, vt quando canis dicitur liberè vagari. *Notione factum.*
Sextò quod est *indifferens* & indeterminatum, sed duplex vis indifferens. *Indifferens.*

Digitized by Google

Est { vna *passiua*, vt quæ propria materiæ quæ suaptè natura est indifferens ad varias formas excipiendas.
altera *actiua*, quæ est propria rerum rationalium, vt Dei, Angeli, &c.

Humana autem libertas, & indifferentia, vt & angelica, est duplex;

n. { vna *mentis*, quæ valet ad iudicandum rem eandẽm bonam & malam.
altera *voluntatis*, quæ proprijssimè dicitur libertas.

Liberum arbitrium.

Libertas nostra quando coniungitur cum ratiocinio & deliberatione, vocatur *liberum arbitrium.*

Sed hoc sumitur { aliquando pro *actu.*
aliquando pro *facultate.*

Quæ notio libertatis? ¶

Notio libertatis repetatur è Rudimentis.

Præcipua diuisio.

Libertas { vna dicitur *contradictionis* } è rudimentis.
altera verò *contrarietatis* } è rudimentis. ¶

Aliæ diuisiones.

Libertas { valida { impedita { circa bonum { cum gratia Dei.
circa malum
inualida { non impedita { circa vtrũq; { sine gratia Dei,

Est { vel propensior ab bonum, quàm ad malum.
vel pronior ad malum, quàm ad bonum.
vel æquè propensa ad vtrumque.

Finis.

Scopus libertatis *actio libera*, & *meritum.* (.·.)

Opifex.

Idem author libertatis, qui voluntatis. ·.·

Sedes siue subiectum.

Voluntate { meremur
demeremur } ideò *voluntas* propria est libertatis sedes.

Et tamen { per radicem dicitur libertas in mente esse. ¶
libertas dicitur oriri à *mente*, tanquam à radice.

Siquidem ad libertatem est opus { notitia finis. ·.·
indifferentia mentis.

Illâ quia quicquid est laudabile, aut vituperabile in humanis rebus, id fit cognitio fine.

Digitized by Google

Quicquid liberè fit, laudatur aut vituperatur.

Nulla eſt deliberatio niſi cognoſcatur finis, electio nulla ſine deliberatione.

Opus illa indifferentia, quoniam qui eſt planè liber, ille poteſt *amplecti, non amplecti*, & repudiare aliquid. p. pharmacum, oleum &c.

Sed { nihil amplectimur, appetimuſue niſi iudicetur bonum. / nihil fugimus niſi iudicetur malum, ſaltem pro eo tempore quo fugimus.

Itaque vt ſit libera voluntas noſtra opus eſt mentis indifferentia & indeterminatione, per quam poſſit iudicare rem eandem bonam, & non bonam .... malam & non malam.

Genus.

Voluntas eſt de genere qualitatum ſecundæ ſpeciei, proindeque & libertas.

Obiectum vtriuſque libertatis.

Spectandum eſt { tum bonum. / tum malum quod ex bono intelligendum venit.

Porrò { primò ſpectatur bonum ἁπλῶς, bonum in genere. / deinde bonum ſpeciatim, quòd { vel medium. / vel finis. / vel medium ſimul, & finis.

Libertas circa bonum in genere.

Si cogitetur { bonum in genere, ſiue omne bonum / malum in genere, ſiue omne malum } locus eſt libertati ſo-lius contradictionis.

Poſſum { bonum velle .... & non velle. / malum odiſſe, & non odiſſe.

Sed non poſſum { odiſſe omne bonum. / velle omne malum.

Quia { nullum odium ſine amore. / nullus amor, niſi qui ſit alicuius boni.

Circa media, & fines non vltimos.

Libertas contrarietatis, proindeque & libertas contradictionis habet locum circa *media*, & fines eos qui minimè ſunt vltimi.

Poſſum e. g. { & velle / & non velle / & nolle } pharmacum, cibum, deambulationem, ſanitatem.

Digitized by Google

Circa vltimum finem.

Aut generatim } spectatur summum bonum, vltimusue finis.
Aut speciatim }

Si generatim expenditur, non cernitur in eo nisi libertas contradictoria.

Nam c. g. { & volo / & non volo } esse beatus: Sed nunquam nolo esse beatus.

Si autem considceretur sigillatim summum bonum;

.j. { non *beatitudo*, sed hæc vel illa beatitudo.
{ non *summum bonum*, sed hoc vel illud summum bonum:

Tum { vel est specie tenus summum bonum, vt honos, sanitas, &c. Et est locus vtrique libertati.
{ volo, non volo, & nolo esse opulentus &c.
{ vel est verè summum bonum, & exquisitum .n. Deus.

Quomodo { vel non videtur clarè, & est locus vtrique libertati.
{ vel videtur clarè, & per se neutri est locus.

Explet enim & absorbet planè vim voluntatis.

Nonne libertas infinitæ est virtutis?

Non est, quoniam est creatum aliquid.

Estne saltem potentior quouis obiecto, quod sit aliud à Deo?

Non videtur esse, primò quoniam primos volûtatis motus cohibere nequit,
Vt data quauis magnitudine cogito maiorem:
Ita creata qualibet facultate maiorem Deus videtur creare posse.
Sed fidelis Deus non patitur nos tentari supra id quod portare possumus.

Sumusne liberi?

Sententia prima.

Ex Philosophis Stoici quanquam Philosophiam Morum professi insano quodam errore fatalem omnium rerum necessitatem inuehebant; qua nihil potest moribus & virtuti fingi magis exitiosum.

Sententia secunda.

Liberum fuisse Iouem antequam fata condidisset: Sed deinde fatali à se ipso obstrictum necessitate, quidam sunt suspicati.

Sententia tertia.

Quidam ex recentioribus extingunt planè libertatem nostram.

Sententia quarta.

Quidam arbitrium nostrum vitiorum faciunt *mancipium*.

Digitized by Google

Itaut { ad bona sit inutile & iners.
ad mala valeat, ad hoc vel ad illud malum se determinare possit.

Sententia quinta.

Sunt qui libertatem nostram retinent in officijs *ciuilibus*, . . . non retinent in ijs quæ sunt *Religionis*.

Sententia sexta & vera.

Libertatem nostram Ethicus ponit, non probat.

Eam qui negat specimine liberæ animaduersionis & punitionis refutandus, castigandus.

Est de genere rerum quæ extra controuersiam apud vnumquemque dum ab ipso expenduntur ruditer (vt sit pronior ad malum quàm ad bonum, de quare alibi, non idcò deleta & profligata est.)

Eam probant primò Philosophi propemodum omnes, & mortalium consensus.

Secundò leges, iudicia, virtutes, vitia, præmia, supplicia, laudes, vituperationes, exhortationes consultationes, &c. quæ vniuersa corruunt euersa libertate.

Tertiò id quod scelerum caussa in Deum referri nequit.

Etenim si Deus esset scelerum & peccati author, vel esset sponte vel inuitus.

At { non inuitus, quandoquidem vim maiorem non agnoscit.
non sponte, quia odio prosequitur scelera & sceleratum ex 14. Sapientiæ.

Quartò id quòd impetitur & oppugnatur inanibus argumentis.

Nam { Deus est liberrimus ad extra, datur diuina libertas.
& tamen quæ arguméta oppugnant libertatem nostram, ea ferè consimiliter oppugnant libertatem Dei, ideò futilia sunt.

Facillimum est tuæ libertatis confestim exhibere specimen.

Non inficiamur libertatem nostram grauibus & difficilibus solutu & explicatu obiectionibus obnoxiam esse.

Sed clarissima quæque & certissima in tales incurrere solent obiectiones. De qua re alibi.

Consulendus sermo de contingentia, & sermo de necessitate & fato in physicis.

Obiectiones.

Serui sumus vitiorum: Ergo neutiquam liberi, saltem libertate quæ extenditur ad bonum & ad malum. *Prima.*

D. A. { si nomine seruitutis significetur magna inclinatio & pronitas ad vitium C.
si coactio N.

Digitized by Google

Item { hoc sensu quòd à scelere emergere non possumus sine Dei gratuita ope C. / quouis modo, & sensu N.

2. Non est in homine via eius. Dist. { quod attinet ad executionem C. / ratione electionis N.

3. Non quod volo agam, sed quod odi malum.
Resp. voluntatis odijque nomine hîc significari naturalem inclinationem. De qua suprà, vt sit hic sensus;
n. { non facio bonum quod *volo* naturali & recta inclinatione, per legem mentis atque animi. / Sed malum quod odi recta & naturali incitatione .... licet peruersa cupiditate in voluntatem vsque propagata per legem membrorum illud nolim, hoc velim.

Quod facio inquis, fere non volo. Dist. { per legem animi C. / per legem membrorum N.

Consulendus sermo de Continentia.
Bellumus appetitus blanditijs inescat voluntatem, & ad peruersam volitionem allicit.

4. Non est volentis [.i. velle] neque currentis [.i. currere] &c. sed miserentis Dei.
Dist. solius & secluſa diuina ope C. secus N.

5. Cœleste corpus / Temperies corporis } voluntatem mouent. Dist. { incitando C. / cogendo N.

6. Vitio primigenio deleta est libertas nostra, saltem quæ circa bona.
Resp. non esse deletam, sed corruptam & impeditam.
Simulne proniores ad bonum quam ad malum iam quæsitum est.
Quicquid præscit Deus, illud necessariò futurum est. [..]

7. Ergo nihil in nobis libertatis, nihil in Deo.
Dist. { in composito sensu C. / in diuiso sensu N. } de qua re ad sermonem de contingentia.
Deus præsciuit ab æternitate quæcunque liberrimè est facturus.

Monitum.

Libertas nostra astruenda est cum diuina præuisione & omniscientia .... Negatur à quibusdam, quia nō vident quomodo possunt copulari cum præuisione Dei .... retinetur à quibusdam, sed itaut negent Deo futurarum omnium rerum præuisionem.

Monitum alterum.

Sunt quibus ferimur { ad bona liberè. / ad mala non nisi per coactionem. } [..]

Consulenda rudimenta.

Deus

Digitized by Google

Deus vult hominem aliquando agere ea quæ dicuntur libera: Ergo necessariò agimus. 8.

N. quia ita vult agerè nos, vt liberè agere velit.

Voluntas necessariò mouetur & pendet ab obiectis rebus. [..] 9.

Dist. { si *specificatio* actus consideretur C.
si *executio* { voluntas non potest { nolle aliquid, quin iudicetur malum.
vellealiquid, quin iudicetur bonum.
N. quia voluntas non necessariò vult rem, quæ sit iudicata bona.

Appetitus autem belluinus vtroque nomine à phantasia pendet.

Voluntas inquis videtur necessariò moueri, etiam si spectetur executio, vt quando repentè & ex improuiso intuemur formidolosum aliquid. 10.

Dist. { si primi motus considerentur C.
si præuisi & profecti à deliberatione N.

Voluntas necessariò sequitur volitionem. D. { in amantibus C. [..] 11.
in alijs N.

Nemo volens appetit quæ contraria naturæ. 12.

Dist. { nisi aliqua specie bonitatis allubescant C.
secus N. [..]

Habitus non sunt liberi. Resp. origine esse liberos, præterea etiam deponi posse, licet difficulter. 13.

Propositis duobus bonis, necessariò voluntas amplectitur maius.

Resp. negari propositionem. 14.

Cognitio non est libera: Ergo neque voluntas.

N. { antecedens quia potest libera esse.
consequens, quia libertas non pendet à cognitione sola. 15.

Sæpè futura ex astrorum inspectione prædicuntur etiam ea quæ à voluntate pendent, vt seditiones, bella &c. 16.

Dist. { certò N.
casu & probabiliter. D. { quòd astra cogant libertatem N.
quòd inclinent, homines autem soleant sequi inclinationes, & cedere tentationibus C.

Libertatis nihil in bellua nisi specie tenus. 17.

Et tamen quæ in nobis dicũtur liberæ functiones, vt currere, comedere &c. Illæ etiam in belluis videntur consimiliter habere locum.

Ideò non videntur esse liberæ nisi specie tenus.

Respondendum belluam rapi ab obiecto, anserculum ab aqua abripi, licet lateant sensum funiculi quibus natura vtitur ad raptus procurationem.

Digitized by Google

APPENDIX.

AD SVPERIORA CAPITA ET AD SECVNDVM LIBRVM.

De toto genere Moralium virtutum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Qui moralis ſtatus, quid virtus Moralis?

Monitum.

DE virtute morali in rudimentis, & ſuprà.

In moribus quot ſunt fugienda?

Tria
- primò *impotentia*, ſeu incontinentia, cum inconſtantia, & mollitie, & omnino rudimentum vitij.
- 2. *improbitas* vbi intemperantia.
- 3. *feritas*, & immanitas morum.

Quot experenda & perſequenda?

Tria
- primò *continentia* cum conſtantia, virtutis rudimentum, virtus inchoata.
- ſecundò *probitas*, & virtus, ſeu mediocris virtus, qui ſtatus dicitur temperantiæ.
- tertiò *heroica virtus*. De quibus ſtatibus libro ſeptimo.

Quot modis dicitur moralis virtus?

Includit
- nunc *prudentiam*, cum adiuncta probitate.
- nunc ſolam *probitatem*, quæ opponitur prudentiæ.

Tum
- aliquando ſignificat habitum quemuis, qui ſit honeſtus, rectè rationi congruens, & in appetitu ſitus.
- Idque
  - ſiuè ad ſecundum pertineat laudabilem ſtatum.
  - ſiuè ad extremos duos.
- aliquando mediocrem tantum virtutem, & ad ſecũdum ſtatum pertinentem.

Quid virtus, ſeu moralis virtus?

Generatim eſt habitus mentis, aut appetitus, qui ſit honeſtus per ſe, habitus ille quo abuti non poſſis.

Dum prudentiæ opponitur, eſt habitus appetitus electiuus, & congruens

Digitized by Google

rectæ rationi, qui facit vt simus melipres, & melius agamus.

Dum autem excludit { tum continentiam / tum vim heroicam } videtur esse habitus honestus & firmior, nec tamen euectus supra communem hominum captum.

Sed τὸ magis & τὸ minus non variant speciem.

Quid vitium?

Sumitur { aliquando pro vitiositate, & priuatione. / aliquando pro re vitiosa sumpta pro turpi actione.]··]

Item { nunc ad peccatum quoduis pertinet. / nunc duntaxat moralia ad negotia: sed variè;

quia { primò pro deformitate & turpitudine moralis actus, atque habitus. / secundò pro peccato, & actu morali, qui prodeat à quodam consilio & electione, sed recedat à recta ratione, à regula iuris & honesti, à conscientia. / tertiò pro morali habitu qui sit turpis & inhonestus, tumque variè, non secus atque virtus.

E. g. { interdum comprehendit imprudentiam, incontinentiam, improbitatem & moralem feritatem. / interdum excludit imprudentiam, complectendo { incontinentiam, / improbitatem, / & moralem feritatem. / interdum solam improbitatem, quæ est vitiositas quædam firmior, & similis tabi, sed non supra communem hominum captum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De sede & subiecto moralium virtutum.

Sententia Socratis.

Socrati { quæuis moralis virtus est *scientia* quædam, rectaue opinio. / fortitudo est scientia fortiter faciendi. / liberalitas notitia per quá intelligimus quomodo oporteat versari in pecunijs tractandis. / &c.

Itaque nulla est moralis virtus alia à *prudentia*, apud Socratem.

Refellitur primò quia { non qui scientior ille est optimus. / non qui indoctissimus, ille scelestissimus. [··]

Secundò quia { non modo auriga indiget arte. / verum etiam equus habilitate quadam.

Tertiò quia requiritur in arte habil[illegible]ex { imperans. / obsequens. [··]

Digitized by Google

Quartò quia voluntatis est imperare, ad imperandum opus habilitate.

Quinto quia Socrates { falsæ innititur persuasioni. / per errorem nullam præter ignorantiam agnoscit erroris caussam.

Scire. Sextò quia vel imperitissimi in moribus laudant potius *affectum* quàm scientiam & facultatem.

Posse. *Velle.* Vt res magnæ gerantur, opus { non tantum *consilio* & viribus. / verumetiam *studio*.

Sententia secunda quæ Scoti.

In *mente* est prudentia.

In *voluntate* reliquæ virtutes morum per se.

In sensitiuo appetitu est promptitudo quædam & habilitas per quam obsequatur menti, & voluntati, vt aurigæ equus.

Sed hæc { est indigna nomine virtutis. / est ancilla virtutis.

Ergo { prudentia est in mente. / iustitia in sola voluntate, vt & multæ virtutes aliæ. p. religio, pietas, gratitudo. / fortitudo { per se est in regina voluntate. / per habilitatem famulantem in appetitu irascenti. / Temperantia { per se in voluntate ad moderandas cupiditates. / per famulantem promptitudinem in appetitu concupiscenti.

Tertia & vulgaris.

Sedes virtutum animi sunt { mens. / voluntas. / appetitus irascens. / appetitus concupiscens.

Si quæ est moralis virtus quæ sit corporis, ea residet in motrice facultate.

Sed habilitates corporis non videntur per se honestæ.

Obiectiones.

Prima. Virtus non est nisi imperantis; non est autem nisi mentis imperare: Ergo.

Pro prima sententia. Nego { sumptionem, quia etiam voluntas imperat. / propositionem, quia etiam equo sua dexteritas inest, non soli equiti.

Secunda. Ille potest maximè *mentiri*, qui maximè dicere verum: Ergo veracitas videtur esse scientia quædam.

Digitized by Google

Dist. Ant. { si respectetur facultas & procliuitas mentis, C.
si pronitas voluntatis, N.

N. Conf. quia verax { non qui *potest* / non qui *scit* / sed qui *vult* } dicere verum. [.]

Errat voluntas, quia malè iudicamus.

Resp. { peruersum iudicium aliquando liberum esse.
si quando non sit voluntarium, & liberum, tunc non esse morali vitio, aut virtuti locum.

Quod errare nequit si mens minimè erret ..... idem non videtur indigere in se habitu quo regatur: sed tantùm in voluntate ne hęc hallucinetur.

Atqui non est error in appetitu, nisi sit error in intellectu.

Ergo { voluntas non videtur ipsa egere habitu & virtute.
sufficit si mens bene imperet, bene informetur. ¶

Dist. P. { C. si { & citra difficultatem obsequatur menti.
& directio mentis neutiquam ab illo vicissim pendeat.
N. si res aliter habet.

N. Concl. quia { voluntas difficulter obsequitur menti.
voluntas ipsa, & appetitus sensitiuus impellunt mentem ad malè sentiendum, ad discedendum à vera sententia: Vt manifestum est in impotentibus & incontinentibus.

Obiectiones aliæ.

Pro secunda sentẽtia

Non est libertas in appetitu inferiori. D. { per se & primariò C.
per participationẽ & influxũ, N. *Prima,*

Illic nulla est electio. D. { qua propriè & per se eligat, C.
qua eligenti voluntati obsequatur, vt voluntas [menti, N. 2.

Natura non est capax habitus. D. { sola & pura, C.
si sit cum anima vel anima informetur, [N. 3.

Si voluntas rectè imperaret, facillimè obsequeretur appetitus sensitiuus. 4.

Dist. { posita naturæ nostrę peruersitate, N. nam cupiditas praua obsistit voluntati, domaturque difficulter.
si natura nostra nẽutiquam peccati labe fuisset corrupta, C.

In voluntate ad imperandum alteri facultati satis pronitatis.

Vix reperitur difficultas, quod attinet ad temperantiam, fortitudinem (non ad iustitiam) &c. si inferior appetitus ad obsequium sit pronus.

Si appetitus sensitiuus in homine virtutem capit, cur non & in bellua? 5.

Resp. quia in hac non paret rationi appetitus sensitiuus.

Digitized by Google

6. Canes, inquis, equi, &c. magiſtro parent à quo erudiuntur & edocentur. Ergo parent rationi ſaltem alienæ ..... ferè vt imprudentiores prudentioribus, tyrunculi magiſtro.

Diſt. { per ſe & per aliquam ſuam electionem, N.
{ per accidens, C. parent ſuæ phantaſiæ & appetitioni. Sed hanc magiſter prudens coniungit cum electione ſua.

Obſequuntur ergo magiſtro; vt ignis incendiario, organa pneumatica impulſori.

Vbi virtutes quæ regunt voluntatem?

Reliquæ à prudentia ſunt in *voluntate.*

Vbi virtutes electiuæ quæ regunt appetitum inferiorem?

Ex ſecunda ſententia { per ſe ſunt in voluntate imperanti.
{ per ſubſeruientẽ habilitatem, in appetitu ſenſitiuo.

Per tertiam ſunt in appetitu ſenſitiuo, non in voluntate.

Habitu egere voluntas { creditur, vt ſibi imperet, & vt procuret bonum alienum.
{ non creditur, vt alteri imperet .p. menti, & belluino appetitui.

ARTICVLVS III.

Quotuplex virtus moralis?

Diuiſio prima.

Eſt facultatis { imperantis
{ obſequentis } De quare in Rudimentis.

Secunda & tertia diuiſio.

Eſt mentis practicæ, voluntatis, appetitus belluini, & vis motricis ſiue corporis.

Verſatur { circa noſtra, vt fortitudo, temperantia.
{ circa aliena, vt iuſtitia, virtus patrisfamilias.

Quarta & quinta diuiſio.

Eſt { propter nos
{ propter alios
{ propter nos & alios } eſt vſui { vel tantùm in ſocietate, vt liberalitas.
{ vel etiam extra ſocietatem, vt fortitudo.

Sexta & ſeptima diuiſio.

Eſt { *cardinalis*, vt prudentia, iuſtitia.
{ *annexa cardinali*, vt liberalitas iuſtitiæ.

Digitized by Google

Necessaria { magis, vt liberalitas, modestia, iustitia.
minùs, vt magnificentia, vrbanitas.

Octaua distinctio.

Est { vna agendi potius quàm patiendi assuetudo, vt liberalitas, &c.
altera patiendi potius, vt verecundia, indignatio.

Nona distinctio.

Est { citra fiduciam in Deum. p. quando quis bene agit propter solam honestatem, quia honestas iudicio eius præferenda turpitudini.
vel cum aliqua fiducia in Deum, & aliquomodo propter Deum.

Idque { siue non sis / siue sis } gratus & acceptus Deo.

Item siue prædestinatus, siue non.

ARTICVLVS IIII.

De societate, inanimatione, & inæqualitate.

Habeturne sine prudentia virtus, aliaue moralis virtus?

Non habetur { non tamen quia virtus quæuis sit prudentia & ars.
sed quia quæuis cum prudentia ..... cum sit habitus rectæ rationi congruens:

Non seiungitur vlla virtus appetitus à prudentiæ particula illa quæ ipsi imperat.

Est enim prudentiæ medium præscribere.

Ea opus { primò { vt illustretur *finis*.
vt *voluntas* afficiatur, nascatur bona intentio.
deindè vt { indicentur / suppeditentur } media, via ad finem.

Omninò in quauis arte obsequens virtus peritia eget.

Possuntne virtutes aliæ morales seiungi à se inuicem?

Spectatur { primò virtus quatenus { vel absoluta & perfecta.
vel minùs perfecta.
secundò triplex virtutis status { qui *continentia*.
qui *temperantia*.
qui *heroicus*.

In primo facilè seiunguntur à se inuicem, sed sunt rudiores.

In tertio requiritur virtutum ferè omnium conuentus.

In ſecundo virtus vna facit quidem officium ſine alia, ſed non perfectè: vt iuſtitia, fortitudo, temperantia.

Nam { iuſtitia muneribus impeditur, niſi coniungatur cum liberalitate. / comminationibus, niſi cum fortitudine coniungatur. / morolitate, niſi cum affabilitate. / voluptatibus, & libidinibus, niſi cum temperantia. / ambitione, niſi cum modeſtia, &c.

Omnino virtutes ſeſe inuicem iuuant.

Porrò { vt morbi } { partim ſeſe iuuant. / ita vitia } { partim impediunt.

Ambitio ex. gr. { iuuat audaciam, prodigalitatem. / impedit ignauiam, intemperantiam, &c.

Suntne virtutes animalia?

Stoïci { plantæ non viuunt. / quicquid viuit eſt animal, ζῶον ζωὴ.

Iiſdem virtus eſt animal, vt iuſtitia, fortitudo.

Refelluntur quia virtus non eſt corpus ſenſitiuum.

Si virtus foret animal, regrederemur in infinitum.

Obiectio.

Quicquid eſt ψυχὴ illud eſt animal & ζῶον.

Atqui { vt quod vulgo appellatur anima, eſt anima corporis. / ita virtus eſt anima illius ipſius animæ.

Ergo virtus videtur eſſe animal.

Reſp. negari tum propoſitionem, tum ſumptionem. Sed vrget Stoïcus.

Quod cauſſa eſt cur aliquid ſit tale, & ipſum multo magis vel ſaltem probabilius eſt tale.

[Si ignis cauſſa eſt cur caleas, & ipſe multò magis calet.]

Sed anima eſt cauſſa cur viuamus, & ſimus animal: virtus cauſſa eſt cur ipſa anima viuat, vigeat.

Ergo virtus viuit & eſt animal, itemque anima.

Diſt. Prop. { in cauſſis homogeneis C. eſſe tale ſynonimè vel analogicè ſaltem. / Sol non eſt calidus niſi analogicè & virtute, & tamen calorem creat. / ſimpliciter & abſolutè N. De qua re in ſermone de Cauſſis.

Suntne virtutes æquales?

Stoïcis æquales virtutes, æqualia peccata. Refelluntur;

Primò quia ſpecies ſpeciei præſtat { vt iuſtitia fortitudini. / amicitia iuſtitiæ.

Præſtat

Præstat virtus virtuti, fede, fine, obiecto, &c.

Præstantiæ argumenta multa liceat colligere, ex 3. Topicor.

Secundò quia actus actui eiusdem speciei non magis æquatur, quàm candor candori.

In eadem specie occurrit dispar ratio consilij, intentionis, electionis, obiecti, durationis, &c.

Obiectiones.

Prima.

Si virtus virtuti præstat, præstat { essentia / affectione } { vel ratione formæ. / vel ratione materiæ. / vel ratione alterius causæ. }

Sed falsum est consequens. Ergo & antecedens.

Respondeo negari sumptionem. 2

Non est peccatum maius & maioris imprudentiæ euertere paleis & arenis onustam nauem, quàm onustam auro & gemmis, nec contrà: imprudenter interficere parentem, quam imprudenter gallum gallinaceum.

Ergo peccata sunt æqualia, proindéque & virtutes.

N. Ant. quia { eô cura & solicitudo debet esse maior, quô nobilior proponitur finis. / ideò negligentia vna altera est deterior. }

IN POSTERIOREM LIBRI TERTII PARTEM.

PARTITIO.

Agitur { De fortitudine, cap. 6. 7. 8. 9. / de temperantia, cap. 10. 11. 12. }

IN CAPVT VI.

De fortitudine.

Summa.

Hactenus de virtute generatim disputatum.

Deinceps species virtutum exponentur initio ducto à *fortitudine*, hanc esse quandam moderationem *fortitudinis*, fiduciæ..... declaratum libro superiori.

Versatur in rebus fiduciam excitantibus, & in formidolosis.

Non in quibuslibet formidolosis, & metum excitantibus, verum in ijs quæ magnum incutiunt terrorem.

Huiusmodi sunt mors in bello oppetenda, periculaque eius.

Fortitudinis definitio infrà ponetur, & exponetur.

Digitized by Google

INCAPVT VII.

Summa.

Vt pro varietate hominum res vna atque eadem incutit terroris plus, minus:
Ita etiam rerum ipſarum quæ metiuntur, dum inter ſe conferuntur, diſpar eſt conditio.
Sed quæcunque formidinem incutiunt, reuocantur ad duo genera;
quia { quędam ſuperant humanas vires, vt terræ motus, tempeſtates, &c.
quædam non item, vt quotidiana pericula.
Illa etiam fortiſſimus quiſque debet pertimeſcere; qui non pertimeſcat, *ille ſit inſanus.*
Hęc viro forti pertimeſcenda { vel nullo modo.
vel mediocriter.
Hinc hominum qui forti aduerſentur genera tria;
¶ .n. { *inſanus*, qui nihil omnino pertimeſcit.
audax, qui nimium audet in rebus poſterioris generis.
ignauus, qui in ijſdem nimium pauet.
Audax { præceps & animoſus in periculo ſuſcipiendo.
animum deſpondere conſueuit in ipſo periculo.
Timidus trepidat ante diſcrimen, & in diſcrimine. [c]
Fortis { non facilè nec inconſideratè periculum adit.
in ipſo periculo ſtrenuè ac viriliter ſe gerit.
Si quis manus infert violentas, non eſt fortis;
nam { & cauſſa huius mortis neutiquam eſt honeſta.
& animum mollem & effœminatum hoc ipſum prodit.
Itaque miſeratione potius, quàm laude eſt dignus, vt *Aiax.*

Fucatæ Fortitudinis ſpecies.

INCAPVT VIII.

Summa.

Cimilis. Fucatæ ſpecies fortitudinis quinque ſunt aut plures.
Cines adeunt pericula, in quibus verſari ſolet qui verè fortis. ¶
Sed ferè { honoris conſequendi gratia.
vel vt ſupplicia pœnaſque fugiant.
Itaque non videtur verè fortiter feciſſe *Hector*, quando *Achillem* eſt agreſſus, ne regreſſus probro illi verteretur; neque item Diomedes, &c.

Digitized by Google

Milites qui consistunt in acie propter metum, & coactionem, non sunt verè fortes. *Militaris à coactione.*

Vt neque milites, qui confidunt tantùm propter armorum *exercitationem*, & peritiam rei militaris. *Ab experientia.*

Itaque { confidunt quandiu suspicantur se superiores euasuros. / vbi spe illa exciderunt, facilè in fugam se conijciunt.

Ad hoc genus videtur reducenda firmitas animi, quàm imperiti rerum admirantur in funambulis, nautis, ædium fabris, &c.

Ira facit vt iratus fortem videatur æmulari.

Spes victoriæ & præmiorum nonnumquam excitat impetus quosdam similes fortitudini: Sed spe illa concidente animus concidit. *Ex ira & similis affectu.*

Ignoratio facit temerarium, temeritas à fortitudine procul etiamsi tantisper eam mentiatur. *Ex spe, &c. Ex ignoratione.*

Reuocandi { ad iram qui iræ / ad spem qui spei } similes affectus.

IN CAPVT IX.

Summa.

Fortitudo magis cernitur in timore, quàm in audacia:

Id est potius in ijs, quæ incutiunt formidinem: quam in ijs, quæ audaciam fiduciamque pariunt.

Virtus difficili gaudet.

Fortitudo { magis in *dolore*, quàm in *timore* cernitur. / magis cùm perfertur malum, quam cum timetur.

Itaque fortitudo coniungitur cum molestia.

Fortis tamen quamuis crucietur corpore, & in opere: Animo nihilominus delectatur..... & finem iucundum habet.

Sed ferè fit vt doloribus voluptas obscuretur.

Tale quiddam accidit in gymnicis ludis, vbi certamen est molestum, læta victoria.

Fieri potest, vt qui est fortissimus maximè doleat, quando videt sibi esse moriendum. Sed itaut à recta ratione non recedat.

Dolet autem maximè, primò quia se nouit dignissimum vita.

[Est enim sibi sui conscia virtus.]

Deindè quia videt se virtutum vsu priuatum iri.

Hæ adhibendæ notæ, vt fortitudo vera internoscatur, definiatur.

Non si quis non est verè fortis, ideò non est bonus miles.

Digitized by Google

APPENDIX
DE FORTITVDINE.
ARTICVLVS PRIMVS.
Notio, nomenclatura.
Monitum.

Notio repetatur è Rudimentis.
De nomine magnanimi, patientis, constantis alibi, vt & de nomine virtutis.
Cautus & fortis à virtute vna peripatetica quæ pro duobus officijs & virtutibus dicitur { nunc potius *fortitudo.* / nunc potius *cautio.*

De nomine fortitudinis, & temperantia, Synopsis.

In omni virtute morali maximè inueniuntur duo;

.n. { *firmitas* / *moderatio* } potissimùm in ea quæ circa affectus occupetur.

Eminet { vt { *logos* & ratio in prudentia. / *æquum*, & æquitas in iustitia: } / *firmitas* in fortitudine. / ita { ideò à robore & virtute ipsi nomen { tum fortitudini. / tum virtuti. } / *moderatio* in temperantia, vndè factum est eius latinum nomẽ.

Luculentior declaratio ex Diuo Thoma, 2. secundæ.

Moralis est virtutis { tueri / procurare } { bonum rationis / bonum rationale } { siue honestatem. / siue honestum,

aduersus affectus qui aduersantur rectæ rationi [& legi animi.]
Sed affectuum & passionum genera sunt duo:

quia { quibusdam ad bona corporis ferimur, vt amore, voluptate, &c. / alijs autem mala corporis auersamur, patimurue, vt timore, metu, [&c.

Priores rationi aduersantur { sed non tam per se, / quàm per immoderationem, asymmetriam.

Digitized by Google

Etenim instrumentum & organum boni, bona corporis sunt instrumenta rationis.

Itaque { non aduersantur rationi, quòd sint bona corporis.
sed tantùm quod ad ea non feramur, eo modo quem recta ratio præscribit.

Ideo modum retinere præcipuum est virtutis munus, quando in ijs occupatur.

Posteriores { non tam propter magnitudinem, & modum opponuntur rationi, seu quòd valde & magna contentione fugiamus mala corporis;
quàm propter effectum, quia videlicet dum vitamus mala corporis, sæpè accidit vt honestatem quæ cum illis coniuncta, deseramus.

Itaque in his affectibus { non tam modus quæritur.
quàm firmitas quædam in honestate retinenda.

Mala corporis maiorem animi contentionem & firmitatem; bona corporis maiorem moderationem, vim minorem.

Hinc intelligis vnde factum sit nomen { tum fortitudini.
tum temperantiæ.

Nomen fortitudinis.

Virtus hæc vocatur fortitudo, virtus, robur animi, firmitas, constantia, magnanimitas &c.

Virtus, quo nomine significatur præcipuè fortitudo *à viro* appellationem habet.

Andria consimilem originationem habet. ἀνδρία.

Fortitudo { latissimè sumitur pro quouis animi corporisue robore.
latè pro firmitate cuiuslibet virtutis.
strictè pro virtute, quæ versatur in malis perferendis.

Fortitudo tanquam virtus virtutisue firmitas, tribus modis videtur vsurpari.

Est { primò quæuis firmitas in retinenda honestate, quo sensu tam latè patet atque moralis virtus.
secundò est firmitas qua decore sustinetur aut repellitur difficultas, & molestia corporis, quæ honestatem videbatur impeditura, vt contumelia, exilium, mors &c.
tertiò & strictiùs est virtus quæ versatur circa mortem in bello iusto subeundam, affinesque illi terrores, pericula, cruciatus & labores.

Sed *belli* nomen latè vsurpandum est, vt complectatur exercitationem & pugnam quamuis, qua mors inferatur, affinisue morti cruciatus.

Ne excludantur à laude huius fortitudinis *Martyres*, qui incidunt in tyrannos.

Aristoteles tertium significatum videtur vsurpare, vulgo tamen vsurpatur potiùs secundus.

Digitized by Google

ARTICVLVS SECVNDVS.

De genere, cauſſis, & natura.

Eſtne fortitudo per ſe, & propriè virtus?

Videtur eſſe, quia virtutis definitionem ſibi vendicat.

Obiectio.

Omnis virtus imprimit humanæ actioni probam formam, ſiue honeſtatem.

Fortitudo videtur duntaxat tollere impediméta quibus occluditur via ad honeſtatem, nó autem imprimere operi honeſtatem: Ergo nó videtur virtus.

D. P. { ſuæ C. / alienæ actioni N.

Diſt. { ſi conferatur cum honeſtate, & operibus aliarum virtutum. p. iuſtitiæ, continentiæ &c. quibus eſt præſidio C. / ſi cum illa honeſtate quæ cernitur in aggrediendo, ſuſtinendo, audendo, ſuſtinendo. N. &c.

Honeſtatem { imprimit aggreſſioni. / non imprimit iuriſdictioni &c.

Licet caueat ne minis ac terroribus iudex in iudicando auertatur ab honeſtate.

Eſtne ſpecialis virtus?

Diſt. { ſi primus ſignificatus conſideretur, non eſt particularis virtus, cuiuis virtuti obijciuntur proprię quædam difficultates, ad quas propulſandas & ferendas opus eſt aliqua firmitate. / ſi ſecundus, ſi tertius { ſignificatus, eſt, quoniam obtinet particularem finem, ſedem, materiam.

Eſtne cardinalis virtus?

Eſt, vt conſtat ex ſermone compendiario.

Cardinalem virtutem vocant, quæ has ſibi conditiones vendicet;

quæ { primò ſit *princeps* & quaſi cardo, in quo verſetur humana vita. / ſecundò vendicet ſibi peculiari quodam iure aliquid commune cum virtutibus alijs. / tertiò habeat *virtutes alias*, quæ ipſi innitantur & quaſi ſuccenturiãtur; fortitudo autem videtur eſſe huius generis.

Primò quidem eſt præcipuum quoddam principium humanæ vitæ, & in vita è quatuor virtutum ſedibus regnat. n. in appetitu.

Deinde firmitate cæteris præſtat & præcellit virtutibus.

Tertiò eſt eiuſmodi, vt virtutes aliæ quatenus occupantur in difficultatibus

Digitized by Google

amouendis fortitudini aliquo modò ſubeſſe videantur, vt magnificentia, magnanimitas &c.

Eſtne omnium virtutum princeps?

Diſt. { Eſt virtutum, quæ per ſe ac præcipuè occupantur in affectibus quia debellat hoſtes infenſiſſimos, terrorem, dolorem.
non eſt virtutum omnium princeps:

Primò quia non eſt conſtituta in nobiliſſima ſede.

Secundò quia { prudentia & iuſtitia magis procurant honeſtatem.
fortitudo magis amolitur difficultates.

Tertiò quia fortitudo expetitur potiſſimùm propter iuſtitiam, & prudentiam.

Ariſtoteli { vt non eſſet opus iuſtitia [particularis] ſi omnes amici forent.
ita ſi omnes forent iuſti, non eſſet opus fortitudine. n. ea quæ refertur ad bellica negotia.

Finis et officium.

Fortitudo efficere debet ne mala corporis per timorem & dolorem nos auertant ab honeſtate. *Propter quid.*

Officia eius patebunt ex partibus & materia obiecta.

Sedes ſiue ſubiectum.

Fortitudo { vel in animo ſiue θυμῷ & irascenti facultate. [··]
vel { per ſe in voluntate, quatenus animum regit.
per obſequentem habilitatem in irascenti appetitu.

Obiectum fortitudinis & temperantiæ.

Fortitudo / Temperantia } occupatur { & in bonis { in voluptate / & in dolore.
& in malis

Nam perſpicuum eſt verſari { fortitudinem in malis.
temperantiam in bonis.

Fortitudo in bonis cernitur quia { fortitudo audet.
audacia inuoluit aliquam boni rationem.

Temperantia { non voluptatibus modo imponit frę num.
verumetiam doloribus, quos priuatio voluptatis parere ſolet.

Sed per ſe & potiſſimum occupatur { temperantia in bonis.
fortitudo in malis.

Obiectiuncula.

Fortitudo magis in audendo conſiſtit, quàm in timendo. [··]

Digitized by Google

Ergo magis in bono, quàm in malo.

N. C. primò quia magis ceruitur in *perferendo* malum, quàm in *audendo* & aggrediendo.

Secundò quia audacia timore est iucundior, & spe perfusa, ideoque inuolues aliquam boni rationem, pertinet nihilominus ad mala difficilia.

Quid obijcitur fortitudini?

Hîc
- *Affectus*, qui sunt { timere / audere } cum facultate ipsa timendi, audendi.
- *Actus*. n. { sustinere / aggredi } cum facultate sustinendi, aggrediendi, & subjecto.
- *materia remota* eorum tum affectuum, tum effectuum.

Quæ materia remota?

Materia remota indicanda est { primum tota materia. / deinde præcipua, & princeps.

Sed quæ præcipua ea videtur esse integra, & tota si fortitudo spectetur ad sensum Aristotelis.

Quæ materia tota?

Pro materia tota { & *formidolosa*, quæ metum incutiunt. / & *ausibilia*, quæ excitant audaciam, fiduciam &c.

Sed monet Aristoteles { fortitudinem magis versari circa formidinem, quàm circa fiduciam: / timidum & audacem versari circa idem, & sane res vna eademque alio atque alio apprehensa modo, vt insidiæ periculum excitat { hîc *timorem*. / illic *audaciam*.

Hinc fit vt materia remota virtutis huius vno nomine *formidolosi*, terribilisue significetur.

Quæ *molesta*, eadem formidolosa, siue timenda.

Quæ præcipua materia remota?

Duæ sunt eius præcipuæ notæ { *bellica est*. / *repentina est*.

Quæ tantum notæ disiungi possunt.

Inter illa quæ in bello formidamus, nihil formidabilius morte, & periculis illius mortis. Cuius rei multiplex caussa &c. Præcipua verò est quod imago mortis nusquam maiorem quàm in prælijs præ se fert terrorem, vbi dú stringitur ferrum, vibratur, micat, alij membratim conscinduntur, alij tormentis discerpuntur, alij equis obteruntur, alij miserè lacerantur &c. non

potest.

Digitized by Google

poteſt non eſſe terroris & horroris pleniſſimum ſpectaculum.
Repentina mala magis formidabilia.
Tela minùs præuiſa nocent.

Quid fortitudo?

Scientia perferendi res formidabiles, & contrarias. n. Socrati apud Platonem in Lachete. *Primadefinitio.*
Conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio [habitualis] Ciceroni ſecundo de Inuentione. 2.
Magnarum rerum appetitio, humilium contemptio, & laboris cum vtilitatis ratione perpeſſio, ... Author ad Herennium. 3.
Medium quiddam inter audaciam & timorem Plutarcho lib. de Virtute.
Mediocritas aut moderatio formidinis & fiduciæ Ariſtoteli. 4.
Virtus ſita in appetitu iraſcenti, quæ occupatur circa terrores ac dolores, potiſſimùm corporis, maximèque circa *belliceſos*, repentinos. 5.
Virtus inter ignauiam & audaciam conſtituta, per quam mala corporis & pericula præſertim mortis eius, quæ iuſto in bello oppetitur, conſultô & decore perferuntur, perferriue poſſunt.

ARTICVLVS III.

Partes, officia, & arma.

Quæ partes & officia fortitudinis?

Aggredi.

Partes
- aggreſſio vbi
  - *fiducia*, qua paratur animus.
  - *magnificentia*, quæ pertinet ad executionem.
- Tolerantia vbi requiritur *Sustinere.*
  - *patientia* .i. diuturna voluntariaque rerum difficilium perpeſſio: ne frangatur animus rerum difficultate.
  - *perſeuerantia* ne diuturnitas defatigationem defectumque procreet.

Macrobius lib. 1. in ſomn. Scipionis, ſeptem partibus concludit fortitudinem, quæ ſunt magnanimitas, fiducia, ſecuritas, magnificentia, conſtantia, tolerantia, firmitas.

Sed
- ad fiducium reuocari poteſt
  - magnanimitas.
  - ſecuritas.
- magnificentiæ nomine comprehenditur conſtantia.
- perſeuerentiæ firmitas } videtur reſpondere.
- patientiæ tolerantia } videtur reſpondere.

Magnificentia hîc adminiſtratio magnarum rerum cum ampla quadam ſplendidaque propoſitione.
De nomine magnificentiæ ad ſequentem librum.

Digitized by Google

Cerniturne magis in ſuſtinendo, quam in aggrediendo?

Cernitur, ideoque magis in *mites* homines cadit, quàm in *militares.*

Primò quia difficilius eſt { ſuſtinere, quàm aggredi. / timori quàm audaciæ adhibere modum.

2°. quia videmur { ſuperare, quatenus aggredimur. / quaſi vinci, quatenus ſuſtinemus.

Tertiò quia res aperta eſt quando iſta duo diſtrahuntur; [·]

puta quando { vnus ſola *patientia* obluctatur. / alter citra patientiam aggreditur hoſtem.

Eſtne alia cauti, aliâ fortis virtus?

Conſulendus ſermo de medio. Non eſt alia apud Peripateticos;

licet ſit { aliud timere } { aliud cauere. / aliud audere } { aliud laceſſere.

Quæ arma fortitudinis?

Ira apud Peripateticos fortitudini eſt pro armis, ſed ad aggrediẽdum potiùs, quàm ad ſuſtinendum. Spei notiſſima virtus.

ARTICVLVS IIII.

Qualis fortitudo.

Eſtne virtutum princeps?

Verè non eſt, de qua re ſuprà.

Opinione gentium militarium eſt··· quibus *vir bonus* pro viro forti, vir fortis pro viro bono.

Delectaturne qui fortiter facit?

Fortis corpore ferè cruciatur: Philoſophia non eſt externi doloris domina.

Animo { partim delectatur, quia honeſtatem retinet. / partim dolet, quia videt moriendum eſſe &c.

Fortitudo videri ſolet iniucunda, ···· quia quæ circunſtant ipſam, ferè ſunt moleſta.

Conuenitne omni virtuti iucundè agere?

Quatenus finem attingit, conuenit.

Quatenus autem & quandiu verſatur in officio, & munere ſuo,

tum { non ſemper vſquequaque conuenit. / niſi propter notitiam. Qui virtute præditus, deprehendit ſe honeſtè agere.

Digitized by Google

ARTICVLVS VLTIMVS.

Vitia & fucatæ ſpecies.

Quænam vitia fortitudini opponuntur?

Vitia hîc duo { ignauia. / audacia, quæ Ariſtoteli eſt duplex.

Audacia minus turpis quàm ignauia, niſi ſit inſania quædam. [·]

Audacia { nunc *affectus* nomen. / nunc eius vitioſitatis quæ dicitur *temeritas*.

Virtus hæc { quatenus audaciæ aduerſatur, rectiùs dicitur *fortitudo*, quàm cautio. / quatenus ignauiæ opponitur, rectiùs dicitur *cautio*.

Quicunque nimium audet, vocatur audax.

Fortis eſt cautus & prudens.

At { qui audax / qui ignauus } is { neque eſt cautus. / neque eſt prudens.

Conſulatur textus, compendium.

Quî fit vt multi videantur fortes qui reuerà non ſunt?

Fit quia non cernimus motus animi interiores, cogimur ex facinore externo dijudicare; & tamen aliud facere *fortiter* ···· aliud facere fortia.

Propter impatientiam, aut aliam occaſionem non deprehendimus omnia fortitudinis exteriora ſigna.

Vitia interdum virtutem mentiuntur.

Species fucatæ fortitudinis.

Multæ fortitudines, quæ ſpecie tenus ſunt fortitudines.

Ciuilis { laudabilior { à metu infamiæ. / à cupiditate honoris. / deterior, quæ à metu pœnæ, coactione & ſupplicio.

Militaris fortitudo, militariuè ſimilis, eſt ſecuritas quam præbet experientia, & notitia exiguitatis periculi. Cadit in milites, in nautas, in funambulos &c.

Spes, vel inermem & inertem trudere in prælia poteſt.

Ira audaciæ & temeritatis parens.

Audax videtur fortis, dum cum ignauo comparatur.

Ignauus videtur cautus, dum cum audaci.

Ignoratio confidentiam parit, ſed vanam.

Digitized by Google

Ebrietatis vis referenda { ad ignorationem. / ad spem. / ad iram. [..]

IN RELIQVA TRIA CAPITA.

De temperantia. σωφροσύνη.

De Sophrosyne.

Hic { primum exponitur temperantiæ materia vnà cum oppositis vitiositatibus. / deinde aperiuntur ipsius munera, extremorumque actus. / postremò comparatur cum ignauia. [..]

SVMMA CAPITIS DECIMI.

Temperantia versatur { potissimùm in *voluptate*. / per accidens, & per consecutionem quandam in *dolore* qui orbatio voluptatis.

Sunt { aliæ *animi* voluptates, quas non moderatur temperantia quòd ferè sint honestæ, neque habitu indigeant quo redigantur ad mediocritatem. / aliæ *corporis*, quæ { vel homine digniores, vt reliquæ à belluinis. / vel belluis conuenientiores. n. quæ pertinent ad *gustum & res venereas*.

Temperantia occupatur { per se in belluinis. / per accidens in prioribus, & quatenus referuntur ad belluinas.

Temperantię duo aduersantur vitia. n. dum complectitur *hilaritatem*,

Aduersatur { hinc *stupiditas* quæ rara est & expers nominis. / hinc *intemperantia* quę turpissima, quia nos simillimos belluis facit.

IN CAPVT XI.

Summa.

Temperantia voluptatem non planè aspernatur, sed moderatur, moderationis norma est prudentia.

Porrò { intemperantia excedit modum in persequendo voluptatem. / stupiditas & tristitia nimium coercet voluptatem; quod vitium rarum.

Digitized by Google

IN CAPVT VLTIMVM.

Summa.

Intemperantia { est magis voluntaria / ideoque est fœdior } quàm ignauia. (·)

Proponuntur pro materia { ignauiæ res *bellica.* / intemperantiæ res *iucunda.* }

Bellicæ { si in genere spectentur, videntur pulchræ & expetendæ. / dum singulares expenduntur, omnes fugiendæ iudicantur. }

Suaues commouent { minus, si generatim / magis, si sigillatim } spectantur.

Aeolasti (incastigati qui græcis intemperans) nomen à pueris malè castigatis & educatis ad intemperantem significandum est traductum. ἀχόλαστοι.

APPENDIX.

DE TEMPERANTIA.

Nomen, notio.

Huius virtutis notio in Rudimentis.

Dicitur { græcè σωφροσύνη à seruanda prudentia: & quidem intemperantia ingenij acumen hebetatur. / latinè *temperantia*, propter causſam quæ declarata est. }

Significat { primò quamlibet moderationem, temperiem. / secundò quamlibet virtutem moralem, sed rarò. / tertiò virtutem moralem, quæ per se occupetur in voluptatibus. / quartò virtutem quæ moderatur voluptates ex rebus esculentis, poculentis, & venereis. }

Tertius significatus fere vulgo vsurpatur, licet Aristoteles non vsurpet nisi quartum.

Causſæ.

Finis cuiusque virtutis est operatio ex virtute.

De subiecto huius virtutis, vt & de opifice, suprà.

Materia obiecta proponitur nunc tota, nunc præcipua.

Tota est { affectus vt voluptatem sperare, contemnere, &c. / actus vt bibere, saltare, comedere, &c. / obiectum vtriusque, voluptas maximè corporis, & quod volu-

ptatem affert natura ſua indifferentem vnà cum oppoſito dolore.

Prȩcipua eſt voluptas quæ belluina dicitur, & quicquid talem voluptatem excitat.

Belluina voluptas { vna pertinet ad guſtum { ad eſculenta. / ad poculenta. ; altera ad tactum { non vniuerſim. / ſed quatenus occupatur in rebus venereis.

Quȩritur quam ob cauſſam in ijs voluptatum generibus verſetur potiſſimùm temperantia.

Reſpondet D. Thomas ſecunda ſecundæ, quȩſtione 41. id fieri quoniam delectationes eorum generum ſunt vehementiſſimæ;

Eſſe *vehementiſſimas*, quia oriuntur ex actionibus maximè naturalibus [& animanti congruentiſſimis.]

Eſſe *naturaliſſimas*, quia { guſtus ad conſeruationem cuiuſque indiuiduí in animalium genere. / res venereȩ ad ſpeciei conſeruationé referũtur.

Reſpondet Ariſtoteles id fieri quoniam voluptates eius generis ſunt valdè belluinæ, congruentes belluis.

Nam quanquàm luſciniæ, &c. cantu ſuo & alieno delectantur.

Canes dum odorantur feram videntur geſtire prȩ lȩtitia, dominorumque aſpectu delectantur, vt & vmbra æſtiuo tempore.

Et omninò quicquid dum ſentitur ſenſuique congruit, blande illũ afficit:

Merito tamen in lib. de ſenſu, cap. de odore, Ariſtoteles ait proprium eſſe hominis ex odoribus per ſe capere voluptatem, & faſtidium: quod de viſu etiam & auditu dici aliquomodo poteſt.

Et quidem maximi dolores ad guſtum tactumque pertinent.

Vt quando ſorbemus amara pocula: quando ſecamur, vrimur, ægrotamus.

Cumque ſulphureum fumum, ſplendorem nimium, ſimilȩque aliquid aliud auerſamur ..... id facimus prȩcipuè propter lȩſionem tactus.

Ideò pari iure maximæ voluptatum exteriorum ad hos duos ſenſus videntur pertinere.

Ad quos reliqui tres in belluis referri videntur. Canis paſtu leporum, potiuſquam odore delectatur, &c.

Quid Temperantia?

Virtus ſita in appetitu concupiſcenti, quæ adhibet modum voluptatibus corporis, potiſſimumque illis quæ percipiuntur ex rebus venereis, poculentis, eſculentis.

Officium.

Abſtinendum eſt à voluptate, itant hilaritas retineatur.

Lex.

Vide quantum voluptatis natura poſtulet, patiatur, ad rectè obeunda ſua munera.

Digitized by Google

Partes.

Hîc { honeſtas, per quam decorum habeatur.
{ verecundia, per quam vitetur turpitudo.

Vtrumque nomen hocce loco antonomaſticum.
Hilaritas & temperantia nobis pro virtute vna.

Species.

Pertinet ad guſtum { *abſtinentia*, quæ eſculentorum } propriè.
{ *ſobrietas*, quæ poculentorum }

Pertinet ad tactum { *continentia* } porrò { agit qui *libidinoſus*, & incontinens.
{ *pudicitia* } { patitur qui *impudicus*.

Vitia oppoſita.

Hîc { deficit *cupiditas*, quę nimia auerſio à voluptate corporis.
{ excedit *intemperantia*, quæ nimia pronitas ad voluptates corporis.

Quomodo peccatur in cupidinibus, & in voluptatibus corporis?

Voluptatum { aliæ *bonæ*, vt quæ ex operibus honeſtis capiuntur.
{ aliæ *prauæ*, vt quæ ex turpibus factis.
{ aliæ *indifferentes*, vt voluptas quæ capitur ex aſpectu.

Voluptas } { vel eſt contra naturam, pertinet ad immanitatem.
Cupiditas } { vel eſt naturalis, naturęque congruentior.

Voluptas naturalis { vel non eſt neceſſaria ad naturæ conſeruationem, vt cupiditas condimenti.
{ vel eſt, tumque { aut ad ſalutem noſtram, vt appetitio cibi & potus.
{ aut ad conſeruationem ſpeciei, vt appetitio rerum venerearum.

Quò minùs neceſſaria eſt cupiditas, eò ſit turpior, fœdior, ſi recedit à recta ratione.

Porrò { quæ planè ſunt neceſſariæ ex voluptatibus corporis, illæ bonæ & optabiles.
{ reliquæ { bonæ ſi { neque oriantur à vitio. p. ab adulterio.
{ { neque egrediantur medium.
{ prauæ, ſi aliter habent.

Diſcrimen fortitudinis & temperantiæ.

Licet corporis { mala propulſare, niſi propulſatio } nos auertat ab honeſtate.
{ bona perſequi, niſi perſecutio }

Digitized by Google

Volitionem { minuit metus / auget cupiditas } ideò intemperantia est magis voluntaria, & fœdior quàm ignauia.

Licet viri militares aliter sentiant : Quia videtur minùs officere victoriæ, quam ignauia.

Monitũ. De temperantia, continentia, incontinentia, &c. lib. 7.
De voluptate libro 7. & lib. 10. [·]

Finis libri tertij moralis.

IN LIBRVM QVARTVM.

PRÆFATIVNCVLA.

IBER hic facilitate cæteros videtur superare.
Eius argumentum paucis proponam lineis : Sed annectendi Theophrasti characteres.

Argumentum.

Variæ virtutes variâ occupantur in materia. ¶

Cap. 1. In sumptibus { exiguis, *liberalitas* cum { *anaritia.* / *prodigalitate.* } / magnis, *magnificentia* cum { *sordibus.* / *superbia.* } } in sumptibus.

Cap. 2.

Cap. 3. In honoribus { magnis, *magnanimitas*, cui { pro defectu, pusillanimitas. / pro excessu præsumptio, ambitio, inanis gloria. } / moderatis, *modestia*, cum { nimia *honorum contemptu.* / *ambitione.* } }

Cap. 4.

Cap. 5. In ira versatur mansuetudo cum { *lenitate*, quæ deficit. / *iracundia*, quæ egreditur modum. }

Cap. 5. In { puniendo / indulgendo } { *severitas* / *clementia* } cum { *crudelitate.* / *nimia indulgentia.* }

In conuictu

Digitized by Google

In conuictu { serio, *affabilitas* cum { *morositate*, quæ deficit. Cap. 6.
adulatione, blanditia.
iocoso, *vrbanitas* cum { *scurrilitate*. Cap. 8.
rusticitate.

In significatione veri, *veritas* vbi peccatur { generatim { mentiendo. aperiendo reticendo } verũ, inde. Cap. 7.
in nostris reb° { *arrogãtia*. corè
dissimulatione.

In turpitudine factorum, *verecundia* cum { *impudentia*. Cap. 9.
stupore.

In ægritudine quadam, *indignatio*, &c. Cap. 9.

IN CAPVT I.

De Liberalitate, & frugalitate.

Origo.

Naturæ impulsu iuuamus alterum, hinc liberalitas, magnificentia: per naturam ferimur ad vsum & communicationem eorum bonorum quæ pecunia æstimantur, acquisitionem & conseruationem. Hinc parcimonia frugalitas.

Nomen, notio.

Parcimoniæ } nomen vndè eruatur notum est. (*)
Frugalitatis }

Apertum item vndè appelletur largitas.

Nulla re propiùs ad Deum accedit, qui largitur & nihil accipit, quàm beneficiendo faciendo alteri.

Itaque hæc virtus homine libero dignissima est, ideò vocata est liberalitas, vt & beneficentia.

Liberalitas { generatim sumitur pro quauis beneficentia, & largitate.
id est { pro magnificentia, & speciali liberalitate.
pro beneficentia, & parcimonia.
speciatim { primò pro beneficentia non parcimonia.
2. pro speciali liberalitate, non pro magnificentia.

Sedes.

Largitas { in voluntate, si quibusdam creditur.
in inferiori appetitu, si nonnullis.
vtrobique aliorum iudicio, quod videtur verissimilius.

Digitized by Google

Iuuamus alterum opera, consilio, bene precando, & consimilibus rebus, quæ magna ex parte non pertinent ad appetitum sensitiuum: licet pecunia æstimentur aliquo modo in Republica.

Si largitas generatim sumpta residet in appetitu sensitiuo,

tum { in irascenti *magnificentia* constituenda est.
tum { in concupiscenti, *liberalitas* specialis.

Finis.

Finis { communis { parcimoniæ *prodesse nobis* & alteri cõparatione & conseruatione pecuniæ, & eorũ quæ pecunia æstimentur.
Finis { communis { largitatis prodesse alteri, & Reipub. de nostro.
Finis { propriùs { magnificentiæ, *splendor* publicus cum vtilitate.
Finis { propriùs { liberalitatis specialis, sola *vtilitas publica*.

Procuramus { vtilitatem alienam } { ad vtilitatem } Reipub. ¶
Procuramus { honorem nostrum } { ad splendorẽ } Reipub.

Obiectum liberalitatis.

Materia { remota *pecunia*, & quicquid æstimabile in rep. nostra pecunia accipienda venit, vt opera, consilium, merces.
Materia { proxima { affectus, vt cupere, & contemnere pecuniam.
Materia { proxima { effectus, siue actus, & actiones, vt largiri, accipere.

Sed liberalitas in dando magis, quàm in conseruando, & accipiendo, acquirendoque cernitur.

Officia.

In acquirenda nobis, seruandaque pecunia versatur liberalitas. p. in eo, vt quod alienum, aut commune efficiatur nostrum, & in vsu eius: sed potius in dando, quàm in accipiendo.

Pecunia est instrumentum, ideo moderationem postulat, vt & sumptus faciendus.

Sumptuum varietas.

Sumptus qui benefico proponuntur, & frugali, sunt commensurati, si ex fine suo æstimentur;

quia est virtutis { vitare excessum, defectum.
quia est virtutis { procurare symmetriam, moderationem.

Sumptus tamen dicuntur proponi { magnifico magni. ¶
Sumptus tamen dicuntur proponi { liberali exigui, moderati.

Occupatio. Sed { magnitudo } { paruitas } arguunt, indicant quantitatem infinitam aliundeque æstimandam.

Digitized by Google

Sumptus magnifici { commensurati & moderati sunt, si ad suum finem referuntur. n. ad honorem Reipub.
magni tamen si cum fine liberalitatis specialis .n. cum sola vtilitate reipub.

Pariter sumptus liberalitatis specialis sunt { commensurati suo fini.
exigui tamen si conferantur cum fine magnificentiæ.

Obiectiones.

Virtuti Ethicæ proponitur tanquam scopus *proprium bonum*, & ornamentum eius in quo est. *Prima.*

Resp. proponi, sed præterea proponi posse alienum, & publicum.

Omnis virtus debet opera sua & officia commensurare.

Ergo magnificentia non procurat magnos: sed tantùm moderatos sumptus. 2.

Dist. { propositionem, suo fini C. alieno, N.
S. { si spectetur ipsius finis, C.
si simplicis liberalitatis finis, quæ opponitur magnificentiæ, N.

Quid liberalitas generatim?

Liberalitas vt complectitur { largitatem { magnificentiam.
parcimoniam { simplicem liberalitatem;

Definitur virtus moralis sita in appetitu, &c. quæ versatur in pecunijs dandis, accipiendis, acquirendis, seruandis, concupiscendis, & contemnendis.

Cernitur { tum in acquirendis pecunijs.
tum in vsu pecuniæ nostræ. §

Partes, Species.

Partes { parcimonia seu frugalitas.
largitas beneficentiaue, seu donandi habitus.

Species { vna, quæ dicitur liberalitas ἁπλῶς, liberalitas specialis, liberalitas simplex.
altera quæ dicitur magnificentia, μεγαλοπρέπεια.

Vitia opposita.

Opponitur { auaritia } liberalitati { siue sumatur generatim. §
prodigalitas } { siue magnificentiæ opponatur.

Dicitur congruentiùs { liberalitas quatenus profusioni } opponitur.
frugalitas quatenus auaritiæ }

Digitized by Google

IN CAPVT II.

De Magnificentia.

Nomen et notio.

μεγαλο- Μεγαλοπρέπια significat in magnis decorum.
πρέπια. Magnificentiæ nomen vndè eruatur est notum.

Ea { generatim pręstantia virtutis & rerum magnarum cum splendida propositione cogitatio, administratio.
in fortitudine vna è quatuor illius partibus.
hoc loco liberalitas splendidior.

Finis.

Finis est pecuniarum vsus cum splendore publico.

Operum magnificorum { vsus ad priuatum pertinere potest.
splendor pertinet potius ad Rempub.

Subiectum.

De sede & subiecto virtutis huius suprà, capite primo huius libri.

Materia.

Obiectum. Magnifico proponuntur pecuniæ, & magni sumptus, seu sumptus faciendi propter splendorem publicum.

Natura & munus.

Magnificentia est virtus, quę honestatis caussa, & decorè magnos sumptus facit, maximè in operibus ijs quæ ad diuinum & publicum honorem referuntur, *Officia* innotescunt ex definitione.

Vitia opposita.

Hîc { qui deficit, sordesque prodit suas, dicitur *sordidus*.
qui egreditur modum in magnis sumptibus, eosue facit neutiquam propter honestatem, dicitur *effusus*, βάναυσος.

Id nomen { propriè significat *caminarium*: licet sumi consueuerit pro vilibus quibusque operis.
sed traductum est ad hoc vitium significandum.

Idque { vel quia instar ignis citò absumunt opes, qui βάναυσοι.
vel propter stupiditatem eorum qui hos sumptus profusè faciunt.

Turpiorne auaritia an prodigalitas?

Auaritia turpior, insanabilior, quia ætate crescit: & minùs humanæ societati congruens.

Asotus tamen sine prodigus plerumque videtur turpis: sed propter alia vitia, quæ profusos comitari soleant.

Digitized by Google

IN III. ET IIII CAPITA.

De Magnanimitate, & Modeſtia.

Collatio cum liberalitate &c.

Habet ſe { vt magnificentia ad liberalitatem.
ita magnanimitas ad modeſtiam.

Refertur { vtraque { & ad bonum } eius, vbi inuenitur.
{ & ad honorem }
priuatim { magnanimitas ad ſplendorem publicum.
modeſtia ſpecialis, & ſimplex ad vtilitatem publicam.

Procurari poteſt { vtilitas cum ſplendore.
ſplendor cum vtilitate.

Liberalitas, magnificentia, modeſtia, magnanimitas. [·.]

Nomenclatura.

Impetus iraſcentis appetitus } nominatur *animus*.
Atque etiam ipſe iraſcens appetitus }
Hinc appellantur *magnanimi*, vt & *animoſi*.

Magnanimitas { ſæpè ſumitur pro fortitudine ad quam ille impetus valet.
hîc pro magnorum honorum moderata appetitione.

Huius virtutis { & magnitudo } cernitur in eo quod contendit
{ & animus impetuſque }
magnam ad materiam { magno conatu.
propter magnum & illuſtrem finem. [·.]

Modeſtia { aliquando pro *verecundia* ſumitur.
nunc pro virtute, quæ verſatur in mediocribus honoribus.

Sedes ſiue ſubiectum.

De ſede { modeſtiæ } iudicandum de ſubiecto { liberalitatis.
{ magnanimitatis } { magnificentiæ.

Digitized by Google

Qui collocant in appetitu concupiſcenti { liberalitatem. / modeſtiam.

Illi { magnificentiam / magnanimitatẽ } in iraſcenti propter difficultatem ſtatuunt. [..]

Obiectum.

Proponitur *honos* { magnus magnanimitati, quia quærit ſplendorem publicum. / exiguus modeſtiæ, quia ipſi vtilitas publica facit ſatis.

Vterque honos moderatus ſi conferatur cum fine proprio.

Honos hîc { tum præclara aliorum opinio de nobis & de virtute noſtra. / tum quicquid facit ad illius opinionis declarationem, vt coronæ, annuli, magiſtratus, iura quædam & priuilegia.

Hinc { affectus, vt cupere honorem, ſpernere honorem. / & effectus, ſiue actiones colliguntur, vt hic primum aſſidere, primũ dicere ſententiam, magiſtratum gerere &c.

Quid modeſtia, quid magnanimitas?

Honos Ariſtoteli tenet principem locum inter externa bona.

Modeſtia generatim eſt virtus, quæ occupatur circa honores, honorifica, & contraria.

Ea { ſi id facit propter ſplendorem publicum, dicitur *magnanimitas*. / ſi tantum propter vtilitatem publicam, non eſt niſi *modeſtia* ſimplex, & ſpecialis.

Magnificentia, & magnanimitas, ſunt quaſi Architectonicæ virtutes, & magnam requirunt copiam bonorum.

Quiſque conſectari debet virtutes ſuæ naturæ commenſuratas, conſentaneas & ſuis facultatibus.

Monitum.

Belluæ non tam percipiunt laudem, eaue afficiuntur, ... quàm plauſu, voce, aſpectu & aliqua iucunditate, quæ comitetur perceptionem, recordationem.

Vitioſitates.

Opponitur { magnanimo { puſillanimis, qui deficit. [..] / ſuperbus & ambitioſus, qui excedit in honoribus concupiſcendis. } / modeſtiæ { nimius honorum contemptus. / ambitio &c. }

Digitized by Google

Præſumptio eſt cum immeriti honores appetuntur.
Inanis gloria cum inane decus.
Ambitio ſpecialiſſima, quatenus nimiùm appetitur honos. [..]

Conditiones magnanimi.

Magnanimus eſt vir bonus, minimè præceps: ſed lentus, moderatus.
In ſermone eius elucet grauitas, & ſplendor; non præruptè loquitur, non acuit, contendit vocem.
Non delectatur beneficijs accipiendis: ..... ſed rependendis, & conferendis potius.
Non quiduis ſuſcipit: ſed quod maximè decorum.
Non extollit virtutem ſuam.
A vitioſis abhorret.
Honeſtatis potiorem, quàm vtilitatis rationem habet. [..]
Paucis indiget, quia poſſidet multa.
Poſſidet tantum bonorum fortunæ, quantum requiritur ad res magnas gerendas.
Delectatur moderatè ſolido & decoro honore, quem ſit meritus.
Inane decus nihili facit.
Non eſt iniuriarum memor.
Aliena potius, quam ſua beneficia commemorat.

Monitum.

De humilitate in negotio de virtutibus iuſtitiæ annexis.
Humilitas circa honorem videtur occupari.
Habere ſe videtur { vt clementia ad ſeueritatem. / ita humilitas ad modeſtiam.
Honores { modeſtia quærit / humilitas ſpernit } quantum licet per honeſtatis regulam, quæ non eſt in puncto poſita.
Humilitas circa *obedientiam* videtur occupari: Sed hæc coniunctionem cum honore habet.

IN CAPVT V.

De Manſuetudine, clementia, ſeueritate.

ARTICVLVS PRIOR, DE MANSVETVDINE.

Nomen, dignitas.

Manſuetudo magni facienda;
quoniam *ira* eſt affectus { grauis nobis, alijs. / qui per ætatem inualeſcat. } [..]

Digitized by Google

Manſuetudo diſtinguitur hîc à clementia, vt dicetur, licet nominum diſcrimina parum religiosè obſeruentur.

Eſt moderatio iræ, ſed aſſuetudine parta potiùs quam naturalis, qualis in columba.

Sedes, officium.

Hæc virtus { vel in iraſcenti facultate
vel eſt ſita & conſtituta { partim in voluntate.
partim in iraſcenti appetitu.

Eſt { iraſcendum { quibus oportet.
quas ob cauſſas decet.
quandiu, quantum, & quando &c.
non iraſcendum quibus non oportet &c.

Obiectum.

Hîc { *affectus* .p. ira, cui adiungitur priuatio *iræ.*
actus, vt clamor, obiurgatio ſimileſque alij actus, qui iræ comites aut aduerſarij.
materia iræ, quæ alibi declaratur.

Ira { aliquando eſt nomen affectus vnius ex vndecim.
aliquando nomen vitij, quod vnum eſt è ſeptem capitalibus.

Natura.

Manſuetudo { Stoico eſt priuatio iræ.
Peripateticis virtus ſita in appetitu, per quam in iraſcendo & non iraſcendo ſeruatur modus.

Vitioſitates.

Hîc { nimia *lenitas*, & lentitudo deficit in iraſcendo ſed eſt vicinior virtuti, & rarior.
iracundia generatim ſumpta excedit modum.

Iracundiæ autem varij ſunt modi, variæ appellationes: quia non ſemper omnes peruertuntur circunſtantiæ.

Iracundi qui proprie & ſpeciatim iracundi, iraſcuntur quibus non oportet, quas ob cauſſas non decet, quando non oportet, & nimium. Sed non diu quoniam ſunt placabiles: ἀχρόχολοι vehementer adiram ſunt procliues.

Acerbi ægrè placabiles, ante vltionem.

Difficiles iraſcuntur ob quas cauſſas nõ oportet, iuſto vehemẽtius & diutius.

ARTICVLVS POSTERIOR.

De Clementia & Seueritate.

Origo duplicis huius virtutis.

Iuſtitiæ modus in ſupplicio ſumendo non eſt in puncto poſitus, & velut indiuiſibile

Digitized by Googl

diuiſibile quid; verùm ſuam habet latitudinem, & extenſionem: euenit e. g. vt quando centum ictus aut minæ centum iuſtè decerni poſſunt, poſſunt etiam decerni iuſtè nonaginta tantum, in ea latitudine & protenſione legitimæ pœnæ cernuntur & verſantur virtutes duæ,

n. { clementia. / ſeueritas.

Diſtinctio et notio.

Pœnæ { debitæ / iuſtæ } modum { *ſeueritas* auget, ſed non ſi quantum patitur iuſtitia. / *clementia* minuit, ſed ità vt non peccetur in iuſtitiam.

Clementia & ſeueritas quomodo diſtinguantur, iudicandum partim hinc, partim ex ſermone de medio.

Beneficentia { ſæpe annectitur clementiæ. / ideoque aliquando confunditur cum clementia.

Vt quando ille cui debetur pœna & mulcta ....- totam remittit.

Omnino cum quis remittit & largitur pœnam & mulctam ſine turpitudine ..... conſueuit cenſeri & appellari *clemens, miſericors.*

Multæque virtutes plerumque non ſatis diſtinguuntur: quia earum vis ſimul occupatur in aliquo facinore ..... quod tamen non ſoleat niſi ab vna denominari. p. ab illuſtriori.

Non eſt autem { neque nimia ſeueritas / neque etiam crudelitas } iracundia.

Nam etiam citra iram exerceri vtraque poteſt.

Idcò { et ſeueritas / et clementia } diſtinguuntur à *manſuetudine*, quæ facit vt iræ imponatur modus.

Sedes.

Seueritas / Clementia } in voluntate vbi iuſtitia, cui vtraque ſubſeruit.

Materia.

Materia remota eſt { iuſtum ſupplicium / et remiſſio illius } omnino que ſupplicium.

Pœna debita & iuſta non eſt in puncto poſita.

Pro proxima { affectus, vt cupere & auerſari ſupplicium alienum. / actus, vt punire, condonare pœnam.

Digitized by Google

Vitia.

In vitio { hinc nimia ſeueritas, & *crudelitas.*
hinc nimia indulgentia, & *lenitas.*

IN VI. VII. ET VIII. CAPITA.

De *tribus ſequentibus Virtutibus.*

Tres virtutes quæ ſequuntur. n. affabilitas, veracitas, &c. videntur ſtatuendæ in ſupremo appetitu.

Habent pro materia *ſocietatem* factorum, & colloquiorum.

Illic ſpectantur tria, quæ tamen ad duo reuocantur.

Illic { veritas vnde *veracitas*
facilitas { ſeria vnde *affabilitas* } prodit.
ludicra vnde *vrbanitas* }

IN CAPVT VI.

De *Affabilitate.*

Affabilitas eſt virtus voluntatis, quæ propoſitam habet pro materia *ſocietatẽ* ſermonum, & factorum ...., ſeu conuerſationem, & conſuetudinem humanam, quatenus illic ſerium aliquid, ſed aliud à veritate conſideratur.

Nam { quanquam nomen ab *affando* habet.
verſatur tamen { non modo in colloquiis.
verumetiam in *factorum ſocietate.*

Materia eius & conuerſatio, conſuetudoque quatenus eſt capax ſeriæ iucunditatis, aut facilitatis;

Pro officio temperat ſermones, motus, & actus quibus continetur illa conuerſatio, & conſuetudo.

Deſcribitur virtus per quam neque nimiùm faciles, neque nimium difficiles in congreſſibus, conſuetudine ciuili, & ſeria nos exhibemus.

Ea non neceſſariò coniungitur cum affectu *amandi*: quia affabilitas etiam aduerſus hoſtes adhibetur.

Sed affabilis eſt amabilis, quia *obſequium amicos parit.*

In hac facilitate procuranda { deficiunt moroſi, qui iuſto difficiliores. pertinaciores.
excedunt { adulator.
blandus.

Adulatori proponitur quæſtus, non blando.

Digitized by Google

Turpior autem est { vt adulator morosо.
ita morosus blando.

IN CAPVT VII.

De Veritate, seu veracitate.

Nomen, notio.

Sumitur interdum { vt falsus pro fallaci.
ita verus pro veraci, veritas pro veracitate.

Hęc { non vsurpatur hîc pro facultate dicendi *verè*.
quæ { est virtus quædam mentis, & perspicacia,
non est aliud à facultate dicendi falsa.
sed est procliuitas appetitus ad verum honestè reticendum, & aperiendum voce, aut alio signo.

Subiectum, finis, officium.

Veracitas in voluntate cum iustitia tui succenturiatur, & annexa est: pertinet enim ad boni alieni procurationem.

Non oportet teneri nimio, vel iusto minori studio patefaciendi, & aperiendi *veritatem*..... maximè eam quæ pertinet moralia ad negotia, maximè tamen si ad nostra.

Materia obiecta.

Affectus, vt cupiditas aperiendæ vel occultandæ veritatis.

Effectus, vt locutio, gestus, scriptio, & simile aliquid, quo aperiatur, tegatur, veritas.

Materia remota { tota, est veritas notionum, & orationum, maximéque moralium.
præcipua veritas in rebus nostris significandis.

Genus.

Veracitas Ethica virtus, non dianoëtica.

Mendax definiendus { voluntate, & affectu.
non scientia, & facultate.

Obiectiones.

Mentiri sponte videtur esse satius, & optabilius, quàm per imprudentiam dicere mendacium. *Prima.*

Ergo veracitas non videtur virtus.

D.A. { si spectetur bonum mentis C.
si voluntatis N.

Qui potest maximè dicere falsũ est mendax... vt qui maximè verũ, est verax.

Porrò inter homines, qui vnum maximè potest, & alterum maximè potest: 2.

Digitized by Google

quare qui verax, ille idem est mendax, & qui contrà, reuera non potest.

D.P. { si vtroque nomine significetur facultas dicendi verum, & facultas dicendi falsum C.
{ si verò vt solet significetur voluntas, non facultas N.

Quid Veracitas?

Ex caussis & ex genere contexatur definitio.

Vitia opposita.

Peccatur { primum, quia res & facta orationem significationemq; superant.
{ deinde cum superantur.

Si materia tota consideretur, peccatur tripliciter;

n. { primò cum dicitur mendacium falsum.
{ secundò cum verum indecorè reticetur.
{ tertiò cum verum indecorè commemoratur, tenuiter, loquaciter, &c.

Sed vix occurrant nomina, quibus commodè significentur ista vitia.

Si principalis & præcipua materia consideretur,

tum veritas aduersatur { arrogantiæ, siue iactantiæ.
{ dissimulationi & ironiæ.

Arrogantia ea quæ vertuntur laudi, maiora in nobis fingit, quàm reuera sint aut significare deceat, minora contrà quæ vertuntur vitio.

Ideo videtur coniuncta cum *ambitione & superbia:* & sanè arrogantia interdum vsurpatur pro fastu & superbia.

Dissimulatio contra habet siue ironia, quæ vertuntur laudi, minora in nobis prædicat, &c.

IN CAPVT VIII.

De Eutrapelia, seu vrbanitate.

εὐτραπε-λία.

Lepóre decoro aliquo, & iucunda lenitate condienda est humana consuetudo, seu commercium factorum & sermonum.

Qui modum tenet in re eiusmodi dicitur *vrbanus*, festiuus, *comis*, quarum appellationum ratio aperta. In voluntate vrbanitas videtur statuenda.

Versatur circa iocos, festiuitates, factaque omnia, quib⁹ œconomicæ & ciuilis societatis commercium conditur, temperatur: sed & circa voluntatem eiusmodi rerum, & affectum.

Oportet tum audiendo, tum loquendo, tum spectando moderatè delectari locis honestis, & abhorrere à turpibus.

Græco nomini origo à bonitate & facilitate modorum, & conuersionum.

εὐτραπε-λία. Hîc { *agrestis* nimium abhorret ab honesta facilitate.
{ *scurra* { vel ad illiberales iocos, facetiasue procliuis.
{ vel nimis procliuis ad iocos alioquin per se liberales.

Digitized by Google

Agrefti ſcurra { pręponitur ſi ioci liberales.
postponitur ſi obſcœni, & illiberales.

Ioci & facetiæ peccant { nunc per ſolam immoderationem.
nunc per ſe.

IN CAPVT IX. ET VLT.

De Indignatione, verecundia, continentia.

Indignatio.

Indignatio { aliquando eſt affectus, vt explicatum eſt. §
hîc eſt habitus honeſtè indignandi.

Continentia.

Continentia breuiter in rudimentis, fusè explicatur libro ſeptimo.

Verecundia.

Verecundia { ſi ſumatur pro quauis auerſione à turpitudine, cadit in ſapientem.
ſi eſt metus propter pręſentem turpitudinem, timorue de turpi actu noſtro, pertinet ad hunc locum.

Porrò { primum ipſe verendi actus conſideratur.
deindè procliuitas ad honeſtè verendum, vndè nuncupantur verecundi.

Hæc { vel eſt naturalis tantùm, vndè nonnulli dicuntur naturâ verecundi.
vel eſt acquiſita aſſuetudine, conſuetudine.

Sed aſſuetudine *affectuum*, potiuſquàm *actionis*.

Ideò non tam eſt agendi, quàm patiendi habitus.

Imò eſt pathos & diatheſis potiuſquam habitus: quia durare nec ſolet nec διάθεσις debet.

Itaque non tam eſt virtus, perfecta virtus; quàm pathos quoddam aliquomodo habituale.

Eſt tamen laudabilior qualitas & argumentum bonæ indolis.

Statuenda videtur verecundia vbi metus turpitudinis.

Verecundiæ aduerſatur { hinc *ſtupor*.
inde *impudentia*.

Finis libri quarti moralis.

Digitized by Google

IN LIBRVM QVINTVM

DE IVSTITIA.

Deiuſtitia.

PRÆFATIVNCVLA.

LIBER hic videtur præcipuus dignitate, explicatu difficilis & operoſus.

Argumenti ſumma è Rudimentis repeti poteſt.

IN CAPVT I.

Pro ſumma & explicatione.

Theſis.

De vocabuli expendenda ambiguitate.

Præceptum primum.

Bene & malè operandi .p. volendi, texendi, ædificandi, &c. ¶

eſt { vna { tum potentia & facultas naturalis, vt mens, voluntas.
ſcientia, doctrina, & diſciplina.
duplex habitus, quia { alia benè
alia malè } agendi aſſuetudo.

Contrariorum vt { benè viuendi
malè viuendi } habitus { non vnus atque idem.
ſed contrarius, vt iuſtitia, iniuſtitia.

Licet facultas & ſcientia contrariorum ſit eadem.

Ergo cognitio habitus alicuius .p. iuſtitiæ, fortitudinis, temperantiæ, &c.

petitur { non tantùm ex ſuis tum cauſſis .p. fine, &c. ..... tum effectis .p. operibus, &c.
ſed etiam ex habitus contrarij .p. iniuſtitiæ, ignauiæ, &c. eſſentia cauſſis, adiunctis, &c.

Nam { contraria ſe ſe inuicem aperiunt.
quot modis dicitur vnum contrariorum, tot & alterum.

Admiſſi. Alibi poſita ſolutio ſequentium obiectorum, cap. de Relatis.

Habitus non eſt contrariorum,..... Scientia eſt habitus ..... Ergo ſcientia non eſt contrariorum, &c.

Digitized by Google

Scientia eſt contrariorum: Quidam habitus eſt ſcientia: Ergo quidam habitus eſt contrariorum.

Scientia { determinata eſt ad bonum ſui generis .n. ad bonum illius mentis cui inſidet.
eſt indifferens ad bonum alterius facultatis .p. obſequentis.

Præceptum ſecundum.

Quô homonymæ res ſun[illegible]iores, ſimiliores ..... eô diligentiùs excutienda eſt ambiguitas, [illegible]allacior eſt.

Porrò quæ nomine iuſtitiæ ſignificantur homonymè, ſunt valdè affinia.

Quare diligentiſſime illic eſt indaganda & explicanda vocabuli mûltiplicitas, ambiguitas.

Tertium præceptum.

[Quot modis vnum coniugatorum dicitur, vt iniuſtus, tot & alterum, vt iniuſtitia.]

De Juſtitiæ & iniuſtitiæ nomine.

Iuſtum duplex { generatim quidquid ita congruit, vt nec excedat, nec excedatur, vt calceus iuſtus. *Regularũ applicatio.*
moraliter quod in moribus conforme legi, & à recta ratione minimè alienum, eo ſenſu qui indicandus. *Hypotheſis.*

Iuſtitia [moralis] tot dicitur modis, quot iniuſtitia, per præceptum primum, per contrariorum legem.

Iniuſtitia & iniuſtus parem habent ſignificationem, numerum, per regulam tertiam.

Quibus modis dicitur iniuſtus, illis etiam & iuſtitia.

Iniuſti { primò quicumque violant leges, quibus parere debent.
ſecundò qui ſibi offerunt maiorem partem earum rerum, quibus continetur ſecunda fortuna, & minorem earum quibus aduerſa.

Vocanturque { illi *violatores legum*.
hi *Pleonectæ*, quod plus æquo ſibi arrogent, habeant. πλεονέκται.

Quare { vna iuſtitia quæ *legalis* dicitur, opponiturque violationi legum.
altera quæ dicitur *particularis*, opponiturque ſecundo iniuſtorum generi.

Sed hæc duo ſunt valdè affinia, pertinent ad genus .n. ad virtutem, ad moralem virtutem: ideo quæ illic latet homonymia, diligenter excutienda eſt.

Iuſtitia autem { primò *habitus* ipſe, vndè nominamur iuſti.
ſecundò *actio* iuſta, vt ſuum cuique reddere.
tertiò *rectitudo* { habitus, quæ eſt permanens.
actionis, quæ ſucceſſiua vt actio ipſa.

Monitum.

Alias iuſtitiæ varietates ponemus poſteà.

Digitized by Google

De nomine iuſtitiæ legalis, ſiuovniuerſalis, deque diſtinctione eius à virtutibusalijs infrà.

IN CAPVT II.

Summa.

Docetur eſſe aliqua iuſtitia particularis.
Confertur & diuiditur cum legali in commutatiuam & diſtributiuam, &c.
Commutatiua dicitur vèrſari in contractibus: Quorum alij voluntarij, alij inuoluntarij, qui clandeſtini, vel aperti.

APPENDIX.

DE IVSTITIA, DEQVE IVSTITIA humana, de legali, de particulari, de commutatiua, deque diſtributiua.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Iuſtitia in genere.

Quotuplex doctrina de Juſtitia?

Iuſtitia in homine duplex { *legalis* / *particularis* } vt declaratum in Rudimentis.

καθολική Hinc tractatus { primus de *iuſtitia*, quæ ſaltem analogicè eſt quid commune legali, & particulari; vt & herili, &c. / ſecundus de *legali*, quæ vocatur *catholica*, quòd ſit totum, aut quid vniuerſale in cauſando. / tertius de iuſtitia *particulari*.

Cur opus doctrina illa generali, & prima?

Quia iuſtitiæ communis quædam ratio cogitari poteſt, quæ conueniat tum legali, tum particulari, vt non ſit mera homonymia.

Nam { vt { communis ſenſus, ad viſum, auditum, &c. / ſola ad equum habet, cauſſa prima ad particularem: } ita ferè iuſtitia legalis, ad particularem. ()

Habet { vt anima ad vegetantem, ſentientem, rationalem. / ita iuſtitia ad legalem & particularem.

Cogitatur

Digitized by Google

Cogitatur { vt { in Logicis / in Metaphysicis } aliquid commune { extensioni. / intensioni. }
ita hîc aliquid commune iustitiæ legali, & particulari.

Vndè repetenda hæc doctrina?

Si iustitia particularis & iustitia legalis inter se conferantur, exprimaturque quicquid vtrique est commune, habebitur communis & generalis doctrina.

Obiectio.

Vniuersalis doctrina ad materiam vniuersalem pertinet.
Iustitia legalis est materia catholica, & vniuersalis.
Ergo vniuersalis doctrina de iustitia iustitiæ legali est applicanda.
Dist. P. { ad materiam, quæ sit vniuersalis in prędicando, vt miles, C. / ad eam, quæ sit tantùm vniuersalis in causando, vt Imperator, N.
Dist. S. in causando, aut etiam tanquam totum & vniuersalitas quędã, C. in prædicando, N.

Nomenclatura.

Hîc offenduntur varia nomina excutienda .p. *ius, iustum, iustitia.*

Iustum & æquum.

Iustum { primò & generatim quod ita congruit, vt neque excedat, neque excedatur .p. iustus calceus. / secundò quod alicui congruit, æquaturue, & debetur ab alio propter necessitudinem.
Æquum quod neque excedit, neque excedítur.

Varietas æqualitatis.

Est { *Arithmetica* æqualitas .p. cum redditur tantùm quantum accipitur, *tant pour tant*, centum aurei pro centum aureis. / *Geometrica* cum centesima pars rei vnius pro centesima alterius, siue sit æqualis, siue non, & omninò *tantiesme pour tantiesme.*
Mitto harmonicam.
Æquantur { geometricè tantùm digiti pueri digitis viri. / arithmeticè folia exiguę quercus foliis ánnosę quercus.
In nobis alijsque rebus viuentibus membra crescunt harmonicè potiusquam geometricè, & arithmeticè.
Consulantur elementa mathematica, & sermo de medio in Compendio Morali..

Iuris nomen.

primò *necessitudo:* vt ius amicitiæ, affinitatis, &c.
& sanè { necessaria necessitudo ad iustitiam. / iniuria atrocior, quô necessitudo maior.

Digitized by Google

Ius { secundò *iustum* ipsum, vt honorare patrem.
tertiò *regula iusti*, vt lex, iurisprudentia, iudicis sententia, &c.
quartò *legitima potestas* obtinendi, faciendi, aut non faciendi aliquid.

Id per quod sis formaliter *dominus*.

Id per quod tibi competat *actio*, per quam persequaris in iudicio, quod tibi debetur.

Necessitudo mutua videtur officia progenerare.

Iustitia, æquitas, &c.

ἐπιείκεια. De nomine æquitatis, æqui & boni & ἐπιείκειας postèa.

Iustitia { nunc quęuis *æquitas*, & æqualitas.
nunc *virtus naturalis, aut acquisita* per quam alteri tribuitur æquale, aut conueniens ab eo quod tribuere debet.
nunc *iustè factum*, vel actio iusta, vel habitus agendi iustè, vel rectitudo habitus, aut actionis aut facti.

δικαίωμα. Consulendę diuisiones iustitiæ.

δικαιοπράγημα. De dicęomate, & dicęopragemate, & adicęopragemate postèa {De nomine δίκης Aristoteles infrà.

Debitum.

δίκαιον. Debitum { aliquid propter solam *honestatem* aut congruitatem: vt egenoęmosyna, folium viti, &c.
aliquid *iure dominij*, vt venditori pretium, emptori mercimonium.

Notio iustitiæ.

Iustitia videtur esse voluntas propriè dicta, vel analogica, per quam vnum propter necessitudinem alteri reddit quod huic congruit, maximè si reddatur tantum quantum congruit, ac debetur.

Caussæ iustitiæ.

Scopus iustitiæ alteri asserere suum, quod asserere debeas propter necessitudinem.

Sedes. Intercedit iustitia inter res aliquo necessitudinis vinculo deuinctas .p. inter dominum & seruum, oculum & pedem, &c.

Versatur circa bonum alienum, quod sit tribuendum illi cui conuenit.

Definienda est voluntate, non scientia, non facultate.

Cuiusmodi quod iustum, & quot in iusto?

Res vna eademque dicitur { ius siue iustum δίκαιον.
æquum ἴσον.
medium ..... μέσον.

Ius hinc duæ personæ, aut quasi personæ necessitudine iunctæ.

Vt e.gr. { quod accipit, vt emptor.
quod largitur .p. venditor.

Æquum hinc res duæ { quod accipitur, { quod æquatur, vt honos.
quod redditur, { id cui ęquatur, vt mercimonium.

Digitized by Google

Medium, hinc { plus iusto, & excessus. / minùs iusto, & defectus.

Ius tamen consistit tantùm in quatuor. n. { in duabus personis. / & in duabus rebus æquandis.

Quia excessus & defectus non stabiliunt ius, sed euertunt.

Existentia.

Datur necessitudo per quam res duæ mutuò obligentur, aut vnum obligetur alteri, hinc *Iustitia*.

Quid opponitur iustitiæ?

Non videtur opponi nisi *iniustitia*, quę habitus & voluntas reddendi minùs iustô. *Occupatio.*

Nam accidit quidem, vt quis plus iusto reddat, reddere consueuerit.

Sed istud plus { non est eius qui redditur. / non pertinet neque ad iustitiam, neque ad vitium quod iustitiæ opponitur, sed pertinet ad liberalitatem, aut saltem ad profusionem. *Resp.*

Quid si eripias vni, vt largiaris alteri? *Occup.*

Resp. te exercere { quatenus eripis, quatenus rapis, *iniustitiam*. / *profusionem*, quatenus largiris. *Resp.*

Sunt tamen qui iustitiæ opponunt { hinc iniustitiam. / hinc nimiam iustitiam; & vitium illud quod significatur hoc præcepto, *noli esse nimium iustus*. *Occup.*

Sed quæ dicitur nimia iustitia { est iustitia specie tenus. / verè est iniustitia; *Resp.*

p. quando plus tribuitur iuri positiuo, quam æquitati. De qua re posteà.

De mensura æqualitatis.

Quæ cadunt in iustitiam mensurabilia, commensurabilia sunt, mensorem & mensuram sortiuntur.

Consulendus sermo de iustitia particulari.

Ex mensura rerum humanarũ ferimus iudicium de mensura rerum alienarũ.

Hypotheses ad iustitiam distinguendam.

Iustitia exquisita redditur à ciue ciui *suum debitum*, & *quantum* debetur. *Prima.*

Dominus, Seruus { parens, filius { maritus, vxor } } personæ sunt distinctæ { realiter. / non ciuiliter. 2.

Mutua officia { tum inter duas personas p. præceptorem & discipulum cernuntur. / tum inter duas partes, aut facultates, totum & partes; vt 3.

Digitized by Google

inter ventriculum & hepar.

Confertur { totum cum partibus, vt in distributiua iustitia.
4. pars cum parte, vt in commutatiua .p. venditor cum ęptore.
pars cum toto, vt in legali .p. miles cum Republica.

Sed partes debent esse duo suppositа naturaliter & ciuiliter distincta, vt habeatur ratio exquisita iustitiæ.

Quotuplex iustitia?

Monitum.

Iustitia alibi confertur cum amicitia, &c.

Ex diuisione iustitiæ habitualis intelligitur diuisio actualis iustitiæ, & cõtrà.

Prima, secunda, & tertia diuisio.

Iustitia { actualis / habitualis } { naturalis / vsu parta } { mutila. / integra. } (.)

Quarta diuisio.

Iustitia { aut non est / aut existit } ęquitas. De qua diuisione postea.

Quinta diuisio.

Est { vna *commutatiua* iustitia; hæc sectatur ęqualitatem *arithmeticam* ..... largitur tantum quantum accipit, accepitue, aut est acceptura.
altera *distributiua*, quæ { sectatur geometricam æqualitatem. / diuidit & tribuit non accipiendo, aut potius non habendo rationem acceptionis; vt quando alimonia membris iustè diuiditur.

Obiectiones.

Prima. Si datur iustitia legalis, non omnis iustitia est commutatiua vel distributiua: Datur autem quędam iustitia legalis. Ergo.

Dist. P. { si commutatiua & distributiua dicatur iustitia, quòd inter *ciues* commutet, diuidat, C.
si quòd quouis modo iustè commutet largiendo & accipiendo, aut iustè diuidat, tribuat, N.

2. Si omne facinus iustum ad iustitiam commutatiuam pertinet, distributiuâ iustitiâ non videtur opus.

Atqui omne facinus iustum cernitur inter ea quæ sibi mutuè debent per officiorum reciprocationem; Ideoque ad iustitiam commutatiuam pertinet: Ergo, &c.

Dist. P. { si quoduis & secundum quamuis collationem & comparationem, C.
si quoduis, sed non secundum quamuis comparationem, N.

Consulendi sermones inferiores.

Digitized by Googl

Sexta diuiſio.

Quauis iuſtitiâ redditur alteri propter aliquam neceſſitudinem, quod ipſi conuenit.

Prim à & exquiſitâ redditur { tum quod conuenit / tum quod debetur. / tum tantum quantum conuenit.

Secunda { tum conueniens / tum debitum } redditur, ſed non tantum quantum debetur, vt religione.

Tertia { quod conuenit / quantum conuenit } ſed quod non debetur, vt liberalitate.

Septima diuiſio.

Officiorum ſocietas & neceſſitudo inter duo variè animaduertitur.

Nam { aut in *vno* eodemque *ſuppoſito* ..... tumque non tam iuſtitia occurrit, quàm iuſtitiæ quædam imago;
p. { commutatiuę, ſi ventriculus & manus inter ſe conferantur. / diſtributiuę, ſi alimonia cum omnibus membris. / legalis, ſi ventriculus conferatur cum toto homine.
aut in *duobus ſuppoſitis*, tumque modus triplex:

Quia { vel vtrumque eſt *irrationale*, nec iuſtitiæ capax, niſi per quandam ſimilitudinem: vt ſi conferatur elephas cum elephante, fera cum ſuis catulis, &c.
vel { vnum *irrationale* vt equus / alterum *rationale* vt auriga } et non occurrit iuſtitia germana.
vel denique *vtrumque eſt rationale*, & perſona, vt homo & Angelus, homo & homo, homo & Deus, &c.

Atqui { iuſtitia exquiſita occurrit, ſi adſint conditiones requiſitæ, & declarandæ.
non occurrit exquiſita niſi adſint.

Quando exquiſita iuſtitia?

Cùm { primò perſonæ quæ mutuò obligantur *diſtinguntur ciuiliter* aut quaſi ciuiliter.
2. redditur *tantum quantum* conuenit.
3. redditur quod debetur lege, & dominii iure ab eo qui reddit tribuit.

Quotuplex exquiſita iuſtitia?

Eſt diuina, Angelica, & humana.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De Iustitia humana.

Quotuplex in homine iustitiæ occurrit ratio?

Est { vna quæ occupatur circa *debitum iure dominij.* [·]
altera quæ circa id quod *debetur tantùm iure honestatis*, aut congruentiæ.

Est { exquisita { commutatiua { integra.
non exquisita { distributiua { non integra.

Est { vna per quam homo afficitur ad aliquid ab homine;
quæ { siue propriè illi debeat, vt Deo.
siue impropriè tantum, vt iumento, agro, &c.
altera per quam homo ad hominem aliquidue in homine constitutum.

Tum { prior quæ omittitur ab Aristotele, per quam homo vnus afficitur ad seipsum, aut quæ in vno eodemque homine afficiuntur ad se inuicem, &c.
vt { pes ad oculum.
ventriculus ad reliqua membra.
oculus ad totum hominem.
posterior per quam vnus homo ad alterum afficitur, atque hæc triplex.

Prima dicitur { herilis { per quam debitum reddit { dominus seruo.
seruilis { seruus domino.

Secunda paterna per quã { aut coniuges sibi inuicem.
aut parentes liberis, & contrà.

Tertia politica siue ciuilis, quæ inter dũos ciues, aut inter ciuem & legem ac legislatorem.

Tres posteriores versantur inter duas personas humanas.

Hæ { non distinguntur ciuiliter, vt { dominus { parentes { vir.
seruus { liberi { & vxor;
tumque iustitia non est exquisita.
vel distinguntur ciuiliter, tanquam ciuis vnus & ciuis alter: tumque iustitia potest esse exquisita. n. si reliquæ conditiones adsint.

Digitized by Google

Hîcius { *œconomicum*, quod { vel herile, ſeruileue. / vel paternum.
politicum, & ciuile quod propriè ius.

Quotuplex cogitatur iuſtitia ciuilis?

Duplex, quoniam homo & ciuis duobus modis dicitur iuſtus.

Iuſtus { tum νόμιμος qui legi paret.
tum ἴσος & æquus, qui æqualitatem ſeruat, &c.

Vt { iniuſtus { tum παράνομος qui legem violat.
tum ἄνισος pleonectes, fraudator & iniquus.
iniuſtum { tum quod παράνομον.
tum quod iniquum.

Ergo { vna iuſtitia quæ dicitur legalis, catholica, vniuerſalis per quam legi & legiſlatori, domino & cuſtodi legis debita redditur obſeruantia.
altera particularis, per quam alteri ciui ſuum à ciue debitore redditur, vt merces, pretium, mulcta, &c.

δίκαιος.
παράνομος.
ἄνισος.

Eſt-ne aliqua iuſtitia ciuilis?

Notiſſimum quidem illud ex ſchola Epicuri, τὰ ἑαυτοῦ πράττειν *oportere agere negotium ſuum.*

Sed { primum obligamur Deo, conditori, & cuſtodi legis, parentibuſque per naturam.
deinde procliues ſumus per naturam, ad ciuilem ſocietatem, vt & ad œconomicam, proindeque ad curanda aliena.

Idcò præter virtutes quibus tibi propriè conſulis, opus eſt habitu quo rectè afficiaris. p. aduerſus Deum, legem, Remp. &c.

Ciuis debet conſulere & toti Reipublicæ, & alteri ciui: ſed duobus modis dicimur ciues. De qua re alibi.

Subiectum eius.

Habitus hic videtur ſtatuendus in voluntate ſola, niſi legalis iuſtitia confunditur cum virtutibus particularibus.

Voluntas noſtra quanquam deprauata propter vitium primigenium, non mediocriter eſt procliuis & valida ad boni ſui procurationem ... . niſi perturbationibus impediatur.

Sed ad alieni procurationem haudquaquam eſt ſatis propenſa: itaque in eam partem confirmanda eſt aſſuetudine.

Officium.

Per iuſtitiam ciuis debet reddere quod debet, aut ciui alteri, aut legi ac legiſlatori.

Digitized by Google

Obiectum.

Remota materia iuſtitiæ humanæ,& ciuilis,eſt *bonum alienum*: [ſiue ſit publicum,ſiue priuatum.]

Reddendum ei cuius eſt, & cui debetur, vt legi obedientia, militi ſtipendium,mercenario merces.

Affectus per ſe iuſtitiæ non proponuntur; ſed per accidens tantum, & quatenus aliquomodo referuntur ad ſuum reddendum alteri: ira impedire poteſt, quo minus legi pareamus: itemque timor,libido, audacia, &c. ſed præſidium petendum eſt manſuetudine,à temperantia,&c.

Actiones contra per ſe iuſtitiæ proponuntur. n. illæ quibus obſeruantur leges & ſuum cuique redditur.

Sunt autem { *interiores*, vt velle,reddere alienum, &c.
{ *exteriores*, vt emere, vendere,lagiri, &c.

Quod munus iuſtitiæ exquiſitæ?

Eſt { iuſtitiæ cuiuſuis alteri tribuere ſuum,& conueniens.
{ exquiſitæ tribuere alteri perſonæ,quod iure debetur,quantum debetur.

Quotuplex alienum?

Vel eſt publicum..... vel eſt omnino alienum.

Gen. 5.

Iuſtitia videtur eſſe de genere *virtutum appetitus*.

Monitum.

Cætera quæ pertinent generalem ad doctrinam repetenda è ſequentibus.

ARTICVLVS III.

De Iuſtitia legali, ſeu vniuerſali.

Quæ illius notio?

Cogitatur tanquam moralis virtus,quæ nos reddit proniores ad legum obſeruationem: ſed alia à prudentia.

Quæ illius appellatio?

Dicitur { *legalis* quia illius opera ſeruantur *leges*.
{ *catholica*, vniuerſalis, & generalis.

Catholica { non quod ſit prædicatum commune pluribus, vniuerſale in prædicando.
{ ſed alio ſenſu, & ſignificatu.

Vt exercitus Scoto. Vt miles. D. Thomæ. Vt imperator.

Sed { quibuſdam quod ſit inſtar *exercitus*, ſit omnes virtutes, ſit cœtus virtutum omnium,quatenus ad leges referuntur.
{ aut moralis virtus,quatenus tendit ad legum obſeruationem.
{ aliis eſt vniuerſalis: vt imperator, vt prudentia, vt ſol quod ſit vna virtus.

Digitized by Google

virtus voluntatis à cæteris diuersa: sed imperatoria & architectonica per quam efficiamur proniores ad legum obseruationem.

Illis { est { non vnica qualitas / sed coaceruatio multarum } { non noua virtus realiter distincta. / sed nouus tãtum virtutis mod⁹. } vna eademque virtus, vt fortitudo, &c. duplicem habet appellationem.

Dicitur ex.g. { fortitudo quatenus tendit ad vsum, & ornamentum eius in quo est sita. / iustitia legalis parsue illius, quatenus legi debitum reddit.

His { non est tota virtus, omnis virtus, nisi ratione obiecti, & connexionis. p. eodem modo, quo omnis prudentia est omnis virtus. / est vniuersalis sed in caussando, vt sol, forteque propterea ab Aristotele cum hespero comparatur: / coercet virtutes cæteras, quia ipsius lumine fouentur & vigent.

Vtraque opinio sua se tuetur probabilitate.

Posterior tamẽ verisimilior, primò quia iustitia legalis dicitur clarissima virtutum.

2. quia ex tertio Polit. cap. 4. alia virtus viri boni, alia boni ciuis, ex hoc libro multi virtute vti possunt in suis rebus, nequeunt in iis quæ cum aliis ipsis intercedunt. Magistratus dicitur ostendere virum.

3. quia quæ virtus propriè respondet prudentiæ ea est vniuersalis, eo modo quo prudentia, ideoque in caussando.

Obiectiones.

Iustitia legalis dicitur ab Aristotele esse { non pars virtutis. / sed virtus vniuersa. } *Primæ.*

Iustitia in se se virtutem amplectitur omnem.

Ergo sententia prior videtur esse verisimilior.

Resp. modum hunc variè solui: licet ferè eòdem recidant responsiones.

Nam { si essentia ipsius consideretur non autem fructus, & influxus, non est tota & vniuersa virtus. / tota est { primò si spectetur materia obiecta. / 2. per concomitantiam, siue si consideretur connexio eius cum aliis virtutibus.

Si quidem { vtaliæ virtutes semper coniunguntur cum prudentia saltem cum partiali. / ita non separantur à iustitia legali.

Vni virtuti speciali non proponitur materia virtutum omnium, & tota. 24.

Iustitia per sententiam posteriorem est quædam specialis virtus. Ergo.

D. P. { tota & secundum omnes *modos*, quibus formari & elaborari potest: C. / tota, sed non secundum omnes modos N.

Digitized by Google

Grammatico, Rhetori } proponitur quæuis oratio elaboranda.
Dialectico } non proponitur secundum omnes elaborationis modos.

Iustitia sibi proponit pecuniam, honores, dignitates, &c. Sed tantùm quatenus ad legem referuntur.

Finis, necessitas.

Scopus, procurare bonum publicum, & seruare legem.

Necessaria iustitia legalis, quia ad officium illud non sufficit natura cum aliis virtutibus.

Sedes.

Est { in voluntate sita hæc virtus, si est instar imperatricis.
in voluntate & appetitu sensitiuo, si instar exercitus.

Obiectum.

Materia remota est debitum legi, siue iustum. De quo posteà.

Actiones occurrunt illæ, quibus leges obseruandæ, & quibus inlegestendimus potius, quàm affectus.

Præceptum.

Principi, Reip. & legi debetur obedientia, obsequium, &c.

Moderatè & honestè viuendum est.

Publicum priuato anteponendum est.

Vitium.

Iniustitia legalis omne amplectitur peccati genus.

Subordinatio.

Vt prudentiæ, Ita huic iustitiæ } subsunt cæteræ virtutes.

Nemo prudens, nisi alia etiam virtute præditus.

Nemo legaliter iustus, nisi pariter alia instructus virtute, quæ legali iustitiæ subsit.

Sed { subdita virtus interdum habet aliud nomen, vt fortitudo, temperantia, magnanimitas, &c.
interdum idem, vt quæ dicitur iustitia particularis.

Comparatio.

Hæc virtus similis iustitiæ commutatiuæ & distributiuæ.

Commutatiuæ, quia { leges, principes, & respublica præstant nobis aliquid.
nos rependimus illis obseruationem, obedientiã, &c.

Distributiuæ, quia { obedientia legibus præstatur geometrica proportione.
etenim quò lex est sanctior vtiliorque, eò est religiosiùs seruanda.

Vt lex ad legem ſe habet, ita obſeruatio ad obſeruationem.

Quid iuſtitia legalis?

Virtus moralis ſita in voluntate, &c. quæ propoſitam habet legum obſeruationem, & publicum bonum.

Quid iuſtitia apud Iuriſperitos?

Conſtans & perpetua [eo ſenſu quo perpetuæ virtutes aliæ] *voluntas ſuum cuique tribuendi.*

Quid hîc voluntas?

Volendi habitus, niſi definitio eſt materialis.

Quid illic definitur?

Particularis iuſtitia, ſi interpreteris { τὸ *cuique*, cuique ciui. / τὸ ſuum debitum iure dominii. } [·]

Quæ uis ſi { per *voluntatem* intelligas appetitum. / per *ſuum*, quod debetur, aut congruit. / per τὸ *cuique*, illud cui ſuum ab alio tribui debet. }

Legalis iuſtitia ſi proferatur hæc interpretatio, iuſtitia eſt conſtans & durabilis voluntas tribuendi cuique rei, aut perſonæ ſuum prout debetur lege.

Monitum.

Imperat { vt Logica virtutibus dianoëticis. / ita Iuſtitia legalis virtutibus moralibus. }

Dicitur { vt aliquis ex habitibus, qui arti logicæ obſequuntur, *ars & thecna*. / ita aliquis ex iis, quæ obſequuntur legali iuſtitiæ, *iuſtitia*. }

ARTICVLVS IV.

De Iuſtitia particulari.

Notio & nomen.

Iuſtitia hæc eſt virtus voluntatis, per quam procliues ſumus ad procurandum bonum alterius ciuis, quod procurare debeamus.

Qui ſeruat legem ita eſt legaliter initus, vt aliam etiam induat (viri boni & virtuoſi) perſonam, & appellationem. p. fortis, temperantus, iuſti particulariter, &c.

Iuſtitia { generalis { eſt veluti ſol, & cauſſa prima, &c. / virtutes alias ſubditas habet, cumque iis operatur. } / particularis eſt veluti arbor & cauſſa ſecunda, longeque anguſtioribus continetur finibus. }

Digitized by Google

Existitne?

Admittenda primò quia si virtute est opus ad boni nostri procurationem, multo magis ad alieni, ad planè alieni.

2. quia iniustus est qui iniuriam alteri facit eo ipso quòd eam facit.

3. quia { violationi legum semper annectitur alia vitiositas. / qui defraudauit alterum non dicitur nisi iniustus. / ideo iniustitia in eo duplex est cogitanda.

πλεονέκτης. Vna per quam legem violauit, & vnde dicitur violator legis.
Altera per quam spoliauit suum ciuem ... & vnde pleonectes, defraudator.
Etenim fieri potest, vt defrauderis à viro minimè auaro; iniustus solet appellari, qui iniustitiam facit alteri, quatenus eam facit.

Quæ sedes?

Voluntas; quæ per naturam non est satis prona ad alieni boni procurationem.

Quod obiectum remotum?

Primariò & per se *bonum alienum*, quatenus à nobis procurabile: ideò bonum *fortunæ* alienum, quo contineatur secunda fortuna.
Secundariò & per aliud malum fortunæ alienum, &c. vt ex. gr. pecunia aliena, & quicquid ex alienis pecunia est æstimabile aliquo modo.

Quod proximum?

Actio per quam versamur circa bonum alienum; magis quàm *affectus*.

Quæ præcepta prima?

Sunt, *alteri ciui ne feceris quod tibi factum nolis, alteri feceris quod tibi factum velis.*
Aut potius: *alteri feceris, quod debes facere*, &c.
Nam priora duo præcepta ad amicitiam & charitatem magis pertinent, quàm ad iustitiam.

Potiorne amicitia?

Amicitia potior quàm iustitia, & hæc quàm militaris fortitudo.

Quid insinuat iustum?

Insinuat { vt *iustum* duas aut plures personas. / vt *æquum* duas aut plures res æquales. / vt *medium* plus iusto, & minus iusto.

Quale obiectum?

Est quid alienum pendens à nobis, ideo à fortuna commutabile ..... commensurabile, inæquale, & varium.
Quid sit æquandum, & cui rei æquandum, quæretur posteà.

Continetur-ne iustitia particularis ratione?

De hac quæstione & de mensura rerum quæ iustitiæ particulari proponuntur, loquemur infrà.

Digitized by Google

Quæ vitiositas?

Iniustitia per quam defraudamus alterum.

Iniustus qui { plus mali / minus boni } quàm par sit, alteri tribuit.

Alteri largiri plus iusto & plusquam debeatur boni, non pertinet neque ad iustitiam, neque ad iniustitiam.

Qui plus sibi quàm par sit bonorum quibus secunda fortuna continetur tribuit, dicitur *pleonectes*, defraudator.

Qui minus sibi tribuit mali, censetur plus sibi tribuere boni.

Obiectio.

Vbi sunt duæ oppositæ actiones, illic si virtuti locus duo nasci possunt vitiosi habitus. *Prima.*

Atqui in iustitiæ materia duæ oriuntur actiones;

.n. { vna quæ lucrum spectat. / altera quæ infert damnum.

Ergo vitiosi habitus duo illic videntur cogitandi; ¶

.p. { vnus quo nobis lucrum, alteri damnum / alter quo alteri lucrum, nobis damnum } inferamus.

Dist. P. si vna exerceatur sine altera, peccarique possit in vnam partem, ita vt in alteram non peccetur, C. Secus, N.

Ad S. Resp. nos simul dare & accipere lucrum, vel damnum, vel vtrumque.

Præterea Resp. actiones in iniustitia non propriè sibi aduersari.

Actio qua infertur alicui damnum aduersatur actioni, qua eadem infertur lucrum.

Sed actio qua tibi infertur damnum non aduersatur actioni qua mihi lucrum.

In commutando { vnus habitus quo nocemus alteri. / alter quo nocemus nobis. } 2.

Ergo iustitiæ opponuntur duo vitiosi habitus.

Resp. habitum quo tibi noceas, tuaque perperàm tibi eripias, pertinere ad imprudentiam & prodigalitatẽ, non ad iniustitiam, quæ versatur in alieno.

In tribuendo tibi etiam nocere potes, quando es vnus ex numero eorum quibus debetur aliquid commune.

Sed vitiositas ea pari iure pertinet ad profusionem & imprudentiam in diuidendo, non ad iniustitiam; qui plus largitur boni, de suo largitur, &c.

Quid si hoc alteri eripuerit? Resp. hocce nomine iniustum esse.

Quotuplex iustitia particularis?

Sunt qui non admittunt nisi commutatiuam.

Est { vna *commutatiua*, quæ confert acceptum, vel accipiendum cum eo quod rependitur. p. mercimonium cum pretio. / altera *distributiua*, quæ confert inter se multa quæ tribuuntur ..... }

non cum ijs quæ rependuntur.

Ex. gr. { ſtipendia cum ſtipendijs, pretia cum pretijs, mercimonia cum mercimonijs.
non autem mercimonium cum pretio, militiam cum ſtipendio.

Æquatur { commutatiua arithmeticè, redditum accepto.
diſtributiua geometricè, reddendum reddendo.

Quomodo diſtinguntur hæ iuſtitiæ?

Secernere eas { ratione facile, vt perſpicuum.
realiter non neceſſe eſt, quia fruſtra, &c.

Et quidem in eadem ſunt ſede circa obiectum idem, ſimul exercentur, pertinentque ad idem facinus.

Debet { rex militi ſtipendium } hinc iuſtitiæ commutatiuæ vſus.
{ miles regi militiam }

At ſi conferatur { ſtipendium cum ſtipendio } iuſtitiæ diſtributiuæ locus.
{ militia cum militia }

Habere ſe debet { arithmeticè mercimonium ad pretium, &c.
geometricè pretium ad pretium.

Quæ ſoluendo eſt, ſoluat arithmeticè, & ita vni, vt nó habeat rationé alterius.
Quæ ſoluendo non eſt, ſoluat geometricè, aut ſaltem ferè geometricè.

Potior { inter amicitias ea quæ arithmetica } æqualitate vtitur.
{ inter iuſtitias ea quæ geometrica }

ARTICVLVS V.

De diſtributiua Iuſtitia.

Nomen.

Iuſtitia hæc à diuidendo habet appellationem.

Exiſtentia.

Non ſatis conferre pretium cum mercimonio, militiam cum ſtipendio, cum mercede operam, &c.

Sed conferre oportet ſtipendium cum ſtipendio, operam cum opera, pretium cum pretio, &c.

Ergo { non ſufficit commutatiua } iuſtitia.
{ ſed requiritur diſtributiua }

Obiectio.

Si quoduis facinus particulariter iuſtum pertinet ad iuſtitiam commutatiuam, & quoduis peculiariter iniuſtum ad iniuſtitiam commutatiuam

Digitized by Google

..... non videtur opus iuſtitia diſtributiua. Verum eſt antecedens. Ergo & conſequens.

Diſt. P. { ſi quoduis & ſecundum quamuis comparationem, C.
{ ſi quoduis at non ſecundum quamuis collationem, N.

Finis.

Finis eſt, commune ijs quibus eſt commune pro cuiuſque merito partiri & diuidere in ciuitate.

Largiri alienum non habendo rationem remunerationis quatenus eſt remuneratio.

Quod obiectum remotum?

Commune bonum aut malum quod à nobis diuidendum ijs ciuibus quibus eſt commune..... vt honos, prȩmium, vectigal, &c.

Quæ natura?

Virtus hæc definitur iuſtitia per quam largimur alteri ciui ſuum ſine officij reciprocatione, aut ſaltem ſine huius conſideratione.

Virtus per quam commune ijs quibus eſt commune tribuitur geometricè ei pro cuiuſque merito.

Quæ vitioſitas?

Iniuſtitia diſtributiua eſt cum in diuidendo, &c. non ſeruatur *geometrica propoſitio.*

Cum *minus* largimur vni, quàm mereatur comparatè.

Cùm habetur *acceptio perſonarum*, non meritorum tantùm.

De æqualitate diſtributiua, déque menſore & menſura loquemur infrà.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De Iuſtitia commutatiua.

Nomen, notio.

¶

Commutatio humana quid ſignificet, quæritur.

Eſt { generatim vt hîc contractus quiuis.
{ propriè cum { non pecunia pro re, vel pro opera, vt in emptione, &c.
{ ſed { opera pro opera tribuitur.
{ res pro re, vt ager pro domo.
{ vel res pro opera, vt triticum pro cultura vineæ.

Contractus { propriè inuoluit mutuam obligationem, vt matrimonium, conductio, locatio, &c.
{ hîc ſignificat commercium quoduis ciuis cum ciue.

Hinc nomina iuſtitiæ huius. Notio repetatur è Rudimentis.

Obiectum.

Iuſtitia verſatur { in commutabilibus bonis, & malis. De quibus poſtea.
{ in commutationibus & contractibus.

Contractus definitur commercium, quo mutuò accipimus, & largimur lucrum, damnum vel vtrumque, aut acquiritur ius accipiendi.

Est { voluntarius, vt emere, vendere, locare, conducere, permutare, fœnerari, stipulari, spondere, &c.
inuoluntarius { apertus, vt latrocinium, raptus, &c.
clandestinus, vt furtum, dolus malus, &c.

Voluntarius ille demum qui vtrique gratus .p. emptori & venditori, &c.

Damnosa { emptio / locatio } &c. est { absolutè voluntaria.
secundum quid inuoluntaria, quia damnum fugimus.

Quæ contrahuntur propter metum qui cadat in constantem virum,

ea { moraliter magis voluntaria, quàm inuoluntaria.
politicè inuoluntaria, quia parum voluntaria.

Officium.

Iustitiæ vsus est suum & acceptum alteri restituere, iudicare, &c.

Natura.

Hæc virtus est iustitia quæ contractibus præest, alterique ciui suum reddit, per æqualitatem arithmeticam.

Vitiositas.

Occurrit iniustitia commutatiua. Peccata in commutatione multiplicia & varia;

.p. { in voluntaria *fraus* in emendo, *vsura* in mutuis, fraus & alia iniuria.
in inuoluntaria { *factum*, vt homicidium, furtum, &c.
verbum.

Verbum autem { in iudicio, vt *iniustè accusare*.
extra iudicium, vt *contumeliâ afficere*, seminare discordias, &c.

Monitum.

Dum distributiua iniustitia exercetur ab eo qui tribuere debet ..... exercetur & commutatiua; quia arrogat sibi aliquid, nec rependit.

Qui eripit vni vt largiatur alteri, vt tyranni faciunt,

dicitur { primum largiri sibi } exercere { primum iniustitiam.
deindè largiri alteri } { deindè prodigalitatem.

IN III.

Digitized by Google

IN III. ET IIII. CAPITA.

Qua ratione & æqualitate vtimur in distribuendo & commutando.

Monitum.

De mensura, logo, analogia, æqualitate, & commutatione geometricæ proportionis breuiter in Rudimentis Ethicis.

Quid ratio?

Est duarum magnitudinum eiusdem generis quædam affectio & habitudo ad seinuicem, vt duorum pedum ad quatuor pedes.

Magnitudinis nomine accipe rem quamuis mensurabilem. n. vt ratio ad artes & disciplinas omnes extendatur.

Itaque habitudo { ciuis ad Rempublicam / discipuli ad præceptorem / & consimilis quælibet } vocatur ratio.

Si quid non est mensurabile, vt Deus, punctus, id non facit rationem nisi per quandam similitudinem.

In recta ratione { vel termini æquantur, vt duo duobus. / vel ita sunt inæquales, vt dici possit quota parte vnus ab alio superetur .p. centesima parte.

Itaque finiti ad infinitum nulla dicitur esse ratio: quia excessus infinitus.

Quid proportio?

Sumitur { sæpè pro *ratione & habitu.* / in vernaculo nostro idiomate pro *ratione*, vt quando dicimus inter longum calceum & breuem pedem non esse proportionem. / hîc pro *analogia*, quam nonnulli vocant *proportionalitatem.*

Analogia est rationum similitudo, vel identitas vt

Roma alias inter tantum caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Habent se vt 4. ad 8. ita 6. ad 12. (.)

Quotuplex proportio?

Ratio vna quæque constat duobus terminis .p. 4. & 6.

Proportio simplicissima constat duabus rationibus .p. in hunece modum vt 4. ad 6. Ita 8. ad 12.

Progressio verò constat pluribus rationibus, sed connexis & copulatis, vt 2. 4. 8. 16. 32.

Proportio { continua { geometrica, ex. gr. vt 2. ad 4. ita 4. ad 8. / arithmetica, ex. gr. vt 2. ad 4. ita 4. ad 6. } / discreta { musica, ex. gr. vt 4. 6. 12. (2. 6.) }

Digitized by Google

Continua est vbi vnus terminus duplici inseruit rationi, vt sit in progressionibus: ideò constare potest tribus tantum terminis, vt hęc ex. gr.

Habent se vt 2. ad 4. ita 4. ad 8.

Discreta est quando non inuenitur terminus qui inseruiat duplici rationi, itaque necessariò postulat quatuor terminos .p. hęc.

Afficiuntur vt 2. ad 4. ita 6. ad 12.

Vsui est { arithmetica proportio commutatiuæ iustitiæ. / geometrica distributiuæ. / harmonica iustitiæ legali, aut politicis rebus.

Quando auditur hæc oratio vel quæpiam consimilis, ego tantum supero magnitudine fratrem, quantum pater superat; geometricane an arithmetica proportio vsurpanda veniat incertum est, sed res hinc æstimetur.

Interuallum { in geometrica simile est, non autem idem, seu eiusdem magnitudinis. / in arithmetica idem planè est, seu planè æquale.

Arithmeticus hîc sensus qua parte superat, & ego supero: Id est si superat pede, & ego pede, &c.

Geometricus iste quota parte superat, & ego supero .j. si superat decima parte, & ego decima; si duodecima, & ego duodecima.

Commutatio proportionis geometricæ.

Licet geometricam proportionem permutare: permutatur ad hunc modũ, vt 2. ad 4. ita 6. ad 12.

Ergo vt 2. ad 6. ita 4. ad 12.

Si vt se habet primus terminus ad secundum, ita tertium ad quartum; sanè vt primus se habebit ad tertium, ita secundus ad quartum.

Habet se { vt dominus ad seruum: ita pater ad filium. / ergo vt dominus ad patrem: ita seruus ad filium.

Diuisio proportionum per materiam.

Proportiones variæ si repetatur appellatio à materia cui applicantur .p. grammaticæ, medicæ, morales.

Qui termini moralium proportionum?

Requirit { *iustum* duas personas, aut plures. / *æquum* duo æqualia. / *medium* duo extrema .n. excessum & defectum.

Sed hæc duo non constituunt iustum & iustitiam: ideò ius, siue iustum in quatuor terminis consistit.

Quæ æquatio & æqualitas moralis?

Æquatur quid { vel per mutationem sui. / vel per mutationem rei alterius.

Æqualitas moralis vt habeatur in negotio iustitiæ, terminorum aliquis per mutationem sui dicitur æquari.

Digitized by Google

Æquare oportet { vel rem rei .p. calceum calceo, pileum pileo, &c.
vel personam personæ .p. militem sutori.
vel personam rei.
vel rem personæ. §
vel rem rei, & personæ.
vel personam rei, & personæ.

Non est autem æquanda *persona personæ* .p. militi medicus, quia respub. artificibus & artibus inæqualibus & dissentaneis constare debet.

Inæqualitas personarum contemnitur in commutationibus, non debet pluris emere Crœsus, quàm Irus.

Personarum { æqualitatem } iustitia { commutatiua non spectat.
inæqualitatem } { distributiua spectat, sed nó facit.

Non æquanda *persona rei* ..... quia res sunt propter nos, non æquatur pes calceo, sed pedi calceus.

Sed { *res rei* .p. stipendium stipendio.
& *res personæ* .p. stipendium tribuno, vt calceus pedi.

Æqualitate { arithmetica tantùm tribuitur maiori personæ, quantum minori.
geometrica tribuitur { maiori plus.
minori minùs.
pari æquale.

Ergo res commutabilis rei commutabili æquanda, vt fit in commutationibus; vel res rei, & personæ, vt fit in distributionibus.

Vt excessus comprehẽdatur rerum singularum cognoscendum est pretium, personarum meritum, communique mensura explorandum.

Cuiusmodi sunt quæ commutabilia?

Mensurabilia: vt diuitiæ, sanitas, &c. quia intensionis, vel extensionis rationem habent;

Varia quia { Resp. est corpus conflatum ex dissentaneis.
commercia sunt propter necessitatem, simile non eget simili, sed dissimili. Non eget sutor, sutore, sed agricolâ.

Inæqualia quoniam rerum aliæ alijs operosiores, difficiliores etiam in eadem specie.

Æquantur { non quæcunque *mensurabilia* .p. pondus & longitudo, linea & tempus, superficies & dignitas, &c.
sed duntaxat quæ *comparabilia* propriè, commensurabiliaque sunt, quæ communem mensuram mensoremque habent.

Commutabilia autem sunt huius generis omnia: Siquidem mensoris officium prudentia facit; quæcunque verò communem ad finem referuntur vt commutabilia ad vsum hominum, ea mensuram communem sortiuntur: Finis enim vel est mensura modiorum, vel suppeditat mensuram.

Digitized by Google

Diuisibilia per se, vel per aliud .p. per pecuniam, vt deueniri possit ad æqualitatem.

Quis mensor, quid metitur, & vbi?

Mensor vir prudens, qui nouit tum mensuram, tum rem mensurabilem, & mensuram applicare potest.

Vir prudens metitur in commercio, in delectu.

In delectu metitur tum *bonitatem*, per quã res nobis sunt vsui, tum *necessitatem*. Eligibiliora non quæ meliora: sed quæ magis necessaria.

In commercio metimur necessitatem & raritatem, vt cognoscatur pretium & valor rerum.

In personis mensuramus merita, vt res commensurentur merito.

Quæ æqualitas procuranda in distributionibus?

Iustitia distributiua seu diuisiua vtitur æqualitate *geometrica*.

Arithmetica si vteretur, statim oriretur officiorum turbatio, cessatio, concidet societas humana, & natura rerum;

.p. { si neutiquam plus stipendij Centurioni tribueretur, quàm militi gregario.
{ si tantundem oneris ditissimo, & pauperrimo imponeretur.

Quomodo procuranda?

Vt distributio fiat, efficiatur, iustitiæ distributiuę opera: Primùm analogia & proportio instituenda in hunc modum.

Vt persona ad personam habet, ita res ad rem.

Centurio, miles gregarius, centum, duodecim.

Deindè proportio mutanda est in sequentem modum. 9

Centurio ..... miles gregarius ..... centum, duodecim.

Habet se vt Centurio ad militem gregarium: ita centuria ad duodecim: ideò vt Centurio ad centum, ita gregarius miles ad duodecim asses.

Accipiat ergo { centurio centum libras.
{ miles gregarius duodecim.

Vsurpare licet regulas societatis arithmeticas.

Quæ æqualitas in commercijs & commutationibus?

Arithmetica vtendum in commutationibus, quantum licet per mensurandi & æquandi difficultates.

Geometrica si vsurparetur, omnia statim turbarentur.

Confestim quis fieret { ex paupertimo ditissimus.
{ ex ditissimo pauperrimus.

Agellus qui tertia pars possessionum pauperculi alicuius viri à rege emendus foret tertia regiarum facultatum parte.

Digitized by Google



Pretia eiusdem rei eodem tempore & loco varia forent & multiplicia pro emptorum venditorumque numero, conditione, & fortuna.

Obiectiones.

Decet pluris emere principem, quàm aliquem è vulgo. *Prima.*

D. { per legem liberalitatis C.
   { per legem iustitiæ commutatiuæ N.

Si nolit paulo pluris emere, non ideo iniustus appellabitur, sed sordidus.

In ciuitate { quædam onera imponuntur ex æquo, & per capita, per focos, &c. 2.
            { pariter quædam munera, quæ bona publica: vt pascua, ceduæ syluæ diuiduntur ex æquo.

D. { per se & quatenus ciues sunt inæquales N.
   { per accidens & quâtenus ciues sunt secundum quid æqualis luris, & meriti C.

Fieri potest per accidens, vt geometrica proportio recidat in arithmeticam.

Vt duobus ciuibus tantundem imponatur oneris.

Duobus militibus stipendii tantundem persoluatur.

Pretia rerum variantur pro varietate temporum, locorum, &c.

Præterea vis & iniuria illata viro principi est grauior illa, quàm quæ infertur 3.
alicui è plebecula.

Ergo in commutando geometrica proportio vsurpanda est.

Dist. confertur { vel merx vna cum merce altera: iniuria cum iniuria.
               { vel { merx cum suo pretio, habita ratione loci, temporis &c.
                    { iniuria cum compensatione, &c.

Collatione { in priori deprehenditur geometrica proportio; sed tum duo iusta, duo commercia inter se conferuntur.
           { in posteriori semper est locus arithmeticæ proportioni, pretium æquatur merci, mulcta iniuriæ.

Non dubium dum merces duæ, duoque pretia conferuntur per proportio-

Digitized by Google

nem quin geometricam conficiant.

Vna vlna. duo aurei. quatuor vlnæ. octo aurei.

Sed quando consideratur tantum vnum commercium, semper confugiendum est ad æqualitatem arithmeticam, tantumque emptor accipere debet, quantum largitur venditor, decem aureorum merx. emptor. decem aureorum pretium.

Habét se arithmeticè { vt decem ad venditorem. / ita decem ad emptorem.

Habet se vt emptor ad decem: ita venditor ad decem.

4. Quando rex militibus stipendia persoluit debita, vtitur iustitia commutatiua, persoluit nihilominus geometricè: Ergo in commutationibus geometrica vsurpatur proportio.

Dist. P. { si conferatur Rex quatenus debet, cum militibus quibus debetur, quique regi militarunt aut sunt militaturi C. / sin conferatur debitum stipendium cum militibus quibus diuidendum est N.

Dist. S. si spectetur posterior comparatio C. si prior N.

Negatur Conclusio, quia posteriori nomine vsurpatur iustitia distributiua, non commutatiua.

De æqualitate inuenienda, deque Iudice.

Cum æqualitas rerum commutabilium non occurrit, confugiendum est ad *medium*.

Æqualitas enim medium inter plus iusto, & minus iusto.

Plus agere ad *excessum* pertinet, lucrumque dicitur.

Plus pati ad *defectum* & damnum dicitur.

Medium autem idem quod *ius*, iustum, æquum.

Ius declarare est Iudicis, qui dicitur ius animatum, applicator legis.

μεσόδικος. δικαστὴς

Vt ergo ius inueniatur, confugiendum est ad iudicem: ideo iudex dicitur μεσόδικος, medianus, mediator. Et δικαστὴς ab aduerbio δίκα.

Si quidem vt medium inueniatur inter excessum & defectum ..... excessus in duas æquales partes est diuidendus: cùm ex. gr. ego habeo octo, & tu duodecim ..... oportet excessum diuidere in duas æquales portiones. i. &c.

Si mihi excessus tuus tribuatur. p. quatuor è tuis, non dubium quin te sim superaturus qui superabar antea.

Ego 8. tu 12. ego 12. tu 8.

At si excessus [quatuor] in duas æquales partes diuidatur. p. in duos binarios, eorumque vna mihi tribuatur, altera vero à te retineatur, venietur ad æqualitatem, & vterque nostrum decem est habiturus.

Ego 8. tu. 12. ego. 10. tu 10.

Sed caue nè quod detractum est per iniuriam quodque per iustitiam reponendum venit, habeas pro integro excessu.

Digitized by Google

Si quidem cùm duarum æqualium rerum vni adiiciuntur duo pedes, quæritureque quantus ſit exceſſus, diſtinguendum;

Nam { ſi duo illi pedes alteri æqualium ſunt adempti, quator erunt pro exceſſu.
{ ſin autem ſunt aſſumpti aliunde, exceſſum faciunt duo.

Tu mihi debes centum, & largiris centum: ſed ego non largior niſi octoginta, cum tamen pariter debeam centum: pro exceſſu habeo quadraginta, non viginti tantum.

Venietur ad æqualitatem, ſi exceſſus diuidatur in duas æquales partes, earumque altera minori quantitati adiungatur.

Aduertantur tres ſequentes lineæ.

Media linea æqualitatem arguit.

Quæ commutationis ratio?

Res ſecatur { vel per ſe, vt frumentum, vinum.
{ vel per aliud, quod pro ipſa accipiatur, vt domus per pecuniam.

Si calceis emitur frumentum, aut domus, &c. tot opus eſt calceis, quot neceſſarii, vt æquetur frumenti pretium & valor.

Vt autem fiat commutatio, quæ Reipub. eſt neceſſaria: debet conferri perſona cum perſona, & res cum re, & termini in quadratum ſic diſponi, vt per diametros fiat commutatio in h.m.



IN CAPVT V.

De Talione, æqualitate, & menſura.

Summa.

Non eſt iuſtitia planè idem quod talio: quæ tamen in commerciis videtur habere locum.

Quæ permutantur comparari poſſunt.

Menſura communis duplex *inopia*, & *nummus*.

Digitized by Google

PRO APPENDICE
ET EXPLICATIONE.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Talione.

Talio quid, quotuplex?

E cõtextu *Talio* (contrapati) in eo posita est, quod quis tantum patiatur, quantum egit; tantum rependat, quantum abstulit.

Est { vna talio vbi necessariò redditur res eiusdem speciei, & naturæ, eaque neque melior, neque deterior. p. frumentum pro frumento.
altera per quam redditur aliquid eiusdem pretii & valoris sed non necessariò eiusdem speciei & naturæ, vt calceus pro frumento, mulcta pecuniaria pro vulnere.

Continetur-ne iustum talione?

Iustitiam & iustum contineri talione & reciproca perpessione multi existimarunt.

Distributiua tamen iustitia quatenus est distributiua, neutra videtur vti talione cum *rependat*.

Commutatiuam ad iustitiam quod attinet, commutatio duplex aduertendá;

n. { *voluntaria*, vt venditio, mutatio, permutatio, &c.
inuoluntaria, vt contumelia, &c.

Prior talio, absolutè & omnino non habet locum in commutatione vlla.

Secundum quid & per accidens habere potest: vt in mutatione frumenti, vini, olei, &c. & quando leges decernunt dentem pro dente, oculum pro oculo.

Posterioris generis talio in commutatione retinenda, vsurpanda. i. tantundem valere debet quod accipitur, quantum quod redditur, & contrà.

Tamen { non solius facti, aut rei habenda est ratio. p. ictus, contumeliæ, &c.
sed etiam voluntatis, consilii, deliberationis, &c.

Nam plectendus { minus, qui per iracundiam.
grauiùs, qui ex deliberatione læsit.

Quamuis

Quanuis æquale damnum vtrique intuliſſe videatur.

Si ergo calceis emitur frumenti modius, & tot opus eſt calceis quot ſunt neceſſarii vt æquetur pretium frumenti, &c.

In mutatione { ſiue reddatur idem genus, vt ſal pro ſale.
ſiue eadem ſpecies (idem indiuiduum) vt equus mutuò acceptus.

Præter id quod acceptum eſt, debetur & eſt referenda gratia.

Itaque talio illa prior non conſtituit abſolutam æquitatem.

Cur ergo interdum talio decernitur lege?

Id fit quia leges poſitiuæ non poſſunt habere omnium circonſtantiarum rationem: ideo ruditer non accuratè præfiniunt æquitatem. De qua re poſteà.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De æqualitate, menſura pretij, & menſura naturali.

Monitum.

De menſura alibi. De æqualitate ſuprà.

Menſura quid, qualis?

Menſura eſt quantitas latè ſumpto nomine, quæ adhibetur commodè ad alterius rei quantitatem deprehendendam.

Sit {
- *homogenea*, pòdere non metiris longitudinem, longitudine pondus, niſi per accidens.
- *certa* quantùm patitur natura rei, ne ſit fallax.
- *nota* vt vſurpari poſſit ducereque in cognitionem rei ignotæ.
- *prima & communis* vt poſſit applicari rebus omnibus, quæ ſunt in genere.

Prima { vel maxima in eo genere, quo ſenſu Deus eſt prima menſura omnium rerum.
vel minima, idque { vel accuratè & abſolutè, vt monas.
vel populariter tantùm, vt granum hordei, denariolus.

Pro minima habetur quæcunque in minimas partes facilè diuidi poteſt, vt numus.

Quotuplex menſura pretij in rebus commutabilibus?

Multæ ſunt & variæ menſuræ pretii, vt fœcunditas ſolis, modus vectigalium, principis exemplum, diuturna pax, &c.

Sed omnia duas ad menſuras reuocantur.

Eſt { vna *naturalis*. n. *egelas* ſeu inopia.
altera *poſitiua*, arbitraria, artificioſa. n. *numus* ſiue pecunia.

Digitized by Google

Quid inopia, quæ mensura pretij?

Est publica & ratione vsus *carentia* rei necessariæ, vel vtilis ad viuendum, aut ad benè viuendum.

Quotuplex?

Est { vna rerum necessariarum ad viuendum: vt cibi, potus.
Est { altera rerum necessariarum duntaxat ad beatiùs commodiusque viuendum, vt gemmarum, tabularum, &c.

Unde egestas æstimanda?

Est { non ex collatione rei cum re. p. calceorum huius loci cum calceis alterius.
Est { non ex collatione personarum cum personis. p. pictorum cũ agricolis.
Est { sed ex vsu rei commutabilis.

Hîc vini { plurimum si cum vino alicuius vici conferatur.
Hîc vini { parum tamen si cum vsu Lutetiano comparetur.

Itaque spectandum est quanta sit inopia & copia ratione *vsus*, & *necessitatis*.

Porrò { non spectanda inopia priuata. p. mea aut tua: nam alioquin pluris emere deberet pauperior.
Porrò { sed communis & publica totius ciuitatis, aut regionis.

Est-ne ea egestas idonea mensura pretij?

Quod ita se habet, vt dum ipsum amplificatur, amplificetur pretium rerum commutabilium, idque æquabiliter & per Geometricam proportionem, dumque minuitur, & pretium minuatur, aut contra, hoc si certum est notum; primum homogeneum, &c. idonea est mensura rerum commutabilium.

Atqui egestas rerum commutabilium qualis est declarata, eiusmodi est: Ergo.

Pluris vẽduntur { non quæ *meliora* vtiliorave hominis. p. aqua, quàm vinum.
Pluris vẽduntur { non quæ magis *necessaria*, vt triticum, quàm vinum.
Pluris vẽduntur { non quæ *rariora*, vt equus prodigiosus.
Pluris vẽduntur { sed quæ *meliora*, *rariora*, & *magis necessaria*.

Obiectiones.

Prima. Mensura debet esse stabilis. Sed modus rerum commutabilium seu copia & inopia mutatur in dies: Ergo modus rerum commutabilium non est idonea mensura pretii.

Dist. { propositionem, secundum habitudinem ad mensurabile C.
Dist. { simpliciter & absolutè N.
Dist. { sumptionem, secundum illam habitudinem, N. secundum terminũ C.

Certa est mensura { non quòd nullo mutetur modo.
Certa est mensura { sed quod non mutetur quin mensurabile vnà mutetur.

Digitized by Google

Monitum.

Vterque terminus relationis mutari potest, ita vt relatio retineatur. De qua re in Logicis.

Pretium { nunc magis / nunc minus } in æquali copia, inopia & modo rerum commutabilium; 2,

2. { maius, si maior eo tempore copia pecuniæ in regione. / minus, si minor, vt apud maiores nostros ante centum amos. i. ante Francisci primi tempora.

Ergo inopia non videtur idonea mensura rerum commutabilium.

D. Cons. { inopia rei commutabilis, & pecuniæ N. / inopia rei solius D. { vbi est pecuniæ vsus C. / vbi non est N.

Quomodo differunt inopia pecuniæ, & inopia rei commutabilis?

Inopia { *rerum* { maior auget / minor minuit } / *pecuniæ* { maior minuit / minor auget } } pretium rerum commutabilium. [..]

Est-ne stabile pretium rerum?

Non est quia copia, inopiaque rerum mutatur in annos, in dies, in horas.
Mutatur quia mutantur causæ, quæ partim à natura, partim à mente.
A natura pestilentiæ, sterilitates, calamitates, corruptio frugum, congelationes florum, germinum, &c.
A mente humana pax, bellum, luxuria, solertia, &c.

Obiectiuncula.

Vt se habet hac tempestate diuturna sutoris opera ad diurnum ipsius victum, ad vestitum, &c.
Ita etiam se habebat olim.
Ergo pretia rerum non mutantur per se: sed tantum propter copiam aut inopiam pecuniæ.

Item { vt se habebat olim frumentum ad calceos, mercenariorum operam. / ita etiam nunc habere deprehenditur.

Ergo pretium rei non mutatur per se, sed per pecuniam duntaxat.

Dist. Antecedentia { si sit eadem copia, aut inopia frumenti, sutorum, mercenariorum C, / si sit diuersa. N.

Digitized by Google

Negatur consecutio, quia in eadem copia pecuniæ { nunc res viliores. / nunc cariores, idque in vno eodemque mense, atque die.

Præterea dum vnum efficitur vilius, alterum sæpissimè efficitur carius.

Itaque simul crescerent & decrescerent pecunia, si sola mutaret pretia rerum.

Excrescitne rerum pretium in infinitum?

Non excrescit rerum non necessariarum.

Quia earum { vel augetur absolutè copia. / vel minuitur vsus, multi mortales absumuntur.

Non etiam pretium rerum, quæ ad luxum faciunt.

Quia pretia rerum multos inuitant ad res quærendas, ad artes exercendas vt quæ oritur à pace, abundantia, luxu, superbia, &c.

Ita hinc bellum ex bello, miseria ex miseria, contemptus talium rerum, hinc vilitas.

Meritòne miramur vilitatem priorum sæculorum?

Frustra miramur vilitatem rerum commutabilium in seculis superioribus, cum nostra collatis tempestate.

Quia ferè vilitas illa accepta est referenda pecuniæ modo.

Nam reuera { vt pro locorum / ita & pro temporum } varietate mutantur pretia rerum.

Ferè tamen & vniuersim, vt se habebat olim..... ita etiam nunc habet diurna sutoris opera, ad diurnum victum.

Stipendium militis ad agricolæ mercedem ..... frumentum ad calceos .... bos ad equum, &c.

Obiectio.

Post vitium & germinum congelationem, post certam obsidionem restat ferè eadem copia vini, annonæ, &c. & tamen statim geminatur pretium.

Ergo inopia non videtur idonea mensura pretii.

Resp. { restare eandem copiam absolutam. / non restare eandem respectiuam, & ex vsu æstimatam;

n. quando amplificatur vsus: qui modus vini anno sufficere debebat, duobus annis post congelationem sufficere debet.

ARTICVLVS VLTIMVS.

De Mensura artificiosa pretij.

Est-ne opus alia mensura ab inopia rerum commutabilium?

D. { ad viuendum omnino non est opus, vt { tum ex veteribus / tum ex recentibus } cõstat historiis. / ad benè commodéque viuendum videtur alia opus.

Digitized by Google

Sed quæ { & res ipſas commutabiles metiatur in commercijs.
& earum vices gerere poſſit, earumque ſit perſonale ſignum.

Opus quia { inopia inſtabilior & ignotior propter varietatem *locorum, temporum, &c.*
permutatio emptione eſt antiquior quidem, ſed longè difficilior, incommodior.

Primò quoniam multa commutabilium ſunt ingentis pretij, neque tamen diuidi poſſunt aut debent, vt ſtatuę, naues, &c.

Secundò quia { *non omnis fert omnia tellus.*
ferè qui abundat vno, eget cæteris.
non facilè occurrit vt cùm habes quod deſidero ..... inuicem habeam quæ tu acciperevelis.

Vſurpatur autem pecunia & pecuniarum ſymbolum.

Quare pecunia vſurpatur?

Artificioſam & arbitrariam meſſuram rerum commutabilium oportuit, vel ſaltem vtile fuit obtinere conditiones quæ ſequuntur omnes, plurimas, & præcipuas.

Primò *minimam* eſſe facileue diuiſibilem in minima .n. vt metiatur omnia.

Secundò *exiguo contineri pondere*, & modo .. .... vt facilius exportetur.

Tertiò *durabilem eſſe* { ne confeſtim corrumpatur.
ne quis facillimè ex ditiſſimo efficiatur pauperrimus.

Quartò eſſe *rarum* aliquid &, pretioſum .n. vt paruo ſit pondere & magnitudine.

Quintò *explaratu* facilem eſſe ne adulterina obtrudatur.

Sextò certa concludi *quantitate* .p. pondere, magnitudine, vt ſit menſura.

Septimò inſigniri aliqua *nota & imagine* .p. Cæſariana, &c. tum ne adulteretur facilè, tum ne ſemper menſura egeat perenniterque ſit ponderanda.

Atqui iſta omnia nihil ſibi melius vendicare poteſt, quàm pecunia ærea, vel argentea, vel aurea. Ergo, &c.

Depcudum corio vili numus incidebatur, antequam excogitaretur ratio ſtandi, ferundique æris, argenti, auri.

Quæ ſanè ratio pecuniæ etiamnum ſufficere commercijs poſſet: niſi foret principum auaritia, hominum diſſenſio, &c.

Non ſecus atque vſus plumbeorum calculorum in collegijs canonicorum.

Vetus moneta Tartarorum & quæuis alia conſimilis.

Undè pecunia, & quid?

Dicitur { pecunia à *pecu* propter expoſitam cauſſam.
numus & numiſma à nomo (lege) quia quid arbitrarium. νομίσμα

Numus definitur menſura arbitraria rerum commutabilium conſtans materia vt plurimum pretioſa, durabili, &c. certo concluſa pondere aut magnitudine, & ferè inſignis publica nota, quęque gerit vices rerum com-

Digitized by Google

mutabilium & proillis capitur capiue ſolet in commutationibus & commercijs.

Origo.

Saturnus in Italiam naui deuectus æreum decuſſit numum in cuius memoriã,
Bona poſteritas puppim ſignauit in ære.
Hinc numi noſtratis altera facies gallicè appellatur *pyle*..... quo vocabulo antiquitus ſignificabatur nauis, hinc etiam apud nos gubernatori nomen *pylote*.

Symbolum pecuniæ.

Vt pecunia pro rebus commutabilibus vſurpatur:
συγγραφή. Ita ſyngraphæ, ſymbola chartacea, &c. vſurpantur tum pro ipſis rebus commutabilibus, tum pro pecuniaipſa.

IN CAPVT VI.

Summa.

Docetur { primò quibus iniurijs faciendis quis iuſtus fiat. 9
deindè quam variè dicatur ſiniuſtum.

APPENDIX.

DE INIVSTITIA, ET DE IVRE.

ARTICVLVS I.

De iure dum vſurpatur pro dominio.

De Juris nomine.

Ius à *inſtitia* appellatum volunt: ſed ancipitis ſignificatus. 0
Primò ius *inſculum*, qui ſignificatus alienus.
Secundò ipſa *prudentia iuris*.
Tertiò *legitima poteſtas* faciendi aliquid aut poſſidendi.
Quartò *locus* vbi dicuntur iura metonymicè.
Quintò *neceſſitudo*, vt cum dicitur ius amicitiæ.
Sextò *decretum Prætoris*, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum.
Septimò *ius quoddam*, quod vocatur *honorarium*.
Octauò *ius naturale*, quod omnibus & ſemper bonum eſt.
Nonò *ius poſitiuum*, quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate bonum eſt, quod peculiariter & ſpeciatim ciuile.
Hîc ius ciuile generatim.

Digitized by Google

Quidnam iniuria violat?

Primò *ius* ſumptum pro *neceſſitudine*, quò maior neceſſitudo eò atrocior iniuria.
Secundò ius pro *iuſto* vſurpatum.
Tertiò ius ſumptum pro *regula iuſti*.
Quartò ius illud de quo agimus, ſiue dominium. ¶

Quidnam hoc ius, ſiue dominium?

Id per quod ſumus formaliter domini.
Legitima poteſtas per quam nobis aliquid licet.
Poteſtas Ethica & legitima ..... obtinendi, vel faciendi, vel non faciendi & impediendi aliquid.
Hinc oriuntur *meum*, *tuum*, *ſuum*.

Quotuplex ius huius generis?

Eſt { aut à naturali iure & lege, vt cùm licet vim vi repellere. / aut à poſitiuo, vt cùm licet emptum poſſidere. } ¶
Eſt { *inæquale*, vt ius domini in ſeruum, parentis in liberos, &c. / *æquale*, vt ius emptoris in rem venditam, venditoris in pretium. }
Reddendum iure { æquali tantum quantum debetur. / inæquali quantum licet, non ſemper quantum debetur. }
Ius { æquale inter duos ciues. / inæquale inter ea, quæ non diſtinguntur ciuiliter tanquam perſona & perſona. }
Sed idem habet ius { tum æquale .p. quatenus venditor. / tum inæquale .p. quatenus pater. }
Hominis in Deum { per ſe nihil iuris, quia per ſe Deus nihil nobis debet. / per accidens aliquid iuris .p. quia Deus nobiſcum pactus ſit, promiſerit. }
Qui promittit aut paciſcitur quanuis ex mera liberalitate promittat, paciſcatur, debet tamen poſtcà.
Æquale { vel eſt *ius ad rem*, & veluti facultas impedita ..... n. illud quo quid nondum eſt perfectè *meum*, & in mea poteſtate: ſed tamen debet fieri perfectè meum. / vel eſt *ius in rem*, ſeu ius in re, & eſt velut libera facultas .n. illud ius, quo aliquid iam eſt perfectè meum, aut tuum, aut alterius. }
Quod in rem { vel eſt propriè *dominium* { ſiue ſit perfectum. / ſiue imperfectum. } / vel vſusfructus, aut quaſi vſusfructus. }

Digitized by Google

vel vſus nudus, qui ad ſolam neceſſitatem.
vel denique poſſeſſio.

Dominium.

Dominium quo propriè domini ſumus, definitur ius de re præſertim corporali pro arbitrio & perfectè quantum per leges licet diſponendi, ſi habeas .p. alienandi, & niſi habeas vendicandi, aſſerendi.

Officia domini duo { diſponere. / vendicare.

Acquiritur { tum iure gentium dominium .p. occupatione, venditione, inuentione, traditione, &c. / tum iure ciuili p. vſurpatione, legato, hereditatis additione.

Eſt { aliud dominium quo princeps res omnes ſubditorum ſibi arrogat. / aliud quo ſua ſibi quiſque priuatus.

Eſt { in ſpecie, vt cùm filius dicitur patermorum bonorum dominus. / vel in actu, & eſt perfectius.

Dominus { eſt Deus ſummus, ſingularis, & independens cuiuſuis creaturæ. / Angelus { & ſuarum actionum. / & aliquorum habituum. / Homo { tum actionum & habituum. / tum rerum externarum, iuriumque illis annexorum.

Dominus { non eſt *puer* antequam vtatur ratione, niſi ſpecie & poteſtate. / non eſt *amens* quandiu eſt mente captus. / non eſt quicquid *expers rationis*, quia non vtitur propriè.

Monitum.

De vſufructu, vſu nudo, & poſſeſſione conſulatur Iuriſconſultus.

Vſusfructus.

Vſusfructus { aliquando eſt ipſa fructuum perceptio. / aliquando ius vtendi fruendique re aliena, ſalua ſua ſubſtantia.

Vſus nudus.

Vſus nudus eſt ius vtẽdi tantum non fruendi re aliena ſalua ſubſtantia ipſius.

pertinet { vſus nudus ad neceſſitatem ſolum. / vſusfructus etiam ad commoditatem.

Ius ſuum alienare .p. locare, vendere { vſuarius non poteſt, / vſufructuarius poteſt.

Ius re aliena corruptibili .p. equo { vtendi fruendi eſt quaſi vſusfructus. / vtendi tantum eſt quaſi vſus.

Seruitus

Digitized by Google

Seruitus { *personalis* quæ debetur certæ personæ .p. tibi, mihi, &c.
realis quæ debetur à re certa .p. agro, domo, &c.

Realis { rustica, vt iter, actus, via.
vrbana, vt ne liceat officere luminibus tuis.

Possessio.

Possessio { aliquando ipse possidendi actus, seu detentio alicuius rei adminiculo corporis, animi, iuris.
aliquando ius possidendi .j. insistendi rei alicui, quam possidere lege non prohibearis tanquam tuæ.

Possidemus { per nos { ius { bona fide { facto tantùm / iure tantùm / facto & iure
rem { mala fide
per alios { ius { bona fide
rem { mala fide

Item { ciuiliter, / naturaliter, } &c.

Possessio ciuilis est cùm res solo animo retinetur.
Naturalis cùm corpore simul & animo retinetur.
Quibus rebus acquiratur aut amittatur possessio, quæ sit actionum varietas, explicare Iurisconsultorum est.

ARTICVLVS II.

De iure vsurpato pro lege.

Quid nomen, quæ notio?

De iuris nomine suprà.

Dicitur { nomos à tribuendo, quia lex vnicuique tribuit, tribuereue iubet. νόμος.
lex { vel à ligando, quia obligat.
vel à legendo, quia eligenda est, & olim legendo proponebatur.

Lex { interdum inclinatio & voluntas.
sæpius iudicatio & declaratio.

Tum { primò est præceptio & regula quæuis. []
secundò præceptum morale, siue obliget, siue non.
tertiò vt hîc præceptum morale obligans.
quartò præceptum morale obligans & positiuum non naturale.
quintò præceptum morale obligans, & positiuum? sed scriptum, non sola consuetudine receptum.

Cur lex? Causæ legis.

Leges referuntur ad commune bonum. *Finis.*
Imperant, vetant, permittunt, puniunt, remunerant. *Officia.*

Digitized by Google

Author. Condere leges eiusdem est cuius imperare.

Subiectum Leges in mente practica.

Obiectū. Legi proponitur { per se quod iustum. / per accidens quod iniustum.

Quid lex?

Prima definitio. Lex { nunc congeries præceptionum. / nunc præceptum quoddam, præceptum vnum.

Definitur ordinatio & constitutio rationalis, & moralis ad communem instituta veritatem, ab eo qui ius, & authoritatem imperandi habet, eaque promulgata.

2. Iusti iniustique regula. Seneca 4. de beneficijs cap. 13.

3. Minis mixtum præceptum morale. Seneca epist. 94. Lex vim cogendi habet, cap. vlt. 10. Ethic.

Monitū. Tres definitiones ab imperatore proferuntur quæ consulantur.

Proœmium legis.

Dispositiv. Proœmium legis est præfatio per quam explicatur consilium fructusque legis, & excitamur ad obseruationem.

Proœmia legum { non probat Seneca. Legem inquit breuem etiam oportet quo facilius ab imperitis teneatur velut emissa diuinitus vox sit, iubeat, non disputet. / probabat Possidonius, prius enim amore honestatis, quam propositis pœnis animi ab improbitate sunt reuocandi, non tamen omnium quæ præcipiuntur rationem reddere magistratus debet.

Interpretatio.

Est { vna interpretatio legis quæ non obligat: qualem tradunt professores Iurisprudentiæ. / altera quæ obligat, qualem Senatores, prætores, &c.

Hæc in principe, vel à principe saltem.

Interpretatio repetenda potissimum { ex fine atque vsu. / & è loquutionis ratione.

Regulæ generaliores.

Prima. In dubijs præferenda benignior interpretatio.

2. Cum occurrit ambigua vox, ea significatio accipienda potius, quæ vitio caret.

3. Accipienda quæ rei gerendæ aptior.

4. Optima interpres legum *consuetudo legis*, vsus antecedens.

5. Priores leges ad interpretationem posteriorum sunt trahendæ & vicissim posteriores ad priores pertinent: nisi sint contrariæ.

6. Vtiles Reip. leges extendendæ & adiuuandæ interpretatione.

7. Verba legis cum affectu accipienda.

8. Quæ in fauorem alicuius constituta, aduersus eum non sunt interpretanda.

Digitized by Google

Beneficia legislatoris .j. decreta & edicta, quibus permittitur, promittitur, conceditur aliquid.

Debemus plenissimè interpretari cum quid in præteritum indulgetur, vt in futurum vetatur.

Supplementum.

Supplere legem deficientem eiusdem est cuius interpretari.

Confugiendum { à lege scripta ad consuetudinem, & contrà. / à facto simili ad simile factum, & legem de eo.

Abusus non est consuetudo. Si quid contra rationem iuris est receptum, non producendum est ad consequentiam.

Exceptio.

Si quis committit aduersus legem & sensum eius primarium & obuium, non excusatur, non solet excusari.

Sed multæ à Iurisperitis proferuntur exceptiones .p.

Nisi æquitas lege oppugnetur.

Nisi lex nondum est satis promulgata.

Nisi sit princeps, qui legem soluit à se conditam: quanquam decet autorem ipsum parere sibi.

Nisi ius singulare sit introductum.

Nisi lex alia consuetudine legeque abrogata.

Nisi lex sit personalis, minimèque attineat ad ipsum.

Nisi quis ius ignoret, sitque minor, aut furiosus. [·]

Nisi qui legem tulit, non habuit ferendi potestatem.

Nisi aliter inter partes conuenerit.

Nisi causa legem antecessit.

Nisi lex iuri naturali aduersetur.

Nisi ratio legis in aliquo facto apertè cesset, vt cùm in perniciem tendit quod in fauorem constitutum.

Mutatio.

Ius { aut immutabile / aut mutabile } De qua re posteà.

Eiusdem est mutare, cuius condere.

Porrò { nihil facilè mutandum est ex solemnibus. / sed æquitate subueniendum est quando est opus. De qua re posteà.

Mutationes enim periculosæ { vt in corpore humano. / ita in Republica

Si quid incommodi à lege manat, non ideò mutanda.

Quia leges politiuæ pharmacis contimiles sunt, ita prosunt vt aliquomodo obsint.

Non est mutanda lex, nisi ea vndè plus incommodi, quàm commodi.

Digitized by Google

Non oportet inducere consuetudinem mutandi leges.

Iudicij & legis applicandæ ratio.

Iudicat { generatim qui determinat vtrùm res ita habeat. §
propriè qui præfinit, quæ pertinet ad ius & iustitiam.
propriissimè qui id facit applicando, qui legem applicat.

Forum internum. Id facimus { nobis, vt quando conscientia dictat sic nobis agendum esse.
alteri, tum { vel iudicium non habet vim imperij, sed moniti potius, & exhortationis, vt philosophicum.
vel imperiosum est, & coactiuum, vt œconomicum & politicum quod *forense* dicitur.

Quæ in forensi maximè consideranda?

Forum externum.

Actio quæ realis, aut personalis, aut mixta.
Actor .p. delator, accusator. [.]
Reus & defensor cum patrono.
Testes { tum vocales.
tum muti, vt contractuum instrumenta.
Iudex in quo { necessaria authoritas, quæ { in principe. (.•)
vel à principe.
expetenda prudentia, diligentia, &c.

Iudex autem est interpres & applicator legis. Quid sit applicare legem & præceptum declaratur alibi, in Rudimentis Inst. 2.

Iudicis est secundum allegata & probata iudicare, afferre ad tribunal notitiam iuris.

Accipere à testibus minorem propositionem.

Ex vtriusque coniunctione elicere conclusionem & sententiam.

Iudex { *subalternus* non debet discedere à scriptis legibus, & consuetudinibus.
summus seueritatem legis æquitate temperare potest.

Consulenda quæ mox tradenda de mensura, & de magistratu.

Quæ virtutes circa leges occupantur?

Quædam virtutes per se occupantur circa legem. []

Quæ { in voluntate, vt iustitia legalis.
vel in mente, vt prudentia, scientia iuris. •.•

Quædam per accidens tantùm, vt fortitudo, liberalitas, &c.

Quotuplex lex?

Prima divisio. Est { vniuersalior, vt seruanda est mediocritas. §
specialior, vt fortiter faciendum est.

2. Ad publicum pertinet bonum, vel ad priuatum.
3. Ad naturale ius, vel ad positiuum.
4. Scripta est, vel non scripta.
5. Iubet, aut vetat, &c. ..... Consulendæ diuisiones iuris ciuilis, & cap. 7.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De iure vſurpato pro iuſto.

Ciuitas.

De materia iuſtitiæ.

Familia ſocietatem continet maris & fœminæ, parentum & liberorum, domini & ſeruorum: Vicinia conſtat ex multis familiis.

Ciuitas eſt ſocietas multis ex viciniis conſtans & perfecta, cui propoſita eſt tanquam finis rerum omnium ſatis magna abundantia, cuius origo ad viuendum, & inſtitutio refertur ad benè viuendum primo Politic.

Ciues ſunt ii inter quos ius cernitur. Definiuntur Socii vitæ vt abundè ſuppetant, iique liberi & æquales proportione, vel numero. i. geometrica vel arithmetica proportione.

Quotuplex ciuitas?

Eſt { vna naturalis, quæ eſt ſocietas omnium hominum per naturam conſtituta. / altera artificioſa, & poſitiua, vt ciuitas Romana, &c.

Quid iuſtum?

Quod legi conſentaneum, aut omnino debitum alteri.

Quotuplex iuſtum?

Vel non pertinet ad hominem.

Vel pertinet, tumque { vel impropriè iuſtum, vt herile & paternum. / vel propriè iuſtum, vt ius illud quod *ciuile* appellatur.

Quid ius ciuile, iuſtum politicum?

Apud Iuriſconſultos ſaltem aliquando eſt ius quod proprium vnius ciuitatis poſitiuę, vt ius Romanum, ius Athenienſe, &c.

Tumque diſtinguitur { & à iure naturali. / & à iure gentium.

Apud nos eſt ius quod intercedere poteſt inter duos pluresue homines, quatenus ſunt alii atque alii: inter ciuem & ciuem, aut inter ciuem & legem, ac legiſlatorem.

Significatu { priori eſt ius quoddam poſitiuum aliud à naturali & iure gentium. / poſteriori ius complectitur { ius naturale. / ius gentium. / ius ciuile ſpeciatim.

Quę varietas oritur à duplici ſignificatu ciuis: ſumus enim ciues & naturâ, & inſtituto.

Ciues noſtri { natura quidem ſunt omnes homines. / inſtitutione verò non niſi qui Franciti iuris.

Digitized by Google

Omnino ius generatim quicquid legibus ciuilibus consentaneum, ideò videtur legali iustitiæ respondere : quanquam respondet etiam particulari.

Quod nobis ius ciuile, id Iurisperitis, ius generatim.

Quare ius ciuile dicitur propriè ius?

Est { iustitiæ largiri alteri quod debeatur, siue suum.
{ iniustitiæ occupare alienum, alteri suum eripere.

Eripimus { vel nostris, tu nque quod eripitur non est planè & propriè alienum: sed aliquo modo *nostrum*.
{ vel alienis, tumque quod eripimus est *alienum*.

Nostri autem sunt iure dominii { & liberi / & serui / & vxores } &c.

Ideo aduersus { liberos / vxores / famulos } non est propriè iuri & iusto locus, vt nec iniusto.

Quemadmodum etiam aduersus nos non exercemus neque iustitiam, neque iniustitiam.

Est { aduersus eos quos non possidemus, quique non sunt nostri. n. aduersus ciues.
{ & aliquo modo non absolutè aduersus liberos, seruos, & vxores: nempe quatenus sunt aliquomodo ciues nostri.

Vbi iudicio locus? &c.

Vbi *iuri* propriè est locus, illic & *iudicio*.

Iudicium enim diiudicatio *iuris* & *iniuriæ*.

Inter quos iudicio locus est, etiam *mensuræ* iusti & mensori. i. legi & magistratui.

Magistratus est conseruator legis, proque officio reddit alteri quod suum est, dum id facit non tam sibi consulit quàm alius : ideo per iustitiæ & officiorum commutationem præmij quid postulat.

Præmium legitimum est *honor*, honorarium. Si quid præterea postulat, efficitur tyrannus.

Sanè { lex & ratio carent suspicione tyrannidis.
{ Deo, legi committenda plurima.
{ magistratus facilè fit tyrannus : quia potest sibi ipsi alienum sumere.

Magistratus tamen magis est populi, quàm populus magistratus.

Quotuplex iustum, quid propriè iustum?

Vel pertinet ad commutationes, & distributiones, vel non.

Obiectiuncula.

Iniuria respondet iustitiæ particulari: Ergo & ius.

Digitized by Google

D.A. { si facta ciui alteri C.
si facta Reip. legi, & conseruatori legis N.

Quotuplex ius, siue ius ciuile?

Prima diuisio quæ iam positæ respondet.

Iustum { generatim quicquid legibus est consentaneum.
speciatim quod medium est in commutationibus, aut distributionibus inter ciues.

Secunda diuisio.

Emendatione { vel nulla eget, vt colere Deum.
vel aliqua, vt murum non ascendere, &c.

Tertia diuisio.

Est generalius, vt consulere Reip..... specialius & particulare, vt mœnia tueri.

Quarta diuisio.

Est publicum siue tendens ad vtilitatem totius Reip.
Vel priuatum, & tendens ad singulorum vtilitatem.

Quinta diuisio.

Ex Iurisperitis.

Pertinet { ad personas quæ { iuris sui { liberæ } conditionis.
iuris alieni { seruilis }
ad res. p. ad prædia, ad ædificia.
ad forensem actionem.

Sexta diuisio.

Est æquum & bonum, vel non. De qua diuisione infrà.

Septima diuisio.

Ex septimo cap.

Est { *naturale* quod suaptè natura est ius, & iustum: ideoque semper & vbique vim eandem videtur obtinere: vt venerari Deum, colere parentes.
legitimum, quod dicitur positiuum, arbitrarium, quia non naturâ sed institutione est ius & iustum.

A qua autem legis significatione appelletur ius legale declaratum est.
Legitimũ siue legale ius est aliquid quod naturâ sua indifferens, sed tamen ab eo qui potestatem habet condendæ legis pro iure constitutum est: vt adhibere septem testes ad confectionem testamenti.

Positiuum { vel *diuinum* est, vt cùm Deus iubet, prohibetue aliquid quod naturâ sua est indifferens. p. carnis suillæ vsum.
vel humanum { siue ad religionem pertineat, vt lex de nocturnis sacrificiis & perungiliis.
siue ad res alias. p. ad testamenta, commercia.

Digitized by Google

Octaua diuisio.

Ex Iurisperitis. Est { *naturale*, vt vxorem ducere, liberos educare. / *gentium*, vt captum in bello redigere in seruitutem. / *ciuile*. i. proprium alicuius ciuitatis positiuæ. p. Romanæ. [..]

Prior interpretatio.

Officia nostra vnde oriatur aliquid iusti & iuris, & legis duplicia sunt.

Quia { partim in belluis habent imaginem officiorum quibus respondeant: vt matrimonium, liberorum educatio, gratitudo. / partim non habent, aut vix habent, suntque hominis propria inter animantes, vt colere Deum, emere, vendere, mutuari, &c.

Hæc { vel sunt omnium mortalium, gentiumque communia. / vel quarundam nationum propria, saltem per excellentiam.

Vt sunt varia gentium ingenia .... ita variæ postulantur leges.

Proniores { quidam ad vim apertam, vt Romani. / quidam ad dolos & fraudes apertos, vt Græculi.

Animaduertatur seueriùs { apud hos in dolum, / apud illos in vim apertam.

Ius { *naturale*, Est { affinitas homini cum omni genere animantium, aut cum belluis, hinc ius naturale. / cum hominibus { quibus sui is, hinc ius gentium. / suæ ciuitatis, vnde ius ciuile. } } / *gentiũ*, / *ciuile*.

Posterior.

Ius naturale definiunt *quod natura docuit omnia animalia*. Sed sensus duplex cogitari potest.

Vnus quo ius naturale illud demum, quod non modo in homine locum habeat ..... verumetiam in omnibus aliis, vel plerisque saltem animantium generibus, maximè autem in perfectioribus secundum aliquam similitudinem.

Alter quo *omnia* interpretamur *aliqua ex omnibus*, vt ius naturale sit, quod natura docuerit aliquam ex animantibus.

Naturale { per priorem interpretationem est quid commune homini cum belluis. / per posteriorem est quod natura nos docuit, vel animantes alias.

Ac prior quidem interpretatio videtur vulgatior apud Iurisconsultos, saltem in explicanda proposita diuisione.

Posterior tamen sensus est fortassis aptior.

Primò quia { non omnia officia cuiuis animali insunt, &c. non pleraque. / non illa ipsa quæ proferuntur pro exemplis.

2. quia

Digitized by Google

2. quia non rarò omnia cogimur interpretari, aliqua ex omnibus, vt quando bonum definitur quod omnia concupiſcunt.
3. quia ius gentium & ius ciuile opponi conſueuit iuri naturali ..... tanquam aliquid quo ius naturale perimatur tanquam ius poſitiuum.

Vtius ſit { vel naturale, / vel poſitiuum, tumque { aut gentium, / aut ciuile.

Quotuplex ius naturale?

Diuiſio proponenda eſt ad ſequens caput.

Quomodo efficimur & ſumus iuſti & iniuſti?

Si quis iniuſta agit, damnum affici alteri, non propterea confeſtim iudicandus eſt iniuſtus, ſi Ariſtoteli creditur: ideò quæritur quam tandem iniuriam inferendo, & quando iniuſtus aliquis efficiatur: reſponſio repetenda altiùs.

Actionum { aliæ à conſilio & electione oriuntur; quæ ſunt { vel vitioſæ. / vel ſtudioſæ, & coniunctæ cum virtute. / aliæ non item, ſed aliunde. p. à vi maiore ſiue coactione, ab imprudentia & ignoratione, à perturbatione.

Et hæ propriè non ſunt nec vitioſæ, nec ſtudioſæ.

Quando aliquis { vel per ignorationem / vel vi impulſus } damnum infert, videtur agere *iniuſta* non *iniuſtè*: propterea non eſt appellandus *iniuſtus* propriè.

Idem ſentit Ariſtoteles de eo qui nocet non conſilio .... ſed valida & perturbanti perturbatione.

Si quis (inquit) perturbatione non conſilio mouetur ad adulterium ..... mœchatur quidem: ſed non propterea eſt *mœchus* & iniuſtus [commutator,] quamuis nouerit cum qua congrediatur, &c. abſit ignoratio.

Quam ſententiam Ariſtotelis nonnulli inſectantur, vt Valla libro primo Dialecticæ.

Sed conſulenda diſtinctio, quæ proponetur ad octauum caput. *Reſſi.*

Præterea ſententiæ Ariſtotelicæ hæc etiam traditur interpretatio.

Fines & conſilia ſeu intentiones ſecernunt habitus & actiones.

Nam { ſi quis rapit vt profundat, prodigus non auarus eſt. / ſi quis profundit vt lucretur, eſt auarus, non prodigus.

Quare ſi quis mouetur ad ſtuprum inferendum, non nocendi animo, ſed libidine tantum, ſic de eo ſentire videtur.

Videtur { propriè & per ſe libidinoſus & intemperans. / propriè iniuſtus, ſed legali iniuſtitia, ſi modò adſint requiſitæ conditiones. / per accidens tantum iniuſtus peculiariter.

Digitized by Google

Quia { deest nocendi animus.
peccat libidine potius, quàm studio inferendi damnum alteri.

Quomodo differunt iustum & iustè factum?

Ex cap. 7. Aut res secundum se consideratur conferturque cum legibus;

tumque { vel iniusta est, vt contemnere parentes.
vel iusta, vt parentes colere, parentum cultus.
vel indifferens, vt sedere, surgere, &c.

Aut consideratur dum fit, seu quatenus fit;

διχαίωμα Tum { si iniusta est, dicitur iniuria, ἀδίκημα, si modo fiat consulto, & nolenti.
διχαιώθεγμα si iusta est facta cum deliberatione, dicitur διχαίωμα generatim.

Sed magis propriè διχαιώθεγμα iustè factum.

μα. Dicæoma enim proprie emendatio iniuriæ.

AD CAPVT VII.

Quotuplex ius ciuile?

Duplex constitutum, naturale & positiuum.

Quotuplex ius naturale?

Prima diuisio. Est { vnum quod plane *immutabile*, vt colere Deum.
alterum quod quanquam per naturam suam est congruentius: absolutè tamen est indifferens, & mutari potest iure gentium, aut ciuili.

Atque hoc modo cum homines omnes naturali iure sint liberi & immunes à seruitute..... nihilominus iure gentium seruitus est introducta.

2. Est { vel commune homini cum bellua.
vel proprium solius hominis.

3. Est { *primarium* quod omnino naturale.
secundarium, quod partim naturale, partim positiuum: vt cùm naturali iure liberi dicuntur succedere parentibus.

4. Est æquum & bonum,..... vel non.

Obiectiones.

Prima. Ex Aristotele. In rebus nostris nihil immutabile.
Resp. quæ difficulter mutantur, appellari immutabilia.

2. Naturalia sunt planè immutabilia. D. { apud Deos C.
apud homines N.

3. Quod habetur naturæ instinctu, non consilio, non opinione, id omnes capiunt, &c.
D. { omnes qui iudicio valeant C.
omnes simpliciter N.

Digitized by Google

Monitum.

Quod expectatur à virtute vna, illud interdum ab alia fit: quod iustitia præstare debet, id amicitia præstare potest.

Pariter quod ab vno vitio prodire solet, p. ab iniustitia, & nocendi animo, id ab alio oriri potest. p. ab ignauia, à pusillanimitate.

Culpa reiici solet in id quod primò mouet.

Quando affectus est vehemens vt ira, terror: videtur accusandum quod affectum excitauit. p. quod incussit terrorem, quod iram inflammauit, &c.

IN CAPVT VIII.

Quomodo efficimur iusti & iniusti?

Iustorum } { quædam pertinent ad œconomicam societatem.
iniustorum } { quædam sic propriè appellantur, quæ pertinent ad ius ciuile.

Illa qui facit non ideo est propriè iustus & iniustus.

Sed apud nos liberi & serui dum conferuntur cum parentibus, & dominis, duplici subsunt iuri.

Nam { vna ex parte iuri paterno, aut herili subsunt, quatenus sunt patris aut domini.
{ ex altera iuri ciuili, qua parte & quatenus non sunt parentum aut dominorum.

Iniusta & iusta ciuilia qui agit,

is { aut agit neutiquam volens, & non ideò est iustus, & iniustus.
{ aut contrà agit volens & sponte.

Tumque { vel citra deliberationem, & electionem, vt puer neque fit iustus aut iniustus.
{ aut cum deliberatione & electione.

Quo tempore { vel nondum est assecutus habitum: & non est propriè iustus & non iustus: licet benè agat aut peccet.
{ vel est assecutus habitum, & dicitur propriè *iustus*, aut iniustus.

Monitum.

Si qui socii non ideò omnium rerum societatem & cómunionem omnium rerum habent, vt dominus & seruus, vir & vxor, &c.

Quot sunt voluntariorum genera?

Duo, { quædam coniunguntur cum electione.
{ quædam non, vt quæ nascuntur à primo impetu.

Quot involuntariorum?

Referuntur { alia ad ignorationem.
{ alia ad coactionem & vim maiorem.

Digitized by Google

Quot eorum quæ agimus, quæ patimur?

Sunt { quædam neque voluntaria, neque inuoluntaria, vt cretcere.
quædam voluntaria, aut inuoluntaria, vt mouere manum.
quædam mixta, vt ſpirare.

Quot modis nocemus alteri?

Nocemus { aut vi impulſi, vt quando pulſus aliquem lædo.
aut ſine vi maiore, ſiue coactione, quæ tripliciter; [·.]

n. { per *ignorationem*. p. imprudentiam.
per *affectum*, & paſſionem, vt cùm peritam lædo.
per *conſilium* & deliberationem.

Vt *facinus* proprie pertineat ad vitium, debet proficiſci à conſilio & electione.

IN CAPVT IX.

Poteſt-ne aliquis ſciens & volens pati iniuſta?

Poteſt, etenim qui in contractu percipit deteriora ſibi reponenda pro melioribus, & tamen contrahit quanuis non cogatur, ille ſciens ac volens iniuſtum patitur: nemo autem non poteſt eo contrahere modo.

Poteſt-ne iniuriam?

Neutiquam, etenim { nemo vult noceri ſibi.
iniuſtum quatenus eſt iniuria, ei nocet cui infertur.

Iniuriam { poſſumus velle quatenus eſt videturue eſſe aliquid iniuſtum.
non poſſumus velle quatenus nobis nocere videtur.

Volenti iniuria { non fit, ſi voluntas oritur à prudentia.
fieri poteſt, ſi ab imprudentia & hebetudine.

Sed qui vult per imprudentiam tantum, non cenſeturvelle.

Vter iniuſtus iudex-ne qui alteri adiudicat mea, an verò qui ſibi vendicat adiudicata?

Vterque poteſt iniuſtè agere. n. ſi adſint conditiones.

Quibus fit iniuria?

Fit { violatione legum, Reip. legiſlatori, principi.
alteri ciui { damnum inferendo in commutationibus.
acceptione perſonarum non [ſolorum meritorum] in diſtributionibus.

Digitized by Google

Quid emendandum?

Emendare oportet tum iniuriam, tum iniuſtum, quatenus licet emendatur reſtitutione.

IN CAPVT X.

De Æquitate, æquo & bono.

Quid æquitas & ἐπιείκεια?

ἐπιείκεια.

Eſt
- primò iuſtitia quæuis, ius quoduis.
- ſecundò ius aut iuſtitia nullius emendationis indigens.
- tertiò æquum & bonum.
- quartò vt hîc iuſtitia iuris emendatrix;

virtus voluntatis per quam emendantur leges illæ, quæ alioquin honeſtæ propter aliquam circonſtantiam, deficiunt à fine legum generali ſeu ab honeſtate.

Quæ occaſio eius?

Summum ius plerumque ſumma iniuria, nimium ſtricta poſitiuæ legis obſeruatio ferè inducit iniuſti aliquid.

Et tamen vt pharmacum non repudiatur quod afferat nocumenti aliquid: Ita non ſi lex interdum nocet atque aliquo modo, ideò eſt abroganda.

Verùm
- ſi leue eſt nocumentum, contemnitur.
- ſi eſt grauius, confugiendum ad *æquitatem*.

Lex eſt generalis, nec præſcribit omnia quæ rem circunſtare poſſunt.

Legum
- aliæ ſic affectæ vt nunquam mutari queant debeantue.
- aliæ ita plurimorum conſulunt vtilitati, & plerumque vt interdum propter aliquam circonſtantiam recedere videantur ab honeſtate inſigniter & emendandæ.

Ex hoc genere ſunt noſtræ leges poſitiuæ propter quas conſtituitur æquitas.

Quid æquum & bonum?

Eſt
- generatim ius æternum, & immutabile, aut ſaltem nullius emendationis indigens.
- propriè ius tale: ſed quo emendetur alterum ius quod propter aliquam circonſtantiam deficiebat ab honeſtate.

Quod officium æquitatis?

Eſt *emendare* ius illud quod alioquin ius honeſtum propter aliquam circonſtantiam videtur deficere ab honeſtate.

Vt emendetur, nec abrogetur lex quæ videtur in eum modum peccatura ..... oculi conijciendi ſunt in legem *generaliorem*, vnde emendanda pendeat, & qua contineatur conſilium legiſlatoris.

Politicis autem in rebus lex hæc communiſſima, conſulatur Reipub. *Salus Reip. ſuprema lex eſto.*

Digitized by Google

Naturalia inter præcepta duo communiſſima .n.
Diliges Dominum Deum tuum, &c.
Diliges proximum tuum, &c.
Si quando politicæ alicuius legis obſeruatio .p. huius: Qui ciuis fugerit ex acie relicto clypeo, capite plectatur, &c.
Videtur euerſura honeſtatem, & remp. ex. gr. Spartanorum, &c. propter aliquam circonſtantiam .p. propter ingentem multitudinem plectendorum.
Confugiendum eſt ad illam legem generalem, & ad æquitatem, vt lex particularis emendetur pro tempore non autem abrogetur.

Cuius eſt iudicare de æquo & bono?

Foro { in priuato, & in interiori videtur eſſe cuiuſuis.
Foro { in externo & publico ſummi eſt iudicis potius quàm ſubalterni.
Nam { vt lex emendatur ſuperiori lege, non æquali, non inferiori:
Nam { ita iudicium ex æquo & bono ad ſuperiores magiſtratus videtur referendum.
Sed { vt non eſt inducenda conſuetudo mutandi & abrogandi leges,
Sed { ita nec conſuetudo de lege diſpenſandi.

Eſt ne neceſſaria æquitas?

Eſt, q ia non ſufficiunt leges quæ communiſſimæ & nunquam aberrantes ..... ideò particularibus opus.
Legiſlator autem dum condit leges particulares non poteſt ..... aut non debet p. ſcribere caſus euentuſque ſingulos, & omnes circonſtantias.... Ideo fit vt aliquando lex particularis nocitura videatur.
Et tamen non ſi lex aliquoties læſura eſt niſi emendetur, ideò eſt abroganda.
De ijs quæ euenium tarò non ſolent tradi præceptiones.

Eſt ne alius æquitatis vſus?

Eſt, quia facit ad aſſequendum ſenſum legum inferiorum.

Diſtinguiturne æquitas à iuſtitia?

Diſtinguitur formaliter ..... ſed non videtur diſtinguenda realiter quia fruitrà, &c.
Idem habitus { quatenus proniores reddit ad agendum iuſtè, iuſtitia eſt.
Idem habitus { quatenus proniores ad legem lege emendandam, æquitas.

IN CAPVT XI.

Qui ſe ipſum interficit, mutilat, facitne iniuſtè?

Facit, quia facit aduerſus legem ſi modo faciat ſciens, ex deliberatione, &c.

Digitized by Google

Facit-ne iniuriam?

Iniuriam { sibi non facit quia { iniuria pertinet ad alterum. / volenti nonfit iniuria.
facit Deo, Reip. principi, & ſuis.

Quia ſumus { non modo noſtri. / verumetiam Dei, Reip. principis, noſtrorum, &c.

Peccat { aduerſus charitatem, qua ſe quiſque proſequi debet. De qua libro 9. cap. 4. / & aduerſus iuſtitiã, quia facit iniuſtum nolenti principi, Reip. &c.

Eſt ne iniuſtum deterius, & iniuriam facere, quàm pati?

Reſpondet Ariſtoteles eſſe. Conſulenda Rudimenta moralia.

APPENDICVLA.

AD COMPENDIVM

De Virtutibus Juſtitiæ annexis.

Religio.

Religio eſt virtus voluntatis per quam Deo rerum creatori, moderatori, & reparatori cultus redditur debitus.

Hîc actus { voluntatis, vt amare, ſperare, &c. / alterius facultatis, vt credere Deo, adorare Deum. §

Actus { interior, vt fidere Deo, &c. / exterior, vt ſacrificare, Deum profiteri.

Obiectum { primarium Deus optimus maximus. / ſecundarium id quo colitur Deus, quod vſurpatur ad cultum Dei, vt hoſtia, locutio, geſtus, &c.

Circa præcipuum poſſumus deficere non excedere, &c. Deus non poteſt nimiùm cognoſci, nimium amari.

Circa ſecundarium poſſumus excedere, atque etiam deficere.

Nam { deficiunt *Athei*, & Dei contemptores. / egrediuntur modum *ſuperſtitioſi*. De quibus Theophraſtus in charac-teribus.

Pietas, obſeruantia.

Pietas hîc complectitur officia, quæ debemus patriæ, parentibus, & alijs

Digitized by Google

quorum meritis respondere non possumus.

Obseruantia cultum quo prosequi debemus præcellentes virtute & dignitate.

Obedientia, humilitas.

Obedientia est virtus per quam superior superiori paret ac se submittit, quanuis non teneatur.

Humilitas { interdum refertur ad modestiam. / hîc virtus per quam etiam inferioribus nos submittimus quanuis non teneamur.

Gratitudo, vindicatio.

Gratitudine habetur, refertur, agitur gratia quanuis non teneamur iure ciuili.

Vindicatione alterum offendimus vlciscimurque læsum, quanuis iure ciuili non teneamur.

Fides et veritas.

Fide & veracitate nos in dictis & factis veraces exhibemus, quanuis iure ciuili non teneamur.

Liberalitas, amicitia.

De liberalitate lib 4. de amicitia lib. 8. & 9.

Monitum.

Si quando ciuilis adest obligatio, & referimus tantum quantum debetur .... istæ virtutes exquisitæ iustitiæ rationem induunt.

Finis libri quinti Ethicorum.

IN LIBRVM

Digitized by Google

IN LIBRVM SEXTVM.

De virtute mentis.

DE VIRTVTIBVS DIANOETICIS.

PRÆFATIVNCVLA.

DE recta ratione facta est mentio cum definiretur virtus cuius est norma & amussis.

Illius docendæ causſa hic liber compoſitus est: ſed ita vt parerga inſerantur.

Hîc
- primum repetitur diuiſio partium animi & virtutum.
- deindè præcipui habitus mentis exponuntur maximéque prudentia.
- tum conferuntur cum prudentia nõnnulli habitus, qui ipſam æmulantur.
- demùm de ſapientia & prudentia nonnullæ proponuntur dubitationes, ſoluunturque.

IN CAPVT I.

De recta Ratiõne.

De recta ratione.

Cur agendum eſt de recta ratione?

Quia monuimus medium illud tenendum eſſe, quod recta ratio præſcriberet.

Cur non ſufficit hoc monuiſſe?

Quia in practicis diſciplinis præceptum generale inutile est: niſi teneatur ſumptio & præceptum ſpeciale.

Fruſtrà commendatur ſalubritas remedij .p. rectæ rationis, &c.

niſi
- de ſuis notis cognoſcatur.
- eius comparandi aperiatur via.

Vnde repetenda explicatio rectæ rationis?

A diuiſione
- tam generis vndè emanat .p. virtutis.
- tum ſedis & ſubiecti vbi conſtituta .n. animi.

virtus
- vel ethica, vt iuſtitia.
- vel dianoëtica, vt phyſica, prudentia.

Digitized by Google

Porrò { animi pars { vna expers rationis, vt nutritiua.
altera rationalis quæ { per ſe rationalis .n. mens.
vel participatione .n. appetitus.

ἐπιστημονικὸν
λογιστικὸν

Mens { vna theoretica, epiſtemonica, ſcientifica.
altera practica, ſtochaſtica, logiſtica, doxaſtica.

Verſatur { epiſtemonica & quieſcens in *neceſſarijs*.
logiſtica & mouens in *contingentibus*, quæ aliter habere poſſunt & à nobis immutari.

Conſiſtit { rectitudo rationis in virtute.
virtus in optimo habitu & diſpoſitione, ideò de habitu verba facienda.

APPENDIX AD IDEM CAPVT.

De toto genere Habituum.

Sæpius hanc incudem tundimus: ideò breuitati conſulendum.

De nomine & exiſtentia?

Habitus { deriuatur ab habendo græcè & latinè.
ſignificat { hîc qualitatem primę ſpeciei.
alibi varia, vt docuimus.

Exiſtentia.

Dantur ne habitus?

Quod difficulter facis, idem mox faciliùs plerumque exequeris.
Sed hoc accidere non poteſt niſi quadruplicem ob cauſam;

.n. quin { vel mutetur { materia, quam elaboras.
inſtrumentumue quo vteris.
vel augeatur facultas naturalis, per quam elaboras.
vel emendetur temperamentum organi in quo facultas.
vel habilitas quædam diuturno vſu facultati innaſcatur.

Sæpè verò tres priores cauſſæ nos deficiunt.
Ergo ad quartam confugiendum eſt habituſque aſſerendus.
Quod pictor ex. gr. manu dextra quamquam morboſa melius, quàm ſinî-

Digitized by Google

ſtra licet ſiniori & validiori pingat, id ab alijs cauſſis non procedit.

Nam { non à materia, quia vtrique manui proponitur eadem.
non ab inſtrumento, quia fingo penicillum eundem eſſe.
non à facultate, quia ſiniſtra tum eſt validior.
non à temperamento, quia dextera deteriori tunc temporis eſt temperamento.

Itaque neceſſe eſt proueniat ex aſſuetudine quadam & habilitate.

De cauſſis habitus.

Inferitur habitus { non vt operemur, agamus. *Finis.*
ſed vt faciliùs agamus, determineturque facultas quæ indifferens.

Concurrit ad agendum, quia eſt inſtrumentum actiuum, non autem initium patiendi, vel otiandi.

Habitum { non capit planta, non quiduis aliud ſenſus expers.
ſed { bellua { non quæuis .p. muſca, oſtrea.
ſed docilis tantùm quæ memoriâ valet & imagination, vt canis. *Subiectum & efficiens cauſſa.*
bellua { non ratione earum partium, quæ non obtemperant menti.p. ventriculi; etiamſi nõnulli aliter ſentiãt.
ſed ratione partium & facultatum, quæ obtemperant rationi.

Hæ verò ſunt mens, voluntas, appetitus ſenſitiuus, & facultas motrix.

De vi motrice diſtinguenda ab appetitu, deque habituum ſede alibi.

Habitus { vel eſt imago rei cognoſcendæ, ſpecieſue intentionalis, de quo ſignificatu non loquimur.
vel agẽdi aſſuetudo, ſeu habilitas aſſuetudine parta, vt prõptitudo.

Quæ verò habitum contrahere poteſt facultas naturalis, quatuor conditiones poſtulare dicitur;

n. { primò vt diſtinguatur realiter ab habitu, proindè ingenij acumen non eſt habitus
ſecundò vt ſit ad habitum apta, ideoque ſit priuata habitu, ſit indifferens ad bene aut male agendum.
tertiò vt coniungatur cum notitia, quæ terminet exercitationem.
quartò vt promptitudine aſſequatur { non { intentione facultatis. p. caloris. emẽdationeteperaméti
ſed aſſuetudine & exercitatione; qua determinetur ad hanc, vel illam aſſuetudinem.

Porrò quæ materia obijcitur facultati naturali, eadem proponitur habitui, vt declaratum alibi. *Obiectũ.*

De habituum ortu, interitu, incremento.

Habituum origo expoſita eſt.

Augeri habitum conſtat, quo augeatur modo controuerſia eſt.

Nonnullorum hoc iudicium de origine & incremento.

Digitized by Google

Habitus { procreatur primo impetu totus, siue secundum essentiam & entitatem totam.
augetur { non quia gradus posterior accedat ad priorem, habilitas ad habilitatem, vt calor ad calorem.
sed duntaxat per radicationem.

Seu quod primus ille vnicusque gradus per conatum secundum, tertiumq; altiores radices agit, firmiùs inhæresci rei subiectæ.

Sed alij habitum intendi & remitti arbitrantur accessione gradus ad gradum, decessione gradus à gradu.

Habitus varijs creditur corrumpi modis;

.n. { corruptione subiecti, pereunte pictore perit habilitas manus.
admissione contrarij habitus, seu contraria actione, fortitudo ignauiam perdit.
cessatione & diuturna desuetudine, maximè si nondum confirmatus.

Siquidem rerum & affectionum animaduertenda hæc varietas: pendent effectus omnes ab efficiente caussa.

Sed { quædam vt fiant tantùm, vt domus ab architecto.
quædam vt fiant & conseruentur, vt à sole dies, à Deo omnia.
quædam vt fiant & vt diu conseruentur, vt habitus ab actionibus.

Itaque in virtutis cursu ferè qui non promouetur regreditur.

Sunt tamen qui sola cessatione habitum corrumpi negent. De qua controuersia alibi.

De vnitate & distinctione habitus.

Habitus per suas caussas distinguitur .p. per finem, & subiectum, obiectum. De qua re ad lib. de anima, vt & de vnitate habitus.

IN CAPVT II.

De Principijs actionum & virtutis.

Quæ praxeos principia?

In homine hîc obseruanda multiplex pars & facultas;

.p. { *critica* quæ { intellectus.
& sensus qui { interior.
exterior.
appetitiua, quæ { rationalis & voluntas.
irrationalis { concupiscens.
& irascens.

Ex his { sensus ad cognoscendum } tantum } valet.
appetitus ad praxim
intellectus ad vtrumque

(·)

Agendi [moraliter] principia duo .n. { intellectus. / appetitus.

(Vim motricem his duobus ſubſeruientem Ariſtoteles agnoſcere non videtur: de qua re in rudimentis.)

Vtrumque principium inſinuauit Ariſtoteles in virtutis definitione.

Virtus { eſt electiuus habitus, ideò ab appetiu / rationi congruens, ideò à mente } prodit.

Sed mens { theoretica quieſcit, non mouet, non imperat. / practica mouet: ideoque eſt ſola principium agendi.

Mouemur ac regimur { non ſcientia / ſed opinione } ex tertio de anima.

Cur vocetur { epiſtemonica quæ theoretica / logiſtica quæ practica } ſignificatur alibi.

Satis { in theoria generalem quàm particularem / in praxi particularem quàm generalem } propoſitionem noſſe.

Proponitur { theoreticæ *veritas* ſola. / practicæ autem { tum *veritas*. / tum & maximè *rectitudo operis* & actionis.

Occupatur { theoreticæ { per ſe & primariò in vniuerſalibus & neceſſariis. / ſecundariò } in ſingularibus & contingentibus. / practica { primariò / ſecundariò in vniuerſalibus & nec eſſariis.

Quomodo habent mens et appetitus?

Vt intellectus ad affirmandnm ..... & negandum } habet. [..]

Ita appetitus ad perſequendum.....& fugiendum }

Quæ principia virtutis?

Sunt mens, voluntas, aſſuetudo.

Opus { conſilio / electione / facultate } ad res gerendas, agendas.

Deliberat autem nemo de præteritis, de impoſſibilibus.

Digitized by Google

IN CAPVT III.

Quotuplex virtus mentis? Quid scientia?

Monitum.

Diuisio habituum & virtutum mentis repetatur è rudimentis Logicis libro primo.

Diuisio habitus aliunde repetita.

- Habitus
  - corporis, vt habilitas manus ad fabricandum.
  - animi, qui
    - appetitus
      - rationalis, vt iustitia.
      - sensitiui
        - concupiscentis, vt temperantia.
        - irascentis, vt fortitudo.
    - sensus, vt experientia.
    - Intellectus
      - memoriæ, vt habilitas reminiscendi.
      - mentis
        - apprehensiuus
          - theoretic. cus.
          - practicus.
        - diiudicatiuus

Quotuplex hoc loco habitus mentis maximè [qui sit laudabilior?]

Est
- vnus qui non semper verus: sed instabilior in assertione veritatis, nec satis dignus nomine virtutis, vt *opinio, fides.*
- alter semper; aut saltem ferè semper verum asseuerans, stabilior, certior, veracior & dignior nomine virtutis ..... qui quintuplex.

Sigillatim
- theoreticus, vt
  - ἐπιστήμη scientia.
  - σοφία sapientia.
- practicus vt
  - φρονησις prudentia.
  - τέχνη ars.
- vtrique inseruiens, vt νοῦς & intellectus.

Obiectiones.

Prima. Cur omissa Logica in hoc habituum censu? Resp. eam esse artem, vel scientiam.

2. Cur experientia? Resp.
   - eam esse sensus, non mentis.
   - vel esse tantùm inchoationem quandam artis, alteriusue habitus.

3. Cur gnome
   Cur eubulia? } &c. Resp. referri ad prudentiam, tanquam prudentiæ inchoationes.

Digitized by Google

Quid scientia?

Agitur de scientia in analyticis ..... quò nos remittit Aristoteles.

IN CAPVT IIII.

De Techne & arte.

De arte.

Monitum.

Consulatur sermo de habitu mentis. τέχνη.

Sermo de methodis ..... sermo de arte, qui instituitur ad librum secundum Physicorum.

Distinctio et notio.

Techne } interdum forma arte facta, vt figura statuæ.

Et ars } sæpius principium agendi artificiosè: sed variè.

Quia *obiectiua*, vt quando res methodo comprehensæ dicuntur esse ars: vt res arithmeticæ arithmetica.

formalis { actualis, quæ est quædam actio mentis.
habitualis, quæ { nunc facultas. i. ratio faciens, caussa dianoëtica.
nunc habitus mentis oppositus facultati, & rationi, idque variè.

Quia { Primò doctrina quæuis & disciplina præcipuè generalis. p. habitus comparatus per propositiones vniuersales, quæ conclusionem ex seipsis pepererunt, prodeuntque ex multis memoriis, & memoria ex multis experientiis, experientia ex multis actionibus Scaligero lib. 4. de caussis plantarum.
2. disciplina practica. p. collectio [habitualis multarum præceptionum] [non perceptionum tantum] quæ simul exerceantur ad aliquem finem vitæ vtilem.
3. doctrina *practica* quæuis præter prudentiam: aut quæuis *effectiua* cũ recta & vera ratione, non autem propriè practica & actuosa.

In artifice { natura seu facultas { præcipiens { omnium communis.
obtemperans { paucorum propria.
habilitas { noscendi { genus vniuersum. & per illud singularia, quæ propriè ars.
sola singularia, quæ peritia.
agendi & exequendi, quæ plerumque est promptitudo & habilitas.

Vnde nascitur aliquid multiplicitatis, quia effectiuum variè dicitur.

Præterea { interdum peritia secernitur ab arte.
interdum videtur confundi cum arte eiusque nomine coërceri, saltem quatenus est mentis non corporis.

Digitized by Google

Est-ne ars virtus?

Virtus { dianoëtica est. / ethica non est, quia virtute morali nemo abutitur.

Consentiunt-ne ars & prudentia?

Consentiunt, quia pertinent ad motricem mentem, versantur in contingentibus & in necessariis.... docent quomodo movere debeamus.

Differunt-ne ars et prudentia?

Differunt primò quia ars indiget } virtute qua dirigatur ad honestatem.
Prudentia non eget }

Secundò quia prudentia nunquam seiungitur morali à virtute.

3. quia { prudentia nunquam non exercenda. / non semper agendum est ex arte.

4. quia versatur { ars in efficiendo. / prudentia in agendo propriissimè.

5. quia { laudabilior in efficiendo / deterior est in agendo } qui errat sponte, quàm qui per ignorationem.

6. quia { prudentia *deliberat*. / ars non *deliberat*, non consultat, & ratiocinatur: [nisi est stochastica, coniecturalis, & prudentia quædam: vt medicina, & ars militaris,] quia ars statim deprehendit quid sit agendum, dũ ex. gr. accedis ad scribendum non deliberas quomodo pingere oporteat, A. B. C. &c.

Quotuplex ars?

Ars { vel est contrariorum, vt suadendi & dissuadendi rem eandem, & dicitur potius *facultas* [licet habitualis] quàm *ars*, vt Rhetorica & Dialectica. / vel non, vt medicina quæ est ars sanandi non corrumpendi corpus humanum, & dicitur propriè *ars*.

Diuisiones aliæ artis repetantur è rudimentis, & præfationibus Logicis.

Est-ne præstabilius scire quàm facere?

Absolutè præstat scire, quia mens facultatum princeps, sed ad certum aliquem finem. p. ad nauigandum præstabilius est facere. Consulendus sermo de finium præstantia.

Monitum.

Collatio artis cum natura instituetur lib. 2. Physic.

Quod attinet ad originem & incrementum artis consulendus sermo Logicus de origine habituum mentis.

Disciplina

Digitized by Google

Disciplinæ practicæ prius excogitatæ, quàm theoreticæ.

Et inter practicas illæ quibus quæritur necessaria vtilitas, vt ars ædificandi, quàm aliæ, vt ars pingendi, quia prius procurantur quæ necessaria.

Collatio artis cum natura.

Vtraque adhibet omnes causas, aliquando aberrat à proposito fine, formam propositam habet, cessat adepta formam, contendit ad optima, plura tamen imperfecta, quàm perfecta efficit.

Differunt tamen ars & natura multis nominibus. Primò quia natura suppeditat materiam arti, non contrà: nisi per accidens. p. quatenus agricola vtitur irrigatione, stercoratione, &c.

2. quia ars æmulatur naturam, non contrà: de qua imitatione 2. Physic.

3. ars acquiritur exercitatione: natura non item.

4. ars nihil molitur sine præsidio naturæ, natura plurima sine arte perficit.

5. quia { natura est principium motus in eo ipso, in quo est. p. in arbore. / ars effectiua est tantum principium mòtionis in alio. p. in ferro.

Quædam notæ artis?

In artifice perfecto requiritur *natura & habitus*, opera & ingenium.

Nam { ars sine opera est nauis sine vento, sine mari. / opera sine arte, est temeraria.

Ars & fortuna versantur in contingentibus.

Egemus arte { non vt viuamus. / sed vt benè viuamus.

Artifici idoneus iudex { tum artifex. / tum qui vtitur opere.

Quod aduersatur operi artificiolo, aduersatur arti. Natura est artis fundamentum, & exemplar.

IN CAPVT V.

De Prudentia.

Nomen, distinctio, notio.

De prudentia.

Belluina prudentia est sagacitas naturæ, per quam bellua facit quod factura erat si prudentia propriè dicta vteretur.

Et à phantasia & memoria proficiscitur, estque naturæ instinctus, inuenitur in apibus, in formicis, &c.

Humana prudentia consistit in rectè consulendo, & consultando de his rebus quæ homini prodesse possunt, &c.

Digitized by Google

Sed prudentiæ nomen in nobis vſurpatur variè.

Eſt { primò quæuis virtus practicæ mentis. 2. virtus practicæ mentis ea quæ ſtochaſtica & coniecturalis, vt medici virtus. 3. peritia, & virtus mentis, quæ regat appetitum.

Prudentia, quæ ſecundæ ſignificationis, varia in nobis.

Eſt { naturalis / acquiſita } { inchoata / perfectior } { abſolutè prudentia. / ſecundum quid prudentia.

Eſt { *ſecundum* quid prudentia, vt quando aliquis dicitur prudens medicus, &c. & eſt varia pro varietate artium maximè autem coniecturalium. / *abſolute* prudentia, & dicitur *prudentia moralis*, hęc ſæpe dicitur *rectaratio*.

Interdum *Sophia*, & ſapientia potiſſimum apud Stoicos, apud quos nemo *prudens* niſi *ſapiens*.

Cur prudentia dicitur prudentia moralis, & moralis virtus?

Dicitur { non *ratione ſubiecti*, quia non eſt ſita in appetitu. / ſed *ratione* { *finis*, quia tendit ad honeſtè viuendum. / *obiecti*, quia occupatur in rebus ad benè, beatéque viuendum, pertinentibus.

Ea nemo abutitur.

Quæ virtutes mentis ad mores pertinent?

Primò *ſyndæreſis*, quæ dicitur prudentia naturalis.

2. *ethica ſcientia* cum iuriſprudentia, quæ pars illius, aut propago.

3. *peritia* ethica, quæ dicitur prudentia & ars ethica..... cum illius partibus, & inchoationibus. n. ſyneſi, eubulia, &c.

Quæ cauſſæ & munera prudentiæ?

Finis. Ad regimen humanæ actionis prudentia inſtituta, vt ars ad effectiones.

Officium. Officia ſunt medium præſcribere.....iudicare, præcipere, executionem gubernare.

Sedes. Eſt { imperantis potius quàm obſequentis, primo & tertio Politicorum. / in mente practica conſtituta eſt.

Opifex. Paratur iiſdem ferè viis, quibus alii habitus mentis.

Obiectum. Verſatur circa res humanas { practicè / non theoreticè } ſed { tum generatim. / tum ſigillatim.

Genus. Eſt de numero virtutum mentis & peritia moralis.

Diuiſio officij. Munus { vnum in ipſa mente imperanti, / alterum in facultatibus obſequentibus.

Digitized by Google

Quæ natura?

Definitur { prudens qui valet deliberanti facultate, in iis quæ pertinent ad benè beatéque viuendum.
prudentia habitus mentis cum recta ratione actiuus, &c.

i. habitus mentis practicæ laudabilior, qui cum recta ratione in earum rerum quæ sunt homini bonæ aut malæ actione versatur, idque immediatè, & ita vt occupetur in singularibus.

Appetitio & ratio sese inuicem definiunt.

Definitur recta { ratio quę appetitioni / appetitio quæ rationi } rectæ consentanea est.

Imperat { mens voluntati sed imperio ciuili, liberali, & paterno.
voluntas menti sed imperio quasi herili.

In quo maximè consistit prudentia?

Opus { habilitate cognoscendi præceptum morale.
habilitate benè applicandi.
& dexteritate benè impellendi facultatem obsequentem.

Prima maximè requirit memoriam & phantasiam.

Secunda iudicium quo ius cum facto copuletur.

Tertia facit maximè vt prudentia distinguatur à calliditate, vt prudentia nemo abutatur.

IN CAPVT VI.

De intellectu.

De Intellectu.

De principiis probationum, & demonstrationum deque intelligentia principiorum in rudimentis lib. de demonstratione & primo tract. Metaph.

Considerandus hic potissimum intellectus moralium principiorum, qui in scholis dicitur *synderesis*. De eo nonnihil ad primum librum.

IN CAPVT VII.

De sapientia.

De Sophia.

Nomen & notio sapientiæ.

Dum opponitur sapienti prudens, tum pertinet { sapientia ad contemplationem.
prudentia ad actionem, exercitationem.

Sapientia { generalissime; doctrina quęuis partialis vel iustę magnitudinis.
generatim doctrina contemplatiua.
propriè scientia cum intellectu..... scientia vbi res cognoscatur per primas causas, tumque sapientia duplex;

Digitized by Google

Nam primæ cauſſæ { vel tantũ ſecundũ quid primæ.n.in ſuo particulari genere.p.in medicina,in re militari, &c. / vel abſolutè primæ,vt Deus.

Hinc ſapientia { vna ſecundum quid ſapientia, vt quæ architecti: / altera abſolutè ſapientia, quæ { vel Philoſophia tota. / vel ſola Metaphyſica, vt maximè hoc loco, qua res ſciuntur per primas cauſſas.

Scientia { nunc quæuis virtus mentis. / nunc quiuis habitus mentis laudabilior præter opinionem & intellectum. / nunc quiuis certior. / nunc quiuis qui ſit certior,theoreticus, & per probationem, & tum complectitur ſapientiam. / nunc notitia certior, ſed per inferiores cauſſas,& diſtinguitur à ſapientia.

Conſulendus ſermo de philoſophia& metaphyſica.

Sapientia eſt-ne ſcientia cum intellectu?

Scientia demonſtratiua { nunc ſignificat ſolam concluſionem demonſtrationis. / nunc demõſtrationem totã, probationẽ cum cõcluſione.

Notitia antecedentium { ſi ſint primæ & indemonſtrabiles, dicitur *intellectus*. / ſi ſecus habent,poteſt *ſcientia* dici.

Hinc intelligis cur ſapientia dicatur continere { tum ſcientiam. / tum opinionem.

Ineſt-ne ſapientia belluis?

In belluis propriè non inuenitur neque prudentia,neque ſapientia.

Se din his veſtigia { ſapientiæ nulla. / prudentiæ multa.

Prudens vir ex memoria præteritorum { diſponit præſentia. / proſpicit futuris.

Bellua ex memoria præteritorum impellitur ad futurum, &c.

Prudentior bellua { quàm vir planè mente captus. / quàm puer nondum per ætatem compos rationis.

Nam cùm ad prudentiam non valeant niſi duo. n. { ratio. / inſtinctus naturalis.

Expertes ſunt { pueri & mente capti vtriuſque. / belluæ alterius tantùm.

De contemplationis & ſapientiæ dignitate primo Metaphyſicorum, & 10. Ethicorum.

De principiis humanarum actionum, ſuprà.

Digitized by Google

IN CAPVT VIII.

De politica prudentia, prudentiæ diuiſione.

Propoſitio Ariſtotelis

Summa.

Prudentia & politica ſunt idem habitus ..... ſed τὸ eſſe ipſorum non eſt idē.

Politica { cùm verſatur in executione legum, retinet commune nomen.
cum in ſanciendis legibus, vocatur nomothetica.

Prudentia { vel politica eſt, per quam conſulimus Reip.
vel œconomica, per quam domus adminiſtratur.
vel ethica, per quam quiſque ſibi conſulit, priuatoq; homini.

Quid politicæ nomine accipiendum?

Politica virtus { vna eſt quæ ſuppeditat cognitionem præceptorum, & totius generis, operiſque vniuerſalis.
altera quæ eſt rerum ſingularium, quæque vt aſſiduo paratur vſu, ita ad vſum plurimùm valet.

Sed { prior quodam modo *quieſcit*, theoreticam ſapit.
poſterior contra, ideoque prudentiæ eſt affinior, verum eſt duplex;

.n. { vna eſt tantum *peritia*, & ad eos pertinet qui in opere diſcunt.
altera ad *peritiam* adiungit etiam intelligentiam & notitiam rerum vniuerſalium, & ſcientiam, vt conſtat ex 1. Metaph. 10. Ethic.

Politica { latè ſcientia & ars moralis.
ſtrictè ea tantùm cui proponitur Reſp.

Agimuſne ex inſtituto de prudentia omni?

Agimus { generatim de prudentia, illius ſede, natura, & officijs.
ſpeciatim { de ethica prudentia, quæ virtutes morales moderatur.
ſed non { de œconomica, quæ ad œconomicam.
de politica, quæ ad ciuilem diſciplinam referenda eſt.

Sunt-ne politica & prudentia idem habitus?

Reſpondeo { primò eſſe ſubiecto, numero, & ſecundum ens eundem habitum: licet differant definitione & ſecundum eſſe.
ſecundò forſan eſſe habitum realiter eundem, licet ratione differant.

Videtur enim eſſe iſtius loci hæc ſententia.

Vt arte vtimur { nunc ad totum genus inſpiciendum .p. domum.
nunc ad rem particularem dignoſcendam .p. hanc do-

Digitized by Google

mum, vt docuimus in logicis prefationibus:

Ita etiam vna eademque habilitas mentis, vnus idemque habitus mentis politicus duplicem videtur habere vsum.

Applicatur { nunc rebus vniuersis cognoscendis, diciturque *politica scientia*.
nunc etiam singulis cognoscendis ac gerendis, vocaturque *prudentia*.

Sed hoc sentiendum est quando vnus idemque politica & prudentia valet.

Sæpè { prudens parum valet speculatione totius generis.
speculator totius generis parum prudentia valet, cognitioneque rerum singularium.

Quæritur sintne ars & scientia realiter idem cum peritia, saltem quando descendunt ad res singulares comprehendendas.

Monitum.

Cur pueri facilius euadant mathematici, quàm prudentes declaratum alibi.

Discrimen prudentiæ { ab intellectu
à scientia } facilè colligitur ex superioribus.

IN CAPITA IX. X. ET XI.

Præfatiuncula.

Vt difficile est excellere prudentia ..... ita cùm varia sint & discrepantia prudentiæ officia, difficillimum est in omnibus excellere.

Hinc factum est vt prudentia diuideretur.

εὐβουλία. συνεσις. γνώμη. συνδιαιρεσις.

Eius est { deliberare, huc *eubulia* pertinet.
iudicare, huc *synesis*, siue solertia: & *gnome*, vndè syngnome, & *syndaresis*, vndè conscientia.
exequi, hinc proficiscitur virtus eorum, qui cum parum valeant consilio, optimè tamen exequuntur, quod præceperis.

Quæ postrema virtus nomine particulari caret, retinet commune prudentiæ nomen.

IN CAPVT IX.

De Eubulia.

De Eubulia. εὐβουλία.

Quærere latiùs patet, quam deliberare, consultare, ex 3. Ethic.

Eubulia { non est idé atq; *scientia*, quia in scientijs non est locus deliberationi.
non atque *opinio* quia hęc non semper est honesta.
non idem atque *coniectura*, & *synesis*, sagacitas.

Quia { eubulia ratiocinatur, deliberat.
coniectura facit vt rem percipias citra deliberationem, ratiocinationem, idque statim.

Digitized by Google

Sed est vis bene consulendi, deliberandi.

Est { naturalis } { absoluta quæ ad bene, beatéque viuendum.
    { acquisita } { vel secundum quid, & ad artes pertinet .p. ad militarem, medicum, nauticum, &c.

IN CAPVT X.

De synesi. σύνεσις.

De Synesi & Sagacitate.

Valet { vt eubulia ad certitudinem.
      { ita synesis seu sagacitas ad iudicandam propositionem.

Definitur facultas & habilitas bene iudicandi propositionem & suspicionem de rebus in quibus prudentia versatur.

Ea { vt sit potius prudentiæ inchoatio ..... quàm prudentia præfata.
   { est tamen ἀρετὴ & virtus ..... quia synesis idem quod bona synesis.

Synesis { est naturalis } { absoluta.
        { vel parta vsu } { vel secundum quid.

Synesis { aut citra vllam } deliberationem iudicat.
        { aut citra longam }

IN CAPVT XI.

De gnome. γνώμη.

De gnome & sententia.

Sententia { dicitur à sentiendo, vt gnome à cognoscendo.
          { pertinet { generatim ad sensum & ad mentem.
                     { propriè ad solam mentem.

Nam { nunc sumitur pro ipso sentiendi actu.
    { nunc pro sentiendi habitu, aut facultate.

Est { primò quicquid animo sentis.
    { secundò generale proloquium, & axioma, quod videtur esse debere instar iudicij & latæ sententiæ.
    { tertiò iudicij de controuersia decretum, cui parere oporteat.
    { quartò decretum quod ad mores pertineat.

Tum { generatim est enunciatio potissimum autem compendiosa, quæ nos ad aliquid hortetur, vel dehortetur, &c.
    { oratio sumpta de vita, quæ quid esse aut quid non esse oporteat in vita breuiter ostendit.
    { anguste vt hoc loco est iudicium laudabile de ΔΙΚΑΙΟ & ΒΟΝΟ.

Digitized by Google

Quo tempore { si sumitur pro habitu est virtus mentis, quæ respondet æquitati, & per quam procliues sumus ad bene iudicandum de æquo & bono.
si pro actu mentis, qua de æquo & bono bene iudicamus.

συγγνώμη.

De syngnome.

Dicitur { vt syngnome à gnome.
ita ignoscere à noscendo .... ignoscentia à noscentia.

Qui iudicio gnomeque valet, ille est procliuis ad ignoscendum, indulgendum.

Coniunctio gnomes, sagacitatis, prudentiæ et intellectus.

Hæ vires magnam inter se habent affinitatem.

Nam { ferè eôdem tendunt.
gignuntur & occurrunt in eodem.
sese comitantur.

Intellectus nomine quid significetur hîc, suprà monuimus. Loquimur hîc tantum de morali intellectu vndè conscientia.

Hæ vires non sunt habitus [propriè dicti qui tamen sint] à natura insiti .....

.... Sed { vel procliuitates naturales ad procreandos habitus.
vel promptitudines, habilitatesque vsu partæ.

IN CAPVT XII.

Summa.

Hîc { primum dubitatur de sapientia & prudentia aliquid. [.]
deindè tollitur dubitandi occasio.

Quot bonorum genera?

Expetuntur { quædam propter se, vt beatitudo.
quædam propter aliud; vt venæ sectio.
quædam { & propter se } vt virtus.
& propter aliud }

§

Quænam faciunt beatum?

Faciunt { primò quæ fœlicitatem componunt .j. actiones ex virtute.
secundò horum instrumenta & adiumenta.

Hæc { interna vt mens { naturalia, vt memoria & mens.
externa vt opes { acquisita, vt habitus, sapientia, iustitia, &c.

Est-ne sapientia vtilis ad fœlicitatem?

Quod non est principium *geneseos*, id fœlicem non gignit, non facit.

Sapientia

Digitized by Google

Sapientia non eſt principium geneſeos, & motionis, quandoquidem eſt in mente quieſcenti ..... Ergo.

Diſt. S. { ſi geneſeos nomine intelligatur moralis actio, vel effectio, C.
{ ſi actio quæuis, N. quia omnis habitus eſt principium agendi.

Eſt-ne prudentia neceſſaria ad bene viuendum?

Eſt { vna exquiſita prudentia, per quam videmus ipſi noſtro marte quid ſit agendum.
{ altera per quam videmus alienis oculis.

Alteram habere neceſſe eſt vt benè, beatéque viuas.

Obiectiones.

Quod non facit vt ſimus magis idonei ad bene agendum, non eſt neceſſarium ad fœlicitatem.

Prudentia verò eſt eiuſmodi.

Si eſt neceſſaria, eſt { vel virtutem adeptis.
{ vel virtutis exercitationem meditantibus.

Non autem illis, quia quemadmodum qui artem didicit medendi non propterea melius valet: ita qui viuendi artem ac prudentiam tenet, non propterea eſt melior.

Non his, quia vt conualeſcere poſſunt medici alterius opera, non minùs quàm ſi ipſi eſſẽt medici: ita poſſum facere officium ab alio admonitus, non minùs quàm ſi ipſe prudentia valerem plurimum.

Ergo prudentia non eſt neceſſaria.

Reſpondeo diſſimilem eſſe rationem medicinæ, & prudentiæ.

Primò quia { prudentia eſt non modo ars ſanandi animi, verumetiam quædam ſanitas animi.
{ medicina verò eſt ars ſanandi corporis, non ſanitas corporis.

Secundò quia { medicina non eſt principium neceſſarium, ad mouendas facultates quibus valemus ac ſalubriter viuimus.
{ prudentia ſaltem mediocris neceſſaria eſt ad virtutem & virtutis vſum, qui vita animi.

Reſponde præterea medicæ virtutis vnumquemque habere aliquid .p. quo cibum diligat, &c.

Vndè æſtimatur dignitas prudentiæ?

Ex fine. Sapientia tamen Ariſtoteli eſt præcellentior, quàm prudentia.

Conſulendus ſermo de duplici fœlicitate.

Quibus rebus perficitur morale opus?

Perficitur { virtute morali, & probitate, quæ rectum finem facit.
{ & prudentia ſeu prudentia morali, quæ recta media.

Gigniturne prudentia ſine virtute?

Neutiquam quia potiſſimùm conſiſtit in dexteritate applicandi, ... & impellendi appetitum.

Digitized by Google

Nam non gignitur niſi { vt rectè ratiocinando de rebus practicis. / & rectè regendo appetitum.

Nemo autem rectè ratiocinatur de rebus practicis, qui non videt & comprehendit principia actionum, & rerum agendarum principia practica non comprehendit perfectèniſi bonus & perfectus .j. qui recta agit, & rectè ſiue ex habitu, ſiue citra habitum.

Habilitas verò & promptitudo applicandi ex vſu naſcitur.

Ergo nemo euadit prudens, niſi rectè agat.

Qui autem rectè agit { veliam aſſequutus eſt / vel ſaltem aſſequitur } virtutem.

Proindè quiſquis eſt prudens ille idem eſt vir bonus, quemadmodum etiam qui vir bonus ille eſt prudens ſapienſque, ſi ſapientem interpreteris prudentem.

Itaque crebrò offenduntur coniuncta hęc epitheta duo *bonus & ſapiens.*

Requiritur in mente { non modò notitia rerum practicarum, ſeu præceptorum. / verumetiam facilitas & promptitudo applicandi & exequendi.

Ante prudentiam, quid regit praxin?

Prudentia naturalis, quæ ſolertia quædam naturæ.

Hæc { ſi tendit ad honeſtum finem, dicitur prudentia naturalis, & ſolertia. / ſi ea abutaris, dicitur calliditas naturalis, aſtutia, vafrities, &c.

Quid nos per naturam ad optima mouet?

Mouet omnia quod in nobis eſt diuinum, principium princepſque [motionis] non ratio, non logos & ratio, (ſiue diſcurſus) ſed quid melius, 7. Ethicorum ad Eudamum.

Quid dicitur melius?

An voluntas domina? an potiùs intellectus principiorum moralium, qui logo & ratione præcellentior?

IN CAPVT VLTIMVM.

Quotuplex virtus mentis?

ἐπιστημονικὸν. Eſt { vna in mente epiſtemonica. / altera in opinatrice & eſt deterior ratione ſubiecti, finis, & obiecti.

Occup. Prudentia ſi ſapientiæ imperat ..... imperat propter ipſam.

Quotuplex prudentia & moralis virtus?

Prudentia { vna acquiſita quæ propriè prudentia. / altera naturalis, quæ non tam mens practica, quàm illius perſpicacitas. [cacitas.

Digitized by Google

Virtus { vel est acquisita & propriè virtus.
vel est naturalis neque ita propriè virtus. De qua re in Rudimentis.

Habeturne virtus sine prudentia?

Neutiquam ..... non quia virtus sit prudentia, vt esse volebat Socrates. De qua re sæpius.

Sed quia { virtus est cum prudétia, cùm sit habitus congruens rectæ rationi.
nulla habetur virtus, sine prudentiæ particula illa, quæ ipsi respondet.
virtus obsequens pendet ab imperanti.
prudentia indicat media, illustrat finem, voluntatem mouet, impellit.

Deleturne prudentia oblivione?

Non deletur .j. non facilè deletur, non solet deleri .n. quia eius exercendæ occasio perpetua est.

Degeneratne interdum?

Degenerat { difficillimè in hebetudinem, nisi per vitium corporis, vt in senectute.
non rarò in calliditatem, & astutiam, vt vinum in aceto.

Tum perit { non tam ratione communis, & vniuersalis.
quàm ratione particularis notitiæ, peritiæ, applicationis & motionis.

Cur sapientissimi rarò prudentissimi?

Quia potissimùm consistit { sapientia in iudicio.
prudentia in memoria, & imaginatione.

Quid opponitur prudentiæ?

Opponitur { hinc imprudentia, & stolliditas, quæ mente } deterior.
hinc calliditas, & vafrities, quæ voluntate }

Quæ hîc notitiæ varietas?

Est { vniuersalis } { iuris } { scientia } { ab habitu libero, impeditone.
singularis } { facti } { opinio } { aliundè.

Est { imperfectior, vt cùm qui sententias poëtarum memoriam tenet, earum sensum non satis assecutum.
vel perfectior, vt in Catone, Aristide.

Fierine potest vt quis rectè sentiat, & tamen malè agat?

Hæc quæstio excutienda est ad librum septimum.

Finis libri sexti Ethicorum.

Digitized by Google

IN LIBRVM SEPTIMVM:

PARTITIO ET SVMMA.

De statibus morũ, voluptate.

In Arte { priori proponitur triplex morum ſtatus laudabilis, triplex vitioſus.
posteriori agitur de voluptate, & dolore.

Pars prior.

Cap. 1°. { in moribus docentur eſſe { tria fugienda .n. { incontinentia. vitioſitas & χαυίτης. feritas.
tria appetenda .n. { continentia. ἀρετὴ & virtus. heroïca virtus.
deindè ponuntur variæ hypotheſes eô pertinentes.

Cap. 2°. { primò quæritur poſſitne qui rectè ſentit incontinenter viuere.
ſecundò ſitne continens prudens, quod obſiſtat voluptati.
tertiò reciprocenturne continens & temperans.
quartò faciatne continentia vt perſiſtas in opinione.
quintò poſſitne impotens agere quæ ſunt virtutis.
ſextò ſitne impotens deterior incontinenti.
ſeptimò verſenturne continentia & incontinentia circa omnia.

Tertio capite de prima } agitur dubitatione ſeu quæſtione.
Quarto capite de ſeptima }
Quinto capite de *iucundis* præter naturam agitur.
Sexto capite quæritur turpiorne impotens animi, an impotens cupiditatis.
7. cap. de *incontinentia, mollitie, continentia*, conſtantia deq; ſexta dubitatione.

Octauo capite agitur { de eadem ſexta dubitatione.
deque tertia.

Nono capite agitur { de quarta } dubitatione.
de tertia }
déque pertinacia.

Decimo de ſecunda dubitatione, deque continentia & incontinentia.

Poſterior.

11. { primùm docetur an ſit agendum de voluptate.
deindè ponuntur ſententiæ de ipſa.

Digitized by Google

Capite
- 12. ſententiarum fundamenta ponuntur, diruuntur.
- 13. aduerſus ſententiam primam diſputatur.
- 14. agitur de voluptate corporis.

IN CAPVT I. ET II.

De Variis ſtatibus morum.

Quot in moribus fugienda, quot optabilia?

Sunt
- tria fugienda *incontinentia, vitioſitas, feritas.*
- tria optanda *continentia, virtus, heroica virtus.*

Nam
- & virtuti
- & vitio

ſua latitudo, vbi
- aliquid ſuprà
- aliquid medium.
- aliquid infrà.

Quæ ratio feritatis & heroicæ virtutis?

Feritas
- in *plantis* eſt extremum quiddam prolapſionis, & degenerationis in quod cicures prolabi poſſunt, Theophraſto primo de cauſſis cap. 9.
- in *belluis* immanitas quædam.
- in *hominibus* ſtatus quaſi infra conditionem naturæ humanæ.

Homo
- vt demiſſus infra ſortem naturæ ſuæ dicitur *ferus*, immanis, agreſtis.
- ita ſublatus ſupra dignitatem eius dicitur *heros.*

Feritatis
- nomen prodiit à feris, belluis & agreſtibus plantis.
- cauſſæ
  - vehemens *melancholia*, vt in Timone.
  - doloris acerbitas ingens, & diuturna.
  - ſenſuum deprauatio.
  - ſcelerum magnitudo, & immanitas.

Heroïs
- nomen
  - vel ab amore diuinæ puchritudinis.
  - vel à Iunone, quod videatur Iunone ſatus.
- cauſſæ
  - excellentia naturæ facultatumue naturalium.
  - excellentia aſſuetudinis & naturæ.
  - diuinum beneficium.

[·"]

Feritas
- vna aduerſatur affabilitati, & obſequio: quæ ferè comitatur ingenia minimè parua, & abiecta, niſi excolantur.
- altera opponitur heroicæ virtuti, quæ vna pertinet ad hunc locum.

Eſtque
- naturalis
  - voluntatis
    - curabilis.
    - inſanabilis.
  - intellectus
- acquiſita

Digitized by Google

Eſt { miſeratione digna, vt inſana.
deteſtatione digna, vt crudelitas immania.

Curatur { vna præceptis medicorum, vt inſania.
altera præceptis moralibus, & aſſuetudine.

Porrò { vt quô vinum generoſius inde acetum acrius.
ita nonnũquam bona, validaque ingenia maximè efferantur.

Æquare non videmur { neque vitia } veterum.
neque virtutes }

Heroica vis eſt habitus, qui ſupra hominum vulgarem conditionem & virtutem aliquem attollit.

Eſt { *mentis*, vt in Homero, Archimede, Ariſtotele, Cicerone.
voluntatis, vt in Hectore, Catone, Ariſtide.
vis motricis, vt in Milone.

Eſt { vel naturæ ſolius.
vel naturæ & exercitationis.

Sine naturæ bonitate vix poſſit comparari heroica virtus: qui illâ per naturam vigent, ferè *melancholici*.

Quæ ratio vtriuſque ſecundi ſtatus?

Nomine { virtutis & ἀρετῆς intelligitur virtus paulo perfectior, non heroica tamen.
vitioſitatis & κακίας, vitium frequens, vulgare.

Conſulendi ſermones compendiarii.

Virtus & heroica virtus differunt ſecundum magis & minus.

Æmulamur { vt feritate belluas.
ita ſanctitate & heroica virtute Angelos.

Quæ vtriuſque primi ſtatus?

Cõtinens. Incontinens.

Loquendum eſt de *inpotentia*, mollitie, luxu, continentia, conſtantia, &c.

Dicitur { ἐγκρατὴς qui poteſt } ſe continere aduerſus affectus vehementes.
ἀκρατὴς qui non poteſt }

Sed incontinentia multis dicitur modis.

Nam { interdum pertinet ad res venereas.
ſæpe idem eſt atque temperantia virtus.
nunc { latè habitus quo obſiſtimus vehementibus affectibus, & perſeueramus in conſilio recto.
ſtrictè habitus voluntatis, quo obſiſtimus libidini & molestiis ad tactum pertinentibus, idque bifariàm.

Digitized by Google

Quia { aliquando complectitur { tum perseuerantiam. / tum constantiam, siue firmitatem.
aliquando tantùm firmitatem, qua obsistimus libidinibus, non perseuerantiam.

Quomodo agit Aristoteles de continentia & incontinentia?

Primò ponit varias hypotheses de habitibus huius generis.
2. Dialecticè in vtramque partem differit.
3. didascalicè & moraliter agit.

Quæ hypotheses?

Sunt { continentia & constantia, bona & laudabilia. — Prima.
impotentia & mollities in malis & vituperandis.

Continens idem atque in sententia permanens. 2.
Impotens siue incontinens discedit à iudicio rationis. 3.
Vir { impotens agit, quæ nouit esse mala sed victus pertubatione.
continens quas cupiditates nouit esse malas minimè sequitur. 4.
Temperans iudicatur tum continens, tum constans.
An quicunque est continens aut constans sit temperans dissensio est. 5. 6.
Item an prudens & solers possit esse impotens. 7.
Dicuntur impotentes { quidam iræ. / quidam honoris & gloriæ. / quidam lucri. / &c. 8.

IN CAPVT II.

Prima quæstio, siue dubitatio.

Fieri-ne potest vt qui rectè sentit viuat incontinenter?

Posse negat Socrates, at ferè contra omnium iudicium.

Quibusdam { qui *scientia* nouit. i. firma persuasione, non potest. [.]
qui *opinione* seu infirma persuasione, potest.

Refelluntur quia { vbi leuis est suspicio, venię est locus.
in incontinentia non est venię locus. i. incontinens dignus est suppliçio.

Secunda quæstio.

Continens est-ne prudens quod obsistat voluptati cum qua colluctatur?

Digitized by Google

Obsistere voluptati non videtur esse nisi prudentiæ: quia obsistere potentissimorum est.

Non tamen necessariò est prudentiæ ..... etenim incontinens obsistit aliquandiu, non est tamen prudens.

Prudens sponte nunquam turpia agit ..... sed ad agendum est aptissimus, ornatusque aliis virtutibus.

Tertia quæstio.

Reciprocatur-ne temperans cum continenti?

Temperans neque prauis, neque vehementibus cupiditatibus concitatur ..... continens contrà.

Continentia { si auocaret ab honestis, vituperanda foret.
si ab exiguis, nihili facienda.

Quarta quæstio.

Est-ne continentiæ facere, vt in opinione persistamus?

Sanè { si facit vt in opinione quauis persistamus, aliquando praua est futura.
si deducit ab opinione quauis aliquando erit honesta.

Quinta quæstio.

Potest-ne impotens, quæ sunt virtutis agere?

Potest per errorem existimare aliquid turpe, quod tamen est honestum.

Ergo si imprudentia coniungatur cum incontinentia, incõtinentia poterit esse virtus ..... i. aliquod facinus iustum & honestum: licet non fiat iustè & honestè.

Sexta quæstio.

Deterior-ne intemperans incontinenti?

Qui sectatur voluptatem cum tamen bonam esse non arbitretur, videtur deterior, quàm qui bonam esse persuasus eam sequitur, hinc enim plus spei emergere videtur: Atqui ille est impotens, hic intemperans: Ergo.

Septima quæstio.

Versantur-ne incontinentia & continentia circa omnia?

Prudens { non solùm circa vnum genus deliberatione valet
verùm circa omnia, quia ad benè, beatéque viuendum pertinent.

Quæritur vtrùm continentia versetur circa omnia, an verò sit aliquis habitus particularis.

Seu { vtrùm detur aliquis incontinens planè, omnino, & circa omnia.
an verò omnes qui sunt incontinentes, sint incontinentes tantùm secundum quid, & in certo genere.

Negãdum est quenquam esse qui sit planè idem & absolutè impotens & incontinens: impotens alius *iræ*, alius *libidinis*, &c.

IN CAPVT

IN CAPVT III.

De Prima dubitatione.

Ex tertio de anima, cap. 9. tex. 47.

Intellectus ratioque nonnunquam iubet fugere aliquid, aut prosequi..... at non obtemperat homo, neque mouetur quò ratio vocat: sed agit cupiditate, vt fieri solet in incontinenti, siue in impotenti.

Quare quis nominatur impotens, incontinens?

Vocatur { non propter propriam materiam, in qua versetur, nam quod proponitur continentiæ, id proponitur etiam virtuti alteri. sed propter proprium modum, quo in ea occupatur.

Circa quid versatur incontinentia?

Versatur { generatim in omni genere moralium { rerum. aut affectuum saltem. propriè in iis in quibus temperantia, aut intemperantia.

Quid interest inter continentem et intemperantem?

Impotens { nouit voluptatem quam amplectitur fugiendam esse. iudicium nondum corruptum habet, aut saltem nondum valdè corruptum.

Intemperans contrà { voluptatem optabilem putat. iudicii corruptioris est.

Ergo differunt modo, non materia. De qua re infrà.

Vere-ne impotens nouit?

Potest { tum verè nosse. tum etiam falsò credere fugiendum, quod non est fugiendum, &c.

Cùm enim careat prudentia facile errare potest.

Nonne differunt scientia et opinio vera?

Differunt, sed vix quod attinet ad præsens institutum.

Nam { certitudo quæ commouere potest ad agendum plerunque non minus in opinione locum habet, quàm in scientia. immo plerique pertinaciùs adhærescunt suis opinionibus, quàm alii scientiæ.

Nulla-ne animaduertenda varietas in notitia impotentis?

Animaduertenda est & quidem multiplex.

Digitized by Google

Prima. Notitia { nunc in *vſu* ponitur cùm reipſa cognoſcimus.
nunc in *habitu*, aut facultate, cùm habitum & facultatem habemus ſed non vtimur.

2. Eſt { generalior: vt nihil moliendum eſt aduerſus patriam.
ſpecialior: vt rebellio non eſt mouenda aduerſus patriam.

3. Eſt { *iuris*, vt plectendus eſt qui ſeditionem mouet.
facti, vt Gracchus ſeditionem mouet.

Sæpè cognoſcitur generalis & ignoratur particularis propoſitio, & contrà.
Sæpè cognoſcitur ius, non factum & contrà.
Sæpè habitu cognoſcimus, non autem actu.

4. Eſt { imperfectior habitus qualis eſt eorum, qui poëtarum ſententias memoriter recitant, earum ſenſum non ſatis aſſecuti.
perfectior { impeditus. p. furore, ebrietate, ſimilibus cauſſis, &c.
non impeditus, vt quando qui ſcientiam eſt aſſecutus, non dormit, neque vllo affectu vehementiori interturbatur.

5. Notitia certior, incertior, &c.

Quænam hinc maximè petuntur regulæ?

Prima. Quando impotens occinit præcepta benè viuendi, non propterea vtitur illis.

2. Impotens { ignorat quandiu durat vehemens perturbatio, quæ aliud ſuadeat.
ſcientiam recuperat eo modo quo ebrii & dormientes.

3. Rem { vniuerſalem. p. turpia eſſe fugienda ferè rectè nouit.
ſingularem { aut non nouit actu inter perpetrandum turpe facinus p. hoc eſſe fugiendum.
aut ſaltem obſcurè nouit.

4. Dum impotenter agit vtitur { non iudicio & ſcientia, quam comparauit.
ſed opinione tantum, quam ſuppeditat ſenſus & concupiſcentia.

5. Ergo { antequam ſuadeatur à perturbatione ferè rectè iudicat.
deliberabundus mutat, præfert { nunc honeſtatem.
nunc voluptatem.
dum amplexatur voluptatem, ſpreta honeſtate.

Tunc { voluptatem præferendam iudicat.
verum { non habitu ſed actu.
non nudam ..... ſed omnibus circunueſtitam circonſtantiis. p. ipe veniæ, reſipiſcentiæ, longioris vitæ, &c.

Ita vt { ante tentationem benè ſentiat.
in tentatione vacillet.
dum cedit, erret.

Digitized by Google

Ideò { vt probi viri vita est constantior. 6.
ita improbi { & voluntas affectusque æstuat, fluctuat.
& opinio incerta, inconstansque agitur. Occupatio

Neque propterea culpa vacat dum obsequitur erroneæ opinioni.

Nam { actu quidem opinatur melius esse quod amplexatur quàm quod deserit. Resp.
sed volens & libens & liber opinatur.

A maiori parte fit denominatio. 7.

Non est error in voluntate, quem non præcedat aliquis error intellectus. 8.

Opinio potior quàm scientia ad regendam vitam. 9.

Malum { destitutum omni specie boni nemo amplectatur.
quod apparet omnino bonum facilè amplexamur. 10.
quod apparet partim bonum, partim malum amplectimur quidem, sed non propter cognitam malitiam.

Vulgatum illud *non esse errorem vllum in voluntate quem non præcedat aliquis error intellectus.*

IN CAPVT IIII.

De septima dubitatione.

Quæritur { sit ne aliquis incontinens simpliciter, incontinens omnino & planè, & in omni genere affectuum.
an verò quicunque sunt incontinentes ij sint incontinentes tantum in certo eodem genere, & secundum quid.

Quæritur { sit ne aliquis incontinens sine additamento, vt aliquis prudens.
an verò quicunque dicitur incontinens cum additamento. p. incontinens iræ, incontinens libidinis.

Omnino quæritur circa quid versetur impotentia, siue incontinentia.

Prudentia est vniuersalis virtus, quod occupetur circa omnia moralia.

Continentia { non versatur circa res omnes humanas.
sed { generatim circa affectus.
propriè circa ea tãtum quæ voluptatẽ doloréq; afferũt.

Hæc { vel necessaria, vt quæ pertinent ad potum & cibum.
vel non necessaria, vt honos, pecunia, &c.

Rerum { quædam sunt suapte natura honestæ, vt parentum amor.
quędam suaptè natura turpes, vt esus humanarum carnium.
quædam mediç, vt bibere, vesci, &c.

Rerum { natura honestarum vituperatur { non amor.
sed amoris immoderatio.
natura turpium, cupiditas quæuis vituperatur.
mediarum regimen continentia suscipit.

Digitized by Google

Rerum quæ ſunt contra naturam cupiditas vituperatur.

Non naturale hîc { non quod rei nulli eſt naturale.
ſed quod nõ eſt naturale, cõgruenſue homini, vt crudis cárnibus veſci.

IN CAPVT V.

De iũcundis contra naturam.

Delectãtium { alia media ſunt, quaſi indifferentia, vt currere,
alia ſuapte natura iucunda, vt philoſophari.
alia ſunt iucunda & delectantia contra naturam.

Idque { vel propter corporis affectionem, vt quando mulieres pica laborãt.
vel propter conſuetudinem patriæ, vt cùm Maſſagetæ propinquorum cadauera epulando cõſumunt.
vel propter deprauationem naturæ, vt cum Phalaris immanitate ſuppliciorum delectatur.

Impotentia { non eſt morbus & affectio corporis, [nõ cõſuetudo patriæ.]
ſed vitium animæ { non egrediens limites vulgares humanæ naturæ, vt ſit feritas.
verum intra illos.

Qui rebus tertii generis delectantur,
ij { ſi id morbo faciunt, miſeratione ſunt digni.
ſi cõſuetudine & prauitate naturæ, ſunt feri, & immanes.

Incõtinentia { vna dicitur incontinentia ſimpliciter, & ſpeciatim. n. quæ nõ egreditur limites vulgares humanæ vitioſitatis.
altera { non abſolutè incontinentia.
ſed ferina incõtinentia, quæ non verſatur circa non naturalia.

Non naturale { aliud ſuapte natura tale eſt, vt homini veſci humanis carnibus.
aliud tantùm ratione magnitudinis, vt incredibilis libido.

IN CAPVT VI.

Collatio impotentis iræ, cum impotente cupiditatis.

Impotens alius *animi*, alius *vindictæ*, alius *cupiditatis*, & *voluptatis*, &c.
Turpior impotens *cupiditatis*, quàm qui animi, *iræue* impotens.
Primò quia iratus non audit rationem, [propter repentinum motum ſenſus, & appetitus præcelerum miniſtrorum.]
2. quia { ira cupiditate eſt potentior, minus turpis, magis naturalis.
venia dignior, qui ſuperatur à potentiori.

Digitized by Google

Tertiò quia ira minùs insidiosa est, proindeq; iustior .... Venus insidiosa, &c.

Quartò quia { qui per iram facit, dolet.
nemo dolens libidini paret.

Nihilominus cupiditas rapacissimum potentissimumque aliquid.

[Est { raptus Romanis vnicus qui vi procuratur, vt cùm raptæ sunt Sabinæ.
nobis { vnus qui vi procuretur.
alter qui blanditijs & insidiosa arte Veneris.]

Peiorne feritas an vitiositas?

Carere ratione Aristoteli satius, quàm habere corruptissimam. ¶
Feritas θηριότης & vitiositate est terribilior, sed minùs humana est.

IN CAPVT VII.

De tribus affinibus virtutibus, tribusque vitiositatibus affinibus.

Acratia, impotentia, incontinentia variè sumitur. ἀκρασία.

Nam { primò & latè sumpta extenditur ad affectus omnes.
secundò & strictè { ad voluptates / ad molestias } tumque { continet mollitiem. / opponitur cõstantiæ.
tertiò & angustiùs ad solas voluptates.
quartò & angustissimè proprieque ad voluptates, quæ magis belluinæ, quæ percipiuntur ex rebus venereis, vel esculentis, vel poculentis.

Hîc occurrunt habitus tres vitiosi, tres laudabiles;

in. { vituperabiles *intemperantia*, *mollities*, *incontinentia*.
laudabiles *temperantia*, *constantia*, *continentia*. ¶

Porrò { in tanta rerum vicinitate homonymia periculosa.
ideò { discrimina quærenda.
sed quærenda maximè quæ intercedunt inter continentiam & constantiam, ἀκρασίαν, siue incontinentiam, & inter μαλακίαν siue mollitiem.

Oriuntur { à voluptatibus { quæ plerumque superant.
à molestijs { quæ plerumque superantur.

à { voluptate { quæ à pleriſque superatur, *incontinens* vincitur, superatur.
quæ plerumque vincit, *continens* non vincitur, superatur.
molestia { quæ à pleriſque vincitur, *mollis* superatur, vincitur.
quæ pleroſque superat, *constans* non superatur, vincitur.

Digitized by Google

Inter quos habitus possunt alij veluti intermedij constitui.

Quid sit intemperantia, quid temperantia, quid cupiditas docemus alibi.

De sexta dubitatione.

Estne intemperans deterior incontinenti?

Est, etenim qui consultò vincitur, & propter leuem voluptatem fertur ad turpitudinem, vt intemperans; quid facturus est si perturbatio & tentatio vehemens oriatur?

Intemperans corruptum habet { tum iudicium. / tum vtrumque appetitum.

Incontinens { appetitum inferiorem corruptum habet. / voluntatem, mentem } non ideò corruptam habet.

Occupatio. Sed in acolasto siue intemperanti non excusatur iudicij deprauatio ..... quoniam est voluntaria.

Insigne discrimen continentiæ & constantiæ.

Præcipuè cernitur { constantia in pugnando } mollities cedit, fugit. / { continentia in vincendo } incontinentia vincitur.

Ex quo genere hominum qui ludibundus & deditus ludo?

Ludus est quies quædam à labore.

Qui ad ludum est propensior is laborem odit. Ergo videtur potius mollis, quàm intemperans, & incontinens.

Quotuplex incontinens?

Est { alius temerarius, qui ferè non deliberat. / alius qui deliberat, sed deliberando vincitur.

Incontinentium { hic videtur imbecillior. / ille si deliberet facilius obstabit.

IN CAPVT VIII.

De eadem sextâ dubitatione.

Intemperans deterior incontinenti.

Primò quia insanabilior, nam { permanet in proposito absque pœnitentia intemperans. / incontinentem statim pœnitet.

Secundò quia similior { intemperantia tabi & aquæ intercuti .j. afficit perenniter. / incontinentia morbo comitiali .j. non afficit perpetuò, sed remissiones habet.

Digitized by Google

[Similior febri { continuæ intemperantia / intermittenti incontinentia]

Tertiò quia se errare { incontinens nouit / intéperans nó ita nouit propter iudicij deprauationé.

Quartò quia { incontinens ita ducitur à perturbatione vt putet non licere duci. / intemperans eò peruenit vt arbitretur id licere.

Quintò quia { incontinens cùm assentiatur principijs huius disciplinæ facilius ad meliorem frugem reuocari potest. / intemperans contra habet.

Vter incontinentium deterior?

Imbecillus temerario quia { hic saniori est iudicio. / deterior qui pauco vino quàm quī non nisi multo inebriatur.

De sexta hypothesi.

Est-ne incontinentia κακία & vitium?

Acratia & incontinentia videtur esse vitium .j. videtur esse intemperantia .n. vitium quoddam propter actionum similitudinem, non tamen vitium simpliciter, sed secundum quid tantùm: Quia non agit omninò ex deliberatione & electione, sed secundum quid tantùm.

IN CAPVT IX.

De quarta dubitatione.

Plerique, alioquin abstemij amant vinum dulce, siue mustum.

Vt hi amant { per se dulcedinem. / vinum duntaxat per accidens:

Ita incontinens perseuerat { per se in rectitudine opinionis apparenti. / per accidens in opinione quauis.

Est igitur amans { non opinionis, opinionis suæ. / sed rectæ opinionis.

Impotens discedit { per se à recta opinione. / per accidens à quauis, quia quiduis rectum videri potest.

Quomodo appellandus qui per sē permanet in opinione quauis?

Appellandus *pertinax* [gallice *acariastre*, quasi sine κάρη capite, cerebro.]

Causa est { rectitudo cur continens in sententia permaneat. / affectus cur pertinax in ea maneat, vel dimoueatur.

Digitized by Google

Pertinax { quidam agreſtis & indocilis. / quidam quia docilis quidem, ſed indoctus. / quidam quia propriæ ſententiæ amans. / quidam ob plures cauſſas.

Sententiæ tenaciorem facit *victoria*, & quæ indè capitur voluptas.
Pertinax incontinenti ſimilior eſt, quàm continenti.

Eſtne incontinens iudicandus quicunque diſcedit à ſententia?

Incontinens { non qui diſcedit à ſententia, quod ſe deceptum arbitretur. / non qui diſcedit propter honeſtam voluptatem. / ſed qui propter turpem aut moderatam voluptatem diſcedit à recta ſententia.

Continenti [vt & temperanti] hominum genera duo opponuntur.

Opponitur { qui propter voluptatem turpem, vel immoderatam. / qui propter odiũ voluptatũ corporis, diſcedit à recta ſentẽtia.

De tertia dubitatione.

Continentia & temperantia quî differunt, quî conſentiunt?

Vtraque { medium eſt & laudatur. / ſita eſt inter duos vituperabiles habitus, quorum alter ratione nomineque caret. / verſatur eadem in materia.

At prauis cupiditatibus temperans non infeſtatur, aut non ita infeſtatur, continens contrà &c.

IN CAPVT X.

De ſeptima hypotheſi.

Cadit-ne prudentia in incontinentem?

Impotens { ſolers eſſe callidusque poteſt, non enim eſt neſcius. / prudens { videtur, quia calliditas mentitur prudentiam. / non eſt, quoniam prudens eſt vir bonus & idoneus ad agendum.

Quare impotens eſt ignarus ad ſenſum expoſitum.

Incontinens conſilium { præuenit ſi temerarius. / deſerit ſi imbecillus.

Similis { incontinens ciuitati, quæ bonas leges ſancit, nec tuetur. / improbus } ciuitati, quæ ſeruat leges pernicioſas. / intemperans }

Cõtinentię & incontinentiæ collatio ex ſuperioribus ſermonibus repetenda.

Pars

Digitized by Google

Pars posterior libri.

De Voluptate.

De voluptate.

Estne Philosophi Moralis agere de voluptate & dolore?

Est { primò quia voluptate & dolore internoscuntur habitus.
secundò quia mores versantur circa voluptatem & dolorem.
tertiò quia voluptas, vel est fœlicitas, vel cum fœlicitate.

Quomodo agendum?

Primò ponantur sententiæ de voluptate.
Secundò iaciantur fundamenta doctrinæ.
Tertiò refellantur vanæ sententiæ, & reponatur vera.

IN CAPVT XI.

Tres sententiæ de Voluptate.

Sententia prima.

¶

Nulla voluptas bonum est { neque per se.
neque per accidens.

Primò quia finis opponitur genesi { bonum est finis.
voluptas genesis.

¶

Secundò quia temperans voluptatem fugit.
Tertiò quia prudens sectatur indolentiam, non voluptatem.
Quartò quia sapientiæ voluptas obest, eoque magis quia maior.
Quintò quia bonum est artis opus, non voluptas.
Sextò quia belluæ & pueri ratione carere hinc potissimùm cognoscuntur, quod sequantur voluptatem.

Sententia secunda.

¶

Voluptatum { paucæ bonæ.
plerèque malæ, quoniam { aliquæ sunt turpes.
plerèque nocent.

Sententia tertia.

Voluptas quæuis est bonum ..... non tamen voluptas summum est bonum; quoniam non est finis, sed genesis. Consulatur liber decimus.

IN CAPVT XII.

Variæ hypotheses & responsiones.

Hypothesis prima.

Bonum { aliud omninò & simpliciter bonum, vt fœlicitas.
aliud [alicui] tantùm bonum, & secundum quid, vt pharmacum.

Digitized by Google

Pariter { habitus, geneſis, motus } { vel abſolutè. / vel ſecundum quid. }

Hypotheſis ſecunda.

Voluptatis quæ ſpecie, & per ſe praua eſt, duplex eſt genus.

Eſt { alia omninò praua, quæ tamen diutiſſimè *alicui* videri poteſt expetenda, vt voluptas ex tyrannide. / alia omninò praua, nec *cuiquam* optabilis apparens, niſi tempore breuiſſimo, vt cibo ſeſe ingurgitare. }

Hypotheſis tertia.

Iucundorum { quædam nullam vim delectandi ſolidam continent: ſed quod blandè afficiant id referendum eſt in deprauationem ſenſus & cupiditatis, vt plerèq; eorum delectant ęgrotantes. / quædam contra habent. }

Hypotheſis quarta.

Bonum continetur { aliud habitu, vt virtus. / aliud actu, vt fortiter facere. } [.]

Hypotheſis quinta.

Quæ voluptates pertinent ad genetum, & conſtitutionem procreationemue habitus, ſunt iucundæ per accidens, non per habitus.

Primò quoniam ſunt operationes naturæ & habitus deficientis non ſine cupiditate, ac proindè ſunt moleſtæ. Dum acquiritur habitus, mutatur natura, aut etiam habitus.

Secundò quoniam natura iam expleta habitumque aſſecuta, non amplius illis delectatur .p. voluptate, exſcalpenda ſcabie & prurigine.

Hypotheſis ſexta.

Actiones naturæ iam perfectæ & expletæ, ſiue quæ oriuntur ex perfecto habitu poſſunt moleſtia vacare, ſunt citra defectum & cupiditatem, vt voluptas ex philoſophia, philoſophari.

Reſponſio ad confirmationem tertiæ ſententiæ.

Voluptas vera { non eſt genetis, neque cum geneſi. / ſed potiùs cum habitu iam comparato. } 9

Reſponſio ad confirmationem ſecundæ ſententiæ.

Nocentium { quædam per ſe praua, vt inuidia, intemperantia, &c. / quędam tantùm per accidens, vt vinum & virtus. }

Reſponſio ad primam confirmationem primæ.

Bonum { primarium eſt finis aliquid, & perfectio. / ſecundarium eſt ad finem, & medium. } [1

Digitized by Google

Non omnis voluptas est genesis, progressione ad perfectionem.

Responsio ad quartam.

Prudentiæ / Sapientiæ } nocere { non potest voluptas, quæ colligitur illinc. / potest collecta aliundè.

Non quicquid nocet est malum per se. []

Responsio ad quintam.

Voluptas est potius facultatis, quàm artis.

Sunt tamen quædam artes voluptatis, vt cupediaria, vnguentaria.

Responsio ad secundam et tertiam.

Prudens / Temperans } voluptates fugit { non quasuis. / sed tantùm prauas, immodestas.

Responsio ad sextam.

Pueri vituperantur { non quòd sequantur voluptates. / sed quòd fucatas specieque tenus expetendas.

IN CAPVT XIII.

Variæ decreta de voluptate.

Verior sententia.

Propositio aduersaria sententiæ primæ.

Voluptas est bonum contra sententiam primam. ¶

Prima probatio.

Quod aduersatur malo, quatenus est malum, illud est bonum: Atqui voluptas aduersatur dolori, qui omnium confessione malum.

Ita tamen vt { alius sit malum simpliciter, vt dolor ex inuidia. / alius secundum quid, vt dolor ob interitum amici.

Ergo voluptas est bonum, est in bonis.

Contra maiorem propositionem.

Obiectio.

Non quicquid aduersatur malo, id bonum est, quandoquidem ignauia temeritati aduersatur.

Sed respondendum quod opponitur malo, quia sit malum, non quia extremum sit aliud. j. quod opponitur malo, tanquam medium extremo, vt perfectio priuationi, id esse malum.

Sententia philosophi Platonici de superiori probatione.

Non si dolor est malum, voluptatique aduersatur, ideò voluptas bonum est ..... etenim voluptas potest extremum esse.

Sed hæc solutio non est idonea ..... primò quia si voluptas est extremum semper vitiosa sit, quod tamen author solutionis non fatetur.

Digitized by Google

Secundò quia omnes homines eam sequuntur, dolorem fugiunt.

Probationes aliæ.

Nisi voluptas bona est, beati viuunt iniucundè.

Prima. Non necessario dolor erit malum, ideò cadere in beatum poterit.

2. Actiones quæ oriuntur ex habitu, vt quæ fœlicis, suaues sunt, proindeque prauæ, si voluptas malum: & belluæ & homines proindè appetunt voluptatem.

Propositio aduersus tertiam sententiam.

Non si voluptas aliqua est malum, ideò nulla est summum bonum.

Primò quia quædam actio est mala, aliqua tamen est optima.

Secundò quia optima actio & operatio habitus non impedita, hæc verò quædam est delectatio.

Tertiò quia omnium iudicio fœlicitas iucunda est .n. quia non debet esse impedita.

Ideò { fœlix non caret bonis exterioribus. / in calamitatibus non habetur summa fœlicitas. } §

Nec propterea tamen prospera fortuna est fœlicitas.

Tertia propositio.

Non omnes ijsdem trahuntur & afficiuntur voluptatibus.

Non est eadem omninò natura & temperies, non eadem institutio, non idem habitus.

Quarta propositio.

Quid nos ad optimam voluptatem mouet?

Quæsitum suprà quid nos ad optima moueret.

Ex 7. ad Eudemum mouet omnia quod in nobis est diuinum, principium enim princepsque rationis non ratio, sed aliquid melius.

Id est { vt nonnulli volunt, voluntas domina. / vt & verisimiliùs intellectus principiorum. }

Idem est { intellectus & ratio } at similis { hæc tyroni deliberanti, ratiocinanti. / ille artifici citra cunctationem agenti. }

Diuinum principium possumus interpretari inclinationem naturalem, insitamue naturaliter, atque adeò diuinitùs; *habent omnia* [inquit philosophus] *diuinum quiddam.*

Fortéque omnes naturà feruntur ad optimam voluptatem & veram non ad illam, quæ nouerunt, putant voluptatem; non ad apparens: Sed quia diuinum illud deprauatur, fit vt voluptates corporis ferè solæ nomine voluptatis insigniantur. Particula *forte* modestæ asseuerationis potiùs quàm dubitationis nota.

Cur voluptates corporis vulgò creduntur solæ?

Quia vulgus vocabulorum dominus vix agnoscit alias.

Digitized by Google

IN CAPVT VLT.

De Voluptatibus Corporis.

Sunt-ne voluptates corporis praua, & in malis?

Dist. { quæ sunt necessariæ, illæ bonæ & optabiles.
quæ non necessariæ { prauæ { si ipsæ egrediantur modum.
vel oriantur ab excessu, & vitio quam leues. p. ex inuidia.
bonæ & optabiles si secùs habent.

Cur plerisque videntur optabiliores alijs?

Videntur { primò quia vix experiuntur alias, quam quę ex sensu colliguntur.
2. quia illæ videntur maximè expellere tristitiam.

Sunt-ne veræ optabiliores?

Non sunt, etenim aliquæ earum sunt immanes.

Pleræque obtinent medelæ rationem, vt cùm aliquis animi recreandi caussà genio indulget.

Est verò opus medela huius generis, aliaue simili. Etenim quicquid animalium est, id non agit sine aliqua molestia & lassitudine: Ideò relaxatione opus quæ petatur à voluptate doloris expultrice.

Itaque cum plerique vix experiantur animi voluptates, diuertunt ad voluptatem corporis.

Quænam voluptas aliquem dolorem pellit?

Pellit { primùm illa quæ dolori illi aduersatur: vt voluptas ex odoratu, dolorem ex odoratu.
deinde quæuis alia quæ sit vehemens, vt delectatio ex tactu.

Simili modo voluptates extinguit, minuit-ue dolor.

Nullæ-ne voluptates dolore carent?

Carent { non quæ sunt genescos, seu naturæ contendentis ad perfectionem. p. conualescentis.
sed quæ naturæ absolutæ, optimumque adeptæ habitum.

Notissima, Celeberrima } voluptatis, & molestiæ { societas. vicissitudo.

Cur non ijsdem afficimur capimurque voluptatibus?

Quia natura nostra varium quiddam, & mutabile.

Deus contrà vna simplici immutabili & summa perfruitur voluptate.

Etenim voluptas { in quiete potius, quàm in motu.
in habitu potius, quàm in genesi & mutatione.

Digitized by Google

Cur ergo mutatione nihil ducimus iucundius?

Id fit propter cupiditatum, & naturæ pe[illegible]erſitatem, mutabilitatem.
Quæ mutatione indigent, non ſunt o[illegible].

Cur mutatur cupiditas?

Primò quia mutatur temperamentum & habitus.
2. quia minorem quàm ſperabatur experimur iucunditatem, cùm adepti ſumus ea quorum tenebamur cupiditate.

Finis Libri ſeptimi Ethicorum.

IN OCTAVVM ET NONVM LIBROS.

ARGVMENTVM.

Amicitia pro argumento proponitur his duobus libris.

Libri octaui ſumma, & Partitio.

Agitur { in primo tractatu { de amicitia generatim. / de amicitia inter pares. } / in ſecundo de amicitia inter impares. / in tertio de criminationibus & querelis amicitiæ. }

TRACTATVS PRIMVS.

IN CAPVT I.

Cur & quid dicendum de Amicitia? Agendum-ne de Amicitia?

Primò agendum ſit, quia ſi ſit vera { vel eſt virtus. / vel non ſine virtute. }

Digitized by Google

Secundò quia ad benè beatéque viuendum eſt neceſſaria: vt conſtat ex omni hominum conditione, ætate, fortuna.

Tertiò quia videtur conuenire { non modo hominibus. / verumetiam belluis.

Quartò quia Legiſlatori, concordiæ quæ amicitia quædam eſt, potior quàm iuſtitiæ cura.

Quintò quia ius ciuile refertur ad æqualitatem ciuium : Ideò aliquomodo ad eam amicitiam, quæ inter pares.

Sextò quia amicitia non modo eſt vtilis, verumetiam honeſta: laudatur qui amicos amat.

Plerique eoſdem viros bonos & amicos beneficoſque iudicant.

Quæ ſententiæ veterum de natura amicitiæ?

Amiciti { quibuſdam eſt *ſimilitudo*, hinc prouerbia : *graculus cum graculo, ... pares cum paribus.* / alius vero viſa eſt *diſſimilitudo*, effectuſue aliquis [diſſimilitudinis.]

Nam { figulus figulo inuidet ..... ferèque pares ſunt inimici, &c. / è contra ex diſſimilibus fit concentus & harmonia.

Terra quando eſt ſiccior videtur imbrem déſiderare.

Pro cauſſa rerum { Empedocli *concordia*, amicitia. / Heraclito *diſcordia*. De qua re in Phyſicis.

Quid hîc maximè quærendum de amicitia?

Quærendum { ſit-ne inter omnes, an tantùm inter bonos. / ſit-ne vnicum genus, vnica amicitiæ ſpecies.

Quod intendatur & remittatur, non ideò ſpeciem mutat.

IN CAPVT II.

De natura amicitiæ.

Quid Amicitia ?

Amicitiæ definitio vt conſtituatur, excutienda ſunt amabile, amor, mutuum, apertum.

De amabili.

Amabile dicitur quod amore dignum eſt.

Eſt { vel vtile amabile / vel ſuaue & iucundum / vel bonum id eſt honeſtum } amabile { per ſe & ſimpliciter. / vel alicui & ſecundum quid.

Amatur { per ſe quod cuique bonum, & per ſe bonum. / alicui, quod videtur bonum alicui.

Digitized by Google

De Amore.

Amor { generatim affectus appetitus circa bonum quatenus bonum.
hîc affectus voluntatis circa bonum quatenus bonum.

Dilectio { vulgo amor.
Ciceroni amore mihor, videtur significare eius quem sis amaturus primam dilectionem, & à cæteris seiunctionem.

De Beneuolentia.

Beneuolentia est amoris { tum parens.
tum soboles.

Finitur { appetitus boni, pro eo quem amamus.
affectus quo benè volumus alicui ipsius caussâ.

Versatur { non circa res insensibiles. p. ædes, hortos.
non propriè circa belluas, canes, equos, &c.
sed circa homines, & res rationales.

Beneuolentia { auget amorem, vnde nascitur.
& est initium amicitiæ. Amamus eos qui nobis beneuolunt.

Est amicitiæ individua comes, & cum ea coalescit.

Hinc beneuolentia interdum amandi, & beneuolendi habitus [vt in definitione amicitiæ.]

Beneuolentia continetur actu & habitu.

Cum salvas volumus { fruges / belluas } &c. non tam illis, quàm nobis beneuolumus, & precamur.

De Mutuo.

Non quæuis beneuolentia dicitur amicitia, φιλία, &c. sed ea tantùm, quæ est mutua & reciproca.

Qui amat nec amatur, is dicitur { non *amicus*.
sed amator.

De aperto.

Si duo sese inuicem & mutuò prosequentur beneuolentia, nec tamen alterius in se beneuolentiam nouit, non est amicus.

Quid ergo Amicitia?

Beneuolentia aliquorum mutua & aperta propter vtilitatem, vel iucunditatem, vel honestatem.

IN CAPVT

IN CAPVT III.

Amicitiæ ſpecies & differentiæ.

Varia genera.

A *fine & obiectis* rebus in Ethicis potiſſimum repetitur diſtinctio: hinc amicitia triplex. *Honeſta.*

Eſt { exquiſita, quæ propter *honeſtatem*.
vulgaris { vna propter *vtilitatem* } ſolùm. *Vtilis.*
altera propter *iucunditatem* } *Iucunda.*

Omnibus congruit quæ prolata eſt definitio amicitiæ.

Eſt { vna omnino amicitia. n. quæ honeſtatis cauſſa.
altera ſecundum quid tantum amicitia.

Amans alterum { propter honeſtatem amat ipſum per ſe.
propter vtilitatem } amat { per accidens alterum.
propter iucunditatem } amat { per ſe { ſuam vtilitatem. aut iucunditatem.

Amicitia { conſtantior durabilior, quam honeſtas peperit.
inconſtantior & minus durabilis alia quæuis.

Amicitia { honeſta non niſi inter bonos ac prudentes.
alia inter quoſuis intercedere poteſt.

[amicitia { vel inter pares } { vel à natura. vel ab educatione. vel à delectu.
vel inter impares }

IN CAPVT IIII.

Collatio amicitiarum.

Honeſta amicitia cæteris ſimilis, diſſimilis.

Similis { primò quia continet iucunditatem, & vtilitatem.
2. quia illæ aliquando manent diu, ideoque æmulantur verum.

Diſſimilis { primò quia { vera non niſi in bonis inuenitur ſuis. reliquæ in quibuſuis, omnes enim capiuntur vtilitate & iucunditate.
2. quia non eſt obnoxia calumniis, criminationibus.
3. quia honeſta valdè coniungit, reliquę non item.

IN CAPVT V.

Argumentum.

De amicitiæ constitutione. Expenditur amicitiæ habitus, ineptitudo ad amicitiam, beneuolentia sine officiis, amicitia inter bonos, amicorum vnio, amicitiæ genus.

Vt vero.

Actus solutio habitus. Hîc, { actus nuncupatur amor, & perimitur cessatione officiorum. / habitus propriè dicitur amicitia, nec soluitur cessatione quauis aut confestim sæpe tandem extinguitur.

Sed nec, &c.

Ineptitudo. Ad amicitiam { ineptior quisquis agrestis vitio { vel ætatis. / vel naturæ. / vel morum. / valetudinis. / aptior qui contrà habet.

Aptitudo. Natura iucunditate afficitur, capitur.
Obsequium amicos parit.

Qui autem, &c.

Beneuolẽtia sine officiis. Qui sese inuicem probant & amant nisi degant simul officiorumque consiungantur societate { sunt beneuoli. / sed non amici.

Amicorũ vnio. Societate homini nihil per naturam congruentius, primo Politicorum.
Amicitia nullum sanctius & potentius societatis genus.
Itaque si vera est non fucata amicorum vnio, inuitat ad conuersationem, conuictum, & officia mutua: imò rerum omnium inducit communionem.

Etenim { amici sese inuicem numerant in suis rebus. / amicus non tantum est amicus amici, sed est amici. / amicus non tam est sui, aut saltem non magis sui, quàm amici.

Idcò { vt nobis ipsi { neque supplicamus. / neque gratias agimus. / neque obligamur & efficimur debitores. / ita posteaquam coaluit perfecta amicitia, nullus esse debet inter amicos locus { precibus. / gratiarum actionibus. / obligationibus, diuitionibus.

Amicorum omnia communia, vt quæ amor ..... ita amicitia est parens vnionis.
Nam amicus [verus] ille [demum] cum quo non secus ac nobiscum omnia nostra communicare possumus.

Digitized by Google

Ergo amicitia.

Quæ inter bonos amicitia, ea eſt perfecta. *Amicitia inter bonos*

Primò quia boni conſtanter iiſdem rebus afficiuntur. n. honeſtis.

Secundò quia amicum amamus { hîc propter ipſum. / cæteris in amicitiis propter nos.

Tertiò quia amicitia eſt honeſta, vtilis, iucunda.

Sed amor, &c.

Similis { amicitia habitui. i. virtuti. / amor affectui, quia eſt actio. *Qualis amicitia, & qua.*

Amicitia videtur eſſe affabilitas, iuſtitia, virtutes aliæ.

Videtur { affabilitas aliquidue ab affabilitate non differens, niſi affectu. / ſed perperàm quia magis affabiles non ſunt magis amici. / iuſtitia & ſanè Ariſtoteli eſt æqualitas quædam. / ſed { reuerà amor non eſt quaſi mercatura. / certandum eſt, non vt æquemus, ſed vt ſuperemus. / alia quædam virtus haud quaquam alio inſignita nomine à nomine amicitiæ & φιλίας.

Primò quia affectus amicitia moderatur: poſſumus excedere & deficere in amando.

Secundò amicitia videtur eſſe habitus electiuus, &c.

De æqualitate poſtea.

SECVNDA PARS LIBRI. *De amicitia inter impares.*

IN CAPVT VI.

Summa. *Qui apti ad amicitiam.*

Agreſtes haud facilè fiunt amici.

Amici veri pauci, vulgares multi.

Potentibus amici multi, varii, ſed vix veri. *De amicorum copia inopia.*

Amicitia æqualitas eſt:

Inter ſeueros.

Ad amicitiam { ineptus qui *agreſtis*, licet alioquin familiaris. / aptus qui *affabilis* naturâ, ætate, conſuetudine, [·.]

Sed perfecta.

Socratis vox illa nota: *ô amici amicus nemo.*

Digitized by Google

Amicitia { vera & honesta non nisi cum paucis intercedere potest: est excellens .... excellentia sunt rara; difficile est valdè placere multis.
amicitia { si vehemens in suo genere est rara: vt quæ insani, amatoris.
secùs est frequens, & cum multis intercedere potest.

Horum, &c.

Raritas amicitiæ.

Quò potior est amicitia, eò rarior.

Rarior { quæ ex iucunditate, quàm quæ vtilitate: hæc enim quasi mercatus est.
quæ ex honestate & virtute, quàm quæ aliunde.

Amator [qui amicus propter iucunditatem] videtur interdum propter vehementiam cupiditatis & affectus superare dilectionem quæ nascitur à vera amicitia [& amorem *appretiatiuum*. De quo Theologi.]

Sed { reuera non superat, faciliusque desinit.
sui potius quàm alterius amore contabescit.

ij verò sunt, &c.

Quales amici potẽtiorum.

Qui sunt potentes imperio & qui opibus,

ij { vtuntur vulgaribus amicis vtriusque generis.
ministros habent { alios voluptatum.
alios vtilitatis
rarò vtuntur amicis tertii generis.

Qui bonus amicus est, idem est { & vtilis.
& iucundus.

At si quis { vtilis, non ideò iucundus.
iucundus, non ideò est vtilis.

Ergo in æqualitate.

Sit-ne amicitia æqualitas, & iustitia. Symbolum Lodoicæ regula.

Amicitia *reciproca* est dum officia commutantur, mutuóque rependuntur.

Amicitia iustitiæ rationem obtinere videtur.

Æquat studia & voluptates rerumque omnium inducit aliquo modo *communionem.*

Ideò personas æquat aliquo modo: *amor æquat amantes.*

Atque hoc quidem sensu amicitia est *æqualitas*, vt dicendum. Amicitia pares inuenit aut facit.

Non tamen amicitia est *iustitia* nam cauendum vt superemus, &c.

Consulendus sermo de virtutibus iustitiæ annexis.

Amicitia { vna inter pares personas. p. inter sodales, quæ dicitur amicitia *æqualitatis.*
altera inter inæquales, quę dicitur *excellentiæ.*

Digitized by Google

IN CAPVT VII.

Summa.

Paritas { & est multiplex .p. virtutis, honoris, ætatis, dignitatis, fortunæ, conditionis, &c.
& expenditur populari trutina, vt habeantur pares, qui ferè pares.
& quô plurium rerum, eô est maior.

Amicitia vna inter pares, altera inter impares.

Persona { illic vtraque æquè amatur, honoratur, iuuatur.
hîc { dignior magis amat, magis amatur, & iuuatur.
deterior magis amat, minùs iuuatur, & amatur.

Atque etiam.

Est vna geometrica æqualitas ..... altera arithmetica.

Quotuplex æqualitas.

Nam { latè æqualitas est Geometrica, vel arithmetica (*autant*, ou *tantiesme.*)
strictè arithmetica, putà cum redditur tantundem [*autant.*]

æqualitas { latè sumpta inuenitur in vtroque genere amicitiæ.
strictè vsurpata inuenitur inter pares amicos, non autem impares, si spectetur amor.

Amicitia impar { vna superior, quâ superior prosequitur inferiorem, vt dominus seruum.
altera inferior, qua inferior superiorem, p. patronũ cliens.

Quotuplex amicitia inter impar.

Vtraque varia quia multa iuga superioris & inferioris;

p. { seruus / dominus } { pater / filius } { patronus / cliens } &c.

Repetuntur { vel à natura, vt pater & filius.
vel ab hominum institutione, vt cliens & patronus, seruus & dominus &c.

Cum verò ea tribuuntur.

Æqualitate { arithmetica seruatur amicitia, quæ inter pares, cum vnus tantum amat quantum alter.
geometrica continetur amicitia, quæ inter impares.

Quotuplex amicitia inter impares.

Sed duplex hîc proportio & analogia statuenda:

quia { spectantur { cùm duæ personæ, & amores duo.
tum personæ duæ & officia alia duo.
porrò habet { vt patronus ad clientem; ita officiũ patroni ad officium clientis.
vt patronus ad clientem: ita clientis amor, ad amorẽ patroni.

Ita fit vt ex duplici geometrica proportione naſcatur æqualitas quædam arithmetica, *de deux tant ſeſme, il en prouient vn autant.*

Nam { cliens magis amat ..... minùs iuuat.
patronus minùs amat ..... magis iuuat. §

Patroni { amor eſt quaſi quatuor
beneficia ſunt quaſi octo } graduum.

Clientis { amor eſt quaſi octo
officia ſunt tantum quatuor } graduum.

Ita fit vt patronus clienti largiatur duodecim gradus, totidem accipiat à cliente.

Sed non eodem modo.

Prçſtantior { iuſtitia .n. diſtributiua geometrica proportione, & æqualitate vtitur.
amicitia, quæ inter pares arithmetica æqualitate vtitur.

Deterior { iuſtitia .n. commutatiua, arithmetica æqualitate vtitur.
amicitia, quæ inter impares, vtitur geometrica æqualitate.

Ex quo exiſtit quæſtio.

Quanquam amico multa optamus bona, nolumus tamen tanto nobis prçſtantiorem fieri vt diſſoluatur amicitia: proximus quiſque ſibi. De qua re ad libr. 9.

IN CAPVT VIII.

Summa.

Honorari quàm amari { multi malunt.
verè tamen eſt deterius.

Stabilitas amicitiæ ex æqualitate naſcitur.

Amicitia vtilis naſcitur ex contrarijs imparibus. p. ex doctrina & inuẽtione.

Amicitiæ menſura non eſt amor quiuis.

Sed plerique.

Amari quàm amare malunt vulgò.

Nam { amare eſt quaſi honorare, & amari honorari. §
ambitio facit { vt honorari videatur potius, quàm amari.
vt amari potius quàm amare.
vt honorari potius quàm honorare, facitque vt aſſentator ſit gratus.

Verè tamen potius { amare, quàm amari.
amari, quàm honorari.

Digitized by Google

Nam { amari expetitur propter se, & est fructuosius, quàm honoratius.
τὸ honorari expetitur propter aliud, & est inutile, nisi ameris.

Quæ magis in eo est.

Cultus propriè est amor erga potentiorem, cum officio.
Quanquam verò & amat & amatur qui amicus.
Virtus tamen amicitiæ sita est potius in eo quòd ames, quàm in eo quod ameris · in agendo, quàm in patiendo.
Argumento sunt parentes, qui magis amant, quam amantur: & laudes eorum qui amant.
Laudatur potius qui benè amat, quam qui bene amatur.
Præterea satius est beatiusque *dare* quàm *accipere*.
τὸ amare nostrum est ..... amari alienum, seu quòd amemur.
Seruatur amicitia potius amore meo, quàm amore mei: firmatur enim habitus per actiones.
Qui amat vt decet seruat æqualitatem ..... ideò amicitiam firmat.
Porrò qui virtute similes illi pares, proindéque in amando stabiles.
Discordes contra & instabiles praui.
Qui propter iucunditatem sunt amici, stabiliores prauis sunt.
Nam saltem tadiu namant, quandiu iucunditas durat.

Destabilitate amicitiæ.

Ex contrarijs.

Quæ propter vtilitatem contrahitur amicitia versatur ferè inter contrarios .p. locupletem & egenum, doctum & indoctum.
Ideò veterum nonnulli in *dissimilitudine* posuerunt amicitiam.

Vtilis amicitia inter contrarios.

Quocircà.

In amicitia, quæ inter impares, requiritur æqualitas amoris: Sed geometrica, non arithmetica.
Ergo ineptus cliens, qui tantum à patrono amoris exigat, quantum ipse defert.

Nec contrarium.

Nihil per se expetit interitum suum, vel alienum.
Contraria vt siccum, humidum, sese non perimunt, nisi vt deueniatur ad mediocritatem, aut sese propagent singula.
Videtur porrò { amare sibi qui indiget.
amare alteri, qui abundat p. scientia, diuitijs, &c.

IN CAPVT IX.

Summa.

Amicitia *iustum* quiddam est; amicitia in societate. Societates variæ, proindé & iusta: Societates aliæ alijs arctiores, proindéque & iura & iniuriæ. Societates reliquæ sunt ciuili similes, sub eaque conclusæ.

Digitized by Google

In ijſdem rebus.

Nihil coaleſcere poteſt in vnum corpus & conſiſtere ..... niſi habeatur quædam conformitas, congruentia, concordia quæ eſt quaſi naturalis amicitia.

Ergo amicitia in omni { ſocietate } { ſiue partes inter ſe conferas. / compoſitione } { ſiue totum & partes.

Iam in ſocietate quauis, aliquam iuſtitiam, aliquam iuſtitiæ rationem reperiri declarauimus lib. 5. Ethicor.

Quare amicitia { non modò eſt quędam æqualitas, & quaſi iuſtitia. / verumetiam verſatur in re eadem in qua & iuſtitia.

Itaque { ſocij ſunt quaſi amici, vt conuictores, comites, &c. / amici ſunt quaſi ſocij.

Socijs aliquid eſt commune p. victus, diſciplina, militia.

Proindè { quæ amicorum, ea ſunt communia. / quóque plura ſunt communia, & maiora, eó ſocietas maior, maiuſque amicitiæ vinculum.

Sed &.

Societates variæ, ideò varia iura, variæ amicitiæ.

Etenim officia ſunt varia .p. patroni, patris, &c.

Atque hæc amicorum.

Neceſſitudinum { aliæ ſanctiores, arctiores, vt fratrum, &c. [·]

Societatum { alię minùs arctæ, vt patruelium, comitum.

Ideo et iura ſanctiora iuribus, et amicitiæ amicitijs.

Augetque { vt amicitia / ita & ius } ſocietatem.

Propterea grauior eſt iniuria, quo magis amicus ille cui infertur. ſ

Sunt autem.

Notiſſima eſt ſocietas quæ nuncupatur *Ciuitas.*

Hæc ſimilis reliquis & reliquas continet.

Similis { ſiue propter vtilitatem aliquam creantur, vt à mercatoribus. / ſiue propter voluptatem, vt ab ijs qui choros ducunt. / ſiue propter honeſtatem vt à Philoſophis.

Continet reliquas quia habet ſe vt { finis ad finem. / ita ſocietas ad ſocietatem.

Fines reliquarum ſocietatum referuntur ad *beatitudinem*, quæ eſt finis ciuitatis.

IN CAPVT

Digitized by Googl

IN CAPVT X.

Summa.

Tres formæ Reipublicæ laudabiles, tres vitioſæ: earum ſimilitudo elucet in familijs.

Rei autem publicæ.

Ciuitas ſocietatum eſt princeps.

Politica eſt ratio conſtituendæ ciuitatis { tum circa magiſtratus alios. / tum circa eum qui ſummam habet authoritatem.

Ciuitas { vel ſine politia, tumque dicitur *Anarchia*, nec eſt propriè ciuitas. / vel cum politia, tumque ſex ſunt illius ſimplices formæ, tres vitioſæ, tres laudabiles, vndè compoſitæ oriuntur. De quibus in Rudimentis Ethicis cap. vlt.

Earum autem ſimilitudines.

In familia { *pater* eſt quaſi *rex* liberorum, ſeruorum. / ſed imperandum modo { alio ſeruis. / alio liberis. [] / *vir & vxor Ariſtocratiæ* imaginem præ ſe ferunt. / *fratrum* ſocietas eſt inſtar *Timocratiæ*.

Sed poteſt vnaquęque harum gubernationum degenerare in vitioſam.

IN CAPVT XI.

In Rep. quantum iuris: tantum amicitiæ.

Summa.

In Republica quantum eſt iuris tantumdem amicitiæ. Et ſanè amicitia & iuſtitia idem ſunt, aut cognata ſunt ex cap. 1. lib. 7. ad Eudęmum.

In quo autem.

Continetur ſocietas iuſtitia [& amicitia.]

Societates { quanto plus iuſtitiæ complectuntur. [] / tanto ſunt digniores ſocietatis nomine.

Quantumque detrahitur de iuſtitia, tantum ſocietati eripitur.

In ſocietate tantum amicitiæ, quantum iuſtitiæ.

Maximè cernitur { in Regno amicitia, quæ inter impares, quaſi paterna. / in Timocratia amicitia quæ inter pares, & quaſi fraterna. / in Ariſtocratia quaſi paterna & fraterna .j. amicitia vtriuſque generis.

Digitized by Google

Sed in euersionibus.

Amicitiæ { minimum in tyrannide. Tyrannis vtitur subdito tanquam instrumento, cum instrumento nullum intercedit ius .p. cum aratro, cum boue.
non nihil in Democratia, nec tam parum.
medius modus in Oligarchia.

[Seruus particeps iuris ciuilis, non quatenus seruus: sed quatenus homo.]

IN CAPVT XII.

Summa.

Amicitia est societas, videtur tamen excipienda amicitia consanguineorum & sodalium; amicitia consanguineorum à paterna oritur: Maternus amor magis est naturalis, quàm paternus: Consanguinei sunt fratres, patrueles, &c. fraterna amicitia similis est sodalitiæ: Vxoria amicitia est naturalis & œconomicæ parens.

In societate igitur.

Amicitia videtur quædam societas & communicatio .p. hospitum, nauigantium, &c.

Sed hinc duplex secluditur amicitia { quæ consanguineorum.
quæ sodalium.

Non quia vtraque nullomodo societate contineatur. ¶
Sed quòd minus à communicatione pendeat, quàm aliæ.

Licet enim { fratres / sodales } nullis sese officijs prosequantur, non propterea tamen perimitur amor.

Constat autem amicitia { vt *naturæ*, quæ fraterna.
ita *consuetudine*, quæ sodalitia.

Amicitia { vel est *naturalis*, vt quæ inter consanguineos, virum & vxorem.
vel ex consuetudine nascitur, vt ex institutis hominum, vt quæ inter sodales, hospites.

Amicitia { hæc est moralis voluntaria, quæ commutatio, & ferè innititur electioni.
illa aliter habet, nascitur què à naturali similitudine.

Gradus autem.

Consanguinea amicitia dicitur quæ oritur à coniunctione sanguinis.

Ea { vel æqualitate continetur, vt quæ inter fratres.
vel imparitate & excellentia, vt quę inter parentes & liberos.

Hîc præter varietatem specierum, varietas graduum in amore animaduertenda est.

Digitized by Google

Parentum in liberos amor tenet principatum.

Idque { tum quia maximus inter amores huius generis.
tum quia reliqui amores huius generis indè oriuntur.

Parentum in liberos amor superat liberorum in eos amorem. ¶

Primò quia parentes magis norunt, sunt prudentiores.

Secundò quia { liberorum nihil in parentibus.
parentum aliquid in liberis.

Tertiò quia parentes diutiùs amant, & antequàm liberi nouerint.

Quartò quia generatio est actio præstantissima.

Quintò quia filius est alter idem.

Adde quod *Paternus amor* magis est necessarius ad mundi conseruationem.

In naturalibus negotijs radij versus centrum & originem non nituntur.

At paternus amor superat paternum, propter incrementum causarum superiorum.

Præterea { maternus magis est naturalis.
paternus magis regitur iudicio.

Secundum gradum obtinet liberorum amor in parentes.

Tertium fraternus & sororius, vbi præter coniunctionem sanguinis inuenitur etiam sodalitia amicitia, & necessitudo: quia fratres & sorores vnâ educantur.

Hîc similitudo, vtilitas, suauitas, diuturnitas.

Sodalitia autem amicitia est eorum qui à teneris annis simul sunt educati.

Eius virtus quædam & similitudo cernitur vel in belluis.

Quartum occupat amor patruelium, & sic deinceps.

Cæterum affinitas est consanguinitatis similis.]

Sed inter virum & vxorem.

Quæ inter virum & vxorem intercedit amicitia est naturalis. (*)

Naturalis { non quia insit prima ab origine.
sed quia principium vndè oritur est naturale.

Homo suaptè natura { est ciuile animal.
sed multò magis coniugale.

Coniugij similitudo quædam conspicitur in belluis.

Sed [ferè] non nisi ad procreationem & educationem prolis.

Coniugium in homine præterea refertur ad vitæ societatem.

Coniugalis amicitia firma, maximè autem inter probos & citra liberorum orbitatem.

Præcepta eius eruenda ex œconomicis Aristotelis, & è nostris.

Digitized by Google

Decriminationibus & remedijs.

PARS TERTIA.

INCAPVT XIII.

Querela inter pares amicos.

Summa.

Amicitiæ cauſa triplex: amici pares aut impares: niſi æqualitas ſeruetur locus querelis.

Obiurgationum { nihil in honeſta / parum in voluptuaria / multum in vtili } amicitia.

Vtilis amicitia duplex .n. legitima, & moralis: beneficia compenſanda veniunt remuneratione.

Menſura beneficij { in honeſta amicitia, animus dantis. / alibi verò accipientis vtilitas, aut voluptas. ¶

Cum autem tria, &c.

Eſt { amicitia inter impares de cuius obiurgationibus, cap. vltimo. / amicitia inter pares quæ { honeſta. / iucunda. / vtilis. }

Et *honeſta* quidem non eſt obnoxia criminationibus, exprobrationibus & querelis.

Quia illic { beneficia { certatim conferuntur. / vix exiguntur. / amici animus, potiuſquàm factum eſtimatur.

Voluptaria haud magnopere querelis obnoxia eſt: quia amici illic mutuo gaudent conſuetudine.

Vtilis autem amicitia duplex *legitima, moralis.*

Legitima continetur pacto, & commutatione..... & in eo præſcriptum eſt quid debeatur, cuiuſmodi intercedit inter mercatores.

Eſtque { vel ſordida, vt cùm nihil niſi de manu ad manum. / vel liberalior, vt cùm datur honeſta dilatio. ¶

Moralis, & Ethica continetur *conſuetudine*, non pacto.

In ea { non præſcribitur quod debeas. / donatur non venditur, licet tacitè remuneratio exigatur.

Hoc tertium genus amicitię plenum eſt obiurgationum.

Maximè cùm exercet { vnus moralem { vnus ſordidam. / alter legitimam { alter liberaliorem. ¶

Digitized by Google

Referenda.

Vt vitetur criminatio, par pari, idque vltro, siquidem possis, referendum est, perinde atque si certa foret obligatio.

Præterea non est ab amico exigenda remuneratio, quando beneficium rependere non potest.

Sed hoc condonandum.

Ponderatur beneficium { animo dantis in amicitia *honesta*. / vtilitate, quæ percepta est percipiue potuit, aut potest in amicitia *vtili*.

Querela inter impares. Criminatio.

IN CAPVT VLT.

Summa.

Amicorum imparium vterque plus exigit, hinc querimoniæ, plus debetur superiori honoris, inferiori fructus.

Quantus debetur deferri honos { quibusdam potest. / aliis non potest.

Atque hic superiori licet applicare inferiorem, non autem contrà.

Atque etiam.

Amicitia quæ inter impares, criminationibus obnoxia est.

Quia vterque sibi plus quàm alteri tribuendum putat ex amicis:

in. { superior quia est dignior. / inferior quia magis eget.

Rectè quidem.

Remedium.

Verè vtrique plus debetur, sed non eiusdem rei, quia deferendum

pluris { superiori honoris, amoris. / inferiori fructus, præsidii: de qua re suprà.

Exigendum est { non semper tantum quantum debetur. / sed duntaxat quantum referri ac rependi potest.

Exigit autem.

Tribuere tantum quantum debeas { quibusdam licet [siue possis.] / quibusdam non licet, vt Deo, parentibus.

Vnde ablegare per leges { licet patri filium, superiori inferiorem. / non licet filio patrem, inferiori superiorem.

Debitori haud licet dimittere eos quibus debetur.

Sed inhumanum quenquam ex amicis alienare, nisi sit insigni improbitate.

Consule sequentem librum.

Finis Libri octaui Ethicorum.

Digitized by Google

IN LIBRVM NONVM:

SVMMA.

Septem Capitibus primis agitur de conseruatione, dissolutione, & operibus amicitiæ.

Octauo & nono quædam de Amante } quæruntur, soluuntur.
Decimo & vndecimo quædam de Amato }

Capite duodecimo quæritur quid sit iucundissimum in Amicitia.

Querimonia in imparibus.

IN CAPVT I.

Summa.

Amicitia imparium seruatur proportione honesta, firma est; in reliquis querelæ interueniunt, nisi rependitur quod speratur, id dissidium.

In amicitia mili pacto continetur, qui accepit beneficium debet ponderare beneficium, & deinde remunerare.

Remuneratio in honesta amicitia æstimatur animo, seu voluntate; alibi fructu.

In omnibus autem.

Remunerantur { vt in rep. artifices pro suo quisque merito.
ita amici per geometricam proportionem, cùm est inæqualis amicitia.

Sed mensura est { in rep. numus ex lib. 5.
in amicitia honesta donantis animus.
in alia accipientis fructus.

Est { nulla querela in amicitia honesta, quia illic certatim beneficia conferuntur, &c.
multiplex alibi { vel quia non rependitur amor.
vel quia non rependitur fructus.
vel quia rependitur quidem fructus, sed non qui speratur.

Vt ex. gr. si tibicini aut scurræ pro vtilitate quam sperat rependas voluptatem.

Digitized by Google

Vtrum autem.

Remediũ.

Ne querelę incidant, opus remuneratione.
Hanc antecedere debet *accepti æstimatio.*

Æstimatio { vel certa & explorata est. n. cùm pactum antecessit. p. in amicitia legitima.
vel incerta, tumque æstimare non est eius qui contulit, sed illius qui accepit beneficium.

Primò quia hic nouit vtilitatem beneficio acceptam.
2. quia est emptoris non venditoris prędefinire pretium.
3. quia qui sine ęstimatione largitur, fidit accipienti.

Circa remunerationẽ quæstiones.

IN CAPVT II.

Summa.

Deferenda sunt officia cuique pro dignitate & merito, & cui debeas benefaciendum est potiùs, quàm sodali, & bono viro.

Verum hæc quoque.

Cùm de remuneratione agitur, varia quæruntur.

Quæritur { primò sint-ne patri tribuẽda omnia, eique in omnibus parendũ.
2. amicone potius an viro bono sit seruiendum.
3. sit-ne potius benemerito referenda gratia, quàm sodalis deuinciendus beneficio.

At horum quidem.

Habenda est ratio magnitudinis, exiguitatis, necessitatis.
Gratia potius referenda, quàm beneficium dandum: si. n. sit par honestas, necessitas. De qua re iudicare est prũdentiæ.
Pater enim ex. gr. pecuniâ quam alteri minimè inopi debeas redimendus est potiusquam soluatur illi..... imò potius quàm teipsum redimas.
Neque omnia cuique deferenda sunt..... sed quod merentur deferendum singulis.
Cognati ex. gr. & affines vocandi sunt ad nuptias, ad exequias.
Parentibus deferenda alimenta, deferendus honos.
Seniori assurgendum, loco cedendum.

IN CAPVT III.

Summa.

Dissoluenda videtur { vtilis & iucunda amicitia cessante fine, seu sublata spe voluptatis & vtilitatis, quæ specie tenus est honesta.
honesta verè { si amicus tuus euasit improbus, nec possit emendari.
item si ex improbo euasisti probus,

Digitized by Google

neque possis improbum amicum emendare.

De dimittendis autem.

noscendum est { & quo oporteat modo amicitiam { suscipere. / seruare. / & quo dimittere ac dissuere eandem.

Querunt sitne dimittendus amicus, qui iudicetur parum stabilis. [.]
Sed habenda ratio est triplicis amicitiæ.

Ac alijs, &c,

In amicitiis { vtilibus / iucundis } videtur dimittenda societas amicitia, & quando haberi non potest, id cuius gratiâ suscepta est amicitia, n. vtilitas aut iucunditas.

Dimittenda etiam amicitia eius, qui fingit se amare propter *honestatem*, cum tamen amet propter vtilitatem, iucunditatem.

Sed si tantum.

Primum præceptũ. De amicitię honestę dissolutione pręcipiuntur quatuor.

Si amicus noster ex probo euasit improbus, dimittatur.

2. Non enim est honestum / Non est honorificum } amare sceleratum.

Non tamen statim præscindenda est amicitia. [.]

3. Sed { prius incumbendum est in amici emendationem. / dissuenda est, non repentè præscindenda.

4. Si ex duobus improbis amicis alter euasit probus, renunciet amicitiæ nisi alterum emendare potest.

Nunquam tamen delenda est planè amicitia: nisi propter singularem improbitatem.

Sed quando res postulat vt agamus cum illis qui amici nobis fuerunt aliquando, non sunt tractandi tanquam ignoti, sed ignotis præferendi.

Nisi nos ita gerimus futurum est, vt qui amicus fuit, euadat inimicus infensissimus, & velut hostis capitalis.

IN CAPVT IIII.

De amore sui qui mẽsura amicitiæ.

Summa.

Amicus est alter idem: itaque amor sui est mensura officiorum aduersus amicum. p. beneficentiæ, beneuolentiæ, concordiæ: hæc mensura & ista omnia perspicienda sunt in viro bono, hic cuique est mensura, hic per se sibi benevult, benefacit, constat; reliqui non nisi per accidens.

Ea autem.

{ vna pars nostri communis cum belluis,

altera

Est { altera non, quæ { vel hominis propria.
vel communis homini cum diis, angelis, intelligentiis, &c.

Amor nostri { vnus laudabilis, quo pluris facimus *animi* quàm *corporis* bona.
alter vituperatione dignus, quo præferimus bona corporis.

Illo nos amamus potius tanquam homines, quàm tanquam belluinos, ... tanquam angelis consimiles, quàm tanquam homines.

Origoque est amor { ille virtutum omnium.
hic vitiorum, & vocatur *Philautia*. Φιλαυτία.

[Stoicis { amor sui est amicitia quædam.
qui amicus sibi, amicus omnibus.
qui amicus sibi, nunquam erit solus.]

[Non tamen verè propriéque amicitia locum habet in vno eodemque homine, nec aliomodo quàm iustitia. Postulat enim societatem.]

Sed { amor sui est amorum erga creaturam princeps.
[ideoque iubemur proximum diligere tanquam nosmetipsos, quo contendendum est ad amoris apicem.]

Porrò primum in quoque genere cætera metiri debet, cæteris quasi pro exemplari.

Ideò officia veræ amicitiæ ex verò sui amore æstimanda.

Verus sui amor non habet locum nisi in viro bono, & prudenti.

Iste autem, quia se amat { 1. primò sibi maximè *benè vult*.
2. sibi maximè *benefacit*.
3. secum viuit *concordissimè*.

Quare hinc intelligendum quid amicus amico præstare debeat.

At enim.

Improbi videntur esse sui amantes, ideoque { benevolentia / beneficentia / concordia } aduersum se vti.

Verum { si se amant, ideò amant, quia bonos putant: nihil enim amatur præter bonum.
præterea sibi malevolunt, & nocent, quanuis prodesse videantur & benevolentes esse.
denique dissident maximè à seipsis, plenaque eorum vita pœnitentiæ.

IN CAPVT V.

Summa.

De beneuolentia.

Beneuolentia non est amicitia, non amor: sed principium amicitiæ honestæ, non vtilis, aut voluptuariæ.

Beneuolentia.

Amicitia non est Beneuolentia. i. non est mera aut quæuis beneuolentia: Sed tantum beneuolentia cum amore, affectu, cæterisque conditionibus explicatis.

Nec quid amor.

Beneuolentia [mera. i. affectus quo benè alteri volumus] non est amor actusue amicitiæ.

Etenim non habet vehementem appetitionem, ...non eget consuetudine.

Est igitur.

Simplex beneuolentia est principium honestæ amicitiæ. Amicitiam facilè ineunt qui beneuolentes.

IN CAPVT VI.

Summa.

De concordia.

Concordia non est quæuis eadem opinio nonversatur circa quiduis, sed tantum circa agenda, videtur esse qualis amicitia, est consensus virorum bonorum de rebus agendis.

Atque etiam.

Concordia generatim est consensio quæuis opinionis inter duos aut plures.

Hic
- non pertinet ad res theoreticas.
- non refertur ad res quasuis efficiendas.
- non est prauorum: cùm enim ipsi secum non consentiant, multominus cum aliis consentire possunt.
- sed est tantùm consensio opinionis de rebus agendis: concordare enim idem est atque eadem agenda sentire.
- & inuenitur duntaxat inter bonos.

Concordia videtur esse amicitia ciuium.

Verùm ciuium
- amicitia non est sine concordia.
- concordia potest esse sine amicitia.

Digitized by Google

IN CAPVT VII.

De beneficentia.

Summa.

Benefactor magis amat, quàm amatur, non quia sit creditor, sed quoniam quisque amat opera sua: honestas est vtilitate iucundior, gratius præsens futuro, & præterito: *amare* præstantius, quàm *amari*: benefacere laboriosius, quàm accipere beneficium.

Benefici.

Amicus non modo *benevult*, verum etiam *benefacit*.
Beneficium videtur opus beneficentiæ.

Theorema

Accidit ferè { vt parens magis amet, quàm ametur, &c.
vt beneficus magis amet, quàm ametur.

Eius rei quæ prima fronte videtur admirabilis, absurda, caussæ sunt indagandæ.

Solutio Epicharmi

Ac compluribus.

Creditor timet debitori, non autem contrà, magisue timet, &c.

Videtur autem { creditor, qui beneficus.
debitor, qui accepit beneficium.

Ideò beneficus magis timet, &c.
Porrò qui ita habet, videtur potius amare, quàm amari.

Hæc Epicharmi ratio { non habet locum nisi in improbis.
non est aliena à corruptis hominum moribus.

Veruntamen dissimilis est ratio creditoris, & benefici.

Siquidem { creditor amat propter se.
beneficus amat propter eum, cui benefecit.

Sed caussa à natura.

Solutio cõmodior.

Per leges amicitiæ inferior plus amoris debet.
Et tamen beneficus cum sit superior magis amat, quàm ametur. Quæruntur caussæ.
Magis amat, primò quia cuique gratius est suum, quàm alienum opus .... cui rei argumento sunt parentes, poëtæ, & artifices omnes.

2. quia { præstabilius est esse, quàm non esse.
beneficus viuit & conseruatur in beneficio.

3. quia honestissima, iucundissima præclarius dare, quàm accipere.
4. quia præsentia iucundiora sunt præteritis.
5. quia actio ex habitu iucundissima, viget autem in beneficio.
6. quia honestorum recordatio iucundissima.

Digitized by Google

7. quia labore parta chariora sunt ..... ideoque matribus quàm patribus chariores liberi.
8. quia vt parentum amor est magis necessarius, quàm liberorum; ita generatim benefici amor, &c.

IN CAPVT VIII.

Summa.

Proximus quisque sibi

Maximè amandus sibi quisque partim videtur, partim non.

Amans sui { secundum partem superiorem laudatur. [.]
secundum partèm inferiorem vituperatur.

Vir prudens ita se maximè amat, vt non desit patriæ, amicis.

Sed vtrum.

Quæritur debeat-ne quisque se maximè diligere.

Quæstio. *φιλαυτοι*

Non videtur { primò, quia Philauti malè audiunt.
secundò quia laudantur boni quòd commoda sua postponant rationibus amicorum.
tertiò quia praui iudicantur sui amantissimi.

Videtur { primò quia ea amico optat amicus, quæ sibi precatur.
2. quia amor sui est mensura amoris, quo quis alterum prosequitur.

Hinc prouerbia, *vnus amicorum animus .....tibia propius genu.*

Constituendi.

Probabiles vtrinque coniecturæ, ideò distinguendum.

Pars nostri { superior / inferior } hinc duplex amor nostri.

Amantissimus { bonorum animi sui laudatur.
bonorum corporis sui, & fortunæ vituperatur.

Atque hic potius.

Amator sui est duplex; vitiosus, laudabilis.

Qui sibi optat, precatur, tribuit excellentiora, illose vehementiùs amat.

Vt autem ciuitas.

Ille sui est amãtissimus, qui in se maximè amat illud quod maximè est homo.

Sed { vt in ciuitate { magistratus est maximè ciuitas, vt Rex.
diciturq; ciuitas agere quicquid magistratus agit, non quicquid priuatus.
ita in homine *mens*, quia imperat est maximè homo.

Ergo qui mentem suam potissimùm amat, vt vir optimus, ille sui est amantissimus.

Digitized by Google

Ergo ij omnes.

Amor ſui maximus ille, qui honeſtus: hic non habet locũ niſi in viro bono.
Ergo vir bonus eſt ſui amantiſſimus.
Et eſſe debet. Qui enim amore ſui ſibi, alijſque prodeſt, eum oportet ſui eſſe amantiſſimum.

At qui amore ſui { ſibi { probus prodeſt } / alijs { improbus obeſt } } Ergo, &c.

Vir bonus appetit { vtilia / iucunda } ſi tamen neutiquam pugnant cum honeſtate.

Nam quod aiunt.

Non ſi quis ſui eſt amantiſſimus, propterea deerit officio, ſi ſit amantiſſimus ad ſuperiorem modum.
Imò quia ſe plurimum facit in pretio habebit ornamenta animi, & omne virtutis decus.
Itaut ſit paratus vel etiam ad occumbendum pro patria, pro amicis.

IN CAPVT IX.

Amici ſine beatus egeat

Summa.

Fœlix egere amicis { non videtur, quia bonis omnibus abundat: egeni miſeri. / videtur quia indiget bonis externis: eius eſt conferre beneficia: ſolitudo miſera.

Quæritur vtra fortuna magis amicis egeat.

Beatus { non eget vtilibus amicis, aut iucundis. / eget honeſtis, vt probatur dialecticè, ethicè, phyſicè. [*]

Hoc etiam.

Quæritur beatus-ne amicis egeat. Quæſtio diſceptatur dialecticè, analyticè.

Beatus.

Non videtur egere, primò quia ſorte ſua eſt contentus.
Secundò quia proſpera fortuna videtur ſuppeditare id cuius gratiâ amici expetuntur.
Videtur primò quia debet abundare fortunæ bonis, inter quæ amici non vltimum tenent locum.
Secundò quia requirit amicos quibus benefaciat.
Tertiò quia fortè iniucunda ſolitudo, etiam in ſumma bonorum reliquorum abundantia, cùm homo ſit naturâ ciuile animal: præſtantius viuere cum amicis, quam cum alienis.
Particula *fortè* vel eſt modeſtiæ Peripateticæ argumentum, vel innuit contemplatiuæ vitæ exceptionem.
Hæc non magnoperè amicis eget: reuera ſi excipiatur ſanitas, nihil videtur iucundius amico iucundo.

Digitized by Google

Nil ego prætulerim iucundo ſanus amico.

Quæ eſt igitur.

Quæſtio propoſita diuidenda eſt vt ſoluatur.

Amicus { vtilis non videtur fœlici amico neceſſarius.
voluptuarius non magnoperè neceſſarius, niſi fortè ad animi relaxationem.

Amicus honeſtus neceſſarius { non quia fœlix illum non habeat.
ſed quia non eſt fœlix, niſi habeat.

Sententia hæc confirmatur rationibus Ethicis, Phyſicis.

Rationes Ethicæ. Prima.

Initio enim dixi.

Quæ per ſe honeſta fœlicem decent, delectant: Atqui amicitia tum fœlicis tum veri amici eſt eiuſmodi.

2. Ex honeſtis quæ magis cognoſcuntur, ea iucundiora.
Ideò ſi homo in cognitione magis aliena operâ, quam ſua proficit, beatus amicis indiget.
Magis autem aliena proficit: quoniam propter naturalem affectum noſtra magis nobis imponunt, quàm aliena.
Certior recta linea quâ intueamur alios, quàm reflexa, qua in ſpeculis nos contuemur; actioque noſtra non eſt permanens poſſeſſio, ſed ſucceſſiua: Ergo homo amicis eget.

3. Opus iucunditate ad diuturnitatem actionis.
Atqui nulla iucunditas practica præſertim haberi poteſt in ſolitudine:

4. Qui vero amicorum eſt expers ille vel in turba eſt ſolitarius. Ergo.
Conſuetudo amicorum valet ad virtutis exercitationem.

Phyſicæ rationes. Prima.

Qui autem longius.

Quicquid natura & per ſe bonum, id iucundum eſt viro bono & fœlici: Quicquid per ſe ſanum, id ſanum ſano.
Atqui habere amicum, & amicum ſuperſtitem eſſe, id ſuaptè natura eſt bonum. Ergo, &c.

2. Si amicum viuere eſt iucundum, & hoc etiam eſt iucundum intueri ſuperſtitem amicum: Ergo aſpectus amicorum eſt iucundus.

De amicorum numero.

IN CAPVT X.

Summa.

Neque tibi nullus ſit amicus, neque omnes: amici vtiles, & iucundi pauci ſunto: honeſtos habere plurimos amicos id optabile, ſed difficile.

Sed vtrum.

Quærunt ſintne pauci an plurimi amici comparandi.

Ac in ijs quidem.

Pauci *iucundi* quia { voluptas condimentum eſt.
condimentorum non debet eſſe magna copia.

Digitized by Google

Pauci *vtiles* { primò quia sunt hospitibus similes.
secundò quia difficile est multis suppeditare vtilitatem.
tertiò quia quęstuosa vita laboriosa est.

At verò boni.

Honestorum amicorum non debet esse infinita multitudo, sed exigua.
Primò quia ne ciuium quidem multitudo in ciuitate debet esse infinita, sed valdè ingens, sed accommodata locis, temporibus, &c.
Secundò quia amicorum multitudo inducit perturbationem.
Tertiò quia vix fieri potest, vt eidem multi sint chari.
Quartò quia amici tui & ipsi debent esse inter se amici.
[Non si socius es socij mei, ideò socius es meus, vel esse debes. 5
Sed si amicus amici mei, & meus esse amicus debes.]
Quintò quia difficile est lætari tumul & dolere rebus plurimorum.
Sextò quia quibus amici omnes, ijs amicus nemo.

IN CAPVT XI. ET XII.

Quando magis amicitia opus.

Summa.

In secundis & aduersis rebus opus est amicis; sed in aduersis magis: vtroque tempore iucundi amici, amicorum præsentia lenitur dolor, ad res nostras prosperas vocandus amicus, in aduersis non facilè vocandus, nisi cum sine magna molestia sua nos liberare potest: studiosè ad amicũ accedendum cũ quid aduersi ei accidit, non autem cum quid prosperi, nisi officium postulet: Iucundissimum vt in amicitia amatoris aspicere, ita in vera simul viuere & versari.

Atque etiam quæri solet.

Quæritur secundis sine rebus amicitia magis, quàm aduersis desideretur.
Frustrà quid quæreretur nisi vtroque tempore vtiles amici essent.
Vtroque expetenda, quia { aduersis rebus præsidio est.
prosperis ornamento, voluptati, firmamento.

Ac rebus quidem.

Amicitiâ magis indigent res aduersæ.

Resp.

Primò quia { & ciuitas / & amicitia } maximè instituta ad perfugium.
Secundò quia honestius est te præbere amicum, quando prosperâ fortuna vteris & aduersâ amicus tuus, quàm cùm res contra habet.

Quanquam suauius.

Iucunditas amicitia.

Præsentia amici iucunda vtroque tempore.
Nihil Epaminondæ iucundius in vita contigit, quàm habere parentes Leuctricæ suæ victoriæ tempore superstites.
In aduersis rebus molestiarum partem amicus adimit.
Siue quia oneris pars altera imponitur illius humeris, iuuatq; ope & cõsilio;

Digitized by Google

Siue quia præsentia illius est iucunda.

In aduersis tamen rebus ea parit { iucunditatem. / dolorem;

.n. { iucunditatem quia valet ad opem, ad consolationem, ad auocandam naturam à doloris cogitatione. / dolorem quia insuaue sentire condolentem amicum.

Etenim vnusquisque maximè cauet, ne dolorem amico inferat.

Cuius rei imaginem è mente tua deletam cupias, eam amici menti nunquam lubens imposueris.

Quanquam mulierculæ, & qui sunt mulierculis similes delectantur ijs, qui proniores sunt ad lamentationem in amicorum rebus aduersis.

De vocandis adeundisq; amicis.

Itaque.

Voca amicum, eundemque adito. ¶

Voca { non quando aliquid tibi infortunij contigit. / nisi { leui cum molestia sua tibi multum profuturus videatur. / vel necessitas id requirat. / sed quando prosperi aliquid successit, vt in illius participationem confestim veniat.

Adi { non quando prosperi aliquid ei successit, nisi quid officij .p. consilij, &c. sit ipsi deferendum. / sed quando est calamitosus, idque antequàm voceris.

IN CAPVT VLTIMVM.

Quid in amicitia maximè expetendũ

Sed vtrum.

Habet se res { vt in amatoribus, in amicitia voluptuaria. / ita per proportionem in amicis veris. ¶

Apud amatores aliquid inuenitur, quod sit iucundissimum .n. aspectus.

Ergo in amicitia vera inuenitur tale aliquid.

Conuersatione autem & consuetudine nihil illic iucundius occurrit.

Primò quia amicitia debet esse communitas quædam.

Secundò quia { amicus est alter idem. / sentire sese cuique iucundissimum. ¶

Tertiò quia amici omnes deprehenduntur expetere societatem eius rei, quã quisque plurimi faciat .p. sermonum, ludorum, &c.

Quapropter.

Conuersatione bonorum nihil vtilius.... ideò expetenda illorum amicitia.

Conuersatione improborum nihil perniciosius, ideò eorũ fugienda amicitia.

Amicitia enim inducit consuetudinem, conuersationem, &c.

Finis libri noni Ethicorum.

IN LIBRVM

Digitized by Google

IN

LIBRVM DECIMVM ETHICORVM SVMMA ET METHODVS.

Tractatu { in priori de voluptate agitur .n. capitibus quinque. / in posteriori de fœlicitate practica, déque praxi Ethicorum præceptorum .n. in quatuor reliquis.

Finis naturæ intentione primus, executione vltimus: Proindè inchoat & terminat sermones Ethicos.

PARS PRIOR.

De voluptate.

IN CAPVT I.

Quandoquidem generi nostro.

Cur agitur de voluptate

De voluptate est agendum, primò quia generi nostro familiarissima est.

Secundò quia { tota vitæ institutio continetur potissimùm voluptate. / præclarè instituitur, quī confuescit { dolere turpibus. / delectari honestis rebus.

Tertiò quoniam diligenter enucleanda sunt illa de quibus plurimum refert quid sentias, & tamen variæ discrepantesque sententiæ occurrunt.

Alij enim voluptatem.

Tres sententiæ de voluptate.

Eudoxo voluptas est ipsum bonum τἀγαθον (*le bien*) bonitas vel summum bonum vt interpretantur aliqui.

De sententia prima.

A plerisque contra dicitur malum, & quidem magnum.

De secunda sententia.

Nam { à quibusdam dicitur, quod re vera magnum esse malum arbitrantur. / ab alijs, quod non arbitrantur quidem esse malum; sed existimant melius agendum cum *iuuentute & multitudine*, si credatur malum, quam si bonum.

Est enim iuuentus } iustô procliuior ad voluptates.
Est imperita multitudo }

Sed hæc nulla.

Authores sententiæ postremæ dum informant alios, ita ratiocinantur.

Digitized by Google

Voluptas fugienda eſt: hoc vel illud eſt voluptas. Ergo.

De tertia ſententia.

Ipſi interea voluptatem amplectuntur, quia tacitè arbitrantur eſſe bonum.
Quando autè oratio diſcrepat à factis, minor eſt authoritas eius quã factorũ.
Quare illi faciunt vt in dubitationem reuocetur propoſitio, vel ſumptio ſuperioris ſyllogiſmi.

IN CAPVT II.

Eudoxus quidem.

Eudoxus augurabatur voluptatem eſſe ipſum bonum, ſummum bonum: aut bonum in genere.
Sententiam illius credibiliorem duo faciebant;
n. { hinc ipſius vita, & probi mores.
{ hinc ratio & coniectura quadruplex.
Prima quia id ad quod omnia toto impetu feruntur, ſummum eſt bonum: voluptas autem eiuſmodi eſt.
Secunda quia { id quod aduerſatur rei per ſe ac propter ſe fugiendæ, per ſe expetendum ac propter ſe.
{ voluptas autem dolori aduerſatur. Ergo propter ſe expetenda, proindeque ſummum eſt bonum.
Tertia quia illud quod propter ſe expetitur, maximè expetitur: voluptas autem eiuſmodi eſt.
Quarta quia { illud quod additum cæteris bonis, ea meliora facit, magis quàm cætera expetendum eſt.
{ voluptas autem eiuſmodi eſt.

Qua etiam ratione.

De quarta ratiocinatione.

Voluptas { cætera quibus additur meliora facit, & eligibiliora.
{ ideò optima concluditur ab Eudoxo.

Plato aduerſatur, & ſic ratiocinatur.
Ipſum bonum acceſſione vllius rei non fit melius: voluptas fit optabilior acceſſione prudentiæ. Ergo voluptas non eſt ſummum bonum.
Vterque verò reprehenditur.
Quoduis bonum redditur melius adiectione boni.
Bonum ſummum quod ſimpliciter ſummum bonum. n. Deus, ſi addatur alteri bono vt mundo non efficitur intentius bonum, ſed extenſius tantum.
Quod ſecundũ quid ſummũ eſt bonum, vt fœlicitas humana, intendi poteſt.
Porrò { de ſummo bono ſeparato, de idea boni loquitur Plato.
{ loquendum eſt de eo cuius participes ſumus.

Qui namque negant.

De prima ratione.

Omnia maximè expetunt voluptatem. Ergo voluptas eſt maximè bonum.
Hanc concluſionem nonnulli negant conceſſo antecedenti: quia ſæpè expetitur malum propter ſententiæ peruerſitatem.
Sed malè negant, primò quia etiam prudentes voluptatem expetunt.

Digitized by Google

Secundò quia in hominibus deprauatis fortè reliqua est vis præstans aliqua quæ hos ad bonum moueat. De qua re alibi.

Neque etiam videtur vera.

De secunda ratione.

Secunda ratio & coniectura Eudoxi reprehenditur à nonnullis: Quia malum malo aduersari potest.

Sed perperàm reprehenditur. De qua re libro septimo.

Etenim quando malo malum contrarium est, vt ignauiæ audacia, tum vtrũque extremorum est in malis, non autem voluptas quęuis creditur malum.

IN CAPVT III.

Nec si.

De secunda sententia. Obiectio Prima.

Omne bonum est qualitas: voluptas non est qualitas. Ergo, &c.

Sed negatur propositio, quia beatitudo nõ est qualitas. & tamen est in bonis. *Resp.*

Contendunt.

Omne bonum certum, prędinitum, indiuisibile, vt Pythagoricis placuit. 2.
De qua re alibi.

At voluptas non est prędinita, cùm intendatur & remittatur. Ergo.

Negatur sumptio quoniam sanitas intenditur, remittitur; neque tamen est infinita, & malum. *Resp.*

Præterea cum sint.

Motus (qui via ad perfectionem) non est bonum:
Atqui voluptas est motus quidam. Ergo. 3.

Negatur sumptio, primò quia per motum funditur celeritas, tarditas, &c. *Resp.*

Secundò quia voluptas foret generatio, dolor corruptio.

Tertiò quia voluptas definitur *expletio*, & *satietas* eius quod naturæ est accommodatum: dolor contra indigentia eius, quod natura desiderat.

Sed malè definitur, propterea quod licet in cibo & potu & voluptatibus quæ indè percipiuntur, res videatur ita habere, expletionemque illic inanitas & delectationem dolor antecedit ....., tamen pleraſque voluptates, vt mathematicas, nullus dolor antecedit.

Nam ijs hominibus.

Quædam voluptas est obscœna. Ergo nulla est per se bonum. 4.

Resp. { primò obscœna specie tenus honesta esse.
secundò quędam per se iucunda esse, vt discere bonis artibus. *Resp.*
tertiò honestas voluptates specie [saltẽ morali] differre ab obscœnis.

Videtur autem.

Adulatoria voluptas non expetenda est. Ergo voluptas non videtur bonum expetendum aliquid. 5.

Resp. non quamlibet voluptatem: sed honestam expetendam esse. *Resp.*

Nemoque.

Pueriles voluptates non expetuntur à viris: Ergo voluptas non est per se quid optabile. 6.

Digitized by Google

R. non expeti per ſe niſi honeſtas, honeſtas verò eſſe demum quæ deceant.

Multarum.

Contra Eudoxum. Omnia reliqua expetuntur propter ſummum bonum.
Multa ſequimur nullo impulſit voluptatis ſtudio.
Ergo voluptas non eſt ſummum bonum.

IN CAPVT IIII.

Quid autem ſit & quale.

Voluptas velut opſis. Voluptas ſimilis aſpectui [& aëris illuſtrationi] .i. ſtatim & momento temporis creatur, abſoluitur, [licet duret intendique poſſit, vt lumen.]

Quare ne motus quidem.

Sine motu. Motus [qui propriè dictus] res eſt ſucceſſiua. Atqui voluptas deprehenditur procreari momento temporis. Ergo.

Ex quibus hoc perſpicuum.

Sine geneſis Generatio eſt ſucceſſiua [vt ædificatio, germinatio, ſaltem quatenus complectitur diſpoſitiones & extenſiuè .] Ergo voluptas non eſt geneſis.

Cum verò ſenſus.

Sine { *perfectio.* *incūditas.* Senſus actio ea demum præclariſſima, iucundiſſima, quæ proficiſcitur à facultate optimè affecta, & verſatur circa materiam præſtantiſſimam [congruentiſſimam] vt quando optimè habenti oculo conuenientiſſimum dicitur ſpectaculum.

Eſt enim.

Varia voluptas. Omnis facultas critica propriam habet voluptatem, vt intellectus, viſus, &c.

Ea autem.

Vnde voluptas. Quoties actio facultatis [apprehenſiuæ] naturæ congruit & amica eſt, iucunditas indè excitatur.
Ergo ex perfectiſſima rei perceptione oritur voluptas abſolutiſſima.

perficit.

Quando voluptate perficitur actio & quomodo. Non eſt dubium { quin voluptate perficiatur actio. / quin natura inſtituerit voluptatem ad actionem perficiendam. }
Quæritur quo perficiat modo.
Perficit {
non tanquam *materia* ſenſui obiecta, vt lumen.
non tanquam *forma* ipſa .j. ipſa ſenſio, perceptio.
ſed tanquam *pulchritudo iuuentutem* .j. tanquam appendix, & ornamentum.

Quandiu, &c.

Duratio voluptatis. Manentibus cauſſis manet effectus [idem quandiu idem facit idem.]
Itaque quandiu manet materia congruens, rectèque circa illam ſenſus fungitur officio, tandiu afficimur iucunditate.

Digitized by Google

Non potest autem subsistere voluptas, nisi perceptio conseruetur.
Perceptio nequit perennis esse, & perpetua: Ergo nec voluptas.

Res autem.

Cur delectet nouitas.

Nouitas ad agendum incendit animum.
Ex actionibus oritur voluptas: hinc fit, vt nouitas dicatur iucundissima.
Sed sensim remittitur actio, propterea & voluptas.

Omnes autem.

Cur ab omnibus expetatur voluptas.

Omnes voluptatem cupiunt [vt res ipsa loquitur]. n. quia viuere concupiscunt.
Vita continetur actione non somno: actio vitæ cùm perfecta est, iucunda est [si vita sensitiua.]

Vtrum autem.

Actio voluptate potior.

Voluptas velut condimentum & medium.
Ergo deterior actione.

IN CAPVT V.

Beneuolentia autem.

Voluptates specie differentes esse.

Voluptates & oblectationes varias distinguntur in species.
Primò quia perfectiones & proprietates operationum specie differentium, specie differunt..... vt & causlæ effectuum specie discrepantium.
2. quia res habet vt in operationibus, & cupiditatibus; ita etiam in voluptatibus: operationes autem & cupiditates vitiosæ specie morali saltem differunt à probis.
Ideò & voluptas quæ propiùs accedit ad actionem, quàm cupiditas.
3. quia puriores sensus vt aspectus differunt ab impurioribus. p. à gustu, tactu. Similiter iudicandum de voluptatibus. Puriores enim ab impurioribus differunt.
4. quia animalium specie differentium vt diuersa sunt opera, & officia; ita voluptates sunt diuersæ.
5. quia in hominibus ipsis varietas deprehenditur.
Vt non omnibus videntur eadem, non est eadem omnium sententia,.....ita non omnes ijsdem rebus delectantur.

In quibus omnibus.

Mensura optima.

Virtus & vir bonus est mensura rerum optabilium.
Ergo optima iudicari debet ea voluptas, quæ [maximè] probatur bonis, & sapientibus.
Ideò illa quæ oritur ex officiis quibus fœlicitas constat.

Digitized by Google

PARS LIBRI POSTERIOR.

De felicitate

IN CAPVT VI.

Reliquum eſt.

Cur agendũ de beatitate. VT hîc de beatitate ſit diſſerendum, ſignificatum eſt ſuprà. [..]

Habitus quidem.

Beatitas ex actione non habitu.

Non eſt fœlix { neque qui nihil agit. / neque qui dormit. / neque qui valdè calamitoſus.

Ergo fœlicitas in actione non in habitu.

Actio quæ propter ſe expetenda, fœlicem facit: quæ actio à perfecta virtute prodit; ſui gratiâ expetitur.

Ergo actio ex virtute perfecta prodiens, fœlicem facit.

Atque etiam.

In ludo non conſiſtit fœlicitas.

Ludus, & quæ colligitur illinc delectatio videtur eſſe aliquid propter ſe expetendum: Non enim expetitur propter vtilitatem cùm inferre damna deprehendatur.

In luſu tamen non eſt poſita beatitudo & fœlicitas.

Primò quia ludus eſt damnoſus: fœlicitas minimè damnoſa.

2. quia { non modo ſui gratiâ expetitur fœlicitas ..... verum etiam cætera propter ipſam expetuntur. / nemo dixerit ludendi gratiâ expetendam eſſe ſanitatem, &c.

3. quia { ineptum eſt multum laboris exantlare vt ludas. / multum perferendum eſt, vt euadas fœlix.

4. Quia non eſt viuendum vt ludamus: ſed contrà, ludendum vt viuamus: requieſcendum eſt vt agamus, non contra, agendum vt requieſcamus: ludus eſt quietis inſtar, & ceſſationis. Quo ſenſu fœlicitas ſit quies explicatum alibi.

5. quia vita beata eſt ſerium quiddam: ſeria ludicris præſtantiora: luſus res eſt indifferens.

Itaque apud tyrannum.

Obiect. Ludum cæteris rebus videntur anteponere tyranni.

Reſp. Sed hi ſpecie tenus ſunt beati: non ſunt idonei iudices rerum optimarũ, cum deprauato ſint iudicio, & pueris belluiſque ſint ſimiles, qui capiuntur voluptatibus corporis.

Digitized by Google

Optima { Videntur cuique ea quæ ipſe conſectatur. / ſunt verè quæ ab optimis iudicantur optima. — *Quod optimum.*

At optimæ cuiuſque partis.

Habet { vt facultas ad facultatem. p. mens ad appetitum. / Ita actio ad actionem.

Ergo optima facultas optimarum eſt parens actionum.

Voluptatibus autem.

Voluptas corporis habet } locum in pueris, in mancipijs, in belluis.
Summum bonum non habet }

IN CAPVT VII.

De ſpeculatiua beatitate.

Quod ſi beatitudo.

Duplex beatitudo.

Beatitudo definita eſt animi ex virtute actio in vita perfecta.

Ea duplex { vna *appetitus*, quæ practica. / altera *mentis*, quæ theoretica eſt beatitudo. — *Vtra potior.*

Conſtituendum eſt vtra ſit potior.

Etenim { ſi eſt vnus aliquis finis rerum agendarum in eo eſt ſummum bonum, id quod ſub actionem cadit, ex capite ſeptimo lib. 1. / ſin autem plures ipſis aut in eorum abſolutiſſimo.

Quæ dubitatio illinc reiicitur in hunc locum.

Conſentaneum.

Contemplatio & ſapientia præcipua eſt hominis fœlicitas. — *Propoſitio.*

Quę aſſertio variis probatur viis, & rationibus.

Actio quæ oritur ex virtute optima, optimæ facultatis tenet principatum in fœlicitate. — *Prima probatio.*

At { mens præcipua, princeps facultas, quia imperat, complectitur diuina & humana: nulla facultas minus defatigatur, nullius diuturniora ſunt officia. / ſapientia eſt optima illius virtus: cum ſit puriſſima, iucundiſſima, doctoſque quàm indoctos maioribus frui voluptatibus ſit conſentaneum:

Ergo beatiſſimus qui ſapientiſſimus.

Illa etiam quæ.

Nulla virtus forte ſua magis eſt contẽta, & paucioribus miniſtris eget ad munus obeundum quàm ſapientia. Ergo ſapiens eſt beatiſſimus. — *Secunda.*

Videtur etiam.

Quæ actio maximè expetitur propter ſe, maximum eſt bonum. Atqui con- — *Tertia.*

Digitized by Google

templatio est eiusmodi. Ergo, &c.

Beatitudo.

Quarta. In otio potius quàm in negotio consistit beatitudo : negotiamur vt consequamur otium & quietem.

Practicæ. Ciuiles actiones potissimumque bellicæ otio carent, negotiosæ sunt. Nemo gerit bellum, vt gerat bellum.

Contemplatio contrà minimè negotiosa est.

Beatitudo quidem est actio perennis, non cessatio.

Sed { actio iucunda dicitur *quies.* / sapientia dicitur otium ab vlteriori disquisitione.

Quæ talis vita.

Quinta. Consistit beatitudo { in humanis potius quàm in belluinis. / in diuinis potius, quàm in humanis, &c. [·]

Omnesque debemus.

Occupatio Hominem oportet, decet { mortalia sapere. / spectare sua, non aliena.

Sapientia non est humanum quiddam sed diuinum: Ergo.

Resp. { primà contendendum esse ad optima. / mente, quanquam facultas eius in nobis exigua est, nihil esse præstantius / deinde hominem viuere maximè vitam suam, licet communem dum contemplatur : quia maximè tumus mens & animus. de qua re libro superiori.

Animus { Platonicis est totus homo. / Aristoteli hominis præcipua pars, & velut magistratus ciuitatis.

Beatus est { suapte natura & substantia Deus. / homo quatenus maximè imitatur Deum.

Maximè autem & præcipuè imitatur *sapientia.*

IN CAPVT VIII.

De fœlicitate practica.

Summa.

Practica fœlicitas secundum dignitatis obtinet locum, quia non est diuina sed humana.

Non est diuina, quia { in humanis rebus occupetur. / pendet à prudentia, cui humana proponuntur: vicissim prudentia ab ipsa pendet. / hominis est potius, quàm animi, cum affectus moderetur.

Theoretica

Digitized by Google

Theoretica fœlicitas præſtantior, potior: quia paucioribus eget adiumentis: ſimilior eſt deorum fœlicitati.

Qui contemplatur, perturbatione caret, ac negotiatione.

In belluis { nulla ſimilitudo contemplationis. / multa ſimulachra offenduntur aliarum rerum, vt fortitudinis, &c.

Contemplatio tamen & vita Philoſophica non animi tantum indiget bonis ..... verumetiam corporis fortunæque bonis, quanquam paucis: quia ſumus homines, non animus tantum.

Veritas rerum agendarum ex vita potius, quàm ex ſermone æſtimatur: docemur magis præcepto quàm exemplo.

Sapiens colit mentem: qui hanc colit, quod in nobis diuiniſſimum, colit.

Qui id facit, amiciſſimus Deo, vt & ſimillimus: Deus autem amiciſſimis benefacit. Ergo ſapienti.

Secundo loco.

Fœlicitas quæ eſt appetitus & moralis poſtponenda eſt fœlicitati mentis. i. practica theoreticæ. *Deterior praxis contemplatione.*

Primò quoniam contemplatio eſt quid diuinum; actuoſa beatitudo quid humanum.

Tum quia occupatur in rebus agendis.

Tum quia prudentia ad res humanas pertinet.

Tum quia eſt animi & corporis potius, quàm ſolius animi actuoſa beatitudo.

2. quia ſapientia magis eſt contenta ſe ipſa.

3. quia qui beatiſſimus, ille Deo ſimillimus.

Sapiens autem qui perpetuo agit, non inſtar Endymionis dormit, aut ſimilior eſt, contemplator, quàm qui virtute morali prædituſ.

Deus { propriè contemplatur. / impropriè tamen & [eminenter] dicitur fortis, temperans, &c. non enim perturbatur.

4. quia quæ actiones longiùs receſſerunt à belluinis, ſunt potiores.

Commodis autem externis.

Vita etiam Philoſophica tria poſtulat bonorum genera.

Qui non modo *animo*, verum etiam *corpore* conſtat, non animi modò verum etiam corporis, & fortunæ indiget bonis.

Atqui, &c. Ergo vtraque fœlicitas noſtra indiget bonis fortunæ.

Sapientia tamen longè paucioribus eget corporis fortunæque bonis, quàm fœlicitas ciuilis.

Sufficit ſapienti ſanitas, & modica bonorum fortunæ copia.

Vſu autem.

Sapiens Deo charus.

Sapiens mente præcipuè viuit.

Qui mente maximè viuit, ille eſt ſimillimus Deo.

Qui Deo ſimillimus, ille optimus, chariſſimuſque Deo.

Pro prouidentia.

Qui chariſſimus maximis afficitur beneficiis.

Digitized by Google

Ergo in ſapientem Deus confert beneficia. Qui locus inſignis pro prouidentia.

IN CAPVT IX.

De exercitatione.

Summa.

Præcepiſſe de moribus non eſt finis,..... quia hæc doctrina practica eſt.

Doctrina { prouocat ad virtutem, oſtenditque viam. / non tamen bonos facit.

Terror pleroſque non *pudor* regit : multi perturbationibus abripiuntur more belluarum.

Multi veræ voluptatis nunquam periculum fecerunt.

Multi prauè inſtituti.

Nemo naturâ bonus, probitas enim libera.

Doctrina de benè viuendo eget *exercitatione*, & honeſta aſſuetudine.

Hæc ſi deſit, doctrina eſt ſterilis & infœcunda.

Vtque terra habet; ita animus, niſi colatur.

Qui regitur *perturbationibus*, vt continens, non ratione;

Ille { vel non capit hanc diſciplinam. / vel inutiliter capit.

Ad benè viuendum opus eſt lege quæ cogat, coërceat.

Domeſtica, Paterna } diſciplina { eſt vtilis. / ſed non ſufficit.

Vt Reſp. abundet viris bonis, *iuuentutis* inſtitutio magnæ debet eſſe curæ legiſlatori, gubernatori, politico, &c.

Omninò lege eſt opus { ſiue moribus contineatur. / ſiue ſit ſcripta.

Præclara doctrina continetur inſtitutione { tum generali. / tum particulari.

Inſtitutio legiſlatore indiget magiſtroque benè viuenti.

In politica non idem exercet artem, & eam docet : ſed vtiliſſima experientia, &c.

Sed quoniam.

Præceptis opus.

In Ethicis { dogmata ſine præceptis inutilia ſunt. / præcepta ſine dogmatis, non nihil proſunt. / dogmata & præcepta non ſufficiunt niſi applicentur rebus ſimillimis.

Porrò in his libris & in ſcholis traduntur potiùs dogmata, quàm præcepta; & communiſſimæ leges, quàm particulares.

Digitized by Google

An vt fertur.

Quærimus hîc { virtutem. / non ſolam notitiam virtutis. } *Doctrina non ſufficit.*

Verba { valent ad excitandos liberaliores, dum virtutis proponunt decus, & fructum. / ſed ad virtutem non faciunt ſatis. }

Etenim multi in officio non retinentur ſtudio honeſtatis: ſed timore ſolo.
Multi reguntur affectu, non ratione.
Plerique ne quidem ipſam honeſtatem norunt.
Multi ſunt imbuti praua conſuetudine, quæ deponenda.
Præceptor tamen præclarè, fungitur officio, ſi illius nihil omittit; etiamſi illius qui eruditur & inſtituitur in philoſophia hac, non reſpondeat votis.

Probos autem fieri.

Probos fieri putant { alii doctrinâ. / alii conſuetudine. / alii naturâ, naturæ bonitate, quæ diuina cauſſa, non poteſtate noſtra. } *Vide probitas.*

Iudicandum eſt { ſufficiant-ne ſingulæ cauſſæ. / an requirantur duæ. / an verò vniuerſæ ad probitatem debeant concurrere efficiendam. }

Ac illud quidem.

Natura à diuina cauſſa, non à nobis, non in arbitrio noſtro. *Natura.*
Ea ſola non facit virum propriè bonum. p. propriè temperantem, fortem, &c. De qua re lib. 2. & ſexto.
Doctrina eſt inſtar ſeminis. Semina fruſtrà mandantur terræ, niſi cultæ.
Excolenda igitur ſunt aliquo modo ingenia, antequam huius Philoſophiæ præceptis imbuantur. *Exercitatio.*
Iuuenes & qui iuuenibus ſimiles, non ſunt idonei auditores huius philoſophiæ. ſunt inſtar inculte terræ.
Excolendi ſunt & vi ſubigendi: exercitatio moleſtiam conuertet in iucunditatem. *Probus, probitas* { *à natura, à doctrina, ab exercitatione.*
Opus ergo eſt natura, doctrina, & aſſuetudine.

Itaque præſcribit.

Plerique non honeſtate commouentur, ſed terrore ſolo, & [coactione.]
Præceptorum { quidam non cogunt, non coërcent, vt Philoſophi. / quidam cõtrà, vt legiſlatores, magiſtratus, parentes. } *Præceptor & magiſter morum.*
Itaque hoc poſterius magiſtrorum genus neceſſarium eſt.
Eſt autem œconomicum, vel politicum.
Sed patrium & œconomicum imperium non ita cogit: maximè ſi ſpectetur non Romanorum, ſed Græcorum diſciplina.

Digitized by Google

politica potestate opus p. exigit, aliaue simili.
Ergo
& omnino lege, quę est prœceptum morale coërcens.

vna continetur scriptis & consuetudine, & est quasi *muta*.
Lex
altera loquitur, vt magistratus, qui quasi lex *loquens*.

Iuuentutis educatio. Prior verò est magis idonea, quia minus inuisa & odiosa.

In sola autem.

Liberorum educatio, est seminarium probitatis, & reip.

apud Lacedæmonios, & paucos alios continetur publicis legibus.
Ea
apud cæteros relinquitur parentum curæ, non sine vitio.

Cum tamen deficit publica lex, & cura, non ideò parentes liberis deesse debent.

Politheti-κὴ. Confugiendum est ad eam prudentię partem, quę dicitur nomothetica, ad quam eruditur doctrinâ ethica.

Vt enim.

Opus institutione œconomica & politica. Præclarè res habet cum accedit ad publicam, paterna; ad priuatam publica institutio, & disciplina.

Pater ideò est prœceptor valdę idoneus: ....: quia liberi eum amore persequuntur, eique fidunt.

Iam verò vt in medicinâ.

Opus singulari & vniuersali institutione.

vna vniuersalis institutio, vbi præcipitur de toto genere, & specie. p. de rege, de pleuretico, &c.
Est
altera particularis, quę personę vni accommodatur. p. Socrati pleuretico, Ludouico Regi, &c.

Vsurpandum vtrumque genus in omni artis genere.

Potissimumque in coniecturalibus. p. in medicina, politica, militari, &c.

Potius tamen posterius, quàm prius. De quare alibi in prœfationibus Logicis.

Ac si quis.

Præceptum
aliud non cogit, vt ethicum.
aliud cogit, idque
secundum quid, vt œconomicum, &c.
absolutè, vt politicum, &c. quod códucibilius ad iuuentutis institutionem.

At non idem.

Monitum Consulendus in proœmio sermo de Ethicæ existentia, vbi ponitur exponiturque hic locus.

Estne vlla benè viuendi ars. Ars & disciplina politica
vel nulla est,
vel est cæteris dissimillima.

Officia artificis. Nam in cæteris eiusdem videtur esse docere, & exercere: officium artificis præstantis duplex;

Digitized by Google

.n. { ex arte agere.
& benè docere, ſeu facultatem tradere.

In arte facili .p. in ſutoria idem docet & exercet.

In difficili { aliquando idem docet & exercet.
ſæpiùs vnus docet, alter exercet.
non rarò aliqui peruersè docent, vt Sophiſtæ.

De peritiæ præſtantia & ab arte ſeparatione alibi.

Sophiſtarum vanitas notiſſima, qui artis regendi Rempublicam profeſſione gloriabantur.

Et tamen nihil proferebant pręter Rhetoricam, inanes argutias, & incondítam legum multitudinem, nec docebant vllam dirigendi rationem.

Confundebant Rhetoricam cum Politica, aut etiam deteriorẽ faciebant.

Qui enim in rebus.

Imperiti & inexperti nequeunt de operibus ritè iudicare.

Aliquid aſſuetudinis & experientiæ debet doctrinam antecedere.

Atqui { leges ſunt opera politica.
earum ſophiſtæ ſunt imperiti, cum Remp. non attingant.

Ergo non poſſunt de legibus benè iudicare.

Pręcepta exemplo magis, quàm ſermone comprehenduntur.

Pręterea qui pręcepta apprehendit, ſed non iudicat, non eſt propriè artifex.

Pręcepta ſexcenta ſi congerantur, nec digerantur, artem non faciunt. De qua re alibi.

Qui præceptum nouit, ſed nequit exercere, non ſolet appellari artifex, vt Architectus.

Atqui ea.

Qui pręcepta legit ſine habitu .j. ſine vllo eorum vſu, & experientia, perindè ſe habet atque cœcus, qui philoſophetur de coloribus: non enim mente aſſequitur idoneam ſententiam, idoneumque pręceptorum vſum.

Facultas cum facultatis vſu ad ſcholam afferenda.

Quoniam igitur.

Significat Ariſtoteles ſcribendos eſſe libros Politicorum, eorumque pręfcribit formam, & argumentum. Conſule Rudimenta Ethica. *Concluſio operis.*

Finis Libri decimi Ethicorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS CRASSOTII CLARISSIMI PHILOSOPHI OECONOMICA AD EANDEM PAVCVLÆ quæstiones pro præfatione.

Quæ apud Peripateticos moralium sermonum genera?

Honesta actione { vel tibi consulis. / vel tuis domesticis. / vel tuis ciuibus.

Hinc sermo triplex de moribus .n. monasticus qui propriè ethicus, œconomicus, politicus.

Quartò videri opus alibi significamus,

qui { vniuersum genus honestæ actionis persequatur. § / & tamen cum primo coniungi consueuerit.

Præterea { nonnulla sunt communia œconomico cum politico, non cum ethico; vt ex. gr. *societas, imperium, seruitus.* / & hæc communiori sermone sunt tradenda.

Sed { hæc ferè connectuntur cum œconomicis. / § / & œconomica ipsa politicis consueuerunt inseri.

Cleanti œconomica in politicis.

Quæ arbitrio ab humano opera pendent: vt domus, ciuitas, &c. ferè inconstantia sunt.

Nonne œconomicus sermo idem planè cum politico?

τὸ *maius*, & τὸ *minus* non mutant speciem, vt nec τὸ *magis* & τὸ *minus*.

Pusilla quercus eiusdem speciei, naturę, & definitionis cum grandiori & annosa.

Nonnullorum opinione *domus & ciuitas* non differunt nisi paruitate & magnitudine.

Digitized by Google

Itaut { exigua ciuitas sit magna domus, & familia.
magna familia & domus sit pusilla ciuitas.

Apud eos necesse est œconomica confundantur cum politicis.

Sed Aristoteli *specie* differt à ciuitate, à ciuili societate: ideò sermones discrepantes.

Nonne œconomicus sermo coniungendus cum politico?

Pars cum toto coniungenda in negotio sermonum & methodorum: vt ex. gr. caput cum animali, sermo de capite cum sermone de animali.

Ideò videri possit coniungendus { sermo de quoque nostrum cum œconomico.
& œconomicus cum politico.

Verùm domus seu familia potest ac solet considerari duobus modis, vt & pleræque aliæ partes,

{ priori vt sibi est, quo nomine seorsim explicanda venit.
{ posteriori vt est Reip. & ciuitati cuius est pars & elementum. Qua ratione explicatur in negotio politico.

Nihilominus ferè officio vno & eodem { tibi & alteri.
familiæ & Reip. consulis.

Nec mortales delectantur iterationibus.

Ideò { philosophi proniores sunt ad sermonum coniunctionem.
coniungunt { practica cum theoreticis
practica cum practicis. } de qua re alibi. §

Elementum vt aër est { & sibi
& mixto } eodem modo & domus, &c.

Quid Oeconomica, & cur?

Oeconomicæ ἀπὸ τῆς οἰκίας sive domo dicitur, quæ quid sit dum sumitur pro familia dictum est in rudimentis, & dicendum posteà.

Occonomicè autem est ea pars philosophiæ moralis cuius est præcipere de familia constituenda, regenda.

Scopus { *exterior* præcepta exercere, beatitas domus.
interior { *nosse* per artem præceptiones.
applicare ea per peritiam } quod fit per prudentiam œconomicam.
impellere vim obsequentem }

Materia { *præcipua*, domus probè constituta, gubernata, siue honesta actio quatenus refertur ad familiæ fœlicitatem.
remota { primò facultas ipsa obsequens familiæ.
secundò actiones eius quatenus sunt dirigendæ.
3. maximè quod obijcitur { tum facultati } œconomicè,
tũ functioni }

quicquid

Digitized by Google

quicquid domui optabile, auerſabile.

Virtus { in *facultate obſequenti*, probitas domus.
in *mente præcipienti* { primò ars œconomica.
secundò peritia œconomica.
3. habilitas vim impellendi obſequentem.

Quod duplex momentum coercetur vno nomine œconomicæ prudentiæ.

Sita œconomica { per ſe in morali mente.
per virtutes obſequentes in facultatibus vbi exercentur œconomicæ præceptiones.

Sed prudentia œconomica videtur duplex;

.n. { vna pro eo qui imperat; pro patrefamilias, pro hero, pro matrefamilias.
altera pro eo cuius eſt obſequi & obtẽperare .p. pro liberis, pro ſeruis.

Præterea { vt in Ethicis poſitæ ſunt quædam prudentiæ inchoationes, ex. g. ſyneſis, gnome, &c. σύνεσις. γνώμη.
ita occurrunt quędam artes, virtutes & facultates quæ œconomicæ ſuccẽnturiantur, & ſunt velut illius ſemina, membra, inchoationes.

Vt { *gamica*, ſiue coniugalis, quæ nomine caret.
technepoetica & patrica, quæ pariter nomine caret.
ctetica, ſiue quæſtuaria, chremaſtica, pecuniaria.
deſpotica, ſiue herilis, & dominica.
ſeruilis qualem quidam tradebat Syracuſis.

Is mercede docebat pueros & famulos vulgaria officia & miniſteria.

Quæ ſanè diſciplina ad plurima pertinere poſſit .p. ad coquinariam, & miniſteria molendi, pinſendi, onera geſtandi, purgandi, &c.

Deſpotica videtur eſſe ſcientia & ars vtendi famulis.

Quia herus conſiſtit { non in poſſidendo ſeruos.
ſed in vtendo ſeruis.

Nam opus eſt herum *ſcire præcipere*, quæ ſeruum oportet *ſcire facere*.

Sed hæc ars & cura nihil habet magnum & ſplendidum.

Ideò quibus licet ſeſe hac liberare moleſtia;

Ij { illud quicquid eſt oneris demandant procuratori.
& ipſi Rempub. gerunt, aut philoſophantur.

Quis œconomicus?

Eſt { latè quicunque ex arte aut ſaltem ex peritia œconomica facit officium ſuum in familia, ſiue præſit, ſiue obſequatur.
ſtrictè qui prędituſ arte, aut ſaltem peritia regendi domum, conſtituendi, conſeruandi.

Quæ capita præcipua œconomicæ ſcientiæ?

Prima pars eô videtur pertinere, vt intelligatur quid ſit domus, cur, & quotuplex, maximè autẽ ex quibus partibus conſtituatur quæ perfecta domus.

Digitized by Google

Sed vnumquodque quærendum & indagandum potissimùm in minimis.
Res considerandæ sunt in suo actu, vt optimè comprehendantur, cap. 2. Politicorum.

Secunda pertinet ad informandos coniuges.
Tertia ad officia parentum ac liberorum.
Quarta ad herum & seruum.
Quinta denique ad possessiones irrationales .p. ad agros, ad greges, ad domum, ad supellectilem domesticam, &c.

Quid Politica & cur?

Polis siue ciuitas quid sit, declaratum in rudimentis & declarandum.
Iustum & ius non intercedit propriè nisi inter ciues, & iustitia est veluti ciuitatis vinculum, vt monuimus alibi & monebimus.
Quæ scientia tradit rationem *iusti & iniusti* ..... rationem ciuitatis constituendæ, conseruandæ, regendæ, quęque refert honestam actionem ad ciuium incolumitatem, vtilitatem, dicitur *politica*, *scientia ciuilis*, *scientia* de iusto, & iniusto, & interdum *regia scientia*.

Politica { per obsequentes habilitates in quauis virtutum sede.
per se in imperanti facultate, vbi ars ciuilis ..... peritia & habilitas impellendi facultatem obsequentem.

Scopus { *externus* & præcipuus, salus Reip. εὐδαιμονία ciuilis. Salus Reip. suprema lex esto.
internus & proximus { nosse generatim, sigillatim per artem, &c.
& impellere.

Materia { *proxima* { ciuitas proba, seu honestè agens.
aut honesta actio quatenus refertur ad vsum Reip.
remota { primò facultates quæ Reip. inseruiunt.
secundò earum functiones, vt dirigendæ.
tertiò quod obijcitur ijs tum facultatibus, tum functionibus, siue sit bonum, siue malum.

Res { aut bonæ / aut malæ / aut indifferentes } si referantur ad ciuitatis bonum.

Virtus { in prœcipienti mente: vt ars politica, & prudentia ciuilis.
in voluntate imperanti, habilitas quædam quæ necessaria ad prudẽtiam ciuilem, & ad rectitudinem consilij & intentionis.
in facultate quauis obsequenti .n. habilitas exercendi ciuiles præceptiones .p. consulendi, iudicandi, gerendi magistratum, &c.

Virtus { vna pro eo qui imperat tum sibi, tum alteri .p. pro consule, pro quæstore, &c.
altera pro eo qui alteri paret non autem imperat, per quam priuatus ciuis officia sua refert ad incolumitatem & vsum Reip. quæ dignitatis est inferioris.

Digitized by Google

Sutor { vt sutor eget arte quâ conficiantur calcei.
vt sutor & ciuis simul indiget arte, aut peritia saltem per quam id operis referatur commodissimè ad bonum & vtilitatem Reip. ex prescriptione magistratus.

Sed quæ imperatoria, ea per excellentiam dicitur *politica*.

Porrò *politica* hæc imperatoria est operosissima & architectonica virtus, quæque rarò occurrat suis omnibus absoluta numeris.

Ideò plurimæ sunt virtutes, quæ non sunt nisi semina aut membra ac partes perfectissimæ politicæ virtutis, &c.

.p. ars nomothetica, seu condendi leges.
ars consulendi, ... ars belli, ars pacis.
ars consulis, ars prætoris.
ars ducendi coloniam, partiendi agros.
ars faciendi fœdera, ars iudicandi.
ars principis, ars aliorum variorum ministrorum principis, &c.

Nonne œconomica est eadem virtus cum politica?

Socrati est, Aristoteli & veritati non est.

Neque qui vnam ex ijs virtutibus habet, is & alteram.

Augustus fœlicior & excellentior in politicis; infœlicior, & imperitior in œconomicis.

Quid Politicus?

Primo & latissimè, qui facit officium boni ciuis, siue imperet, siue obsequatur.

Secundò & latè, qui officium boni magistratus callet & rationem gerendi *Propriè*. Remp.

Idque { siue itaut semper præsit: vt in regno & Aristocratia.
siue itaut nunc præsit, nunc subsit: vt in Timocratia.

Tertiò ille tantum qui opponitur basilico.

Quia { basilicus siue regius præest tantum.
qui politicus proprijssimè { nunc præest.
nunc subest.

Ergo qui propriè politicus, is duplicis generis.

Est { Basilicus aut aristocraticus si imperat.
Politic⁹ proprijssimè si { nunc præest / nunc subest } pro ratione suorum ciuium.

Quomodo edisserenda quæ pertinent ad politicam?

Vt in alijs { compositum diuidere, & resoluere oportet in simplicia quæ sint minimæ partes.
res maximè inspicienda in τῷ ortu suo:

Ita etiam & in ciuili methodo.

Digitized by Google

Quæ ſunt ſcientiæ politicæ partes?

Eſt { vna quæ perſequitur totum genus ciuitatis.
altera quæ ſpecies ciuitatis, eaque varia pro ſpecierum varietate.

Sed { vitioſæ æſtimantur ex laudabilibus.
compoſitæ ex ſimplicioribus quæ ſunt triplicis generis.
in ſcholis non perſequimur niſi communiora & magis Ariſtotelica.

Enarramus { quæ ſunt naturæ { quæ ferè fiunt.
quæ arbitrij { quæ fieri debent.

Apud nos { ęthiologia. (*)
& hiſtoria, quæ { partim vniuerſalis.
partim ſingularis.

Nam { vt in geographicis ſermo traducitur à terra ad *hanc* terram.
ita in politicis à ciuitate ad hanc & illam ciuitatem .p. Atticam, Romanam, &c.

Agendum { de geneſi & euerſione ciuitatis.
de regimine eius & conſeruatione.

Quæritur { an ſit ciuitas, ſeu ſocietas ciuilis.
quid ſit, & propter quid, maximè autem ex quibus principijs conſtituatur.
cuiuſmodi ſit, quas affectiones ſortiatur.
quatenus ſit, quę ſint principes & ſimpliciores ciuitatis ſpecies.

Agendum { de toto quaſi ciuitatis corpore, & illius conſtitutione, conſeruatione, &c.
de principe, de magiſtratibus.
de conſilio eius tum Irenico, tum polemico.
de prętore, iudice, iudicio.
de negotio militari.
de populo & officio eius aduerſus principem.
de legibus, &c.

Politica quomodo differt ab œconomica?

Ariſtoteli { non modò, vt domus à ciuitate differt.
ſed etiam quia { politica eſt ex multis qui pręſint.
œconomica eſt monarchia quędam; [*]

.n. quia domus videtur contineri imperio vnius.

Prior { *geneſi* domus, quàm ciuitas in œconomicis.
phyſi ciuitas, quàm domus, 1. Politic. De qua re alibi.

Vtraque eſt architectonica, ſed politica magis.

Digitized by Google

Architectonica quæ artibus pluribus imperat, eosque suos ad vsus refert.
Porrò reliquæ artes videntur ministræ politicæ facultatis.
Sed politica & œconomica differunt à plerisque artibus hoc nomine.

Quia { est { œconomicæ domum / politicæ ciuitatem } constituere, & vti constituta.
Quia { ferè alibi { vnus conficit opus / alter vtitur opere } p. lyra, naui, gubernaculo.

CAPVT I.

De Societatibus, deque Imperio & seruitute.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Societate, deque societate animalium.

Quid societas, communio, cœnonia? κοινωνία.

Est { generatim coniunctio quæuis. / proprié cœtus quidam cum nexu rerum, quibus commune aliquid, quarum vtraque vel altera saltem eget alterius ope.

Vnde illic nexus?

Pro vinculo, glutine, & clauo, societati naturali id videtur esse.

Quod { bonum { sufficit & sibi, & alteri: vt vir prudens. / & est sui diffundendi auidum. / quod egenum illud est per naturam cupidum consequendi perfectionem, & consectandi ea vnde perfectionem nanciscipossit. / res quasi quodam naturali pondere tendunt ad suum finem.

Si vult { largiri, qui opulentior / accipere, qui pauperior } facilis nexus.

Iustitia / *Amore* / *Robore* } vel quadam imagine eius tanquam machina videtur natura vti ad societatem astruendam, conseruandam.

Sed { in rebus inanimatis & in insensibilibus hæc tria in vnum recidunt.
amor non habet propriè locum nisi vbi ratio, aut saltem sensus.
in belluis idem iustitiæ qui amoris fructus & effectus.
in homine { potentior { iustitia fortitudine. / amor iustitiâ. / ad plura deferenda extenditur amor quàm iustitia: concordia verò est velut amor.

Digitized by Google

In ſocietate neceſſitudo, ius, Δίκαιον, aut quaſi ius.

Quis debet { hoc vnum / illud alterum } ſaltem per legem honeſtatis. De qua re alibi.

Porrò minus { in re inſenſibili, quã in animali / in bellua, quàm in homine } corrumpitur iuſtitiæ tenor.

Societas eô maior quô plura & quô præcellentiora quæ communia.

Amor inducit communionem, facit vt mea ſint quæ tua. De quare in Ethicis, &c.

Quarum rerum dicitur ſocietas?

Dicitur homonymè { partim rerum quæ ſunt communes, & ratione quarum ſociamur. p. domus, pecuniæ, prolis, patriæ, &c / partim horum quæ ſociantur, quibus eſt commune aliquid.

Nonne ſocietas quô maior, eô melior?

Neutiquam, ſed quô magis ſini commenſurata.

Quænam res ſociantur, quarum rerum eſt ſocietas, & quotuplex?

Sociabilia quæ referri poſſunt ad commune aliquid opus: vt pes & oculus, dominus & ſeruus, vir & vxor.

Societas { vel eſt rerum pertinentium ad ſuppoſitum idem. p. animi & corporis, variorum membrorum corporis, variarum facultatum. / vel rerum, quæ ſunt ſuppoſiti diuerſi, idque variè.

Nam { vel ſunt eiuſdem ſpeciei & naturæ: vt apes, homines, &c. / vel diuerſæ: vt homo & canis, varia pharmaca ad vnum finem conſpirantia.

Refertur ſocietas { vel tantum ad τὸ εἶναι eſſe. p. ad viuendum. / vel ad τὸ εὖ benè eſſe.

Eſt { animalium / rerum aliarum } { duarum rerum. / plurium rerum, ſed plures in ſcholis ex duabus ſolent æſtimari.

Eſt rerum { eiuſdem / diuerſi } ordinis, dignitatis, conditionis.

Videtur eſſe { vna ſine imperio, ſine principe qui imperet: vt ſocietas formicarum, luporum, &c. / altera cum imperio, ita vt { vnum præſit, dominetur. / alterum domino ſubijciatur.

Digitized by Google

Quanquam Aristoteli ptimo politicorum quotiescunque aliqua ex pluribus constant & fiunt vnum, siue ex continuis (vt in homine, arbore) siue ex seiunctis: vt in exercitu, classe, &c.

In eis perspicitur { aliquid quod imperet, / aliquid quod imperio subijciatur.

Sed in practicis semper dicitur quod ferè semper.

Societas { rerum insensibilium: vt plantarum. / animalium: vt apum, hominum, &c. / rerum vtriusque generis: vt hominis, & agri.

Quod si animalium { vel sunt eiusdem speciei. / vel sunt diuersæ.

Est { à delectu { durabilior { à natura. / à ratione. / ab vtraque. / minùs durabilis } / aliunde }

Heterogenea ratione officiorum: vt societas maris & fœminæ. [4]

Homogenea: vt societas duorum luporum, equorum iugalium.

Est { sufficiens { ordinata { proba { naturalis { ex consentaneis. / ex dissentaneis. / artificiosa. } / vitiosa } / inordinata } / insufficiens }

Item { ex continuis / ex disiunctis } &c.

Cùm duarum est rerum { vel vtraque eget alterius ope: vt mas & fœmina, homo & canis &c. / vel altera tantùm: vt homo, non Deus.

Societas referenda { vel ad commune bonum, / vel ad bonum alterius.

Societas animalium.

Animal { cum re alia sociatur. p. cum agro / cum animali, tumque { vel cum animali eiusdem speciei, / vel cum animali quod sit speciei alterius:

vt auicula quædam cum crocodilo. Consulendus Fermo de sympathia animalium.

Bellu arum cum belluis, cum homine Societas.

Animantium { quædam neutiquam sociate, sociabiles. / quædam sociabiles { vel cum diuersa specie. / vel cum animali quod eiusdem sit speciei.

Digitized by Google

Societas { œconomica { ad procreationem ſobolis. / vel ad procreationem & educationem ſimul.
politica eorum quæ regnantur.... eorum vbi non eſt principi locus.

Oeconomica { alibi non pertinet niſi ad prolem. / in homine pertinet tum ad prolem, & τὸ viuendum, tum ad benè viuendum.

Oeconomica { vel ita eſt affecta vt proles rependat vicem in ſenectute. / vel aliter habet.

Oeconomica ſocietas { in bellua { maris & fœminæ. / parentis & ſobolis. / in homine { maris & fœminæ. / parẽtis & liberorũ. / domi i & ſerui.

Quod animalium optimum, quod deterrimum, quod maximè ſociabile?

Nullum animal magis ſociabile & gregale quàm homo. De quare poſteà.

Homo { cùm eſt perfectus, eſt omnium animalium optimum. / cùm ſeparatus à lege & iure, omnium eſt peſſimum.

Nam { iniuſtitia quæ ſit armata eſt intolerabile quid / homo naſcitur armatus prudentia, & virtutè naturali : quibus licet maximè vti ad res contrarias.

Quare homo ſine vera virtute eſt quid maximè ſceleratum, immaniſſimum, &c. primo Politicorum.

Sociantur ne bellua cum hominibus?

Sunt { cicures belluæ: vt ſues, oues, &c. / feræ { quæ domari & cicurari nequeant: vt tigres. / quæ domari & cicurari poſſint: vt vrſi, elephanti, &c.

Sed vtræque tum cicures, tum feræ per naturam ſunt hominum cauſſã. p. ad alimoniam, ad veſtem, ad medelam, ad alios vſus.

Suntque cicures feris meliores, &c. primo Politicorum.

Belluarum aliæ { gregales, congregabiles. / ſporadicæ, ſolitariæ, ſoliuagæ : prout hic vel ille modus conducibilis ipſis ad alimoniam primo Polit. prout conducibilis ad humanos vſus.

Gregales

Digitized by Google

Gregales { in terrenis damæ, elephanti.
in piſcibus dromades, thynni.
in volatilium genere apes, columbæ, olores, &c.

Proſunt nobis { quædam *immediatè*: vt ques, canis.
quædam *mediatè*, quòd ſint vtilia ijs quibus vtamur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De Imperio & de Seruitute.

Quid Seruitus, quid arche ſiue imperium?

Seruire { nunc vſui eſſe aut prodeſſe, quo ſenſu ſeruit equo eques, Deus nobis, &c.
propriè eſt aliquid inferius ſuperiori ſe ſubmittere: vt præſtare aliquid officii.

Seruitus ex imperio, imperiumque ex ſeruitute comprehendatur.

Imperium { nuncipſum τὸ imperare: vt cùm deambulatio dicitur fieri medici imperio.
nunc facultas per quam vnum alterum ducit cognoſcendo, aut cogit, impellitue ad aliquid commune opus.
aliquando principum cœtus. Conſulantur ſermones Metaphy.

Quando eſt { quid quod imperet } { tum eſt aliquod eorum opus primo Polit. n. commune.
quid quod regatur imperio }

Vbi conſideranda imperij & ſeruitutis naturalis ratio?

τὸ per *naturam* conſiderandum eſt non in corruptis.... ſed potius in iis quæ ſecundum naturam habent .....p. in hominibus qui habent optimè tum ſecundum animam, tum ſecundum corpus primo Polit.

Cuius imperare, cuius ſeruire?

Eſt ἄρχειν imperare melioris & principis rei-p. præcipuæ cauſſæ.

Ita ἄρχεσθαι ſeruire, miniſtrare, ſubeſſe deterioris. p. organi: ſed in prauè habentibus ſæpè { imperat, quod ſubeſſe debet. p. corpus.
ſubeſt, quod imperare debet. p. anima.

Imperare et ſeruire quorſum referuntur?

Imperare } eſt { non modò degenere neceſſariorum.
Seruire } { verum etiam inter conducibilia, vtilia primo Polit.

Scopus imperii { partim id quod imperat: vt Deus.
partim bonum rei cius cui imperatur.

Sed non ſemper imperium eſt bono rei cui imperat. p. Deo.

Digitized by Google

Quomodo differunt Dominus et minister ratione relationis?

Dicitur { seruus { tum domini seruus.
tum domini: quia minister est tesis quædam & possessio.
dominus seruii dominus, non autem serui primo Polit. De qua re alibi.

Quis imperij scopus?

Est vel bonum imperantis, vel bonum seruientis, vel bonum vtriusque.

Quod melius imperium?

Melius imperium illud quod in melius primo Polit.

P { quod in homines, quàm quod in belluas.
quod in belluas cicures, quàm quod in feras primo Polit.

Est-ne alius imperij finis ab vsu imperantis?

Nonnullis { nullus imperii finis præter voluntatem & vsum imperantis.
ideò iustum & iniustum definitur imperantis commodis, incommodis.

Refelluntur quia quó præcellentius imperium, eò diuino est similius.

Ex imperio Deus nihil capit, vtilitatis.

Vt oculus est propter corpus ...., ita sexcenta sunt propter illud, cui imperat, præcellentius quid reliqua respub. quàm qui imperat ipsi princeps.

Non quicunque imperat, absolutè imperat.

Non quicunque imperat, ius habet eo vtendi cui imperat: vt medicus ægro. Medicus imperat chiturgo, ægro sed propter ægrum.

Caussæ instrumentariæ solent effectis esse deteriores.

Unde prodijt erronea opinio de imperij fine?

Ex eo quod, ex specie vna vel paucis imperitiores iudicant ex toto genere.

Multi mortales ex corrupto individuo æstimant vniuersam speciem.

Multi in eos vnos maximè intuentur qui creduntur beatiores, nec reuerà sunt. p. in tyrannos.

ἀρχόμενον. Occurrit aliquid imperii vbi archomenon & subditum: vt bellua est simpliciter propter id quod imperat, si collatio probè instituatur, in quo genere vsus imperantis videtur esse imperii norma, finis, & scopus.

At vbi medicus imperat ægro, vectori gubernator, res contra habet: ideò scopus imperii expenditur illic potius ex archomeno, quàm ex imperanti.

Quotuplex seruitutis ratio?

Differentiæ seruitutis ex imperii varietate repetuntur, & contrà.

Digitized by Google

Est { rei *insensibilis* seruitus: vt quando ager inferior superiori seruire dicitur, vt fabro malleus.
{ *sensibilis* { *irrationalis*: vt ignis, canis, &c.
{ *rationalis*: vt Syri, Sosiæ.

Organum multiplex quo vtitur homo.

Est { *internum*: vt manus, neruus, musculus.
{ *externũ* { *insensibile*: vt aratrum, malleus, &c. quod se mouere nequit.
{ *sensibile*, sed irrationale: vt equus, asinus, &c.
{ id. { mouet { tum se.
{ { tum etiam aliquando aliquid ex organis insensibilibus. p. currum, &c.
{ { sed eget aliquo rationis ductu, quia non percipit quando, quandiu & quid sit mouendum.
{ *rationale*, quod mouet { tum se ipsum,
{ { tum belluas. p. iumenta.
{ { tum organa insensibilia.

Si serra & alia generis eius instrumenta mouere se possent, minus requireretur animalium ministerium.

Si equi aliæque belluę quarum vtimur ministerio possent sese nostris applicare vsibus, minus requireretur hominum ministerium.

Seruitus { rationalis { voluntaria { mutua { iustior
{ { { { iniustior
{ { { non mutua { iustior
{ { { { iniustior
{ irrationalis { inuoluntaria { mutua { iustior
{ { { { iniustior
{ { { non mutua { iustior
{ { { { iniustior

item { maior { melior.
{ minor { deterior.

Est { personę: vt angeli, hominis, &c.
{ rei alterius: vt iumenti, equi.

Est { à *natura*: vt cum liberi subsunt parentibus; vxor marito, bellua homini, ager inferior superiori seruit.
{ à *lege*, positione, institutione: vt quando tibi seruit qui tuo ære est emptus: ager superior debet inferiori *actum*, viam, iter, &c.

Seruitus { vel est *latria*
{ vel *hyperdulia* } de qua diuisione Theologi.
{ vel *dulia*

Quatuplex imperium à

Imperium { *melius* { quod in rem meliorem.
{ { quod in re meliori
{ *deterius* { quod in rem deteriorem
{ { quod in re deteriori.

Est { primum quod continetur *ductu*, quasi indicatione viæ: vt cum dux iti-neris dicitur præesse exercitui, imperatori.
secundum quod continetur quadã *applicatione*, seu coactione: vt quando mens imperat manui, ventus naui.
tertium quod continetur *ductu & applicatione*: vt quando mens rapit voluntatem, animus imperat manui.

Est { à *natura*: vt quando animus imperat corpori.
ab *electione*: vt quando deterior imperat meliori.
ab *vtraque*: vt ferè in Repub. benè constituta.

Est { *bono* imperanti, non ei, cui imperatur: vt in tyrannide.
bono ei, cui imperatur: vt cum deus imperat iustis, prædestinatis.
bono vtrique: vt quando animus imperat corpori, senectus iuuentuti.

Est bono { vel imperanti / vel archomeno / vel rei tertiæ } hinc intelligatur mixtio.

Rei quæ impropriè vtitur: vt quando dicitur imperare anima calori, ventis naui.

Rei quæ propriè vtitur, propriéque particeps iuris & dominij: nihil autem propriè vtitur nisi nouerit { finem tanquam finem, / medium tanquam medium.

Nihil præter { Deum / angelum / hominem } percipit rationem finis, & medii.

Est { validum / inualidum } { totale / partiale } { iustum / iniustum } { gratum / ingratum } { cõmodum / incommodum } &c.

Est { œconomicum, aut quasi œconomicum / politicum, aut quasi politicum.

Quod imperat { vel omninò, simpliciter, & absolutè imperat. / vel secundum quid tantum.

ARTICVLVS III.

De Imperio humano.

Quotuplex imperium humanum?

Est { vnum quod in homine, per quod homo imperat
alterum quod in homine, per quod imperatur homini.

Homini autem imperat *Deus*, qui supremus princeps ac dominus.

Homo alteri. p. pater filio.

Angelus. p. ille qui custos. Quanquam hic imperat magis *hominis* gratiã, quàm homini.

Digitized by Google

Quotuplex in homine imperij genus?

Est { vnum, vbi imperium & seruitus continentur finibus suppositi vnius: vt quando imperare dicitur anima corpori, mens voluntati, humor prædominans, &c.
Imperat autem { anima corpori *despoticè*.
mens orexi & appetitui *basilicè, regiè*.
alterum, quo suppositum vnum imperat alteri suppositio. 1. *Polit.*

Suntne seruitus & imperium de genere necessariorum tantum, an etiam de genere iustorum & vtilium?

Imperare, & ἄρχειν } est { non modò de numero necessariorum.
Seruire, & ἄρχεσθαι } est { verum etiam de numero vtilium ac iustorum. 1. *Polit.*
Quia quædam à principio sui ortus & geneseos separantur & diuertunt
Quædam quidem ad imperandum.
Quædam autem ad seruiendum.
Plures verò sunt species tum imperandi, tum seruiendi.
τὸ per naturam considerandum est in rebus incorruptis.

In ijs { conducibile { corpori, subesse animo.
parti patheticæ, subesse parti rationem obtinenti.
omnibus obest { tum æqualitas.
tum contrarium eius, quod diximus.

Quotuplex imperium quo homo imperat alteri rei?

Est { vnum coniunctum cum } vi coërcendi, cogendi.
alterum seiunctum à }
Est { vnum absolutum { vnum cum vsu.
alterum secundum quid { alterum sine vsu. [:]
Imperat medicus { chirurgo, & vtitur.
ægro, sed non vtitur sanato.
Imperamus homini, vel alteri rei.

Homini-ne aliquid iuris & imperij in belluas, in plantas, & consimilia?

Existima { & plantas animalium caussâ procreatas.
& alias animantes hominum gratiâ.
Si natura nihil imperfectum facit, nihil frustra ....., necesse est hominum gratia feciſſe cętera.
Cætera à Deo: vt cœli, Angeli, Elementa, arbores, plantæ, &c.

Digitized by Google

Sunt { absolutè propter *hominem Christum.*
{ propter hominem { absolutè, vt plantæ, belluæ, elementa.
{ vel secundum quid saltem : vt Angeli.

Homini aliquid iuris & imperij in ea quibus vti potest.

Subseruiunt nobis { quędam *immediatè*: vt equus, caseus, &c. [:]
{ quædam mediatè: vt nubes, &c.

Obiectio.

Si pastor non tàm sibi quàm gregi consulere debet;

Sanè { bellua non est absolutè propter hominem.
{ scopus imperij non est vnquam vsus imperantis.

Atqui pastor non tam sibi quàm gregi consulere debet: vt inductione Socratis probat apud Platonem, 1. de Rep.

Bellua non videtur esse simpliciter propter hominem, hominis gratiâ.

Scopus imperij non est vsus vnquam imperantis.

Dist. P. { quàm gregi vt est propter hominem, N.
{ quàm gregi vt est propter ipsum gregem, C.

D. S. { quatenus & quo nomine grex est sui gratiâ, oues, ex. gr. sunt propter oues, N.
{ quatenus est { tum ipse } propter alios homines quibus inseruire
{ tum grex } debent, C.

Inseruimus bellux { non vt sunt sibi.
{ sed vt sunt nobis. ¶

Inseruis equo propter equitantem non propter equum.

Aliquidne iuris & imperij homini in hominem?

Aliquid iuris quia liberi parentibus tenentur obtemperare.

Sexus est { melioris imperare. ¶
{ sequioris parere, subesse ἀρχεσθαι.

Homo homini pro ministro, &c.

Quotuplex hominis in hominem imperium, quotuplex seruitus?

νόμος. Est { vna seruitus legitima seu pendens à *nomo*, lege, & hominum institutione: vt quando melior tibi seruit, quod sit ære tuo emptus.
{ altera naturalis.
{ tertia mixta, quæ tum legitima, tum naturalis.

Sed mixtiones omitti solent, composita forma intelligenda ex simplicibus.

Imperat { primò parens suis liberis.
{ secundò vir vxori.
{ tertiò vir viro, & omninò aliter homo qui sit opifex præcipuus [ministro.

Digitized by Google

Vt { in *effectione* architectus operario.
   { in *praxi* herus ſeruo, qui eſt organum quoddam practicum.

Miniſter autem eſt organum ante organa, ſeu antecedens promouenſque organa; *effectio* porrò & *praxis* ſpecie differunt: Ideò & inſtrumenta quibus indigent.

Ars { *domina*: vt architectura, imperatoria, &c.
    { *miniſtra*: vt { quæ materiam ſuppeditat.
                    { quæ inſtrumenta cònficit, largitur.

Suppeditat ſtatuariæ { materiam, æraria.
                     { inſtrumenta, fabrilis, &c.

Differunt-ne ſeruus, & miniſter effectiuus?

Differunt, primò quia *effectio* & *praxis* ſpecie differunt.

Secundò quia { ſeruus eſt *ſocius* vitæ, quaſi totius vitæ. 1. Politic.
             { *banauſus*, ſordidaſue artifex non niſi quandam determinatam ſeruitutem ſeruit, quæ ad certum, non ad quemuis vſum referatur.

Ideò { vt in domino quàm in ſeruo plus requiritur virtutis.
     { ita in ſeruo quàm in miniſtro effectionis.

Particepſne qui ſeruit virtutis Ethicæ?

Participes ſumus { vt deliberatiuæ facultatis, *boulentica*. 1. Politic.
                 { ita & virtutis ethicæ.

Ideò vir qui imperat debet perfectam habere virtutem Ethicam, vt & perfectam vim deliberandi, etenim opus eſt architecto. λόγος eſt architectus.
Fœmina habet τὸ βουλευτικὸν, ſed ἄκυρον. βουλευτικὸν
Puer habet ſed imperfectam, idéoque & exiguam virtutem.
Seruus τὸ deliberatiuum non habet, [vix habet.]

Virtus { quędam *imperatoria*: vt iuſtitia.
       { quędam *miniſtra*, & ſubſeruiens: vt fortitudo.

Quotuplex miniſter practicus, quotuplex ſeruus?

Eſt vnus voluntarius: vt famuli qui à nobis mercede conducuntur.
Eſt alter qui inuoluntarius, qui abſolutè ſeruus: vt Parmeno, Soſia, &c.

Eſt { perpetuus { à primo ortu: vt vernula.
    { non perpetuus { non à primo ortu: vt regulus.

Seruitute vtitur { difficiliori, duriori.
                 { faciliori, molliori.

Digitized by Google

Eſt ſeruus { vel lege / vel natura / vel vtraque } ſed cum aliqua ambiguitate.

Natura ſeruus { impropriè quicunque ſeruus à primo ortu, licet legali ſeruitute: vt vernula. / propriè qui eſt ſeruus per naturæ ſuæ conditionem, non habita vlla ratione humanæ inſtitutionis.

Eſtne aliquis propriè per naturam ſeruus?

1. *Politic.*

Si qui diſtant ab aliis { vt animus à corpore. / vt homo à bellua, ſeu fera;

Ij ſunt diſpoſiti eo modo quo *animus* & *homo*, & ſunt *natura* domini.

Multi autem aut ſaltem aliqui ſunt huius generis.

At ij in quibus vſus eſt corporis opus (*trauail de corps*) & hoc eſt optimum quod ab illis capitur, ij ſunt naturâ ſerui: plurimi autem ſunt huius generis. Pauci qui prudentes per naturam.

Quinam naturâ ſeruus?

2. *Politic.*

Qui eſſe alîus poteſt, & eſt alîus.

Qui λόγῳ ita eſt particeps, vt ipſum ſentiat, non habeat. §

Cum aliæ animantes { τὸν λόγον non ſentiant. / affectibus inſeruiant, ijſdemque regantur.

Licet vſus parum differat.

Quia adfertur adiumentum ad res neceſſarias { & à ſeruis. / & à beſtijs cicuribus.

Qui proprio marte vix percipit quid ſit agendum, licet alteri præeunti ac bene monenti pareat: huius generis barbari ſi cum græcis conferantur. Ideò apud poëtas iuſtum eſt græcos imperare barbaris.

Differunt ne corpora eorum qui ſunt naturâ ſerui, à corporibus eorum qui ſunt naturâ liberi?

Natura eſt determinata, facit vnum ad vnum, aut ad pauca.

Natura vult efficere corpora ſeruorum valida ad vſum neceſſarium.

Liberorum recta { inutilia ad tales operas. / vtilia ad ciuilem vitam.

Quæ diuiditur in { vſum belli. / & εἰρήνης, vſumque proprium pacis. [:]

Sed [ſæpè] natura fruſtratur fine, euenit contrarium. §

Quia liberorum habent { hi animum, non corpus. / hi corpus, non animum.

Si quantò ſimulachris hominum antecellunt deorum imagines ..... tantò aliqui

aliqui naſcantur vel ſolo corpore præcellentiores, quàm alij: Sanè omnes (imperiti) qui corpus magis quam animum cernunt, dicant eos, qui deficiunt dignos eſſe qui his ſeruiant. *Pulchritudinis imperium.*

Quod ſi hoc in corpore eſt verùm, multo iuſtius in animo.

Obiectio.

Si nemo eſt naturâ ſutor, ſartor & omnino artifex (qui ſit miniſter effectiuus) pariter nemo eſt per naturam ſeruus propriè & miniſter practicus.

Atqui ex primo Politicorum nemo eſt per naturam ſutor, miniſterue alius: Ergo nemo videtur eſſe per naturam ſeruus.

Diſt. P. { ſi ſeruus dicatur qui ſeruire poteſt, & habet ſeruiendi artem, C.
ſi ſeruus qui ſeruire debet, qui per naturæ conditionem aptior ad parendum, quàm ad imperandum, N.

Diſt. S. { artifex abſolutè .p. ſutor & perfectus artifex .p. perfectus ſutor, C.
artifex naturalis .p. pictor naturalis, &c. N. De qua re alibi.

Quæ maximè facultates requiruntur ad imperandum?

Opus { *mente* & dianœa, prudentia naturali, vt præire poſſis.
thymo & animo, vt poſſis cogere. Difficiliùs ſubiguntur qui animoſi ſimul & ingenioſi: vt Græci & quicunque habitant regiones temperatiores:

Quàm { qui ingenioſi tantum, & technici: vt Aſiani.
qui animoſi tantum: vt qui habitant frigidas regiones.

Difficiliùs qui animoſi (quia vim cogendi & reſiſtendi habent) quàm qui ingenioſi tantùm. 7. *Politic.*

Græci Ariſtoteli { quia *animoſi* liberi manent.
quia *ingenioſi* & technici optima politiæ vtuntur ratione.

Si naturâ quidam ſerui, quidam domini, cur admittitur viciſſitudo imperandi? Cap. 4. lib. 7. Politic.

Si tãtum inter ſe differrent homines quantùm deos & heroas ab hominibus diſtare arbitramur, qui tum corpore, tum animo longè præcellunt: Nemini dubium eſſet neć obſcurum quanto præſtarent ductores ijs quibus præeſſent, meliuſque eſſet ſemper eoſdem manere:

Et { alios quidem ſemper *imperare.*
alios verò ſemper *parere.*

Sed quia non facilè eſt id reperire:

[*Quod enim parum diſtat, non diſtare cenſetur.*
Quod rariſſimum in practicis, id pro nullo habetur.]

Hinc fit vt admittatur in Remp. viciſſitudo imperandi & parendi.

Digitized by Google

Nonne omnes mortales proniores per naturam ad imperandum quàm ad parendum?

Dist. { inclinatione *voluntatis* sunt: malumus docere quàm doceri, cogere quam cogi.
sed inclinatione *facultatis* non omnes sunt.

Cur omnes ferè tenentur dominandi cupiditate, &c?

Non pauci putant *optimum esse dominum esse omnium*;
7. Politic. cap. 3. .n. quia ita videtur suppeditari facultas gerendi res plurimas & pulcherrimas per nos, per nostros, 7. Politicorum.
Multi diuitijs nullum præfiniunt modum.
Facultas imperandi magis in nobis est extincta quàm *cupiditas*; magis *mens* læsa, quàm *voluntas*.

Nonne reuera optimum est esse omnium dominum?

Optimum, si sis optimus { natura / institutione } { tum per te. / tum per tuos, ac tua: secus non videtur optimum.

Optimum autem magis est alijs quàm tibi, qui sis optimus. Quia optimus princeps alijs potius quam sibi consulit.

De legali seruitute.

Est-ne vlla legalis seruitus?

1. Polit. Quæritur sitne vllus νόμῳ & lege seruus.
Lex est quędam consensio communis, & homologia qua iubetur approbensa bello esse in eorum potestate qui sint potiti, qui euaserint superiores, item per quam tuum sit quod tuo ære est emptum.
Cumque multis modis possimus esse validiores, superiores, potentiores .p. sapientia, robore, pecunijs, nobilitate, &c.

Omninò validiorem imperare { quibusdam videtur / quibusdam non videtur } ius, qui νόμῳ illum accusant paronomiæ, τοῦ παρανόμου, 1. Politic.

Quia { iniquum & graue optimum quemque & sapientissimum seruire.
fieri potest vt sapientissimo & optimo cuique vis afferatur.

Sæpè accidit vt causſæ belli sint iniustæ.

Estne iusta legalis seruitus?

Dist. { si *legalis* appelletur quæcunque pendet à thesi, positione & arbitrio mortalium, non omnis iusta quæ legalis .p. cum quis à tyranno redigitur in seruitutem.
at si legalis appelletur quæ consentanea legibus, bonisque legibus, quęuis iusta est.

Digitized by Google

Obiectio.

Quicquid iuſtum eſt illud { vel naturâ iuſtum, / vel nomo & lege, 5. Ethicorum.

At deteriorem imperare meliori .p. fœminam viro, puerum ſeni, ignauum animoſo, inſipientiorem prudentiori, &c. non videtur iuſtum neque natura, neque lege, inſtitutione, &c. Ergo.

Diſt. S. { ſi neque per ſe ſit melior, neque per aliud, C. / ſi per ſe quidem deterior, ſed melior propter aliud .p. propter nobilitatem, opes, amicos, parentes, exemplum, &c. N.

Quod legale iuſtum oritur non ex iniuſto naturali, ſed ex re aliqua indifferéti.

At meliorem ſeruire non eſt per naturam indifferens, ſed per naturam iniuſtum. Ergo ne *lege* quidem iuſtum eſt ſeruire meliorem, ſapientiorem.

Reſp. eſſe aliquomodo per naturam indifferens. Quia homo homini non vſquequaque *inſigniter* præſtat.

Maximè ſi ſapientior qui eſt ſubditus cum ſuis conferatur, cum principe ſuis inſtructo rebus & præſidijs p. conſilio, exercitu, &c.

Praxis potiſſimùm *politica* non accuratè, ſed ruditer res metitur.

Quod parum excellit, excellere vix cenſetur.

Sapè qui per ſe non præſtat, per ſuos excellit, & per ſua.

Ferè ex mortalibus qui vno nomine præſtat, is altero deterior eſt.

Singuli omnium munerum, & omnium artium etiam vilium ac ſeruilium per naturam ſunt capaces ..... licet ſinguli proniores ad paucas quàm ad cæteras: Singulæ ex vilibus artibus obtinent determinatam quandam ſeruitutem.

N. C. quia qui non eſt per ſe melior, poteſt per aliud eſſe.

ARTICVLVS IIII.

De hominum inter ſe communione, ſocietate.

Eſt-ne homo homini ſociabilis per naturam?

eſt, quia { natura non deficit in neceſſarijs. / vnus homo ſine alterius ope non videtur poſſe aſſequi quod optimam ad αὐταρκίαν, ſufficientiam, copiam, vbertatem, &c.

Homo velit nolit aliorum afficitur { tum bonis. / tum malis.

Affectus noſtri partim à noſtro, partim ab alieno.

Solitudo iniucunda etiam in ſumma bonorum abundantia octauo Ethic.

Homo homini iucundiſſimum quid apud Xenophontem, 1. Oeconomic.

Eſt-ne communio ipſa et ſocietas à natura?

Initium eſt à natura quæ largitur impetum & propenſionem ad talem ſocietatem, communionem, 1. Politicor.

Digitized by Google

Sed conſtitutio & aptitudinis reductio ad energiam partim à natura, partim ab hominum induſtria & diligentia.

Eſt-ne vtilis?

Quanuis omnes homines naſcerentur planè ſimiles, nullumque à natura prodijſſet diſcrimen;

p. { maris / fœminæ } { parentum / liberorum } { nobilis / ignobilis } { domini / serui } &c.

Foret tamen conducibile ſingulos ſingulis aut paucis addici officijs & artibus, ideoque confugere ad ſocietatem, non autem à ſingulis vniuerſas exerceri artes. [inſeruiat.

1. *Polit.* Organum vnumquodq; ſic optimè perficitur, ſi *neutiquam* multis operibus Præſtat vnum aliquid egregiè ſcire quàm tenuiter, ruditerque multa.

Si vel duo iter vnà faciant, & maiora animo agitare, & plura conficere poſſunt, 8. Ethic. cap. 1.

Satius ditem quam pauperem imitari patrem-familiæ. Natura nihil facit περιχρῶς. De qua re ſupra.

Eſt-ne neceſſaria?

Partium videntur eſſe duo conſtituenda genera.

Quia { quędam dum à toto diuelluntur, poſſunt adhuc ſuo officio fungi: vt lucerna vna è pluribus ſimul accenſis. / quędam nequeunt, quæ pereant neceſſe eſt pereunte toto: vt manus dum abſcinditur à corpore, quæ meliori iure appellantur partes.

1. *Polit.* Si quis ſeparatus à ciuitatis & ſocietatis corpore non eſt αὐτάρκης & ſufficiens, ſanè ſe habebit ad ſocietatem non ſecus ac aliæ partes ad totum: vt pes, manus, oculus, &c.

Si quis { aut non poteſt ſocietatem colere. / aut non neceſſe habet quod ſufficiat ſibi:

Is { non eſt pars ſocietatis. / idcoque { vel quid ferum. / vel quid diuinum.

Societate hominis opus { tum vt viuatur. / tum vt bene viuatur.

Sine maris & fœminæ coniunctione non conſeruatur hominum genus.

Eſt-ne homo per naturam animal magis politicum, ſociabile, & gregale, quàm vllum aliud?

1. *Polit.* Cui animanti natura tribuit plura, nobilioraque inſtrumenta ad ſuas agendum partes in ſocietate, illud eſt per naturam magis politicum, &c.

Homini autem plura inſtrumenta tribuit ac nobiliora. De quibus poſtea.

Belluis gregalibus tribuit vocem, licet non omnibus.

Homini { non vocem tantum. / verum etiam logon & ſermonem.

Digitized by Google

Rerum optabilium & fugiendarum triplex contrarietas, [princeps ac primaria, triplex iugum.]

n. { iucundum — vtile, bonum — iustum & honestum.
     { molestum — noxium, malum — iniustum & turpe.

Vox { Est signum { iucundi & voluptatis.
                 { molesti & doloris.
    { ideò etiam aliis ab homine animantibus suppeditatur: nam natura earum huc vsque peruenisse deprehenditur.

Vt habeant { iucundi — omnia sensum.
           { molesti — quædam præterea significationem.

Logos autem & sermo præterea valet ad alias declarandas differentias.

Hoc hominis proprium est præter animantes alias;

n. { habere sensum { vtilis } ideóque { iusti } & consimilium.
   {   { noxij }   { iniusti }
   { posseque eum sermone significare.

Horum autem quæ latissimè patent communio & societas facit domum & ciuitatem, [ideoque & alias hominum societates quæ his inseruiunt.]

Maior societas vbi { maior nexus.
                   { plura communia & nobiliora. De qua re suprà.

Cuiusmodi qui apolis & ciuitatis expers?

ἀπόλις.

D. { si sit tantum per fortunam is eo nomine miser.
   { sin autem per naturam & electionem, & institutionem;

Is { vel homine melior: vt deus aliquis.
   { vel homine deterior: vt fera primo Politicorum.

Vt qui Homero sine tribu, sine lege, sine lare, ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος. 105.

Qui naturâ talis, is per naturam belli cupidus, & impatiens iugi.

Quæ maximè consideranda in hominum communione, & societate?

Primò typica illius adumbratio & existentia. De qua suprà.

Videtur autem { generatim coniunctio duorum pluriumuè hominum conspirantium ad commune opus.
              { propriè vnio quædam & coniunctio hominum coëuntium ad commune opus, & ad commune bonum.

2. finis qui bonum { commune totius societatis imperantis.
                   { proprium { archomeni.

Digitized by Google

3. partes & elementa ex quibus componitur, & in quæ diſſoluitur.
4. fundamenta & organa quibus excitatur, conſeruatur, colitur.
5. origo, opifex, conſtitutio.
6. genus & natura.
7. collatio cum iuſtitia, cum amicitia.
8. differentiæ gradus cum amicitia.
9. { cultus ipſe qui continetur multis officiis, præſertimque imperio & obſequio.
   & ratio regendi quæ { œconomia. / vel politia. }
10. virtus eius qui colit ſocietatem.
11. frequentia & raritas.
12. querelæ, criminationes, morbi remedia.
13. mutationes, degenerationes, euerſiones, &c.
14. ſingulæ ſpecies, aut ſaltem celebriores.

Quinam ſcopus humanæ ſocietatis, communionis?

Communione opus, bonumque { communionis / obſequentis / ſolius imperantis } cum perfectior ſocietas. cùm degenerauit ſocietas.

Sociamur / Amamus { propter virtutem & honeſtatem. / propter voluptatem, iucunditatem. / propter vtilitatem, propter bonum. }

τὰ φύσει ἀγαθὰ bona quæ vtilia, conducibilia: vt ſanitas, robur, & alia commoda.

Optimè res habent cùm honeſtas, iucunditas, & vtilitas conſonant: 7. ad Eudemum.

Societas vſui, ſubſidio, præſidio, ornamento, &c.

Communio quæuis & cœnonia aliquo modo iucunda: 7. ad Eudæmum,

Non vt finis. Sed vt medium. Nam quod vtile id iucundum. { non vt in fine / ſed vt ad finem } 7. ad Eudæm.

Quæ partes, quæ elementa?

In cœnonia { hinc forma, de qua poſtea. / hinc materia, quæ duplicis videtur generis. }

Quia { vna eſt quæ dicitur propriè pars aut pars eſſentialis. n. homines ipſi qui efficiantur ſocii, & communicantes. / altera eſt de integritate non de eſſentia: vt pecuniæ, boues, & aliæ huius generis poſſeſſiones. }

Non quicquid in ciuitate, id propriè pars ciuitatis, primo Polit.

Non quicquid in exercitu, id pars exercitus.

Digitized by Google

Debent { tum esse duo non vnum tantum / tum habere commune bonum } ea quorum est cœnonia. n. quæ sit cœnonia propriè, vt colliges ex 7. ad Eudæmum: ideò corporis & animi coniunctio non est proprie cœnonia.

Sed { vt animus ad corpus habet Aristoteli. / ita { artifex ad organum, quod seruus inanimatus. / dominus ad seruum, qui est organum animatum. }

Quare horum coniunctio non est cœnonia 7. ad Eudæmum. n. nisi per analogiam & secundariò.

Idque si habeatur ratio dominii iniquioris qui aduersus seruum non vtitur benevolentia.

Imperium eius { domino est bonum absolutè. / seruo { bonum quatenus est seruus, & secundum quid. / non est bonum quatenus seruus est sui gratiâ. }

Vt amicitia / Ita cœnonia } videtur { confici { nunc similitudine. / nunc dissimilitudine. } / contineri { nunc similitudine. / nunc dissimilitudine. } }

Quia { sunt multæ cœnoniæ species. / intuemur { nunc in vnam. p. in sodalitium. / nunc in alteram. p. in coniugium. } }

Homines ratione suauitatis similes 7. ad Eudæmum.

Eorum autem quæ non sunt propriè societatis humanæ partes, genera duo.

Quædam nec sunt, nec esse possunt: vt boues.

Quædam esse possunt: vt serui & pueri esse partes ciuitatis essentiales.

Quæ præcipua fundamenta & organa?

Instrumenta, quorum ope constituitur cœnonia, sunt duplicis generis.

Sunt enim { vel in ipsis vitæ sociis. / vel extra eos. }

In eis { *natura* { tanquam partes: vt manus, animus. / tanquam affectiones: vt mens, facultas voluntas loquendi, audiendi, pronitas naturalis ad societatem, &c. } / *vsu*: vt { sermo & quælibet alia significandi ratio. / fortitudo, iustitia, fides, gratitudo, benevolétia, anima, &c. / religio cuius potentissima vis. } }

Extra { à *natura*: vt aquæ spontanei fluctus, lapides, antra, &c. / ab *arte* aut industria: vt pecunia, ædificia, &c. }

Digitized by Google

Quod extra { *insensibile* quid: vt arbores. / *sensibile* { *irrationale*: vt bos. / *rationale*: vt seruus. }

Organa { communia omnium: vt mens, voluntas, &c. / paucorum propria, quæ triplicis generis.

Sunt { *animi*: vt iustitia insignis. / *corporis*: vt robur Milonis Crotoniatæ. / *externa*: vt Crœsi opes, nobilitas, &c.

Consulatur sermo Logicus de locutionis fundamentis, Initio libri. de Interpret.

Organa partim fortuita, partim non.

Frequentia aut rara, &c.

Necessaria aut vtilia tantùm.

Origo & constitutio.

Vt sermonis { origo à natura. / constitutio & perfectio { partim à natura. / partim ab vsu & electione.

Ita societatis

Quod genus, quæ forma, & natura societatis & communionis?

Cœnonia & communio, & societas dupliciter consideratur:

quia { aut in singulis. p. in patre, in filio, &c. & videtur esse habitus quidam naturalis aut acquisitus per quem vnus afficitur ad alium, & ad commune opus procurandum.

Aut in vniuersis. p. in coniugibus: & videtur esse mutua quædam relatio & habitudo per quam duo pluresue homines afficiuntur & conspirant ad aliquod commune opus per commune aliquid: taxis quædam & ordinatio duorum pluriumue hominum, &c.

Vt autem nauis, domus, horologium & alia generis huius instrumenta ferè sunt vnum aliquid ..... sed non nisi per quandam aggregationem plurium rerum ad vnum finem conspirantium ..... non autem ad componendum aliquem effectum, qui sit proprié & perfectè vnum aliquid;

Nascitur { nouus vsus / non noua natura } quando partes nauis compinguntur:

Ita exercitus, familia, & aliæ hominum societates sunt quoddam corpus compositum per coniunctionem quandam rerum quæ carent continuitate & sæpe contiguitate.

Ex 7. ad Eudamü.

Vt amicitia / Ita cœnonia } est { non à natura. / sed de genere eorum quæ dicuntur ab vno & ad vnum.

Cæteræ humanæ cœnoniæ ad ciuilem referuntur.

Collatio

Digitized by Google

Collatio cum iuſtitia, cum amicitia.

Philia, iuſtum, & cœnonia σύνοεγα ſibi inuicem ..... & propè habent differentias.

Videtur { vt { δίκαιον / iuſtum } } in æqualitate eſſe [conſiſtere.]
{ ita { amicitia / cœnonia } } eſſe in æqualitate.

Politia iuſti quædam ſpecies. [..]

Cœnonia & communio per commune conſtituitur, commune per iuſtum.

Perſonæ diſponuntur { arithmeticè / geometricè / harmonicè } De qua re alibi in Moralibus.

Variæ differentiæ & gradus Cœnoniæ.

Cœnonia multas ſortitur differentias & diuiſiones.

Eſt { duorum / plurium } { ſufficiens / inſufficiés } { inermis / armata } { gratiâ ſpeciei / gratiâ indiuidui } { à natura / ab arte }

Item { amicitia / non amicitia } { nomica / ethica } { vetus / recens } { durabilis / non durabilis } { rara / frequés }

item { recta / degenerans } { integra / mutila } { œconomica / politica } { à ſimilitudine / à diſſimilitudine }

item { inter pares / inter impares } { ad aliquod vitæ tempus / ad omne vitæ tempus } &c.

Ad cultum { belli / pacis / vtriuſque } propter { honeſtatem / voluptatem / vtilitatem } { honeſta. / turpis. / indifferens.

Quæ autem propter vtilitatem cœnonia eſt duplex, vt & amicitia.

Eſt enim { vel nomica ſiue legalis, / vel ethica ſiue moralis.

Primaria { *origine*: vt ſocietas viri & vxoris. / *dignitate*: vt domus, ciuitas, &c.

Primaria ratione originis & ſimplicitatis ſocietas multiplex. [..]

Prima viri & vxoris ſeu coniugum.
Secunda parentum & liberorum.
Tertia domini & ſerui.
Quarta ciuis & ciuis.

Digitized by Google

Præcellentia.

Communionis præſtantia variis ab apicibus & cauſſis.

Potior { quæ iuſtitiâ, quàm quæ fortitudine continetur. / quæ amicitia & beneuolentia, quàm quæ iuſtitia. / quæ pluribus modis, quàm quæ vno tantum. [·]

Non quô pauciorum communio, eôeſt præcellentior. De qua re alibi.

Perfectiſſima ſocietas quæ *politia.*

Melior quæ meliorum, quæ ratione rei nobilioris, quæ arctiori conſtituta vinculo, quæ finem ad nobiliorem pertinet.

Porrò cuius eſt agere de cœnonia & communione, eiuſdem eſt quærere:

Primò quænam cœnonia ſit abſolutè optima.

Secundò quænam optima conſtitui poſſit ex propoſitis perſonis;

p. quænam politiæ forma Chriſtianis ſit congruentiſſima ..... quænam Gallis, &c.

Vt amicitia & philia } varios ſortitur gradus, ſuntque aliæ ſanctiores aliis.
Ita generatim ſocietas }

Virtus ad cultum ſocietatis.

Quæritur ſitne virtute opus ad ſocietatis cultum.

Sit-ne eadem virtus viri boni, & boni ſocii.

Egeat-ne qui præeſt virtute, & quâ.

Requiratur ne aliquid virtutis in eo qui ſubeſt, & quid.

Sit-ne eadem virtus imperantis, quæ obſequentis: ſit- ne eadem equi, quæ equitis, &c.

Conſulendus ſermo de virtute ciuis.

Querelæ, criminationes.

In ea ſocietate quæ honeſtate continetur querelarum nihil & criminationum.

Quia { nihil poſtulat. / plus rependitur vtrinque quàm debeatur.

Alibi eſt { quod nihil rependatur. / quod non tantum quantum ſperatur, aut debetur. / quod non rependitur illud quod ſperabatur.

Pro remedio rependere oportet, tum id quod debetur, tum tantum quantum debetur.

Criminationum quædam iuſtæ, quædam iniuſtæ.

Conſulendus ſermo de amicitia.

Mutationes, degenerationes, euerſiones.

Ex ſermone de ciuitate comprehendenda quæ pertinent ad vniuerſum genus cœnoniæ & communionis, quod attinet ad hoc argumentum.

Digitized by Google

Cum communio perimitur { aut in aliam mutatur. / aut non.

Sed non censetur perimi & corrumpi quod mutatur in quid præcellentius.

Mutatio { *frequens* in deterius. / *rara* in melius. / *rarissima* in æquale aliquid.

Quæ communionem perimunt, ea sunt duplicis generis,

Nam { vel ab ipsis vitæ sociis. p. à ciuibus. / vel aliunde prodeunt.

Spectare oportet { tum morbos ipsos, eorumque signa. / tum morborum causas. / tum remedia quæ aduersantur causis

Quæ præcipuæ cœnoniæ species?

Sunt *domus* siue familia, *come* siue vicus, & *polis* siue ciuitas

Prima domus quæ cum paulo est perfectior constat ex societate maris & fœminæ, viri & vxoris, societate parentum & liberorum; Societate domini & serui.

Communio & societas quæ in omnem & quemcunque diem vitæ secundum naturam est constituta, dicitur domus, familia.

Vbi { *homosipyri* conuictores, participes eiusdem arcæ panariq. / *homocapni* participes eiusdem fumi & foci.

Prima communio ex pluribus domibus, sed non ad vsum quotidianum collecta, est come siue vicus, vbi collectanei, &c.

Ex pluribus autem vicis constituitur perfecta communio quæ dicitur πόλις & ciuitas.

Monitum.

Quid & cur tum domus, tum ciuitas, & cuiusmodi, & quotuplex, edisserendum postea.

CAPVT II.

De œconomia in specie.

De negotio œconomico.

ARTICVLVS PRIMVS.

Pro auctuario & appendice ad præfationem.

De ipsa disciplina œconomica.

Vndenam maximè deprompturi sumus œconomicũ sermonem?

Primò ex œconomicis Aristotelis & Theophrasti.

Digitized by Google

Secundò ex primo & septimo Politicorum, vbi multa quæ pertinét ad hanc pragmatiam.

Tertiò ex aliis monumentis Aristotelis in quibus passim offenduntur multa quę huc referantur.

Quartò ex interpretibus Aristotelis.

Quid œconomia?

Nunc domus siue familia quę quid sit declaratum, declarandum posteà.

Nunc { modus ipse & ordo per quem constituitur, aut continetur, regitur: que domus. / aut imperium quo regitur.

Nunc { directio eius. / aut virtus per quam regitur, constituitur.

Quid œconomica?

Est scientia practica & moralis per quam honestæ actiones referuntur ad familię bonum.

Quæ caussæ, quæ conditiones?

Quę huc pertinent repetenda ex præfatione, ex sermone de arte, & disciplinis practicis per quandam analogiam & applicationem.

Oeconomica magis necessaria quàm politica: quoniam homo magis coniugale animal, quàm politicum: œconomica necessaria vt viuamus, non tantum vt viuamus benè.

Oeconomica *genesi* prior, quàm politica ex œconomicis; quia opus illius genesi prius: Physi tamen posterior ex primo Polit. in eum sensum qui explicatus.

Quæ œconomicæ partes, species, methodus?

Tractamus de rebus { œconomicis, politicis, & aliis } { nunc ἰκανῶς tantum (*sufficiemment, passablement.*) / nunc ὡς ἀληθῶς ad veritatem, ad ἀκρίβειαν. }

Seu { nunc typo & rudi Minerua. / nunc ἐπιστήσαντες, epistemonicè. }

Primo Politicorum. Oportet { primò determinare quę ad gnosin & ad theoriam pertinent [*dogmaticè.*] / secundò percurrere quę ad chresin & vsum [*paraneticè.*] }

ἐμπειρία Habent œconomica { tum theoriam liberalem / tum empiriam necessariam } primo Politicorum.

Sed videtur œconomicę doctrinę pars duplex;

n. { prior quę consideret communia, seu quę communia œconomo cum politico. p. imperium, seruitutem, opes, &c. / posterior quę *propria*. }

Oeconomicę posterioris tres sunt partes primo Politicorum cap. 3. & 8.

n. { *despotica*, siue herilis. / *patrica*, siue paterna. / *gamica* siue coniugalis. }

Digitized by Google

Quæritur vtrùm sit adijcienda *Ctetica*, siue chremastica & pecuniaria quæ versetur circa opes: Nam societas œconomica est multiplex,

- p. causla *soteriæ* inter dominum & seruum.
- p. causla *geneseos*
  - primaria inter virum & vxorem.
  - secundaria inter parentes & liberos.

Sed prętera opus possessionibus quia tria bonorum genera .n. *animi, corporis, & externa* requiruntur ad beatitatem, 1. Ethic. 1. Polit.

Iam etiam videtur adiungenda pars quæ loquatur de tota domo: vt omninò quinque constituantur œconomicæ partes, quarum ordo intelligendus ex regulis de methodo.

Ex cap. 3. si Ctesis est pars domus, & Ctetica videtur œconomicæ pars: Videtur autem Ctesis esse pars domus [saltem quæ sit de integritate,] quia sine necessariis impossibile est viuere, & bene viuere.

Doctrina
- communis de domo.
- specialis de speciebus domi .p. de *priuata, publica, regia*, &c.

Ars
- *integra*: vt tota œconomica.
- *partialis*: vt
  - ars de tota domo.
  - *gamica*, siue coniugalis.
  - *patrica*, siue paterna.
  - *despotica*, siue herilis.
  - *Ctetica*.

Arte opus ad imperium, ad obsequium.

Sed plus studij œconomica ponere debet []

Circa homines quàm circa Ctemata & possessiones.

Circa hominum virtutem, quam circa possessionem.

Circa liberos, quam seruos cap. 8. libri primi Politicorum.

Pertinetne Ctetica ad politicam, an ad œconomicam?

Ad vtramque quæ ex Aristotele, quia vtrique necessaria.

Sed quæritur
- vtrùm sit pars.
- an verò aliquid quod vtriq; debeat pręsto esse cap. 7. 1. Polit.

Non videri esse partem?

Vt est
- *textoria* non facere lanam ..... sed lana vti & cognoscere quænam sit apta, quæ inepta.
- *politica*
  - non procreare homines.
  - sed hominibus vti à natura acceptis:

Ita
- videtur esse naturæ alimoniam [quæ possessionum est maximè necessaria] suppeditari è terra, vel mari, vel aliundè.
- œconomicæ indè acceptam disponere.

Patrice non est pars œconomicæ: Etiamsi necessarium sit domesticis τὸ bene valere, non secus atque aliud quid è necessarijs.

Ergo pari iure chremastica & pecuniaria non sunt œconomicę partes, etiam-

Digitized by Google

si oporteat familiam opulentam esse.

Responsio.

Vt sanitati prospicere { partim est œconomi [imperantis.
partim non, sed medicinæ subseruientis.]

Ita prouidere de possessionibus .p. victu, vestitu, &c. Partim est œconomi, partim facultatis cuiusdam subseruientis:

Alimonia { vt præbeatur à natura,
nihilominus ratione indaganda, capienda, si animal ratione du- [citur.

Chremastica { vna est *naturalis* quæ videtur œconomicæ pars: vt agricul- tura, &c.
altera *thetica* arbitraria & artificiosa quæ non videtur pars, sed ministra. De qua diuisione postea.

Obiectio.

Ex cap. 7. lib. 1. Polit. Videtur esse naturæ opus & officium genito præbere alimoniam, quodque reliquum est ex eo vndè res gignitur illi pro alimonia est. Ergo naturæ est homini suppeditare alimoniam, parique iure indumentum.

Respondeo naturam præbere alimoniam *proximè* vel *remotè*.

Vbi ratio deest præbet alimoniam confectam.

Vbi autem ratio adest illiusue vsus;

Nunc alimoniam confectam suppeditat .p. fungos, arborum fructus:

Nunc { non alimoniam iam perfectam,
sed tantùm { materiam vndè } efficiatur.
{ mentem qua }

Menti autem manus pro instrumento. [·]

Quod præstat alijs animantibus natura id homini { *natura.* *mens.* *manus.*

Quot sunt rerum genera quæ proposita œconomo?

Tria { quædam propriè imperant.
quædam propriè parent & obsequuntur.
quædam non propriè parent & obsequuntur, sed tantùm per quandam similitudinem: vt alimonia, vestitus, & aliæ opes generis eius.

Qualem eum esse oportet qui futurus est œconomus idoneus?

Ex œconomicis. Primò oportet esse non imperitum locorum in quibus negotiatur.

Secundò esse { naturâ bene natum, & ingeniosum.
proæresi & institutione { philoponum.
iustum.

Idque maximè si consideretur ctetica siue quæstuaria. De qua in sermone de ctemate & possessionibus, ad finem videlicet huius operis præsentis.

Digitized by Google

Hæc nõnullis videtur { aut œconomia / aut pręcipua pars illius } 1. Politicor.

Quæ officia œconomi?

Officia sunt { constituere domum. / vti constitutâ.

ARTICVLVS II.

De Domo. ¶

Quid domus?

Sumitur { nunc pro quodam ædificio. De quo significatu postèà .n. ad calcem œconomicę. / nunc pro quodam cœtu eorum qui degunt, degereue solent ac debent in eodem ædificio.

Quid hîc domus, seu domus posteriori significatu?

Latè est cœnonia quædam plurium hominum, quæ partim naturâ, partim lege & arbitrio constituta propter indigentiam ad quotidianum vitæ vsum.

Strictè & quando est perfectior, videtur cœnonia ex tribus alijs societatibus .n. *gamica*, *patrica*, & *despotica* composita & instructa copijs ad quotidianum vitæ vsum.

Oeconomia differtne à politia?

Differt, primò quia vna { œconomia pauciores / politia verò plures } continet varietates ac differentias.

Secundò quia { politicum imperium est in liberos. / œconomicum potius in liberos quàm in seruos.

Tertiò quia { œconomia paucioribus / politia pluribus } eget { imperantibus. / imperij modis. } ¶

Quartò quia { ferè omnis domus est / non omnis ciuitas est } monarchia quędam.

Quintò quia { œconomia vix / politia facilè } admittit vicissitudinem imperij & obsequij.

Qui finis proponitur œconomiæ?

Idem finis proponitur { viro, qui domui & ciuitati. / bono viro qui bonæ domui, bonæ ciuitati.

Digitized by Google

Qui ſcopi præcipui?

Primò victus qui partim à natura, partim ab induſtria.
Secundò veſtitus qui minus eſt quàm victus neceſſarius.
Tertiò tutela alia aduerſus iniurias cœli, aëris, & ferarum.
Quartò procreatio prolis propagatio humani generis.
Quintò eruditio ad virtutem.

Quid conſtituit domum?

Conſtituit { partim natura, naturaliſque impetus.
partim humana ratio & induſtria.

Quæ elementa domus?

Sunt primò { vir aut aliquis qui ſit pro viro.
vxor aut aliquis qui ſit pro vxore.

Secundò { pater & mater ſeu parentes.
& liberi vel aliqui qui ſint pro liberis.

Tertiò { herus ſiue dominus.
& ſeruus, famulus, aliquidue quod ſit pro ſeruo & famulo.

Quartò { poſſeſſor ac dominus ἕκτητος irrationalis.
& ἕκτημα irrationale .p. domus, ager, &c.

Sed ſæpè idem fungitur officio coniugis, parentis, heri, & poſſeſſoris.
Apud Barbaros vxor pro ſeruo, 1. Polit.
Pauperibus bos arator pro famulo eſt, 1. Politicor.

Eſt-ne homo per naturam pars domus?

Eſt, ſi naturam interpreteris naturalem inclinationem, quîa natura non deficit in neceſſarijs, &c. neceſſarium coniugium, &c.
Sed hæc ſæpè fruſtratur fine propter varias cauſſas;
.p. propter naturæ excellentiam.
propter fortunam aduerſam
propter naturale vitium, ex. gr, propter amentiam.
propter morale vitium .p. inſignem prauitatem.

Quæ hinc ſocietates?

Vt domus ex pluribus hominibus non ex vno, & ex pluribus diſſentaneis;
Ita { vicus ex pluribus vicinis domibus.
ciuitas anguſtior ex pluribus vicis.
principatus maior ex pluribus ciuitatibus anguſtioribus.

Quotuplex domus?

Eſt { perfectior } { ex coniugibus, parentibus, liberis, dominis, ſeruis.
imperfectior } { ex analogis: vt cœnobium.

Eſt

Digitized by Google

Eſt { durabilior, vt quæ inſtructa / minus durabilis, vt quæ caret } liberis.

Imperfectior multiplex .p. { ex domino & ſeruo. / ex viro & vxore. / ex parentibus & liberis. / ex coniugibus, domino & ſeruo. / ex parente, liberis, ſeruo. / &c. } §

Vt typo diuidamus quatuor ſunt œconomiæ ex magnis œconomicis, maximè ſi ſpectetur *ethica*;

.n. { *baſilica*, ſiue regia. / *ſatrapica*, ſiue præfectoria. / *politica*, ſiue ciuitatis propria. / *idiotica*, ſiue priuata. }

Regia eſt maximè ſimpliciſſima, pauciſſimas nanciſcitur formas & ſpecies.

Politica eſt varia & facilis.

Idiotica eſt minima & maximè varia.

Sed multa illis communia ſunt: in Rudimentis perſequimur potiſſimùm quæ communia & catholica.

Quotuplex in œconomia imperij genus?

Eſt { viri / parentis / domini } { primarium, vt patris-familias. / ſecundarium, vt procuratoris. } [·]

Imperare debet { vir vxori *politicè*. / parens liberis *baſilicè*. / herus ſeruo *deſpoticè*. }

Imperium refertur { ad vtilitatem obſequentis & imperantis. / ad vtilitatem obſequentis / ad vtilitatem imperantis } tantùm aut maximè.

ARTICVLVS TERTIVS.

De re gamica, ſiue coniugali.

SEV

De officio viri & vxoris.

Quæ notio coniugij?

Homozygia } { propriè cœnonia boum aut ſimilium animalium communi iugo copulatorum ad communem operam.

Coniugium } { per metaphoram cœnonia duorum pluriumue animalium eiuſdem generis aut diſſimilis conuenientium ad procurationem communis operis .p. ad militandum, ad arandum, &c.

Digitized by Google

Quæ notio in re gamica et nuptiali?

Est { primò cœnonia maris & fœminæ in eodem animalis genere conſpirantium ad procurationem ſobolis, aut affine aliquod aliud opus.
secundò cœnonia talis, ſed humana.

De coniugio belluino.

Animantium { quædam æquiuocè tantum progenerantur, in quibus coniugium non habet locum.
quędam tum æquiuocè, tum vniuocè, in quibus vtile eſt, ſed non neceſſarium.
quędam denique vniuocè tantùm : vt homo, equus.

In ijs neceſſarium coniugiũ magis quam ciuilis ſocietas, magiſque naturale. Sed ſpeciei tamen neceſſarium non cuiuis indiuiduo, nec ſemper. Id neceſſarium ſine quo voti compos fieri natura nequit.

In œconomicis. Natura autem { cupit { æternitatem ſpeciei altruere. / multa ſimilia facere in eodem genere.
nequit autem id pręſtare [in ijs quorum vniuoca generatio] ſine maris & fœminæ ſocietate. Ergo, &c.

Ad coniugium inſtinctu, aut voluptate, aut affectu alio impelluntur belluæ: Vt & ad ea quæ ei annectuntur, aut ſunt ſimilia: .p. ad nificationem, ad educationem prolis, &c.

Valet { vel tantum ad procreationem fœtus.
vel ad procreationem & educationem prolis.
vel ad procreationem, educationem, & aliquam eruditionem: vt in luſcinijs.
vel prętera etiam ad alia officia .p. ad prędidium quærendum ſenectuti, vt in ciconijs.

Soboles { aut parenti nihil rependit.
aut rependit tantum inter educationem, eruditionem .p. quod parens vbera proli non ſine voluptate prębeat.
aut rependit etiam aliquid officij poſtea, vt in ciconijs.

Coëunt belluæ { non tantùm vt ſeruiatur phyſi & liturgiæ.
ſed etiam propter vtilitatem: Sed hæc vix, aut nè vix quidem percipitur à bellua.

Coniugium in bellua magis ad τὸ eſſe, quam ad τὸ benè eſſe.

Officia coniugum intelligenda per aliquam proportionem ex ſermone de coniugio humano.

Quid coniugium in homine?

Eſt { 1. cœnonia quæuis maris & fœminæ ad technopœan aut ſimile opus.
2. legitima generis huius ſocietas maximè ſi ſit liberorum, non ſeruorum.
3. quæ ita legitima, vt ſit prętera myſterium & ſacramentum Chriſtianum.

Digitized by Google

Legitimi coniugij conditiones intelligendæ ex ijs quæ ſequuntur.

Coniugij humani quæ celebriores differentiæ?

Eſt { legitimum } { ſtabile } { non perpetuum.
illegitimum } { inſtabile } { perpetuum, quod non terminatur niſi morte alterius.

Eſt { vnum vbi vir habet
alterum vbi non habet } poteſtatem vitæ & necis in vxorem.

Eſt { voluntarium, quod vtrique gratum.
inuoluntarium, vtquando raptæ ſunt Sabinæ.

Eſt { iuris naturalis
iuris poſitiui
iuris vtriuſque } aut non, eſtque { myſterioſum.
aut non myſterioſum. [·]

Eſt { vel primum } { vnius cum vno.
vel non } { vnius cum duobus, pluribuſue hominibus.
duorum pluriumue cum duobus aut pluribus.

Quis ſcopus fructuſque præcipuus legitimi coniugij?

Primò intemperantiæ euitatio, incontinentiæ, turpitudinis. *Ex œconomicis.*

Secundò per technopœan { complere quaſi periodo τὸ ſemper eſſe, relinquere ſimile ſibi.
parare præſidium ſenectuti, &c. nam quæ parentes potentes in impotentes liberos contulerunt, ea ipſi in ſenectute recipiunt impotentes.

Tertiò mutua ὠφέλεια mutuum ſubſidium viri & vxoris in egeſtate mutua.

Quia coëunt { non modo ad τὸ eſſe. *Ex œconomicis.*
verum etiam ad τὸ bene eſſe.

Sic enim à Deo vtriuſque natura præparata ad ſocietatem.

Diſtinctio eſt [inter marem & fœminam] quod non habent dynamin vtilem ad eadem omnia, ſed ad contraria quædam..... licet eôdem contendentia & conſpirantia. *Ex œconomicis.*

Quia { alterum Deus valentiorem fecit. n. vt propter ἀνδρίαν { ſit animoſior ad propulſandam iniuriam. quærat foris.
alteram infirmiorem, vt ſit propenſior ad cuſtodiam, meliuſque ſeruet propter timorem.

Et ad ergaſtan { hanc ita fecit vt { poſſit ſedentaria eſſe.
ſit infirma ad externas thyraulias.
hunc { deteriorem ad ἡσυχίας & quieta opera.
ſanum & valentem ad motiones & laborioſa opera;

Digitized by Google

Et circa liberos { genesis communis. / ophelia propia, quia { vnius alere. / alterius erudire.

Quinam coniugalis societatis opifex?

Cum Deo illi ipsi qui contrahunt: quanquam sæpè non sine paranymphi aut alterius ope. Sed Deus non est author societatis qua parte deficit.

Quænam elementa & materia?

Elementa sunt { vir qui sit solutus / mulier quæ sit soluta } ac vinciri possit, &c.

Nonne mulieres per naturam sunt communes?

Celeberrima sententia Socratis apud Platonem quinto de Rep.

.n. { oportere mulieres communes esse. / liberosque ita educandos vt non agnoscat { nec parens sobolem. / nec soboles parentem. / quo maior sit communio, vnioque ciuitatis.

Refellitur & impugnatur ab Aristotele 2. Politic. vtroque nomine.

Improbatur refutaturque, primò quia communio ea probata nusquam & nunquam nisi apud gentes immanissimas .p. Agathyrsos, Massagetas, & Anthropophagos.

Secundò quia etiam in belluino genere contrahitur societas priuata, & coniugium paulò durabilius .p. annuum, &c. vbi vtriusque parentis opera indiget fœtus, vt in columbis, &c.

Tertiò quia { nemo curat æquè aliena atque communia, & communia atque propria. / ad amandum incitamur maximè { proprio. / & affectu.

Quartò quia amor parentum vehementissimus, naturalissimus corrumpitur & eneruatur à Socrate.

Natura non frustrà indit { matri { & lac. / & studium educandi. / patri studium curandi { tum prolem. / tum coniugem.

Quintò quia aperitur fenestra incestibus & parricidijs, &c. gamicum commercium parentis cum sobole natura detestatur etiam in negotio *sphæræ affinitatis.*

Sextò quia præstat & egregiè & insigniter amare curaréque vnum aut paucos quàm tenuiter multos.

Natura nihil πανχρῶς facit.

Digitized by Google

Nonne ſaltem ante contractum ſunt communes omnes, fierique poſſunt præoccupantis?

Neutiquam, quia ipſo naturæ ductu iudicatur nefaſta copulatio ſobolis cum parente .... ſobolis cum parentis coniuge, &c. etiam in *ſphæra actiuitatis* obſeruatur amor quidam quaſi pudoris, & imago quædam caſtitatis.

Deferendus pudor conſanguinitati, & affinitati, non tamen in infinitum.

Decet-ne vnam vxorem obtinere plures viros ſimul?

Neutiquam, primò quia conceptio impeditur concubituum & ſeminum varietate.

Secundò quia ſic inducas { tum incertitudinem prolis. / tum incommoda alia ſuperioribus affinia.

Tertiò quia Zelotypia eſt affectus naturalis, magiſque in viro quàm in muliere naturalis.

Quartò quia difficile eſt parere multis.

Licet-ne vni viro plures ſimul vxores obtinere?

Licuit olim etiam apud pios ad propagationem humani generis & famulorum Dei: Et licet etiam nunc per humana iura & conſuetudines apud Mahumetanos & Barbaros. p. apud Taupinambultios.

At naturæ eſt congruentius & diuina ſancitum lege quanquam poſitiua non abſolutè naturali, vt vnus cum vna tantum coniugii ſocietatem contrahat.

Quænam habenda ratio in delectu coniugis?

Prima bonorum animi. p. { probitatis. / artis, prudentiæ, ſapientiæ.

Secunda bonorum corporis. p. ſanitatis, roboris, fortitudinis, &c.

Tertia bonorum externorum. p. nobilitatis, famæ, conſanguineorum, affinium, & amicorum, facultatum, &c.

Vt ſit { ingenioſior / ſanior / robuſtior / venuſtior } aut non ſoboles, facit parentum corpus.

Fortes creantur fortibus, & bonis, &c.

In ſobolem transferuntur habitus parentum { boni { qui corporis. / mali { qui animi.

At { non qui propriè habitus animi & parti aſſuetudine. / verùm qui *naturales habitus*, & dependentes à cõſtitutione corporis. p.

Digitized by Google

à cerebri { *modo.* / *figura.* / *temperamento.*

Iustò { iuniorum { tum animo / tum corpore } / seniorum vero corpore } infirmior soboles 7. Polit.

Habitus corporis qui *athleticus* dequo alibi loquemur non videtur vtilis { neque ad ciuilem εὐεξίαν. / neq; ad sanitatem. / neq; etiã ad tecnopœã.

Improbatur etiam qui *therapeuticus*, nec laboris patiens.

Probatur qui inter vtrunque medius ..... & exercitatus ad omne genus ciuilis exercitationis, sed neutiquam fractus laboribus immodicis.

Quænam ætas coniugio apta ?

Pubertas { in fœmina à duodecimo / in mare à decimo quarto } anno.

Coniugij capax ætas quæ à pubertate nisi quid insolitum impediat.

Sed quæritur quænam ætas coniugio sit aptissima.

Hesiodo vxor deligenda videtur iunior, vt sit docilis.

Sed tamen iusto iuniorum coniugia improbantur.

Primò quia iuniorum animantium fœtus sunt imperfecti: potiusque fœminæ quam mares ..... paruique schematis.

2. quia non est auocanda natura à procuratione incrementi: quibus in regionibus iuniores copulantur, illic breuiora, & infirmiora corpora.

3. quia iuniores magis periclitantur in partu.

4. quia incontinentiores, quæ à teneris annis coniugio vtuntur.

5. quia pudoris minus & verecundiæ quando liberi parentibus sunt quasi coqui.

Fœcunditas forte à pubertate { in viro ad 70. annum. / in muliere ad 50. annum.

Scaligero fœmina citius attingit finem quia minus longè progreditur.

Expetenda morum & ætatis similitudo, quę philicum quid & amicabile.

Coniuges ita iungantur vt { nec lædantur corpora. / & simul opportunè incidant in tecnopœæ cessationem: nubat e. g. quę octodecim annorum ei, qui tringinta septem si creditur Aristoteli.

Sed abstinendum censet liturgia gamica ante sterilitatis tempus:

Ne liberi { sint imbecilliores. / destituantur parentum ope. / rependendę gratię nullam facultatem sortiantur, &c.

Digitized by Google

Expetenda tecnopœa quę prouenit in ętatis flore.

Qua maximè tempeſtate contrahenda coniugia?

Hyemali cenſet Ariſtoteles vnà cum vulgo 7. Politicorum.

Quo maximè tempore iiberis opera danda?

Conſulenda cenſet Ariſtoteles { quæ rhyſici de ventis philoſophantur. / quę Medici tradunt de anni tępeſtatibus.

Diuortione locus?

Conſulenda quæ Theologi tradunt de hoc argumento.
Secernendum coniugium myſterioſum à non ſacramentali.
Non ſi ſeparantur { opes, ideò & corpora. / corpora, ideò ſoluitur nodus.
Inſtabilitas connubiorum naturę inimica eſt, publicęque rei conturbatrix.

Leges quædam coniugales.

Præceptorum { quædam viri / quędam vxoris / quędam vtrique communia } propria } quę vndecunque colligenda.

Non licet rem habere { neque cum alio. / neque cum alia. } *7. Politicorum.*

Qui peccauerit in eam partem, in eum animaduertatur 7. Polit.
Vterque alterius ſcrutetur mores, & affectus deprehendat.
Vterque alterum & ſanum, & ęgrum curet ac tueatur.
De homilia & de congreſſu ſic præcipiendum. *7. Politicorum.*
Vt { neque egeant. / neque dum abſunt, minimè poſſint abſtinere.
Sed ita coniux aſſueſcat vt ſufficienter habeat, ſiue abſit, ſiue adſit coniunx.
Non licet violare thorum ..... qui peccauerit eam in partem is plectatur. *7. Pol.*
Maritus vxori iniurius non eſto: ita fiet vt ipſe iniuriam non patiatur. *In œconomicis.*
Expertus vxorem { perfidam perfidus Agamemnon. / fidam fidus Vlyſſes. } *In œconomicis.*
Maximè eſt { viri quęrere, diſponendi indicare modum, &c. / vxoris ſeruare, diſponere, depromere, &c.
Vti vtriuſque.
Secretum vxori à viro vix committatur.
Quò maior ęqualitas, & communio pluriumque rerum: eò melius coniugium habet, quóque nobiliorum.

Digitized by Google

Non benè inæquales veniunt ad aratra iuvenci.

Sed { arithmetica æqualitate opus in fortunę bonis. / analogica tantum in negotio corporis & animi.

Requiritur vt tantum præstet vxor in suo genere, quantum vir in suo: si amicus est alter idem, multo magis coniux esse debet.

Nisi adest æqualitas quantum licet procuranda.

Æquatur vir vxori { partim viri / partim vxoris } immutatione.

Cùm quid est necessarium & tamen vitiosum, cogitandum est de emendatione.

Humana ferè sunt similia medelis, ita prosunt vt obsint.

Viri imperare ..... potius quàm vxoris.

Sed euenit interdum vt sit prudentior potentiorque vxor.

Inualidum imperium nisi cogendi facultate instruatur, & præmiorum propositione.

Nihilominus { indulgentia potius & præmiis ad officium adigenda vxor quàm terrore & pœna. / aliaque potius mulcta quàm verberibus & plagis.

Est potius { vxoris educatio prolis, custodia opum, &c. / viri erudire prolem, propugnare domum, quærere opes, &c.

Potiusque { vxoris modestia, obsequium, indulgentia, &c. / viri fortitudo, liberalitas, prudentia, &c.

Mulier *synesi* vt valeat vix tamen valet *euboulia*, *gnome*, & *syngnome*: sed ad indulgendum lenitate naturæ, & temperamento inducitur vxor.

Coniugia { aut propter *honestatem* / aut propter *iucunditatem* / aut propter *vtilitatem* } contrahuntur, vt & aliæ amicitiæ.

Zelotypiæ / Querelarum { plurimum in secundo genere. / nonnihil in tertio. / nihil in primo.

Nisi Zelotypia pro virtute quadam accipiatur per quam coniunx impellatur ad procurandam in coniuge castitatem.

Querelæ / criminationes / obiurgationes { quod nihil rependatur. / quod non rependatur tantum quantum debetur. / quod non rependatur illud quod debetur aut speratur. &c.

Quotuplex coniugij humani genus?

Consulendæ differentiæ quæ suprà enarrantur, itemque Theologi & Iurisconsulti:

Coniugium

Digitized by Google

Coniugium { perfectum { durabile { ciuile tantum.
imperfectum { non durabile { Ecclesiasticum.

Sanctissimum & perfectissimum iudicandum illud quo Iosephus cum virgine Maria copulatus.

ARTICVLVS IV.

De re patrica.

Quinam modi patricæ rationis in bellua?

Patricæ nihil in iis brutis animantibus quæ automata, quatenus sunt automata, & spontanea. *Prima.*

Nisi quod { aliquid analogum matri, p. solum.
quodque gignit { vel perenniter alit, vt in Zoophytis.
vel initio saltem.

Cuius gignere, eiusdem alimoniam suppeditare 7. Posit.

Quod reliduum ex semine, id per naturam pro alimonia.

In quibusdam parens generat, sed non educat, non ducit per se saltem, vt in bombicibus, &c. Quando stirpes proferunt semen, sed non enutriunt quod à semine prodit. 2.

In quibusdam generatio communis patri & matri, genitori & genitrici.

Educatio & nutritio non nisi matris: Vt in canibus, lupis, &c. 3.

In quibusdam tum generatio, tum educatio prolis est commune opus.

In quibusdam { tum generatio } 4.
tum educatio } est commune opus, vt in luscinijs, aquilis, 5.
tum eruditio } &c.

In belluis rependit-ne parenti proles?

Magis est necessarius parentis in sobolem quàm sobolis in parentem amor.

Vt significandum in sermone de sphæra actiuitatis, & significatum alibi.

Ideoque minor sobolis quàm parentum amor esse consueuit: Nihilominus soboles etiam in belluis aliquid parenti rependit; sed semper intra ipsam educationem. p. voluptatem & aliquid vtilitatis. p. ad sanitatem; Aliquando item post educationem, vt in ciconiis.

Cuius est præcipere de patrica?

Est { non œconomici tantùm, de qua re suprà.
sed etiam politici quia soboles Reip. est seminarium. Publicæ rei debet esse publica cura.

Quæ præcipua doctrinæ œconomicæ capita?

Primò præcipiendum est de procreatione liberorum.

Digitized by Google

2. de educatione eorum cum sunt in lucem editi.
3. de eorundem eruditione.
4. de alia institutione ac ditatione.
5. de officio liberorum aduersus parentes.

De 1. capi. 2e. ***Quidnam maximè præcipiendum est de genesi & de procreatione liberorum?***

Prima. Danda opera viro vt vxorem ducat cuius corpus
sit optimum { tum ad sanitatem & robur,
tum ad prolis sanitatem, viuacitatem, generositatem.
Animus probus sit, vt probè erudiat, instituat, facultates sufficiant ad educationem, &c.

2. Danda est opera vt ducatur quæ iudicatur esse, & futura esse proba, honorata, &c. probæque sobolis parens.
Sed non minor esse debet bonorum corporis, quàm bonorum animi sollicitudo, minorque bonorum externorum, quàm bonorum corporis cura.
Nisi { & sis vir publicus.
& externa bona insigniter emineant ad Reip. vsum. p. honores, amicitiæ & confœderationes, opes, &c.
Maximus autem vxoris [priuati viri] ideoque & matris honor, [aut maximus vxoris quatenus est vxor.]

In œconomicis. Si videamus proprium virum quæ ad pudorem pertinent seruare, neque ipsum magis habere vllam aliam mulierem quàm ipsam propter pudentiam: & existimare hanc sibi propriam & fidelem præ omnibus aliis.

In œconomicis. Quô autem fidelius & iustius à viro se tractari sentiet vxor, eô maiorem operam dabit vt digna efficiatur.

4. Omnes honorem proprium adimi sibi valdè molestè ferunt, neque est qui suorum ademptione delectetur: etiamsi quis plus de alieno tribuat.
Nihil autem est magis proprium quàm vxor: quodque vir iustius stabiliuerit, quàm sancta & pura cohabitatio.
Quocirca non decet prudentem virum iacere sperma promiscuè: ne prognati è futilibus & prauis, legitimis & genuinis liberis efficiantur similes, [ac pares.]
Vnde { vxor coniugali honore spolietur.
liberi [genuini] iniuria afficiantur.
ipse vir infamia conficiatur.

7. Polit.

5. Præcipiendum est de Liturgia & homilia cum vxore, videndumque qualiter affecto corpore tecnpœæ sit inseruiendum.
Cauendum nè id fiat { inter ebrietatem.
aut aliter male affecto corpore. p. per ægrotationé.

De ornatu Ne infirma, miniméque generosa, ne fatua nascatur proles.

6. Vt qui mores ementiuntur, & ostentant coniungi non debent; ita etiam qui corpora, &c. quæ per ornatum homilia eanihil differt à tragœdorum in

Digitized by Google

ſcena ornatu in œconomicis.

Præcipiendum eſt de prægnantium cura;

Tum ratione *corporis*, quia { vt à terra plantæ. / ita à matre quod genitum eſt: } 7. *Polit.*

Tum ratione *animi* quia affectus animi ſequuntur affectum corporis: phãtaſiæ mirifica vis in fœtu efformando, immutando.

Prægnantes debent ſtudioſè curare corpus.

Cauendum { ne victu vtantur parciori, tenuiori. / ne corpus torpeat ignauiâ. }

Ideoque illud exercere debent. p. deambulando, &c. & iuſſu legiſlatoris ſtatis diebus profectionem ſuſcipiendo ad templa deorum qui præſunt generationi.

Animum contra laxare debent, minuſque agitare [&angere.] 7. Politicorum.

Videtur-ne aliquid præcipiendum de re obſtetricia?

Videtur { partim de medici conſilio, & ad varios vſus,
p. ad Matris & ad ſobolis incolumitatem.
ad fœtus viuacitatem, ad ſanitatem.
ad inhibendam membrorum depranationem.
partim de iudicio Logicorum elegantiorum, qui ingenia varia à varia capitis diſpoſitione repetunt.

Quia { certa capitis configuratio valet ad mentem acuendam, certa ad iudicium, certa ad memoriam, &c. certa propentiorem facit ad affectus certos.
principio per obſtetricis curam figura capitis variari & emendari poteſt: idque ita vt breui ars aut figura artificioſa tranſeat in naturam, aut legem naturalem. De qua re alibi.

Sed cauendum ne dum ſtudetur acumini mentis, noceatur vitæ, & valetudini.

DE LIBERIS TOLLENDIS EDVCANDIS.

Alendum-ne ac tollendum quicquid genitum, an vero licet aliquid exponere, aliquid interficere?

Iudicium Ariſtotelis erroneum. 7. *Polit.* cap. 16.

Lex feratur ne quid educetur *mutilum, fractum, deprauatum.*

Quòd ſi patriis moribus prohibeatur { [tum expoſitio liberorum.] / [tum & multo magis interfectio.] }

Procurandus abortus, ſed procurandus tantum antequam vita & ſenſus inſeratur fœtui, poſteà verò procurare non liceat: ita vt ſanctum à non ſancto ſecernatur vita & ſenſu.

Digitized by Google

Sententia verior.

In plantarum / In bellvarum } genere parens educare nititur : quicquid effudit : licet ſæpe cultor & herus amputare & abiicere ſoleat, poſſit, debeat.

Poſſit iure quia ſumus per naturam abſolutè domini tum plantarum, tum belluarum non ſecundum quid tantùm.

Debeat quia ſatius habere vnum aliquid fœcundum atque vtile ..... quàm multa ſterilia, infœcunda, &c.

At per naturam { homo homini aliquid debet, parens liberis, &c. / homo hominis non eſt dominus niſi ſecundum quid.

Idèò in hominum genere res aliter habet.

Nefas abortum procurare..... maximè poſt inditam animam rationalem.

Nefas exponere.

Infandum interficere etiam quod mancum, mutilumque ſit.

Obiectio.

Si debet eſſe præfinitus liberorum ciuiumque numerus in domo, in familia, in Rep.....licet aliquid quod progenitum ſit interficere, multoque magis exponere.

Atqui debet eſſe præfinitus:

Quia { ſic ſentit Ariſtoteles. / videtur accommodandus loco, facultatibus, &c.

Ergo licet interficere, exponere.

Negatur ſumptio, quia Deus priuatam gerit curam humanarum rerum, non eſt diuinæ diffidendum prouidentiæ.

Non ſumus liberorum domini, aut ſeruorum eo modo quo belluarum.

Non quô pauciores liberi, eô melius ſinguli habere ſolent, ſed ferè contrà quando probe inſtituuntur & ſunt concordes.

Præcipiendum-ne aliquid de nutritione?

Præcipiendum ex 7. Polit. cap. 7.

Multum refert quænam ſit alimonia & trophe recèns natæ ſobolis.

Ad corporis robur, ſanitatem, agilitatem & acumen ſenſuum, [& ad animi affectus atque habitus.]

Quæ prima capita doctrinæ de nutritione prima?

Prima. Per naturæ leges cuius gignere, eius alere 7. Polit. & 1.

2. Liberos à matre ali congruentius quàm à nutrice. De qua re Gellius.

Niſi inſigniter nutrix parenti præſtet, &c.

3. Prior eſſe debet *corporis* quàm animi cura, quia prior illius vſus 7. Politic.

Digitized by Google

Nihilominus corporis cura ad animum tanquam ad præcipuum ſcopum referenda. 4.

Videndum quodnam ad vitæ genus referatur, deſtineturque ſoboles. 5.

Referunt { nonnulli ad robur militare. / quidam ad affectionẽ corporis mercaturę congruentiſſimã. / quidam ad otioſam vitam. / alij aliô.

Habenda climatis regioniſque ratio, &c. 6.

Habenda fortunarum, facultatum, &c. 7.

Ijs autem qui intuentur { tum in belluas .p. in equos, boues, &c. 8. / tum in militares nationes.

Maximè probatur ea primæ nutritionis ratio, quæ copioſo lacte continetur, & vndè diligentiùs arceatur vinum ne morbis aperiatur via 7. Polit.

Lacti { & adiungendum / & ſubiungendum } & ſubſtituendum aliquid: Sed varium pro varietate regionum, fortunarum, &c. 9.

De alia educatione prima.

Cauendum ne membra propter teneritudinem diſtorqueantur, deprauentur. Ad eam rem nonnullæ gentes vtuntur quibuſdam mechanicis inſtrumentis, &c. 1. *7. Politic. cap. 7.*

Cauendum eſt ne infeſto frigore perimantur corpora puerorum. Quia poroſa ſunt & humida, licet inſigniter calida. 2.

Nihilominus quibus homo aſſueſcere debet ac poteſt, ijs à ſuo principio aſſuefaciendus .... itaut paulatim acceſſio fiat, cap. 7. lib. 7. Polit. 3.

Frigoribus autẽ aſſuefaciendus, tum ad militiã, tũ ad negotiationes externas. 4.

Idcò vtile eſt à prima pueritia frigoribus aſſuefacere pueros.

Idque { tum ad bonam valetudinem. / tum ad labores militares, 7. Politicor.

Ideò { barbari quidam .n. Germani recèns natos in amnem frigidum demergunt. / Celtæ paruo tegumento amiciunt 7. Polit. vt faciunt terrones illi quos vulgus Ægiptios indigitat, aut Bohemos.

Quod attinet ad contentiones vocis & ad eiulatus, non bene in pueris à quibuſdam prohibentur, valent enim ad incrementum corporis, 7. Politic. vt ad cerebri purgationem. 5.

Agitationes procurandę quantum tenera patitur ætas, 7. Polit. 6.

De alia educatione ad quintum annum.

Præcepta ſuperiora ferè huc traducenda. 1.

Educanda hæc ętatula domi vſque ad ſeptimum annum ..... 7. Polit. Itaque cura educationis in œconomum prędipuè recumbit. 2.

Porrò quicquid primum diligimus, & in pretio habemus, id valdè diligimus & magni facimus. 3.

Spectator primis conciliatur capiturque auditionibus 7. Polit.

Digitized by Google

Quo ſemel eſt imbuta recens, &c.

4. Itaque quicquid prauum id pueris pro extraneo, proque ignoto eſſe debet,

maximè ſi quid ipſos videatur effecturum { tum inertes.
5. { tum difficiles & odioſos.

6. Auertatur hæc ętas quantum licet à ſeruorum contubernio & conſortio.

7. Auertatur ab omnibus factis illiberalibus turpibus.

Ideoque & à turpium rerum commemoratione.

Nam ex τῷ dicere licenter quidquam quod ſit obſcœnum, τὸ facere quod vicinum eſt prodit, *du dire vient le faire.*

Parique iure à ſpectaculis rerum turpium tum priuatis, tum publicis, &c.

8 Si quis ſe illiberaliter gerat & ignominia & plagis coërcęatur;

non adhibeatur tamen hęc ætas { neque ad vllum matheſeos genus.
9. { neque ad neceſſarium vitę laboré 7. Pol.

Niſi quod { diſcendum vnum aut alterum idioma.
{ à tenerisannis Dei cultus inculcandus.

Quæ ſine diſpendio incrementi doceri poſſunt, inſinuanda. [·]

10. Fugienda ſegnitiés { tum alijs rationibus.
{ tum ludo agitando 7. Polit.

(·)

11. Ludi { non ſint { neque illiberales. / neque laborioſi / neque remiſſi } ideò mediocres.
{ ſint imitationes ſeriorum ſtudiorum: p. digladiationum, pugnarum, &c. ſi quis olim erudiendus ad artem militarem m; ercimoniorum, ſi quis mercaturæ deſtinatur, &c.

De educatione à quinto anno ad ſeptimum.

Pueri debent ſpectatores fieri ſtudiorum & exercitationum quibus ipſi operam poſtea nauare debent, 7. Polit.

Adeant, ex. gr. ſcholas, ſed futuri potius ſpectatores diſcipulorum quàm diſcipuli & tyrones.

De educatione à ſeptimo anno.

Déque matheſi & eruditione puerili.

Quotuplex matheſeos puerilis ratio, quotuplex tempus?

Inſtitutio & éruditio liberorum duplex;

.o. { vna quæ propędia & prodidagma potiuſquam pædia, & ſolidum dogma.
{ altera quæ eſt pędia & eruditio magis ſeria .p. quæ pertinet ad artem quam quiſque debet exercere & profiteri.

Digitized by Google

Est { vna quæ omnibus saltem liberalioribus & magis ingenuis debet esse communis, vt ars legendi, pingendi literas, &c.
altera quæ singulis accommodanda quatenus vnus ad vnam, alter ad alteram destinatur artem, vnus ad liberaliorem, alter ad minus liberalem.

Aristoteli duplex puerilis institutionis ratio si spectetur tempus.

Excurrit { vna à septimo anno ad pubertatem.
altera à pubertate ad vigesimum annum, lib. 77. Polit.

Institutio { vna priuata quæ œconomica magis quàm politica.
altera publica quæ politici magis quàm œconomi.

Duplex sollicitudo puerilis educationis Aristoteli:

n. { vna communis & publica quali vtuntur Lacedæmonij.
altera particularis quâ vtuntur vulgo..... per quam quisque educat [suos proprios & priuatos] priuatum aliquid, quod ipse priuato consilio selegerit, idque priuatim.

Debetne legislator gerere curam puerilis institutionis?

Debet, primò quia nisi id fiat imminet politiæ certa pernicies. 8. Polit.

Secundò quia { vt in artibus / ita in virtutibus } opus propædia & prodidagmate.

Tertiò quia { institutio politię accommodanda.
tales mores talem astruunt, conseruantque politiam;

p. { Aristocratici Aristocratiam.
optimi optimam politiam.
deterrimi deterrimam, 8. Politicorum.

Iuuentus Reip. seminarium, &c. [·]

Melior-ne institutio priuata an publica?

Nutriri priuatim liberos satius quàm publicè; Satius est in sermone de coniugio: At institutio publica priuatæ prę ferenda est.

Publicæ rei debet esse publica cura.

Nos sumus magis Reip. quàm nostri octauo Politicorum.

Obiectio.

Priuati & proprij potior cura quàm publici, vt & publici quàm alieni.

Ergo institutio priuata publicæ videtur prę ferenda.

Dist. C. si cetera sint paria, C. nisi sint, N.

Porrò *nutritionis*, & *eruditionis* non est par ratio.

Primò quia { nutrire est potiùs matris.
erudire est potius patris.

Secundò quia non sufficit cura, sed facultate opus. Porrò ad eruditionem plus requiritur facultatis & virtutis.

Digitized by Google

Tertiò quia magis varianda eruditio pro varietate ætatum, conditionum, fortunarum, ſtatuum & dignitatum quàm nutritio. Liberi principum & liberi priuatorum ciuium qui ſint fortunæ paulò lautioris ferè conſimiliter maximè prima in ætate inſtituuntur.

Quartò quia { nutrix vna vix ſufficiat duobus ſimul alendis. / pędagogus & inſtitutor vnus pluribus ſufficere poteſt.

Quintò quia { inſtitutio vt & nutritio referenda ad Remp. / ſed politicus tanquam architectus œconomo viliores curas demandare debet.

Optimè tamen res habet quando priuata cura coniungitur cum publica ſollicitudine.

Secernenda communia officia à proprijs & particularibus.

Sunt { quædam omnibus ciuibus communia; vt emere, vendere, viuere temperanter aut intemperanter. / quędam particularia, vt hanc vel illam artem exercere, & hoc vel illud vendere, &c.

Conſentiunt-ne mortales de negotio primæ propædiæ puerilis? 8. Politic.

Nunc diſſenſio eſt de operibus quibus exercendi pueri liberaliores.

Non omnes eadem pueros docenda putant { neque ad virtutem. / neque ad fœlicem vitam.

Neque patet *mentiſne* prius quàm *morum* animæ gerenda cura.

Conſideratio quæ confuſionem habet propter varias educationis rationes quæ paſſim offenduntur.

Quæritur { priuſne exercendi ſint in munijs vitæ vtilibus. / an in ijs quę ad virtutem pertinent. / an in minùs neceſſarijs & excellentioribus, p. in muſicis, &c.

Nam omnia hæc ſuos habent aſſertores.

Quod attinet ad eas exercitationes quibus ad virtutem itur, nihil habetur pro certo & indubitato: Quia non omnes principio eandem virtutem in pretio habent.

(Pręferunt quidam fortitudinem, quidam iuſtitiam, &c.)

Inter vtilia quæ neceſſaria ſunt docenda prius.

Non docenda omnia quia liberalia ſecernenda ab illiberalioribus.

Illiberalia opera quæ *banauſa*.

Banauſa quæ { tum corpus / tum thymum / tum animum } liberi hominis ineptum faciunt ad virtutis vſum, quęque inquietam & abiectam efficiunt mentem.

Ad ſcientias & artes liberaliores quod attinet;

Non eſt illiberale & ignobile ijs operam dare vſque ad aliquem modum modicè.

Sed incom-

Digitized by Google

Sed incommodum ijs assiduè insistere quòperuenias ad absolutionem.

Refertque cuius gratiâ aliquid { exerceatur. / ædificatur.

Quædàm { honorifica si facias gratiâ { tui. / amicorum. / & virtutis. } L.1 / seruilia si in aliorum gratiam & propter mercedis aliquid.

Vbique quærere commodum & vtile, nihil facere nisi vtilitatis gratia indignum viris magnanimis & ingenuis, cap. 3. lib. 8.

Quæ celeberrima olim ratio propædiæ apud Græcos?

Celeberrima olim duplex apud Græcos propędiæ ratio pro liberis nobilioribus.

Vna quæ Laconum erat. De qua Plutarchus in Lycurgo, &c.

Ea ferè referebatur tota ad rem militarem, minusque probatur, quia otij magis quàm negotij, & pacis, quàm belli habenda ratio.

Ea disciplina inducit feritatem, immanitatem: non quę immanior bellua, ea fortior & generosior, sed potius quæ lenior, mitior.

Qui efferatur aduersus hostem, feritate vtitur aduersus ciuem si desit hostis.

Laconicæ disciplinæ conseruatio non conseruat fœlicem Reip. statum, &c.

Laconica disciplina vt non frangat corpus animum efferare solet.

Altera de qua Aristoteles cap. 3. lib. 8. Politic. quæ videtur in vsu extitisse apud Athenienses.

Ad quænam capita reuocatur hæc posterior?

Quatuor ferè sunt quæ pueris liberalioribus tradi solent ediscenda;

Litera siue grammatica, quæ ars legendi, scribendi: vndè multiplex vsus maximè autem ad alias artes ediscendas.

Gymnastica quæ videtur vtilis ad sanitatem, ad fortitudinem.

Musica quæ { & ad scholen otiumque valet, cuius potior debet esse cura quàm ascholiæ & negotij. / & ad ascholiam & laboriosam negotiationem.

Quia { ascholiam comitatur labor & contentio. / ludo tanquam medela & animi relaxatione opus. 5

Graphiceque { non modò valet ad voluptatem. / verumetiam facit, vt melius iudicemus de corporum pulchritudine, de operibus artificum, minusque decipiamur in mercimonijs.

Omninò docenda { quędam quia vtilia licet non necessaria. / quędam necessaria. / quædam quia liberalia, licet { nec necessaria. / nec valdè vtilia.

De gymnastica consulendus [Mercurialis.]

Digitized by Google

Gymnasticæ { pars vna reddit firmum corporis habitum .n. *athleticæ*
altera componit illius opera .n. *padotribica*.

Non est bonum *mente* simul & *corpore* laborare.

Labor { corporis, mentem / mentis, corpus } impedit.

Vsque ad tempus pubertatis leuiores debent esse exercitationes.

Ita corpora puerorum exercenda, vt neque impediatur incrementum, neque feri & immanes, laborum tolerantia efficiantur.

A pubertate cum tres anni discendis alijs artibus exacti fuerint:

Tum licet laboribus & dura parcimonia proximam ætatem occupare.

De musica & canendi arte multa quæruntur ab Aristotele libr. 8. Politicor. Quæ magna ex parte obscuriora, quoniam veterum musica discrepabat à nostrati, quænam fuerit illius ratio vix satis liquet. De qua re non nihil in elementis Mathematicis.

Somnus & liberalior potus optabilis { non quia honestus. / sed quia pro remissione.

Gymnastica vtilis quia præstantem habitum corporis inducit.

Quæritur { vtrùm sit vtendum musica, vt somno, vt saltatione, vt crapula. / an verò quod valeat ad excitandam morum suauitatem: vt gymnastica ad firmitatem corporis. / an etiam quod erudiat ad prudentiam.

Sanè ferociora ingenia traducenda ad mansuetudinem.

Pueri vt non delectentur discendo musicam, delectantur tamen vtendo vbi didicerint.

Quæritur quomodo pueris musicam tradere oporteat, quibus musicis instrumentis vtendum, quibus abstinendum, quibus arithmis, rithmis, & melodijs.

Sanè { vt poëtæ Iouem musicis non præficiunt rebus. / ita musicæ callentissimum esse non videtur digna principe virtus, &c.

Varia musica varijs affectibus concitandis idonea, &c.

Consulantur libri qui inscribuntur de educatione liberorum.

Quæ prima institutionis puerilis olim ratio apud Germanos?

Ea ipsa quæ Ausonibus tribuitur à poëta lib. 7. Æneidos.

———————— *natos ad flumina primum*
Deferimus, saeuoque gelu duramus, & vndis, &c.

Consulatur Tacitus libro de Moribus Germanorum.

De *Azamoglanorum* educatione consulantur scriptores rerum Turcicarum.

Quæ apud nos probatissima ratio puerilis institutionis à quinquennio, aut septennio ad pubertatem?

Sanè ea varia pro varietate *sexus*, *conditionis vobilioris & ignobilioris*, *fortunæ*.

Digitized by Google

lautioris, aut tennioris, regionis, temporis, ingenij, firmitatis, vinacitatis, futuræ professionis, &c.

Sed præcepta multa sunt communia, quæque exceptionem vix patiantur. p.

Quæ ad notitiam cultumque Dei pertinent.

Quæ ad parentum & consimilium venerationem, obseruantiam.

Quæ ad modestiam, veracitatem, puritatem, candorem animi.

Quæ ad rem grammaticam.

Quæ ad faciendum à teneris virtutis solidioris rudimentum.

Quæ ad procurandam corporis valetudinem, firmitatem, agilitatē, &c.

Institutio omnibus quantum licet occasionibus & circonstantijs accommodanda est, sed maximè præcipuis & fini:

Aliter instituendus qui militiæ destinatur.

Aliter qui iurisprudentiæ, & otio.

Aliter qui medicinæ faciendę.

Aliter qui mercaturæ.

Aliter qui arti vilioti, &c.

Cùm quis eruditur qui fortunæ lautioris, conditionis nobilioris, educationis præcepta varia:

Quæ referenda { ad *corpus*, curanda { quæ in ipso. / quæ circa ipsum. } / ad *animum*, vbi { morum animi } habenda ratio. / { & mentis } }

Notitia Dei quàmprimis cum illius cultu insinuetur varis rationibus, & argumentis. De qua re in Metaphysicis.

Erudiatur ad corporis munditiem, elegantiam, sanitatem & robur, ad puritatem, integritatemque morum & probitatem.

Pro negotiogrammatico doceatur legere, scribere, aliquot idiomata edoceantur: Vnaque inculcentur prima elementa arithmeticæ, exerceatur memoria, voce potius quàm scripto doceatur.

Pro *musico* negotio doceatur canere, testitudinem pulsare, &c.

Pro negotio *gymnastico* apud nos *saltatio, venatio, digladiatio, natatio, pila palmaria*, & alij consimiles ludi.

Erudiatur { non tamen ad negotia militaria, vt apud Spartanos. / verum etiam & maximè ad officia pacis. }

Erudiatur { non tantùm ad negotium & ascholiam. / verum etiam ad otium & scholen. }

Turpe non posse vti commodis quæ sint ad manum. *7. Politic.*

Turpius { non posse id in otio præstare. / præbereque te { ignauum in otio. / ignauum & solertem in negotijs. } }

Digitized by Google

Qui eruditur tantum ad militarem ferociam, si desit hostis, ea vtitur aduersus ciues.

Vt { Pausanias aduersus Lacedæmonios. / Marius aduersus Romanos. / Bironius nolter aduersus patriæ patrem.

Ad otium { tum virtutes illæ valent quarum exercitatio consistit in quiete. / tum etiam eæ quarum opus in ascholia, quia oportet abundare copia rerum vtilium & necessariarum vt otio liceat frui.

Propædia subsequens.

Propædiam puerilem subsequitur in nobilioribus propædia altera .p. exercitatio in Rhetoricis, in Dialecticis.

Pædia.

Propædiam debet pędia subsequi.

Maturè cogitandum est de deligendo vitæ genere, properandum ad exercitationem: Quo in negotio habenda ratio sexus, fortunæ, conditionis, indolis, vitæ breuitatis, &c.

Quibus licet ij contendant ad philosophiam, mathematicas disciplinas, & doctrinam liberaliorem, humaniorem .p. ad poëticam & historiarum cognitionem, &c.

Sed ferè ex ijs disciplinis practicis quæ non habent propędiæ rationem, seligenda vna aut altera in qua potissimum te exerceas.

Sunt autem ignobiliores, aut nobiliores.

Nobiliores { ars militaris, ars medendi, iurisprudentia. / ars politica, ars canonica } vbi varij gradus, vt & in arte rustica.

Ignobiliores { aut sunt sordidiores: vt coriacea. / aut minus sordidæ: vt lanificium.

Sed ad vsum vitæ tutior ea vitæ ratio, quæ coniungit artificium cum mercimonio.

ARTICVLVS V.

De re despotica & seruili.

Prima assertio ex œconomicis.

Ctematum primum illud quod optimum & aptissimum ad τὸ ἄρχεσθαι .n. homo.

Ideò { oportet primum seruos apparare studiosos & bonos. / & quoniam institutio reddit iuuenes quadam qualitate & affectione prędditos, necessarium est cum parueris educare potissimum eos quibus liberaliora munia sunt imponenda.

Digitized by Google

Secunda assertio.

Ex œconomicis.

Neque in ædibus } habeantur plures eiusdem patriæ, Physiognomia opus
Neque in vrbibus }
ad delectum famulorum & seruorum.
Operæ pretium singularum nationum indolem & ingenium nosse.
Sunt aliæ aliis animosiores, segniores, fideliores, &c.
Seruitia ad opus optima, quæ { neque animosa / neque ignaua } valdè.
Qui animosi non sunt gubernatu faciles.
Qui timidi valdè & ignaui nihil sustinent.

Tertia assertio.

Fugiatur quantum licet Græcæ, Romanæque seruitutis vsus, qui tamen nunc non modo apud Barbaros verum etiam apud Hispanos, &c.
Dominum in seruos imperio decet ferè paterno vti.

Quarta assertio.

Scientia { *servilis*, ea quæ præbendi ministeria seruilia. / *herilis*, ea quæ doctrina seruos comparandi, erudiendi, & ad vsum adhibendi.
Scientia hæc vt significatum ex Aristotele nihil habet magnum, splendidum, &c.

Quinta assertio ex œconomicis.

Non finito { neque ὑβρίζειν seruos, insolescere & petulanter agere. / neque ἀνιέναι, remitti, dissolutas fieri.
In seruo tractando obserua { opus. / castigationem. / alimentum, & omnino mercedem ac præmium.
Fit hybris si { ad sit alimonia. / desit autem { tum opus. / tum castigatio. } } ὕβρις
At operam habere & castigationem non alimoniam, hoc vim aufert & adimit vires.
Supereſt vt { imponatur opus. / præbeatur sufficiens alimoniæ modus. / non desit castigatio.
Non est facile imperare iis qui mercede carent, seruo autem merces alimentum.

Digitized by Google

Omnibus certus sit finis constitutus seruiendi: iustum vtileque est proposi-
tam esse pro præmio libertatem.

Fiant sacra & apolauces seruorum potius, quàm liberorum causſa.

ἀπόλαυ- Procreatis vernulis quasi pignoribus serui sunt obstringendi: vt alii, sic etiam
σις. serui fiunt deteriores.

Si { neque sit melius melioribus.
{ neque vlla sint athla, siue mercedes virtutis & vitii. σκέψις.

Qua propter oportet habere rationem, facere scepsin, diuidere que ac laxare pro dignitate singulis alimentum, vestem, intermissionem laboris, castigationem.

Imitando { tum verbo / tum opere } medicorum facultatem in ratione pharmaci.

Et præcogitando alimoniam quotidianam non posse pro pharmaco esse propter continuitatem, quod continenter ingeratur: ideò seligendum aliquid extraordinarium pro pharmaco.

Seruis vini nihil, aut parum exhibeatur.

Sexta assertio.

Enitendum vt seruo imponatur opus congruens ingenio, facultati, viribus;

Vt { vnum opus vix demandetur pluribus.
{ singulis singula officia imponantur.

Continentur { alii indigentia.
{ alii terrore & supplicio.

Vt impartiaris { liberaliori aliquid honoris.
{ operariis alimenti copiam:

Non temerè seruo secretum committendum, (vt nec vxori)

Septima assertio.

Seruorum species Aristoteli { *epitropus*, procurator;
{ *ergates*, operarius.

Seruus { liberalior { validior { sexus masculini { audacior
{ illiberalior { inualidior { sexus fœminini { ignauior

item { agrestior, mitior, { minus fidus { iracundus { qui aliis imperare possit,
{ magis fidus { mansuetus { qui aliis imperare nequeat.

item { peritus { aut verna { ex tua natione { à natura
{ imperitus { aut non { ex aliena { à bello
{ ab emptione

item { mercede conductus.
duriori mancipatus seruituti, &c.

ARTICVLVS VI.

De re Ctetica & Chremastica.

SEV.

De Possessione patris-familias.

PARS PRIOR.

Pro appendice ad proœmium & Theoriam.

Monium. De seruitute.

Ars seruilis { tum per quam seruus domino consulat.
tum per quam demereatur dominum faciliorem, minusque diuturnam reddat seruitutem, & vtiliorem.

Quid Ctema?

Est organum practicum separatum, vt equus, ager, seruus, triticum; &c.

Quid Ctetica generatim?

Scientia & ars comparandi, asseruandi, ordinandique & instruendi ctemata, iisque vtendi.

Estne Ctetica opus?

Oportet { vel iam adesse / vel suppeditari } ea vnde fiat thesaurisinus chrematum & ctema. *Primo Politic.*
tum ad vitam necessariorum & vtilium ad societatem ciuitatis & œconomiæ; & vera opulentia videtur ex iis constare.
Non adsunt autem à natura citra hominum curam & industriam, &c.

Quæ sunt Cteticæ seu quæ stuariæ partes?

Prima quærere, parare
Secunda conseruare
Tertia ornare, disponere
Quarta denique vti
} oportet esse { habilem potentem / esse cosmeticum, / esse chresticum. } { ad quærendum. / ad cõseruandum.
Quærere non asseruare, est aquam cribro haurire.
Frustra vir importat, nisi asseruat vxor.

Aliquane species & imago Cteticæ in brutis animalibus?

Omnia etiam quæ zoophyta vtuntur aliquo ctemate, palimonia.

Digitized by Google

Plurima quærunt vt quæ progreſſiua.

Pauca ad paucos
Pauciſſima ad multos } dies aſſeruant ac recondunt.

Quæ ſunt Ctetica ſpecies?

Prima diuiſio.

Ctetica { prima per quam opus & ctemata referuntur ad vſum Reip.
ſecunda per quam ad commodum familiæ.
tertia adiungi poteſt quæ ad particularem & monaſticum vſum.

Secunda diuiſio.

Primo Polit.

Conſtat { vna Phyſi & natura.
altera non Phyſi, ſed potius per quandam experientiam & artem.

Eſt { vna *naturalior* & liberalior, quæ dicitur Ctetica œconomica.
altera autem *poſitiua* & illiberalior, quæ dicitur propriè chremaſtica pecuniaria.

Prior { diuitias { non pro fine habet.
ſed pro mediis & organis.
ideò diuitiis imponit modum.

Eſt quid melius { finis quo quid maius: vt ſanitas, notitia Dei, Dei amor.
medium { non quô maius.
non quô minus.
ſed quô magis ſymmetrum & commenſuratum.

Poſterior { pro fine præſtitutam habet opulentiam.
vocatur *capelica*, *cauponaria*, chremaſtica propriè & pecuniaria: quia diuitias ſæpe mortales ſtatuunt eſſe copiam pecuniæ.

Verſatur { prior magis
poſterior minus } circa alia, quàm circa numum & pecuniam.

Eſt-ne diuitiarum & opulentiæ aliquis terminus & modus?

Talis poſſeſſionis αὐταρκεια & ſufficientia ad bonum vitæ eſt-ne infinita?

Ex Solonis ſententia *nullus iacet finis diuitus præſtitutus.*

Omnes qui pecuniæ quærendæ ſtudent, numum in infinitum augent.

Putant oportere { eſſe opulentiſſimum.
mediocriter eſſe virtute præditum.

Sed

Digitized by Google

Sed { nullum { neque multitudine / neque magnitudine } infinitum organum.
opulentia est multitudo organorum œconomicorum, & politicorum.

Non qui opulentiores, ii beatiores.

Opes meliores { non quô maiores. / sed quô magis commensuratæ.

Inutile videtur organum nisi vtaris.

Fructus diuitiarum in vsu, non in possessione.

Illi ipsi qui inhiant & assiduè inuigilant congerendis opibus, paucis vtuntur.

Differt { vt citharœdus à citharum fabro. / ita qui vtitur diuitiis ab eo qui parat.

Item qui procurator à domino, & villicus, &c.

Quî fit vt sententia Solonis videatur vera?

Ars { fini nullum imponit modum & finem. / finem vult maximè efficere, & in infinitum procurare non modicè. / mediis autem præscribit modum.

Medicina { quam plurimum potest sanitatem efficit. / quam minimum licet remediorum & curationum adhibet.

Certè { fini non præscribitur finis, ne regrediamur, &c. / medio finis pro termino est.

Verum { organum pro fine aut quasi pro fine, iis qui conficiunt, nec vtuntur confecto: vt cithara fabro, nauis imperito rei nauticæ, &c. / non est pro fine, iis qui vtuntur, p. citharœdo, gubernatori, &c.

Opes { pro { mediis / organis } { & verè sunt. / & habentur à veriori ctetica & à sapientioribus. } / pro fine tamen proponuntur ctetica illiberaliori, & pluribus.

Hi { propter viciniam non secernunt ctcticam œconomicam, [& politicam] ab illiberaliori & seruili; quæ parat aliquid magis, quàm parato vtitur. / & { per errorem volunt viuere magis, quam benè viuere. / putant benè viuere positum esse in excessu: ideò quærunt vim & artem, quæ sit in infinitum effectiua fruitionis earum, & hoc positum putant in diuitiarum possessione.

Licet aliquando prudentius incorruptiusque iudicent per interualla: vt quidem phrenetici solent.

by Google

(Cùm contrà alij { aliquando hallucinentur. / sæpius sapiant, vt incontinentes, &c.)

Iudicent { vsum beare magis, quàm spem vsus & fructus. / possessionem organi non beare, nisi per spem vsus & fructus.

Porrò { vt viri prudentes chremasticam referunt ad virtutem & nobiliorem vsum. p. ad liberalitatem, ad magnificentiam, ad magnanimitatem, &c. / ita hi contrà omnibus rebus aliis vtuntur, aut abutuntur ad chremasticam;

p. { fortitudine, confidentia, frugalitate, temperantia. / strategica, victoria, pace, amicitia. / iatrice & sanitate, &c. & omnino virtutes faciunt chremasticas, quasi ad pecuniam, tanquam ad finem referantur aliæ virtutes & dynames.

Ctetica { liberalior minus / illiberalior magis } circa nummum, quàm circa alia occupatur.

Organi { vsus vtilis iucundusque aliquando saltem est. / possessio inutilis & iniucunda nisi propter spem futuri vsus.

Ea spe { mouetur homo, vix bellua. / abutuntur qui timidiores iustò.

Est-ne ctetica eadem & idem cum œconomica et politica?

Primò Polit. A quibusdam creditur esse œconomica, eodemque iure & politica aut præcipua pars illius. n. ab iis qui diteſcendi artem ceteris anteponunt.

Non est, quia { *ctetica* quærere, suppeditare. / œconomicæ / politicæ } vti.

Debet-ne vtrique præsto esse?

Primo Polit. Si sunt aliæ artes necessariæ œconomo, &c, multò magis *ctetica*.

Quia { viuere { sine alimonia impossibile. / sine vestitu & domo difficillimum. / sine armis & consimilibus difficile. } / ea petenda sunt ab arte *ctetica* cùm non suppeditentur sufficienter à natura sola. / ea vt confiçiantur ab aliis artibus, paranda sunt à *ctetica*.

Est-ne pars œconomicæ an ministra?

Aristotelis { pars ea ctetica quæ naturalis & liberalior: plæreque artium conficiunt instrumenta necessaria, & iis vtuntur: omnes nisi conficiunt parare debent, & præesse cõficiendis nisi fiant à natura. / neutiquam pars quæ propriè chremastica, sed ministra tantum.

Digitized by Google

Ideò Chremaſtici putant oportere ſeruare & amplificare in infinitum opulentiam.

Ars { faciendi / parandi } organi { non amplificat in infinitum, ſi ipſa vtitur. / amplificat in infinitum, ſi neutiquam ipſa vtitur, ratione proprii vſus.

Vſus { vnus rei proprius: vt ſi vtaris calceo ad calceationem. / alter non eſt proprius: vt ſi vtaris ad opulentiam.

Secernunt finem *artis* à fine *artificis*.

Prime Polit.

Obiectio.

Prima.

Vt { *textorie* eſt { non lanam facere. / ſed lana vti, & cognoſcere quænam ſit apta. } / *politice* { non procreare homines. / ſed hominibus vti à natura procreatis: }

Ita videtur { naturæ eſſe alimoniam quæ præcipuum ctema ſuppeditare è terra, vel è mari, vel aliunde. / eſſe { œconomicæ / politicæ } inde acceptam diſponere. }

Iatrice non eſt pars œconomicæ; etiamſi ſit neceſſarium domeſticos benè valere.

Ergo pari iure chremaſtica non eſt pars œconomicæ, etiamſi oporteat familiam locupletem eſſe.

Reſponſio.

Reſp. vt de ſanitate proſpicere { partim œconomi eſt vt imperantis. / partim non, ſed medici ſubſeruientis: }

Ita de chrematis { partim œconomi. / partim non, ſed ſubſeruientis facultatis. }

Artes { materiam { aut quærunt. / aut ſuppeditandam internoſcunt, explicant. } / organa { aut conficiunt. / aut petunt à natura / aut curant conficienda } & internoſcunt. }

Ctematum multa repetuntur à natura.

Artes { metitur / coniungit / ſeiungit } vſus mortalium. De qua re ſæpius in Methodicis.

Digitized by Google

Ex primo Polit.

Ministrat ne { vt pectinaria textoriæ. / an vt æraria statuariæ ?

Vtroque modo Ctetica œconomicæ videtur ministrare.

Nam { & quædam suppeditat confecta à natura non conficienda. p. fructus spontaneos. / & suppeditat vnde quædam opera arte conficiantur e. g. triticum, vnde panis.

Tertia diuisio.

Ctetica { *simplicior* vt { *nomadica*, pecuaria, pastoritia. / *georgica*, terræ cultrix. / *lestrica*, quæ ex rapto quærit. / *piscatoria*, halieutica. / *polemica*, siue bellica, cuius pars venatoria, theuretica. { *bellica* { tum aduersus feras vtendum. / tum aduersus eos qui cùm parere debeant ac seruire, nolunt tamen. / &c. / *composita* ex pluribus: vt nomadica, georgica, &c.

Quarta diuisio.

Calcei & similium ctematum œconomicorum duplex est vsus.

Est { vnus rei proprius: vt calcei calceatio. / alter non est proprius: vt calcei permutatio, &c.

Tum { aut commutatur re aliqua alia quæ non postulet vlteriorem permutationem. p. victu, pileo: & hic vsus est naturalior. / aut re quæ necessariò sit permutanda iterum quo sit vsui. p. pecunia,

Hinc multiplex ctetice modus, vt & aliundè.

Petimus { aut natura ipsa, qui modus est maximè naturalis, quia parentem alere decet. / ab aliis { non rependendo { siue rapiamus. / siue vtamur alterius beneficentia. / rependẽdo aliquid, qui mod⁹ *metabletieus*, permutatori,

Sed *Metabletica*, siue commutatoriæ multiplex modus;

n. { primus quo rebus / secundus quo res pecunia } commutantur. / tertius quo pecuniæ pecuniis, aut re aliqua quam commutare necesse habeas. Hinc *capelica*, cauponaria, fœneratoria.

Vnde numus, quorsum, & cuiusmodi ?

Consulendi sermones ethici, & Aristoteles primo Polit.

Pecunia excogitata fuit à mortalibus.

Digitized by Google

Quia { non omnis omnia fert tellus, multa petẽda è longinquis regionibus.
non quicquid ſecundum naturam neceſſarium, id exportatu facile.
multa grandioris pretij quæ diuiſione corrumpuntur.
non facile accidit, vt cum abundas eo quo egeo, conſimiliter eo abundem quo tibi opus, & tamen commutatio neceſſaria.
ſatius paucis commutationibus explere egeſtatem quàm pluribus.

Ad contractus & commutationes tale aliquid mortales apud ſe conſtituerunt inter ſe dare & accipere, quod eſſet è numero rerum vtilium, & vsú haberet facilem tractatu & commutatu ad vitam.

Seligitur quid quod paruo ſit pondere, ideoque exportatu ſit facile, ſed ad paruitatem ponderis pretio, & raritate opuś.

Duret, ne facilè corrumpatur & efficiat nos confeſtim ex ditiſſimis pauperrimos.

Facile in minima ſine diſpendio comminuatur.

Nequeat facile adulterari, imponere, poſſit aliquo inſigniri charactere, ne ſemper ſit ponderandum: huius generis autem aurum, argentum, ferrum, &c.

Numus { ſæpè ita magni fit vt diuitias mortales ſtatuant eſſe copiam pecuniæ.
aliquando videtur nugatorium quid, & νόμος, lex, poſitiuum quid, & arbitrarium.

Quia { cum permutaris non eſt per ſe vtilis ad rem vllam è neceſſarijs .p. ad victum, ad veſtitum, ad præſidium aduerſus feras, inclementiã aëris.
& ſæpè qui numi diues eget alimento neceſſario .p. in mari, in ſolitudine, in obſidio, &c.

De Ctetica arbitraria.

Ctetica { naturalis vt quę petitur à terra, ab aquis, &c.
à nobis ab hominum inſtitutione, & arbitrio, quę varia.

Putà { prima *leſtrica*, piratica, latronum piratarum propria, quæ contra naturam.
ſecunda quæ mutat quod habet cum eo quo eget, quę prima & proximè accedens ad naturam, *metableſtica*.
tertia quę quo eget, emit pecunia; aut quo abundat id pecunia vẽdit, quæ conſiſtit in proximo gradu poſt naturalem metableticam.
quarta *capelica*, cauponaria quæ longius receſſit, eſtque duplex;
.a. { prior quæ emit quod reuendat.
posterior fœneratoria & obolaſtica, quę maximè præter naturam.

Quia { numus { non à natura ..... ſed à nobis.
à nobis { permutationis gratia.
non vt pariat numum.
& tamen ipſa numo vtitur ad procreationem numi.

Nam { Ἰκτόμενα quæ pariunt ſimile ſibi.
τόκος ſiue fœnus eſt pecuniæ fœtus, numiſma, genitũ ex numiſmate.

De Georgica.

Vt plurimùm hominum genus viuit ex terra, & mitibus fructibus.
Cteſeos prima cura ea quæ ſecundum naturam.
Porrò { prior ſecundum naturam *georgica*.
posteriores alię: vt *metallica*, &c. [·]
Georgica prima maximè, quia maximè nititur iure.
Non quęrit { neque ab inuitis, vt bellica.
neque à volentibus: vt cauponaria & mercenariorum opera ..... ſed à tellure.
Aget ſecundum naturam, quia { terra pro matre.
alimonia per naturam à matre.
Georgica valet ad ἀνδρίαν & laborum tolerantiam, non facit corpora inutilia, vt banauſę artes: ſed eiuſmodi vt poſſint ſub dio manere, labores tolerare. Conſulantur Vegetius, Plinius.

De Nomadica.

Deſidioſiſſimi ſunt nomades, pecuarij, paſtores.
Alimonia enim otiantibus ſine labore efficitur à Cicuribus animalibus: niſi quod cum neceſſe eſt pecoribus mutare locum propter paſcua, & ipſi coguntur ſubſequi, tanquam viuentem agriculturam exercentes, & interdum coguntur prouidere de pabulo, &c.

De Therevtica.

Sunt qui viuunt ex thera & prędа;
ꝑ. { hi ex *latrocinio:* vt piratæ.
hi ex *piſcatu*: vt qui incolunt lacus, paludes, fluuios, mare, &c.
hi ex *auibus*, ex aucupio.
hi ex *agreſtibus* feris.

De mixta & compoſita Cletica.

Sunt qui mixtionem ex varijs Cteſeos rationibus facientes iucundè viuunt.
Miſcent { nonnulli nomadicam & leſtricã, vt etiam nunc plęrique Arabum.
nonnulli georgicam & venatoriam.
&c.

PARS POSTERIOR.

Ad quæ maximè capita referendæ præceptiones Cleticæ.

Referendæ { primò ad finem & ſcopum qui variatur pro varietate generũ vitæ, licet beatitas domus pro vltimo fine proponatur.
ſecundò ad ingenium & naturam tum œconomi, tum eorum qui œconomo ſubſunt.

Digitized by Google

tertiò ad institutionem & mores, qui sunt altera natura.
quartò ad possessiones ipsas, earumque iura.
quintò ad officia & partes œconomi circa ctesim, circa ctemata.

Quo consueuit Cteticus appellari nomine?

Cteticum multi mortales appellant nomine œconomi:

Maximè ij qui putant oportere esse { summè diuitem. / mediocriter virtute prędituṁ } §

Quis scopus eius?

Non parare diuitias, sed paratis vti ad beatitatem domus: vt fatentur saltem per interualla lucida, etiam ij quibus pro fine opulentia; apud quos potior voluptas quæ petitur ex conscientia & opinione opulętiæ, quàm quæ ex vsu diuitiarum propter iudicij peruersitatem.

Quælem decet eum esse qui futurus est œconomus?

Decet { non esse imperitum locorum in quibus negotiatur, ne venetur in mari, piscetur in aëre, &c.
esse { natura bene natum.
proæresi { philoponum, laboriosum. / instum ac fidum. }

Fecit { sed natura virum & fœminam ingenij dissimilis, quod attinet ad ctemata & possessiones.
virum { deteriorem ἰσοχίας & quieta opera. / valentiorem ad motiones, laborioſa opera, & ad quęrendũ.
fœminam itaut { possit sedentaria esse, sit infirma ad externas thyraulias. / metu sit propensior ad custodiam. }

Quid Ctema?

Externum aliquod organum quod à nobis vsurpari potest ad aliquem moralem vsum.

Aliquid-ne homini iuris in res vllas externas?

Est quia { homo illis propriè vtitur. / cætera hominum causs à Deus condidisse dicitur. / natura non deficit in necessarijs, egemus cibo, potu, habitaculis. }

Etiamne in hominem?

Consulendus sermo de seruitute naturali.
Etiam vbi æquales omnes, operæpretium est communi consensu & arbitrio designare & constituere aliquem qui præsit.

Quid dominium et quotuplex?

Consulendus sermo de dominio, & de iure qui institutus in Moralibus, libr. 5.

Digitized by Google

Nonne decet omnia esse omnium communia?

Non quia { Ctemata ferè non suppeditantur abundè à natura citra industriam humanam.
curamus { negligentiùs *communia*, aliena.
diligentiùs *nostra*.
prouerbio maximè impinguat { equum oculus } domini.
agrum vestigium }
non est æquum desides & ignauos aliorum labore pasci ac foueri.

Si natura cętera nobis suppeditaret, vt aërem suppeditat, & ferè aquas, priuato dominio non foret opus.

Quotuplex Ctema?

Est { necessarium } { exoticum } { naturale } { durabile }
vtile patrium artificiosum non durabile

Item { rarum } { vtile } { fructuosum } { rationale }
frequens pretiosum infructuosum irrationale

Item { publicum } { à natura sola } { ad sacra } { diuisibile }
priuatum ab industria ad profana indiuisibile

Item { facile procuratu } &c.
difficile procuratu

Vsu { aut consumitur: vt olcum, vinum, panis, &c;
aut non, saltem non ita similiter ac sensibiliter: vt equus, gladius, &c.

Est { ad necessitatem } { ad victum.
ad vtilitatem ad vestitum.
ad voluptatem ad ædificium.
ad honestatem ad alium vsum.

Ad { belli } { negotij } vsum.
pacis otij
vtriusque vtriusque

Curandum { potius vxori } { potius domino.
potius viro
æque vtrique potius seruo, vt procuratori.

Quæ acquisitionis ratio? ¶

Cteseos prima cura circa ea quæ secundum naturam.

Vbi { *georgia* nuda consita.
nomadica, thereutica, &c.
latomia, hylotomia, metallica, &c.

Oportet

Digitized by Google

Oportet experientia callere quænam sint vtilissima ctemata, vnde maxime petenda, & quomodo.

Sequitur *metableticæ*, cuius partes multæ.

p. { *Emporia*, vbi { *naucleria*. nauigatoria. / *phortegia*. quæ vtitur iumentis, plaustris. / *parastasis*. } / *Tocismus*, siue fœneratio, operum locatio, siue opera mercenaria.

Hæc { vel artis aliquid habet, sed fere sordidioris. / vel est eorum qui sine arte corpore sunt vtiles.

Ergasiarum maxime artificiosæ illæ vbi minimum fortunæ.
maxime banausæ, in quibus corpora maxime corrumpuntur.
maxime seruiles, vbi plurimus corporis vsus.
Ignobilissimæ, vbi minimum requiritur virtutis.

Cauendum ne studia œconomica sese impediant.

Paranda fructuosa plura, quam infructuosa.

Ergasiæ & negotiationes quantū licet sic diuidendæ, vt non simul periclitentur vniuersæ.

Compendiaria ditescendi ratio *monopolia*. Eius rei exempla plura apud Aristotelem in magnis œconomicis.

Sed hæc ratio pertinet potius ad regiam & ad politicam œconomiam, quam ad satrapicam & priuatam.

Regiæ prima cura circa numisma.

Secunda circa ea quæ exportantur.

Tertia circa eaquæ inferenda, importanda &c.

Satrapica versatur circa prouentus à terra.
Ab ijs quæ in regione peculiaria.
Ab emporiis, à tributis.
A pascuis, à cæteris alijs.

De ædificio.

Habeatur priuata domus { ad custodiam rerum plurimarum. / ad propulsandum iniurias aëris & ferarum &c. / vt sint occultiora opera domestica.

Accommodetur quantum licet fortunæ, professioni que tuæ.

Sit commodior quam splendidior.

Habeatur quantum licet constructa salubri loco. Fugiatur aër caliginosus, & locus obnoxius ventis insalubrioribus .p. *austro*.

Fenestræ ianuæque exponantur ventis salubrioribus .p. *boreali, orientali*.

Habeatur ratio climatis in quo construenda.

Teneantur præceptiones { tum medicæ. / tum architectonicæ.

Habeatur ratio belli & pacis, sed huius maxime.

Ratio patrij moris &c.

Digitized by Google

Quæ dispositionis custodiæque ratio?

Ex Aristotele. Decet vti { Persicis / Laconicis } institutis. Attica œconomia.

Lacones singula suo collocant loco. Consulenda œconomica Xenophontis. Athenienses vendendo emunt.

Persicus œconomus { ipse omnia inspicit, iubet. / vigilat / ædes molitur { salubres. / vtiles seruandis ætematis. / commodas.

FINIS.

Laus tibi Domine Iesu.

Digitized by Google

INDEX COPIOSISSIMVS

rerum & verborum quæ in hoc primi volumine continentur.

Numerus paginam indicabit.

Abductio quid pag. 585
Abolitio quotuplex 450
Abstrahentium nullum mendacium 76. sensus abstrahit 591. abstractum prædicatur de abstracto 184 an à concreto deriuetur 271. quam varie fiat 272. & seq. quid abstractio & quotuplex 621.
Abstinentia esculentorum est 1039.
Absurda non sunt defendenda 795
Accidens quid et quotuplex 240 113. 246 344 709. quæ ad id spectant 347. de subiecto dicitur paronyme 321. quomodo prædicetur 331. cur detur 343 inhæsio eius 315. & seq. potestne a subiecto separari 347. & seq. quomodo denominet 719. quomodo sophista fallit accidente & impediatur 806. 815.
Academiæ nouæ decreta 889.
Actiones sunt rerum singularium 72 quomodo ab actu differant 284. quot sumantur in deis 418. vnde prodeunt 419. earum affectiones 430 humanæ quæ 903. quale habitum progenerant 960 laudabiles quę dicuntur 961. quales in homine reperiuntur 1100
Acroama quid. 248
Actus signatus, exercitus 172 487. quid 284. ex duobus actibus non fit tertius 220.
Acquisitio quæ bona, quæ mala. 734
Acyrologia fugienda 721
Accentum immutat sophista 806. quomodo hoc in re impediatur 815
Ἀκόλαστοι qui dicendi 1037
Ἀκρόχολοι qui 1048
Acerbi qui 1048
Admiratio vnde fiat 983. 63. causa philosophiæ 871
Adulator quis 1050
Aduersis rebus amicitia est opus 1167
Æuum quid 433
Ætiologia enertitur à Pyrrhonijs 611.
Æquale quid 985. quotuplex 1087
Æqualitas quotuplex 985. 1057. 1149
Æquitas quid & qualis 1101. & seq.
Æquum & bonum quid 1101
Æstimatio præcedere debet remunerationem 1159.
quo affirmatur de prædicato affirmatur de subiecto 218. præstat negationi 645
Affectio quid significet 418.
Affectus non sunt differentiæ rei quæ perturbatur 766. quotuplices 967. & seq. 976 1018. qui in bellis 969 vnde oriantur 970. 976 & seq. multa adiptos pertinentia 971 & seq.
Affabilitas quæ 1050. causa est amicitiæ 1147
Agens debet tangere patiens 402.
Agonia vnde 983
Agrestis quis 1052 ad amicitiam ineptior 1146 & seq.
Aliquid Stoicis ente generalius 288. quotuplex 101. 311.
Aliquitas est ne quid commune 310
Alteratio quid 453
Alteuatio quid 485
Amictum & indumentum natura præbet homini 1214. ea omnes animantes vtuntur pro ornamento 1139
Ambiguitas quotuplex 258. 682. quomodo detegenda 715 cuius est soluere 716
Amphatio quid 484. quomodo fieri possit 851
Amphibolia vnde 682. quæ 721. à sophista vsurpatur 806
Amissio quæ bona, quę mala 734
Amor quid, qualis 980. 1144. quomodo differat ab amicitia. 1145
Ambitio quid 1047
Amicitia potior quam iustitia 1068. necessaria hominibus 1167. 1142. multa ad eum pertinentia 1143. & seq. est inter bonos 1147. & seq. quæ inter impares 1149. querelis obnoxia 1186. quando rescindenda 1166 quæ ipsius 1161 1164
Amabile quid 1143
Amator non dicitur esse amicus 1144 eius amor deficit 1148
Amare quam amari præstantius 1150 opus beatorum 1166

Digitized by Google

Ἀθλοι quinam & quot habendi 1166
Anatome quid 864
Analogia vtilis ad edifcendas ſcientias 467. 825. qualis 261. & ſeq. 1073. analogatum quid 267.
Analytica quæ 640 partitio eius 542.
Ἀναλύειν quid 540
Anarchia quid 1153
Angelorum ordines 317. 11. in categoria 338
Animi mediocritas non amouenda à ſtudiis logicis 10.
Anima prima & communiſſima non eſt anima in genere 147 rationalis 101. cur non poſſit dici pars compoſiti 344. eſt velut tabula raſa 668. eius facultates 926. eius ſtatus à morte 947
Animal rationale non eſt integra hominis definitio 210 eius partes variæ & ſpecies 318 462 ſociabile 1190. quot ſpectatur modis 154
Antecedentis loci 722. 751. à varia eius collatione agumentatur ſophiſta. 808
Aporema quid 538
ἀπαγωγὴ quid 585
Appellatio quid 484
Apodicticę materia & quæ ad eam ſpectant 587
Apprehenſio quid 589
Ἀπορία Pyrrhonis 606
Ἀφασία quomodo à Pyrrhone aſtruatur 606. & ſeq.
Appetituſne aliquis fruſtra 907. quid, quotuplex. 911. & ſeq. eius obiectum 944. non errat niſi prius mens erret. 1021
Artis obiectum quod 15. 83. quæ ad eã pertinent 81. & ſeq. cuinam dici poſſit eſſe 721. eius eſt docere formam operis & materiam elaborandam 252. quotuplex in entibus rationis occupetur 906 diuiſiones 802. & ſeq. quomodo inuenitur 825. 1009 cuique vas eligendæ 837. ſtochaſtica non ſemper aſſequitur finem 904. 1008. quid & qualis 1111. collatio cum natura 1113
Artifex qualis 82. 1113. quis agit artificioſe 1181. quid quiſque doceat 83. eius eſt præuidere & explorare opus 868. 153.
Ariſtoteles quis 247 eius ſectatores 874
in Ariſtocratia quænam amicitia intercedit 1153
Architectonica ars quid 1189
Argumentatio quid 535. eius leges 536. quotuplex proba 537. & ſeq. eius vitia 796 caritas 798. præcepta pro eo qui argumentatur 845. 849.
Argumenti quot genera 563. numerus in eadem categoria 644. quale in ſyllogiſmo 666. eius inueniendi ratio. 699
Articuli nominum variant ſenſum 556 569.
Arbitrium quid 1012
Arrogantia quid 1052.
Aſſenſus quid 589. 590. eius inhibitio Pyrrhonia 596 & ſeq. quomodo retineatur 607. quotuplex 878.
Aſſumptæ propoſitionis quæ 850
Aſſuetudo quomodo ſecernatur ab experientia 960
Ἀσωτολογία turpis videtur 1044
Attributiua quæ dicantur 268. quid in ijs quæritur 269. & ſeq.
Ataraxia quid 597
Attributa dialectices quæ 708. fere reuocantur ad definitionem 710. quotuplicia 710.
Athleticus corporis habitus improbatur in coniugio 1228
Auditor logicæ qualis 11. diſputationum 860
Audita quam multum iuuant 12. facilius retinentur 873
Audacia quid 983. qualis 1035
Auerſatio quid 985
Audax quis 1026. cur fortis videatur 1035
Auaritia turpior prodigalitate 1044
Augeſtus Cæſar fœlicior in politicis quam in œconomicis. 1187
Axioma quot modis commune dicatur 623. quotuplex 626. & ſeq.

B.

Βάναυσοι qui & vnde dicti 1044 quales ſerui 1190 corpus inhabile habent 1232.
Beatitas quomodo paratur 915. quomodo tractãda 915. quomodo cognoſcitur 930. quid 943. quæ facultates eius ſunt capaces 943. partitio eius 945 1175. eſt actio non habitus 1174
Bellua quomodo affectu moueatur 968. 972. quodnam moueat bonum 974. 976. an ſit ſapientia prædita 1116. rapitur ab obiecto 1017. eius cum homine ſocietas 1192 coniugium eius quale 1218. quomodo educat prolem 1225.
Benefaciendo alteri aſſimilamur Deo 1041 1165.
Beneuolentia quid 1144 quomodo in amicitiam tranſit 1146 qualis 1162
Beneficus qualis 1163
Beatus egetne amicis 1165. quis dicendus 1176
Bonum ſummum dari 906 929 de eo cuius ſit agere 908 eius delectus quomodo faciendus 584 730. & ſeq. quot bonorum genera 738. 931. 1120 quale ſit 1170. quod diutius melius 918. 920. nominatus 918. quibus partibus egeat 937. & ſeq. fortunæ quomodo dicatur bonum 942. quomodo illud libertas eligat 1014 ſummum non intenditur ſed extendi poteſt 1170 ipſum bonum per ſe intelligibile 139. quid 901. 929. 936. quotuplex 904 918. 922. 926. 936. 1137.
Blandus qui nimium affabilis 1050

C.

Camelum per foramen acus tranſmittere quomodo poſſibile 382
Capelica quæ 1145
Captio ſophiſtica vnde oriatur 805. logica & Grammatica à primis & ſecundis intentionibus 94

Digitized by Google

Categoricæ rei habitudo consanguinitatis, affinitatis 101
Categoriæ gradus varij 104 nomina, significationes & alia huc pertinentia 228. & seq. 312. auctor Architas 313. quot earum genera 315. quid in ea reponi possit. 316. & seq. quot numerentur 319 320. earum partitio 256. lex vltimæ quæ 426 collatio 317. 342.
Casus obliquus non est terminus syllogismi categorici 805
Causa vniuersalis 123. superat effectum 136. effectui similis 140 male allata 580. inseruit demonstrationibus 659. falsam profert sophista 808. non datur progressus in infinitum 906
Cautalis propositionis veritas quæ 315
Cerebri ista magnitudo potest 59 quæ figura instar hemisphæri optima 59.
Character sacerdotalis est facultas potius quam habitus 422.
Charitas præstat fidei 949
Chremastica quæ & qualis 1142. & seq.
Circulus syllogismi quid 576. quando bat 633
Ciuilis fortitudo quid 1035.
Ciuitas quid 1093 est societatum princeps 1113
Ciuis quid 1093. 1149
Clariora quæ dicantur 810
Clementia quæ 1049
Cœli homine deteriores 337. an in categoria 338
Collatio non diuersa quæ 197
Cohærere quot sumitur modis 325
Comprehensiua intellectio quotuplex 71. quid 595. quam veteres admittunt 596. à Pyrrhonis euertitur 601. dari probatur 607
Commune quot sumitur modis 160
Compositio quam varie sumatur 284. eius varij modi 775 compositorum partitio 776 quotuplex in rebus aduertenda 834. diuiditur in scientijs 1187
Comparatiua propositio quæ 510. quomodo exponitur. 511
Cognoscendi instrumenta quot 514. 611. 877.
Cognitio egetpiç notione 613, generali cum particulari coniungenda 866.
Comparationes quales esse debent 735 eius regulæ. 747. 748. quales vsurpandæ in methodis 826.
Commutare nomina vitiosum 771.
Commutabilia quæ 1075
Commerciorum quænam æqualitas seruanda 1076. quæ varietas 1081. varios eorum modus 1244.
Contemplatio est summum bonum 1176. est actio diuina 1197
Conceptus animi quotuplex 52. 297. egent notis 460
Concretum quid quotuplex 271, 273. & seq à paronymo quomodo differat 275 280, præfertur abstracto 414
Continuum quot sumitur modis 362. 741. eius terminiqui 363. & seq. diuisibile est in infinitum 365
Consensus communis valde probandus 574. quid 999.
Condensatione non amittitur partium situs. 197.
Contraria quæ 436 437 440. & seq. affectiones exquisitorum contrariorum 441 contrariæ propositiones quæ 497. eorum loci 723 & seq.
Contradictio quid, quotuplex 445. quæ ad eam pertinent 446. & seq. propositionis quotuplex 498 667. magis pugnat quam contrarium 527. totidem dicitur modis quot contradictorium. 715.
Coniuncta oratio quomodo exprimatur 485. non diuidenda 511. diuidit sophista 806. 815. quænam hæc 512. quæ ad eam spectant 513 & seq.
Conuersio propositionis quæ 498
Contingens propositio futuri temporis non est determinate vera nec determinate falsa 500. & seq. quot sumitur modis. 524
Contingentia retinenda peripatetico 302
Conditionalis propositionis veritas 524. syllogismus qualis 574
Conclusio vera, falsa vnde exui possit 536. 797 estne pars syllogismi 544. an cognoscatur simul cum antecedentibus propositionibus 619. quid 631 quæ falsa quomodo soluatur. 793
Consequens quotuplex 563. locus ductus ab ipso 712. 793.
Conuertere propositionem quid 572
Coniugata totidem dicuntur modis 716. 751. 777 quæ concedenda 846
Contentus nemo sorte viuit 912
Consuetudo quot sumitur modis 960
Continens quis dicatur 1126 an prudens dicendus 1128. à temperanti quomodo differat 1128. non superatur 1133. perseuerat in recta opinione 1135.
Continentiæ obiectum 1131. differt à constantia 1134. differt à temperantia 1136
Constans non superatur 1133
Consanguineorum amicitia quæ 1154
Concordia quid, sæpe est cum amicitia 1162
Conuersatio amicorum 1168
Cœnoniæ multæ differentiæ 1209. & seq.
Coniugium quid 1217. eius causæ multaque ad id pertinentia 1218. & seq. eius leges 1213
Critica facultas quæ 46
Creatura magis est Dei quam sui 294 295.
Corporum variæ species 327. 1200.
Corruptio quid quotuplex 458
Credibile quid 585.
Criterium quid quotuplex. 803. & seq.
Cryptis quid 853
Crudelitas quæ 1049

Digitized by Google

Creditor est velut beneficus 1163
Cretica est pars societatis 1213. quid 1139. quæ ad eam spectant 1139 & seq.
Crema quid 1131. eius varius vsus 1144 non necesse sit omnium commune 1148. quotuplex ib.
Cretense is quis 1147
quot sumitur modis 677
Cupiditas quid 983 quomodo ab electione differat 1007. est impax 1133. cur tam celeriter mutetur. 1142.
Cultus quid 1151.
Cyrenaicæ sectæ corpus 880

D.

Definitio est opus mentis potius quã opera 18 qualis esse debeat 181. 218. 236. nul ius est cõdere ex Pyrrhoniorum mente 606. scientiam parit 609 eius præstantia 610. quomodo homonymiam generet 716 an demonstrari possit 653. & seq. quotuplex 658. quomodo componatur 661 664 670. & seq. constat differentijs 680. connexa definito 720. vitia eius 761. loci ab ea ducti 762. & seq quotuplex definiendi ratio 771.
Deducere ad incommodum quid 550. quomodo oporteat 787
Deceptio ex opinione 581
Deliberatio quid & quæ ad eã spectãt 1008. & seq.
Denominatio quotuplex 415. 511. fit aptissime à fine 488
Densitas est qualitas 417
Determinatio rei à quo pẽdeat 502. quotuplex 501
Demonstratio à definitione quomodo demõstrat 609. 652. quid 616. eius conditiones & diuisiones 624 & seq. 632 639. 645 constat ex proprijs & immutabilibus 637. an particularis melior generali 645. eius elementa 649 quæ per caussam per se 667
Demum reddit propositionem exponibilem 560. quæ degenerant tandem sterilia fiunt 136
Definitiua propositio quæ 512.
Descriptio quid qualis esse debeat 673. & seq.
Desperatio quid 983
Despotica ars vtendi seruis 1185
Deus quomodo mente humana apprehẽdatur 50. 935. est vnicus 201. an in categoria 319. & seq. est obiectiuum bonum 944 in eius cultu excedere non possumus 991 non est peccati auctor 1015. sumptus cum creatura extẽsiue maior 1170.
Dialectica quid & eius varij significatus 6. 694 & seq. quotuplex 30. qualis 29. 41. quæstio dialectica 530. 695. eius causæ 695 à quibus differat 698 vtilitas eius 707. vsus 708.
Dianoëtica virtus quid 77. eius causæ ib. obiectum 79. quotuplex ib. 531. 893.
Dicta incomplexa quæ 251. 277. qualia 278.
Dialogus quotuplex 840 & seq.
Dialectici officia 781. quę ei necessaria 781
Dici de omni de nullo quid 634
à Dicto simpliciter ad dictum secundum quid argumentatur sophista 807 816.
Digredi quando necesse est in argumentationibus 723 quomodo impediatur 795. 854.
Differens quid 203.
Didascalica ars quid 587
Distinctio speciei ab individuo 170. rerum quæ sit 318. eius leges 263. 778. formalis, realis 824. 502.
Differentia quid 110. 203. 662. quotuplex 108. 204. non est specie angustior 704. 766. quando ambigua 716. quomodo distinguitur à genere 751. conuenit pluribus generibus 766. reciprocatur cum inchoata specie 211. eius variæ notæ 207. & seq. substantiales sunt substantiarum 337. quot modis subiungitur generi 764
Dictare in schola operosum 474. & seq. per tabulas operosum 476.
Difficiles quot modis res esse possint 66. quidnam dicantur 1048.
Dilemma quid 519.
Dijudicatio quotuplex 588.
Dispositio quid significet 418. quotuplex 781.
Disciplina quæ sit in discipulo 75. & 599.
Disiuncta oratio quomodo fiat 485. eius veritas 514 non disputandum de re qualibet quouis tempore 795
Disputatio quomodo intertexebetur 796. qualis dialectica 840 & seq. veteris collatio cum recẽti 842 præcepta piraslicæ 844. veteris præcepta 848. veteris & recentis mutatio quomodo fiat 860.
Dissimulatio quid 1052.
Diuisio non potest inseruire inuentioni argumenti 167. opponitur genesi 174. eius vtilitas 662. quomodo definitioni inseruiat 663 est antiquissima definiendi ratio 675. 767. quid 680. eius leges & plurima ad eam pertinentia 681. & seq. quid diuidatur proprie 684. multis vtendum statim differentijs 686
Diuisa cõfigere in argumẽtationib⁹ nõ licet 512.
Diuitiæ non sunt fœlicitas 916. 933 an istinc fit modus 1140.
Dinortia non permittenda 1213.
Doctrina quid 592. in discipulo vt & in disciplina Aristotelis 73 dianoëtica quotuplex 73. 592 512. quomodo tradi debeat 74 592. quomodo a disciplina differat 592.
Docites animantes valent phãtasia & memoria 75.
Dogmatica quid 86. 822.
Dominus non est serui absolute 107.
Docere quid 593. quot possimus modis 891.
Dogmatici philosophi qui 882.
Dominium quid quotuplex 1087. 1088. 999.
Domus quid 1215 & qualis 1216. & seq.
Dolor quomodo necessarius 937. qualis 982.
Duratio quid 432.

Digitized

E.

ECclesia est quid proprie vnum. 394
Eclipsis lunæ quid. 617.
Educatio prolis qualis esse debeat 1129.
Effectus per plures causas demonstratur 657. an sē. per tequatur causā 660 ex ipso colligitur causa 665 efficiēs causa quid 286. adhūc refertur 747.
Elementa scientiæ prius tradi debent quam res ipsę inde coagmentatę 332.
Electio quid, quotuplex. 1006
Ens & ἓν ἔγγυς quomodo differant 88. quid 90. 91 257 cur à logico explicetur 16. quomodo diuidatur 278. quales terminus 287 290. & seq 323 proprietates eius ei nihil addunt 288. 290. omnibus categorijs commune 291. eius conceptus qualis 298. Platonicis quotuplex 311. rationis quomodo sit vnum 395. per accidens quid 396. an scire possit 620.
Entitas quid 288
Ἐγκύκλια Aristotelis quæ 917.
Epaminondas amicos superstites exoptauit 1167.
Epicherema quid 538.
Epoche quid 597 quomodo à Pyrrhonijs astruatur 598. & seq. quomodo destruatur 607.
Error mentis cognitus laudabilis in alijs artibus in morali vitiosus 76. intellectus præcedit errorem voluntatis. 1131.
Erubescentia vnde 983.
Erudire est patris 1231. 1224.
Essentiæ argumenta, affectiones & officia 283. quid 283. 288. quæ Platonis & quæ Socratis quomodo differant 304. præcedit accidens 321. quale nomen 373. quomodo cognoscatur 617 678.
Esse quomodo exprimatur 314. quomodo ab ente differat ib.
Est verbum quot sumitur modis 482
Ethica quid & qualis, vide M. Moralis philosophiæ.
Εὐτραπελία quid 1052.
Εὐβουλία quæ, qualis 1118.
Exercitatio quid eruditi 9 707. quæ debeat esse 11. 799. curjea opus sit 13. qualis instruenda 14. 1234 862.
Exemplar quid, quotuplex 132.
Existentia quid qualis 283. quomodo determinetur 65. semper cum essentia coniuncta 657.
Extensio quid, quotuplex 352. 357. 373.
Exponibilis propositio quid 515.
Exclusiua propositio quæ 516. 517.
Exceptiua propositio qualis 518.
Expositorius syllogismus qui 549.
Exemplorum requiritur manifestatio 569. ornatus eorum necessarius 786.
Experientia quomodo fiat 619. quid 627. 628. mētitur fortitudinem 1035.
Executio progreditur à medio remotissimo 1010.
Exceptiones legum quæ 1091.

F.

Facta esse quid 661.
Fallū confiteri adigit Sophista aduersarium 803. 809. inde colligitur verum 576.
Fatum Stoici admiserunt 1014.
Familia quid 1093. politicam societatem æmulatur 1153.
Feritas quarum sit rerum 1125. quæ hominum quotuplex 1125. 1126 peior vitiositate 1133.
Fictio quid 548. 717.
Fides quid 561. 590. 1104.
Fiducia pars fortitudinis 1033.
Figura significat speciem 186. quid 425. an quarta Galeni admittenda in propositionibus 551 fūdamenta figurarum 551. & seq. secunda ex duplici constans affirmatione 551. prima 553. secunda 554. tertia 557. quænam vsurpatur in demonstrationibus 640.
Finis quotuplex 904 datur vltimus 906. procurandos in infinitum 1241. quis præcellentior 902.
Fœlicitas quibus egeat bonis 937. 1177 de eo ducentę octoginta octo opiniones 879 vnde æstimetur 916. Platonis 917 933. Aristotelis 92 à Dijs hominibus conceditur 923. est constans 914. quomodo cognoscatur 929. variæ de ea quæstiones 938. & seq. Stoicorum de ea opinio 940. & seq. Christiana 943. theoretica, practica 1177.
Fœcunditas quousque ætatis vigeat 1222.
Fœneratoria perniciosior 1145.
Fœtum interbeere non licet 1227.
Forma quid significet 186. quid quotuplex 286. additur additione formæ 359. quæ operis artificiosi cognoscenda 866.
Formidolosa quæ 1026.
Forensium rerum quędam considerandæ 1092.
Fortuita scirinon possunt 647.
Fortis non qui fortia sed qui fortiter facit 965. quis discendus 1026.
Fortitudo quid 1033. & seq. eius obiectum 1028. 1015.
Fucatę species 1026. in dolore maxime cernitur 1017. nomen & quæ ad eam spectant 1029. & seq.
Fraternus amor magnus 1155.
Frigori assuefaciendi pueri 1129.
Fruitio est causa fœlicitatis 948 949. quid 998
Futurum quomodo dicatur necessariò futurum 503.

G.

GEnus quot sumitur modis 102. 179. 180. & seq. quid 103. & seq. quale 238. 257. 222. 115. differentię eius 103. 192. quomodo male assignetur 636. quomodo definiri possit 662. ambiguitatem facit 461. 716. ab eo loci ducti 722. 742 & seq. collatio eius cum

Digitized by Google

ſpecie 748. & ſeq. non debet præſcindi de differentia 765. eius tractatio methodica 827 coniungendum venit cum ſimpliciori ſpecie 837. 1183. diuerſum ab altero quot modis eſſe poſſit 218 Analogicum categoriam conſtruere quomodo poſſit 315. eius proprietates non ſunt ſemper generalia 413.
Generalius quot dicatur modis 819 præferendum ſpecialiori 830 831. 832.
Generatio quid quotuplex 453. loci ab ipſa 727
Gens ab vno capite denominatur 106
Georgica ars qualis 1246
Germanorum inſtitutio puerilis 1234
Geſtu quæ nationes loquantur 476
Gloria inanis quæ 1047
Grammatica pueris tradenda 1233
Græcorum ſapientia quomodo propagata 873
Gratitudo quid 1104
Gradus vniuerſalis quis 150. 166. intentionis 447. 641.
Guttus læſioni obnoxius 1038
Gymnaſtica quæ pueris tradenda 1234

H.

Habere quid dicatur proprie 434. 454.
Habitus mentis quotuplex 10. 75. 667 1110. cur tam varie ab Ariſtotele diuidatur 79. quam variè ſumatur 419. quid 419. & ſeq. 1106. à facultate ſecernendus 1054. quibuſnam ſuccreſcit facultatibus 954. quibus procreatur actionibus 954 & ſeq. acquiſiti index 962. prius tractatur quam priuatio 1003. non eſt cõtrariorum 1054 quomodo corrumpatur 1108
Hector Achillem agreſſus non fecit fortiter 1026.
Heros quis & vnde dicatur 1125. quibuſnam excellit facultatibus 1126
Herilis ſcientia 1237 1285
Homonyma quæ 256. & ſeq. 682. perimunt ſynonimiam 160. & ſeq. quæ ad ea pertinent 265 quomodo vitanda 663 682 792 1055. detegenda 715. fugienda in oratione 721. à ſophiſtis ſurpantur 806. quomodo ſoluantur 815
Homotypij qui 1211
Homocipni qui 1211
Homo non plus animalitatis habet quam oſtrea 192. eſt quid humanitate poſterius 274. quomodo affectu mouetur & excellatur 972. bonum & finẽ nouit 976 quibuſnam obligatur 1063 in Deum habet ius quoddam 1087. eius facultates 1108. cur euadat ferus 1125. an ſe amare debeat 1152. homini alteri imperare poteſt 1198. eſt maximè politicus 1204. ius habet in res huius mundi 1243. quibus propter ipſum maxime propter Chriſtum. 1197
Honos non poteſt eſſe felicitas 916. præcipuus eſt bonorum externorum 1046
Honorare præſtantius quam honorari 1150.
Hominis qualis virtus 1047. quid 1104.
Hypotheticus ſyllogiſmus quotuplex 569. quid 573.

I.

Idea Platonica quid 132. 142. 143. eius appellationes 133. & ſeq. eſt externum exemplar 143. oppugnatio Ariſtotelica 145.
Idos corruptibile 138. errori obnoxium 139. corporeum 140
Identica prædicatio quotuplex 486
Idem quot dicatur modis 710. loci ex eo ducti 778 & ſeq.
Ignota ex notis comprehenduntur 65. cur multa eſſe voluerit Deus 66. non ſunt pro nullis habenda 394
Ignoratio quotuplex 640. 641. 1005. reddit nec actionem inuolutariam 1005. confidentiam parit 1035
Ignauus mentitur fortitudinem 1055
Igneſcentia vnde dicatur 1120
Imagines intentionales ſunt qualitates 418. earum affinitas in memoria 466. 54. ſpeciem repreſentant 265
Imbres frequentiores extremo menſe 664.
Impenetrabile quid 391
Impediendi argumenti ratio 794. 859.
Improbus quomodo ſe amet 1161
Impudentia quæ 1065
Inane quotuplex 387.
Inæqualitas, quid quotuplex 986
Imperiũ quid 979. 1193. quod ab ipſo cogẽdi habet 1179 naturale quodnam 1193. & ſeq. non eſt bonum imperantis 1194. quotuplex 1195. humanum quale 1196. quotuplex ad id facultas requiratur 1201 vicißitudo cur admittatur 1101
Incontinentia quot dicatur modis 1126. 1133. quæ ad eam ſpectant 1129. & ſeq. 1132. an ſit vitium 1135
Incontinens quis 1126. ſciens errat 1127. 1129. poteſt agere quæ ſunt virtutis 1128. nemo circa res omnes 1128. 1131. qualis 1134. & ſeq.
Incrementum cuiuſnam ſit. 453
Incœpitiua propoſitio quæ 521
Incipiunt res quomodo 518
Incredibile fateri ſophiſta facit 804. 809.
Individuum quid 106. æternum poteſt fieri ſpecies vtute corruptibile 201. eius tractatio admittitur ſcientiæ 307 836. quotuplex 299. 305. & ſeq. multa ad id pertinentia 300. & ſeq.
Individuatio quid 300. cauſæ eius 301 & ſeq.
Inductio quomodo fiat 584. præcepta de ea cõponenda 786
Inductiuæ propoſitiones 786. 851.
Indignatio quid 982 1055.
Infinitiuus quot ſumitur modis 172.

Infinitum quid, quotuplex 370.
Infinita propositio quæ 506. 570. eius oppositiones. 510.
Inferiör superiori plus honoris debet 1157
Ingenium quid 57. cur varium 58. cognoscenda varietas 58. eius temperamentum 59.
Inhæsio quæ est 284.
Iniusti qui 1055 1091. quomodo efficiamur 1099.
Iniusta potest quis sciens & volens pati 1100.
Iniuriam pati nemo volens potest 1100
Inopia quę 1082. an sit mensura pretii ib. quæ pecuniæ & rerum aliarum quænam differentia 1083
Instrumentum non est pars rei quæ eo vtitur 37.
Institutionis prima & ratio 475. quotuplex 1180. quę puerorum 1231. 1234. & seq.
Instantia quotuplex 638. quid 710. quando male allata 787.
Intelligibile cur à logico explicetur 60. quomodo sit mentis obiectum 62.
Intelligibiliorres quot dicitur modis 64
Intellectio quid 69. eius obiectum 40. & seq. humana quotuplex 71. eius causę 458. quid qualis 539. & seq. quanam quisque philosophorum vtatur 880.
Intentio quam varia significet 92. prima secunda quid 94. obiectiua quotuplex 93. quæ logico incumbit 94. prodit partim à natura partim ab arte 121. quot fit modis 446 & seq.
Interpretatio quid 456. huius libri auctor argumentum 457. est eius qui loquitur 468. quænam legis interpretatio 1090.
Interrogationum species 638
Intellectus quid 669.
Interrogatoris officia 790 840. præcepta 845. 850. & seq quomodo orditur di putationem 851. Sophisticæ interrogationes 809 præceptiones 810 811.
Intemperantia qualis 1037. 1039.
Intemperanti incontinens deterior 1118 1134.
Inuidentia est affectus malus 975. 981.
Inuoluntarium quid quotuplex 1000. 1099
Ira affectus malus 975 vnde & quid 983. est pro armis fortitudini 1044. audaciæ pares 1035 1047.
Irati & inimici discrimina 984.
Iracundi qui 1048.
Isagoges Porphyrianæ occasio 97. obiectum 98. vtilitas 100.
Iudicium quid 53 quæ scientiæ eo indigeant 58. quo temperamento delectetur 59.
Iustitia quomodo præstantior iusto dicatur 731. an sit temperantia cum fortitudine 773. eius extensio 1048. quotuplex 1055. 1062 eius tractatio quomodo instituenda 1056. varia ad eam pertinentia 1058. & seq. quid iurisperitus 1057. legalis 1064. particularis 1067. distributiua 1070. commutatiua 1071.
Iustum quid 1057. 1093 quot in ipso spectentur 1058. & seq. non intercedit propriè inter ciues 1186.
Iust quot sumatur modis 1058. 1086. quotuplex 1063. 1095. quid & quale 1087. 1093. cur ciuile propriè vocetur ius 1094.
Iudex quis & qualis esse debeat 1078.
Iudicio loc is vbinam 1094.
Iucunda contra naturam quotuplicia 1132.
naturalia quot 1138.
Iupiter opera Mercurij virtutes hominibus concessit 957. non est musicæ præfectus 1134.

L.

LApis nulla assuetudine potest ferri sursum 958.
Largitas quæ 1042.
Laus in quid cadere possit 995. 1046.
Legalis iustitia quæ & qualis 1064. omnes continet virtutes 1065. & seq.
Leuitas quæ. 1050.
Lestica quæ 1245.
Lex animi, membrorum quæ 999 quid & qualis 1089. & seq. ea necessaria 1178. quotuplex 1180.
Liberum quot sumatur modis 1011.
Libertas quid quæ ad eam spectant 1012. & seq.
Liberalitas quę 1041.
Liberorum procreationi quando indulgendum 1226.
Libidine impulsus peccat ne minus 1005.
Linea non constat ex punctis tanquam ex partibus aliquotis 363 quid 368. recta vnica, obliqua multiplex 965.
Logica quid 2. eius appellationes 3 4 5 395 quæ ad eam spectant 7. & seq. 37 62 89. quotuplex 24. & seq. 692. 294. agit de operationibus 89.
Logici libri quot 1. quales & quot 26. quomodo ab alijs artifcibus differunt 61. debent ne nosse omnia 255. præfari debent in quaslibet scientias. 868.
Locus quid & qualis 379. & seq. an res in duobus locis simul possit esse 380. & seq. an in suo se angustiori 381. an inanis detur 387. argumenti 688. qualis logicus & quotuplex 689. 690. & seq.
Locutionis fundamenta 467. vitia, virtutes 470. & seq.
Loqui quid 466.
Ludus non potest esse fœlicitas 1174. quis pueris commendandus 1225. viri ei dediti sunt molles 1134.
Lumen Gloriæ beatis quomodo adsit 948.

M.

MAgnitudo quot sumitur modis 367. quomodo augeatur in infinitum 369.
Magis, minus quale 727. 759.
Magnificentia fortitudinis pars 1033. quæ 1042. 1044. & seq.
Magnanimitas quæ 1045.
Magistratus quid 1094.
Mahumetanis viris licet plures obtinere vxores 1221.
Manus non sentitur per se quamuis sit qualitas, sensibilis

Digitized by Google

Maius, minus quale quid censendum 727. 729.
Malum potesne appeti 912. causæ eius Stoicis 941.
Mansuetudo quid 1048.
Martyres verè fortes 1029.
Maternus amor superat paternum 1155.
Materia Platoni quotuplicis generis 142. causa est multiplicationis numericæ 305. quotuplex 285. quænam subiectum inhæsionis 285. quæ obijcitur scientiæ qualis 619. quænam non constant 211. non deperit nec acquiritur per mutationem quantitatis
Mechanicæ ars cui inseruit 42.
Medium singulari quale 567. 650. quotuplex 746. 965. quid 936. morale quod 987. & seq. non est in puncto positum 994.
Medicina non est scientia corporis naturalis 772. non est pars œconomicę. 1213.
Melancholia causa est doloris 982.
Meliora quæ iudicanda 731. & seq. 912.
Membra hominum crescunt harmonica proportione 1057.
Memoria quid 53. eius officia mirifica 54. ars qua possit iuuari 56. & seq proditab experientia 668.
Mensa logico cur consideretur 45 quid 45. 50. eius varia officia 50. & seq 61. 151 160. cuadit res concepta 467. veracior 47. quomodo pendeat à sensu 47. eius virtus naturalis quotuplex 692. 1106. obiectum eius 1105. 944. voluntati imperat et paret vicissim 948.
Mentiri neminem Protagoras asserit 400. sciens mentiri potius quam per imprudentiam 1051. mendacium dicere & mentiri qui differunt 494.
Mensura quę & qualis 1081. quę boni & vniuersi mundi 935 pretij quæ 1081 cur stabilis esse dicatur 1083.
Methodi omnes constant definitione & diuisione 286. eas cuius sit condere 818. sunt ad naturæ imitationem 821 quid & varia ad eam pertinentia 821. & seq. doctrinalis 825 analytica, hotistica synthetica 829. an ad vnam methodum omnia possint reuocari 835. quæ iustę magnitudinis 836. prudentiæ quæ quotuplex 839. & seq.
Metus quid 1003. an metu facta sint inuoluntaria 1003.
Metabletica quæ 1244. 1245.
Militaris fortitudo quæ 1035. pueris Spartanis edocta pernicioſum 1236.
Minister quis 1199 á seruo quomodo differat ib.
Mirabiliora mundi quotidiana non miramur 64.
Misericordia quid 982.
Modus agendi in arte vnde dignoscatur 84. quomodo à differentia distinguatur 436. quot numerentur 435. potest immutari 436. qui figurarum 353. & seq.
Modalis propositio quotuplex 522. eius partes & alię de ea quæstiones 523. & seq. quomodo conneratur 553.
Modestia quid 1045. & seq.
Mœchus quis dicendus 1097.
Mœror quid 982.
Moles quid 368. eius natura in quo consistit 371. & seq. an separari possit à corpore 377.
Mollis superatur à voluptatibus 1133.
Monastica quæ 898.
Moralis Philosophia quid & quæ ad eam spectant 837. & seq. præceptores qui 890. & seq. natura 893 an sit idem cum prudentia 894 incertitudo & mutabilitas 895. partes 897 auctor 900. tractanda rudibus 909. eius auditor 909 & seq 913. quot in ea expetenda 1018. quid moralis virtus 1018. eius obiecti quot partes 1131. quot de ea sermones 1183
Morum diuersus status 1125.
Morosus qui iusto difficilior 1050.
Momentaneum quid 433.
Motus extensionem habet 389. localis quisnam terminus 431. 450. quotuplex ib. & seq. successiuus quis 452.
Morborum causa quotuplex 941. 979.
Mortis meditatio quid 875. timor in prælijs qualis 1032.
Mortuis bus posterorum afficiuntur 915.
Mulieres non debēt esse cōmunes per naturā 1210
Mundus Platoni quotuplex 132. eius ornatus modis exilibus constat 435. creditur æternus propter nouitatem generationum.
Mutatio loci quot acquirtur modis 381. 453. quænam legis admittenda 1091.
Musica pueris tradenda 1233.

N.

Natura vniuersalis non admittitur à Stoicis 127 significat substantiam 324. ex tealiter distinctis facit ens per se vnum 394 eius varius status 946.
Naturale quot sumitur modis 958. mutabile apud nos 1098.
Necessitas quotuplex 636.
Necessaria eligibiliora 735.
Necessarię propositiones 792 850.
Negatio quomodo possit adhiberi ad denoiendū 330. in ijs non itur in infinitum 643.
Negatiuum quomodo finiatur 765.
Nilus concitatior circa finem mensis 644.
Nocere alteri quot possimus modis 1100 sibi ipsi an sit facere iniuste 1100. eorum quæ nocent quot genera 1138.
Noēma quid Stoicis 127.
Nolle quid 999.
Nomenclatura rei quomodo explicari solet 471.
Nomina Stoicis significant personaliter res & cōceptiones 118. & seq. communia Platoni quomodo exprimantur 132. ad structionem ideārū impulerunt 136. denominant potius quam verba 215. quid 477 quot sumuntur modis 478. ignota imminutanda 722.
Nomadica quæ 1246.
Notior res quot dicatur modis 64. 616. 763. vnde sit

Digitized by Google

æstimanda 65. à notioribus ordiendum 65
Notionum mentis variæ appellationes 69.
Notse vniuersale quam facere non est facilius 156.
Notitia in mente auditoris a quo fiat 469. nulla a natura 667. quotuplex 1130.
Nutrire vxoris 1224. 1231.
Numerus quid & vnde 1085. 1245.
Nunc quid 388
Numerus quid quotuplex, & quæ ad eum spectant 390 quis habet medium 771

O.

OBodientia debetur principi reip. & legi 1066. quid 1104.
Obiecti diuisiones quomodo instruendæ 27. quotuplex adæquatum 67 836. quale 68 251 254. 458 quot mutuatur modis à scientia superiori 623. debet esse genus 816
Obligationes metu factæ restitutionem in integ ũ postulant 1003.
Obseruantia quid 1104.
Obstetricari puerulis quomodo debeat nutrix 1227.
Occultare orationem quomodo possimus 853.
Odium quid 981.
Oeconomicus quis 185. qualis esse debeat 1214. 1247.
Omne animal significat interdum omnis animalis species 494.
Oeconomica scientia quæ 898. 1212 differt ne specie à politica 1183. & seq. 1215. eius causæ. 1184. & seq. eius species 1212.
Opinandi ars quotuplex 29.
Opinabile quid dicatur 742.
Opinio quid 73. nunc vera nunc falsa sine sui mutatione 314 quomodo ab electo differat 1007. certitudo in scientiam æmulatur 1129
Optima quæ 923 1175. quid nos ad illa mouet 1149
Oppositio quid quotuplex 438. quæ propositionũ 495 quomodo in concordiam reducuntur propositiones oppositæ 499.
Opposita quot 436. pertinent eamdem ad scientiam 100. quę iam ad correlatum referuntur per genus 459.
Opus rect im arti proponitur 85 quid 88 quot eius gradus 89. rationis quid ib.
Ornatus orationis dialecticæ 735. & seq.
Organum quotuplex 1195. 1208.
Ortus & interitus comparationes 747
Ostendere quid 550.

P.

PAedia quid 909. eius quæ ratio 1230. 1236.
Passio quid, quot sumitur modis 413 414. 429. realis vbi 430.
Pastor quomodo gregi imperet 1198.
Parænetica quid 86. 872.
Pars est totius absolute 107. si substantiæ est subtilãtia 336. inest substantiæ actu ratione entitatis, non ratione diuisionis 358. quotuplex 1004.
Partitio quid, quotuplex 683.
Partium partitio 728. 729.
Pantomimorum ars 476. 633.
Parcimonia quæ 1042.
Parentum in liberos amor maior 1155. in eos præcipua cura puerorum esse debet 1159.
Paronyma quæ 157. quænam de illis dicantur 275.
Pati quid 413.
Patientia quid 1033.
Πάθος quid quotuplex 413. 968.
Paternitas diuina est in patre 408
Peccata æqualia Stoicis 1015.
Pecuniaria quæ 1140.
Pecudum corio incidebatur numus antiquitus 1085.
Pecuniæ copia auget pretium rerum inopia minuit 1085. cur vsurpetur, qualis esse debeat 1085. & seq. 1245.
Perfectratio potest fieri in corporibus 372. & seq.
περιφυκέναι quid dicatur 162.
Perfectionis rerum ordines varij cur 66. quid 921. in quo consistat 965.
Perfectiora indigent pluribus differentijs 219.
Peripatetica secta quomodo amplexanda 832.
Permutatio difficilior emptione 1085.
Permixtio quid 744.
Perseuerantia quid 1033.
Personæ realiter non ciuiliter distinctæ 1059.
perspicuitas quid 64. quę orationis quomodo procuranda 853.
Per se quot sumitur modis 212. 614
Persuasio erronea quot fit modis 581.
Petere principium quid 580. 798. Sophista id intendit 808. quomodo impeditur 816.
Petitio contrarij 758.
Perturbatio quid 968.
Pertinax quid 1135.
Pietas quid 1103.
Phantasia quid 53. eâ quæ scientiæ indigeant 58. eius temperamentum 59.
Philosophorum sectæ quæ 596.
Philosophus quid 871. qualis esse debeat 882. 883. & seq.
Philosophema quid 870.
Philosophia sumitur varie 707 870. quibus nominibus appelletur apud varias gentes 869. exilitia 871. cautæ & cætera huc pertinentia 872. & seq. eius definitiones 874. ortus 883. & seq. diuisiones 884.
Physiognomia quomodo obseruanda 585.
Philautia quid 1161.
Platonis institutio 1350. discipuli 874.
Plantæ multæ species & partes 329. propter homines & bellnas 1198.
Πλατύκτης quis dicendus 1038.
Poëta nasci, orator fieri cur dicatur 76.
Pœnitentia quid 982.

Digitized by Google

Politica quot sumitur modis 888 1117 qualis 898. 1153. eius finis non est imperare 900 906. qualis scientia & quibus præst 908. eius causæ 1186. differt ab œconomica 1187. 1188. eius partes. 1188.
Politicus quis 1187.
Pondere numero & mensura res constare cur dicantur 931.
Pons asinorum cuius sit vsus 565.
Populus loquendi dominus 770
Possibile quid 148. 514. complectitur quiduis 299.
Porphirius quis 97.
positiuum quid significet 238. quomodo finiatur 765.
Positio quid 615.
Post prædicamenta quæ. 434.
Possessio quid 1089
Potentia quid, quotuplex 284. 410 est qualitas secundæ speciei 411. & seq. naturalis quotuplex 412. an possit esse proprium 760.
Præceptor logicę qualis 11. quot eorum genera 1179.
Præcepta vtranda pro varia facultate 46. quæ applicanda indocendo 74. qua via inuenta 891 moralia quæ 1058.
Practica notio quæ 52. doctrina qualis 80. scientia quotuplex 837. quid 887.
Prędicãtur superiora de inferioribus aut paria de paribus 106. quid requiratur ad prædicationem in quid 182. quænam in quale prædicantur 183. 206. quænam essentialiter 205. 485. & seq.
Prædicatum quid 493 quale 615. 644.
prefatio cui sit maxime necessaria 1865. de ea quæstiones variæ 33. & seq quænam legis prefatio 1090. quid in ea tractetur 2. 867. 32.
Prægnantes quomodo se gerere debent 1127.
Prænotio quid qualis 531. 612. & seq.
Præscientia Dei non infert rebus necessitatem 104.
Præsumptio quid 1047.
Pretia rerum quomodo immutentur 1077. 1081. 183. & seq.
Pragma quid dicatur. 288.
Praxis qualis 1108. & seq. deterior contemplatione 1177.
Principium quid 283. 285. Platonique rerum principia 311 Pythagoricis quot 311 demonstrationis quid 616 quotuplex 625. & seq. an probari negari possit 628. collatum cum semine 630. eius diuersitas 647. scientiæ quomodo præferendum 833. supponendum in scientia 915.
Priuatio qualis 286 quot sumitur modis quid 441. affectiones eius 444. an ab ipsa detur regressus ad habitum 444 cuius dicatur esse 718.
Priuantia. quæ 436. quot sumuntur modis 443. quomodo sumuntur 765. dicuntur totidem modis 715.
Prius quot dicatur modis 448 810
Probabile quot dicatur modis 706. 707. quotuplex 797. quando exigendum 797.
Probitas non sapientia à nobis exigitur 942. vnde prodeat 1179.
productio est rerum singularium 150. 305.
Probata difficilia quæ. 788.
Problema dialecticum quid 709. 712. quotuplex 701. 718. & seq. quomodo à theoremate differat. 713.
Progressio quid 2073.
Promissor dare tenetur promissum. 1087
propædiæ quæ ratio 1131. & seq.
Prosyllogismus quid 851.
Proles minus amat parentem quam parens sobolem 1225
Propositio quid, quotuplex 1073. moralis quæ 1078 & seq.
propositio quid qualis 489. & seq. 541. 790. 711. 553. categorica 492. & seq. earum oppositio 517. quæ censenda deterior 551. analytica 616 topica 706. 712. eius delectus quotuplex 714 generalis probat particularem 718. quæ dialectico necessaria 782. quæ falsa 798.
Proprietates multæ in vno subiecto simul esse possunt tendentes ad vnum communem finem 238. quæ varia est ne index variæ essentiæ 238. excitantur per emanationem 401. debet esse notior subiecto 753.
Proprium quot dicatur modis 113 232 709 753 à quibus differat 120. & seq. quid & quale 235. & seq. loci ab eo ducti 753 & seq
Prudentia deprehendit medium 988. necessaria ad omnes virtutes 1083 quomodo ab arte differat 1112. bellua humana quæ 1113. & seq quotuplex 1117. politica præcipua 1118 necessaria ad bene viuendum 1121.
Punctus est ne pars aliquota lineæ 363. quid 367.
Pueruli habent procliuitatem ad loquendum 465.
Pulchritudo quid, quotuplex 985.
Puer quomodo voluptates sperãrit 139. eorũ eductio est curæ parentũ 1180. laniores ab optimis parentibus 1221. quænam edisce debent 1233.
Pubertas quo ætatis anno. 1222.

Q.

Quæstio quid est quotuplex 529. 530. 650. 701. 711. dialectica 712 moralis, physicaque 712. eius tradandæ methodus 817.
Qualitas quid 425. affectiones 413. 416. nomina cũ aliis rebus huc spectantibus 415 & seq. quæ propositionis. 494.
Quandiu cur non faciat nouam categoriam 432.
Quando quomodo definiatur. 432.
Quantitas quid 351. 355. 338. 336 9. eius affectiones 311 multa ad eum pertinentia 312 & seq. discreta non diuiditur in infinitum 350. quę propositionis 494.
Quantum quotuplex 350.

Digitized by Google

Quid ſubſtantiam ſignificat 325.333.
Quidam ſpeciale ſingulare 310.
Quies pacatiſſima ſapientibus accidit 938.

R.

RArefactio eſt qualitas 417
Ratio quomodo eſt eſſentialis differentiæ 213. quid mathematicis 1073. non continet omnes differentias hominis 221. nõ vni homini pluſquam alteri competit vt Caietanus voluit 448. ea vti quid 543.
Realiter quid ſignificet 287. quæ dicantur diſtingui 406.
Reciprocationes quot fiunt modis 584. ſubiectiuę formales 819.
Reduplicatiua propoſitio quomodo exprimatur 519.
Regreſſus demonſtratiuus 661.
in Regno quæ intercedit amicitia 1153
Refutatio ſententiæ alienæ quomodo commodiſſime fieri poſſit 852.
Religio quid & qualis 1103. in ea obſeruanda deficere, excedere poſſumus 991.
Relatio quid 408. eius affectiones 398-421. nomina varia quæſtiones quæ de ea variæ 400. & ſeq. 405. eius ortus interitus quot ſit modis 410. quomodo affecta ad terminum 768. correlati 436. 748. quæ 419. totidem dicitur modis quot correlatum 716.
Remunerationes quomodo fieri debeant 1158.
Reſpublica perſonis inæqualibus conſtat 1075.
Res Platoni numeri aut eorum imitationis 1,1. quale non ẽ quibus opponatur rebus 287. ſubſtantiam ſignificat 324.
Reſolutio terminorum quot ſit modis 540. 483. 167. in methodo condenda 852.
Reprehenſio argumenti 795. à ſophiſta facta 803.
Reſponſuro præceptiones 783 & ſeq. 846. 789. 851. 790. ad ſophiſmata quomodo reſpondeatur 813. & ſeq. accõmodanda ei argumentatio 849. aliquando eſt interrogantis reſpondere 856.
Reſtrictio quid in oratione 484.
Rethorica veterum vnde 28. eſt quaſi propago dialecticæ 697. à dialectica quomodo differat. 698.
Ridere non eſt de eſſentia hominis cur 836.

S.

SAgacitas quæ 1119.
Sanitas non mutuatur bonitatem à pharmaco 905.
Sapiens mutabilis quomodo dicatur 410. quando ſeruire debeat 1201. ſoro prudens 1123. eſt beatus 1171. ſimilis Deo 197.
Sapientia quid & vnde dicatur 869. 1115. 875. & ſeq. eius effecta 884. eſt neſcientia cum intellectu 1136. an inſit belluis 1176. ad ſocietatem quomodo vtilis 1120.
Scientia cuius ſit facultatis 22. quomodo comparetur 78. eius commune obiectum 126. eſt cõtrariorum 404. 412 quando coniungenda alteri ſcientiæ 1184 quarum ſit rerum 136. eget vniuerſali non ſeparato à re 145 quid 618. eius cauſæ 619. & ſeq. quænam plus eget experientia 618. certitudo eius 646 ab opinione quomodo differat 648 materia vtriuſ potius quã forma 833. varietas vnde repetatur 835. intuetur cauſam per ſe 896.
Scholę Ariſtotelis quæ 247.
Scriptura quid 471 quę ad ipſum ſpectant 473. & ſeq.
Sacra non variatur variata pictura 473.
Scribere libros operoſum 474.
Scepticæ facultas quid 596.
Sciendi inſtrumenta quæ 608 & ſeq.
Sculptor debet pluris fieri quam typographus 904.
Scurra quis 1052.
Secta philoſophica quid 877. omnium philoſophorum ſectis quid commune 878. quotuplex ib. & ſeq.
Secretum nec ſeruo nec vxori committendum 1138.
Segnities vnde 983.
Semen cum principio collatum 630.
Semiæuum quid 433.
Sempiternitas quid 431.
Sensus quid & cur à logico conſideretur 47. & ſeq. quomodo ſit ſingularium 162. cur etiam dicatur vniuerſalium 173 307. diſciplinarum inſtrumenta præcipua viſus, auditus 77. 461. propriæ conſtitutionis in belluis quis 973.
Senſitiuum & ſimilia ſunt eſſentiales differentiæ 213. 217.
quæ ſentiuntur ſciri non poſſunt 649
Sententia quid & quot ſumitur modis 1178.
Sermo quid, quotuplex 461, qualis 462. & ſeq. hominum eſt & cur 1201.
Seruus eſt domini 1094. 1194. non eſt particeps facultatis bouleuticæ 1199. quinam per naturam ita eo. poſſeſſionum præcipua 1236. & ſeq. quomodo tractandus 1237. & ſeq. vitiorum homo ditatur 1015.
Seruitus quotuplex 1089. 1193. quid 1193. naturalis quæ 1194 & ſeq. legalis quæ 1202.
Seruilis ars Syracuſis docebatur 1185. 237
Seueritas quæ 1042.
Signum vniuerſale 181. perſonale quid 129 459. quæ huc pertinet 459. & ſeq. 561. quotuplex 585. 605.
Significatio vocabuli vnde petenda 481.
Similia ſunt vnum in multis 136 162. confunduntur 39. in ijs quærenda diſſimilia 977. 814. eorũ loci 727. non ſumuntur pro eodem 568. ſimiliũ ſimile iudicium 780.
Similitudines vtiles dialectico 985. 824.
Simplicium quid quot dicatur modis 819. præferẽdum in methodo inſtruenda 833.

Digitized by Google

Simul quot dicatur modis 449.
Singularia prius esse tũt quam vniuersalia 163. non sunt aliud ab vniuersali 169. cur non proponuntur arti 250.
Singularitas quid quotuplex 300. 306. per hanc omnium individua inter se consentiunt 303.
Sobrietas est poculentorum 1039
Societas quomodo diuersa 1061. sine amicitia stare nequit 1151. 1153. quid quæ eius fundamenta 1189. & seq. quarum animantium 1190. hominũ inter se 1203. & seq. quid in ea considerctur 1205. & seq.
Sodalium amicitia quæ 1154.
Solonis sententia ante obitum neminem beatum 924.
Socratis sectatores 874.
Solutio syllogismi quomodo fieri debeat 860.
Solœcismum committere Sophista inducit 804 810
Sol potest esse multiplex 202. ex eo capienda summi boni intelligentia 934.
Solidum quid 368.
Solertia quid 648
Sophista quis, eius officia 802. & seq.
Sophismatum quot genera 804
Σωφροσύνη quæ 1037.
Sordidi qui dicendi 1044.
Sors quid 539.
Species quot habet significatus 196. 104. 185. quomodo definiatur 187. 105. 662. qualis 210. 195. & seq. à quibus differat 119. 169. 181 eius loci 721. definitur per verbum posse 749 superat genus actu 186. & seq. tollitur, sublata differentia 217. non debet prædicari de differentia 765. quænam præferenda in methodo integra 832. an nouæ procreari possint 109. an ex duabus tertia prodeat 195 & seq.
Specialius quid quot dicatur modis 819.
Spes quid 983.
Studiorum logicorum finis 10. in ijs modus obseruandum 12. 838.
Stupor quid 749 vnde prodeat 983 1053.
Stupidius quæ 1036. 1039.
Subalternatio quid, quotuplex 622.
Subsistentia quid 284.
Subalternæ propositiones 497.
Substantia non pertinet potius ad logicam quam ad alias scientias 250. 313. fusè sumpta est analogicus terminus 294. 297 325 dicitur synonime de subiecto 321. affectiones eius 322 323 quot sumitur modis 324 eius diuisiones loculentiores 326 327. & seq. prima, secunda quæ 330. quales 332. 314. quid in eius categoria reponatur 336. & seq.
Subiectũ prædicatur de pluribus accidentibus 178. potest esse finis proprietatis 237. inhæsionis denominationis quid 243. 343. quot sumitur modis 493 præcognoscendum in syllogismo 615. esse in subiecto & dici de subiecto quid 279, 280. 344
Subcontrariæ propositiones quales 497.
Superficies quid 368. quænã pro loco sumitur 380.
Supertranscendens terminus quid 286.
Suppositio quid 481. locus ab ea ductus 740.
Sumptus magnifici, liberalis hominis 1042.
Supplicium quomodo sumendum 1080.
Supplere legem cuiusnam sit 1091.
Sum, es, est cum genitiuo possessionẽ arguit 107.
Syllogismus bene conformatus concludit necessario 538. quid 543. & seq 560. 593. quotuplex 543. 558. 568 797. varia ad eum pertinentia 545. & seq. 558. falsus quot euenit modis 547. quot fieri possint syllogismi ex eadem materia 559. mixtio quoruplex 559. quot in eo propositiones 561 eius inueniendi ratio 561. & seq. examinandi ratio 571. & seq. comparatiuus 575. eius potestates 577. & seq vitia 580. duplans 653 eius copia ad differendum parandi 713. præcepta dialectica de eo 788. fallax quis 801
Synonima quę 257. 270. non dicuntur per prius & posterius 291. inter Deum & creaturam, substantiam & accidens nulla 296.
Συγγραφὴ cuius sit vsus 1086
Σύνεσις quę & quotuplex 1119.
Syngnome vnde dicatur 1110.
Syncategorematum affectiones 488

T.

Tactus læsioni obnoxius 1038.
Talio quid & qualis 1080.
ad Tautologiam inducit Sophista 804. 810. vitanda in scriptis 810.
Τέλος & πλεῖστον quid 921.
Tempus quid quotuplex 388. 433. distinctionem facit inter differentia tempore 722.
Temperies quid 714.
Temperantię obiectum 1031. diuisio 1036. nomen & quæ ad eam spectant 1037. cur in cœreis occupetur 1038. comparata cum fortitudine 1040. quomodo à continentia differat 1123.
Termini diuisiones 482 quæ à materia repetitæ 121 562. quomodo inter se conferuntur 438 simpliciter, distributiue, collectiue sumptus 482. infinitus quomodo fiat 506 quid 512 præcognoscendus in demonstratione 615. 625. quomodo in methodo tractandus 817.
Terrenum est quid essentiale animali 216.
Theoretica notio qualis 52. scientia quotuplex 87.
Theorema quid 713.
Thesis quid 519. 625. 712.
Theretica quæ 82, 6.
Therapeuticus corporis habitus improbatur in coniugio 1122.
Timor quid 983.
Timidus quis 1026.
in Timoeritia quæ amicitia intercedit 1153.
Transcendens terminus quid 286.
Transeat in argumentationibus formula logica 713. 846.
Tristitia dolor ex malo 999.
Topica necessaria logico 687. à quibus conclu-

pta 703 705.
Totum quotuplex 107. potest distingui à suis partibus 170. an prius suis partibus 449.
Turpitudo quid 985.

V.

VBi est quid reale 430. quotuplex 433.
Velle quid an possit quis homo. 998.
Velleitas Theologis quid 1007.
Verbum quid quotuplex in oratione 479. 480. 493 quomodo fiat infinitum 507.
Verum quid 289. 605. quomodo dicatur synonimum Aristoteli 285.
Verificatio quid 481.
Verax quis dicatur 1021. 1041.
Veracitas quæ 1051.
Veritas quotuplex 494 quæ propositionis 501. ea nihil debet esse prius Philosopho 917.
Verecundia vnde 983. quæ. 1053.
Vicinia quid 1095.
Vindicatio quid 1104.
Vir bonus est prudens 1122 est regula morum 1173. valentior in coniugio 1219. licetne & obtinere plures vxores 1221. præstat esse quam bonus ciuis 900. eius officia 921.
Virtus eadem potest esse ars scientia & habitus 82. quomodo doceri possit 888. 966. comparat felicitatem 923. 942. quibus insignitur nominibus 955 an sit à natura 96. vnde procreetur 960 quotuplex 961. 1105. 1022. in dolore & voluptate versatur 963 quis discendus ex virtute agere 964 est accidés 964. eius differentiæ vnde repetantur 965. an sit medium 991. & seq. eius affectiones 966. an vni duo vitia opponãtur 991. quid 1018. est scientia Socrati 1019 alteri virtuti non aduersatur 1024. non est animal vt Soicus docet ib. Cardinalis quæ 1030. eius principia 1109 exercenda 1179.
Visio est denominatio externa 156.
Vitium quot sumatur modis 1019. eius definitio colligatur ex virtute contrario sensu 955. & seq.
Vituperium in quid cadere possit 996
Vis quid 1002.
Violentum quid 1002.
Vitium & germinum congelationes augent pretium rerum 1084
ad Viuendum recte opus doctrina morali 118.
Vniuersale quid, quale 115. 152. 635. & seq 147 quotuplex 123 & seq. 174 quid de ipso quæratur 145 & seq. Stoicum 127. & seq. Platonicum 132 & seq. eius existentia 168. & seq.
Vniuersalitas quid 153. qualis & à quo producatur 154. 158. & seq.
Vnitas quid 157. generica specifica 158.
Vnum quid 289. per se quid 396. numero pendet à materia Aristoteli 265 305.
Vocabula artis retinenda 11.
Voluntas inducit mẽtem ad peccatum 9. eius beatitudo potior quam mentis 948 quid qualis 996 & seq. ab electione quomodo differat 1007. obiectum eius 1010. quomodo mouetur 1017. habitu quando indiget 1022.
Voluptas cur vitãda 967. quomodo necessaria 973 1039 quid qualis 981. 1169. & seq. 1137. 1172. est bonum 1139 1171. cognoscenda 1169. expetitur ab omnibus 1173 volitionem auget 1004. quotuplex belluina 1038. est vehementissima naturalissima 1038. quotuplex 1138. 1173. corporis quę 1141. & seq. Eudoxo creditur summum bonum 1170.
Voluntarium quid quotuplex 1000. & seq. 1099.
Xenophanes Pythagoræ discipulus 873.

Z.

ZOophyta non habent visum nec auditum 193. dolent aliquando 984.
Zenonis discipuli 874. digitorum compressione conceptionem significabat 878.
Zelotypia naturalis viro 1121.

LECTORI.

SIni velim, candide lector, ex libris qui omnium manibus hodiè teruntur, fere nullum minus indigere notis alphabetariis quam hicce Crassotii Philosophiæ liber, vbi omnia quasi ad certa librorum Aristotelicorum capita accurate reducuntur. Ordinis in hocce libro lucescentis splendorem iudicii oculis apprehende, teque diligentem in omnibus emulum præbe, senties confestim te ne minimam quidem particulam huius libri latere, & occlusis vt aiunt oculis quamcumque volueris quæstionem inuestigare posse.

EXERRATIONES SCRIPTVRÆ QVÆ OCCVRRVNT IN HOC I. VOLVMINE.

P. 17. ab intelligili lege. ab intelligibili
p. 18. sensui l. sensu
p. 20. dianoëam l. diantœam
p. 28 animo denique apodictica l. ab apodictica
p. 29 partes l. parte intelliguntu l. intelliguntur
p. 46. & de interpretatione l. & lib. de inter. &c.
p. 49. color internus l. dolor internus
p. 59. extremitates habet eo l. extremitates habet grandiores eo, &c.
p. 67. cum idonea doctrina l. cũ idonea differẽtia
p. 69. animi sensum l. animi sensus
p. 74. ad regendum l. ad agendum
p. 75. á natura i ortu l. à natura á primo ortu
p. 78. bene vdiendum l. videndum.

p. 877. τοῦμεν l. τοῦμεν̄ p. 877. τοῦμεν̄ l. τουμὸν Sic cætera emenda ibid.

Digitized by Google

p 83. vt ratio l. vt oratio
p. 85. in τὸ l. in τῷ
p. 90. duo oſtenduntur l. duo eſſenduntur
p. 92. termiaat notionem l. terminat motionem.
p. 93 confirmationem l. conformationem
p. 99 & 5. prædicale l. & 5. prædicabile
p 109. & remitti non tamen quæuis. Dele non tamen quæuis.
p. 128. nuturæ. l. naturæ
p. 143. creaturæ deleganda l. creaturæ deneganda.
p. 160. inuenijt poſſit l. inueniri poſſit
p. 161. ἀφυκίνα l. ἀφυκίνας
p. 164 dies hodiernus ſumitur l. dies hodiernus vnitur, qui ſint poſſibilis l. qui ſint poſſibiles
p. 166. quia tribus l. qua è tribus
p. 171. animal actu l. animal non continet actu
p. 182. quid ſit l. quod ſit homo non eſt rationalitas l. homo non eſt animalitas
p. 187. repetatur eſt l. repetantur ex
p. 188 ſi eſt genus l. ſi eſt idoneus
p. 203. ἐτίεσι l. ἐτιέσιον
p 209. non omnis ſecunda l. non omnis differẽtia
p. 213. n. ſi qualitas ho. ſimilitudo ſi qualitas.
p. 217. ſuper vnam l. ſeu per vnam
p. 219 & mortale l. & immortale
p. 226. bipes, terrenum & c. l. bipes eſt terrenum.
p. 136 formale qd l. vniuerſale quod
p. 239 συμβίβηκως l. συμβεβηκὸς
p. 256. in ante prædicamenta l. in ante prædicamẽta prædicamenta
p. 292 ne hæc ſit l. ne hæ ſint
p. 294. vt ſubſtantia l. vt ententia
p 316. non vniuerſa l. dum vniuerſa
p. 371. eſt ne de natura l. eſt ne natura
p. 381. animal hominis l. anima
p. 406. ita vt incolume adde remaneat realiter diſtinguntur.
p. 439 ἑρμηνία l. ἑρμήνεια
p. 463 licet à quo l. licet à quouis
p. 468. commune nomen l. diſtinctum nomen
p. 481 per propoſitionem l. per proportionem.
p. 509 comparatur comparatione l. comparatur propoſitione
p. 527. Ariſtoteles eſſe contrarias l. Ariſtoteles non eſſe contrarias
p. 518 ſidum mendacem l. ſidum veracem
p. 548 ſyllogiſmus ex obliquo l. ſyllogiſmos ex obliquo
p. 550. generatim ex l. generatim eſt ex
p. 553. atque vnus Deus l. atque omnis Deus
p. 555 per particulam in h. m. l. per particulam idẽ in h. m.
p. 561 quæ ſcientiam adde propoſitam habet
p. 575 repodendi l. reponendi
p. 584. vt anima l. vt animat

p 590. vel ſeipſa l. vel ſeipſam
p. 606. comprehendo l. nonne omprehendo
p. 684. nolle vniuerſale l. noſſe vniuerſale ſcile eſt &c.
p. 615. vel ſcientia l. vel ſcientiæ
p. 617. cap. 13. l. cap. 21.
p. 618. differt à tute l. differt à virtute
p. 635. de ipſo l. de ſeipſo
p. 649. materia, forma l. materia & forma
p. 650. manifeſta l. manifeſto
p. 655 primo in eo l primo quia in eo
p 657. per eſſentiam l. at per eſſentiam
p. 658 quædam definitio l quænam definitio
p. 666 commutatio concuſionis l. commutatio proportionis
p. 682. vnicuique l. vnique
p 609. quia & præcipua l.
p. 720. l. bro. 1. l. libro 2.
p. 750. & ſpes l. & ſpecies
p 776. neare definitiones l. fucatæ definitiones.
p. 869. truc etiam l. truchemam
p. 873. adſtructa l. adſtructu
p. 875 facultatis l. facultates
p 889 Rex videtur l res videtur
p. 895. eſſe ſcientificæ mentis epiſtemonicæ l. eſſe niſi ſcientificę mentis, ſiue epiſtemonicæ
p. 956. obruptæ l. obrutę
p 991. in his locis l in his locus
p. 992. medium & iuſtitia l. medium & exceſſus
p. 1039. deficit cupiditas l. deficit ſtupiditas
p. 1048. leuitas l. lenitas
p. 1065. reſp. modum l. nodum
p. 1071. ei pro l. & pro
p. 1083 centum amos l. centum annos
p. 1084. rerum non neceſſarium l. rerum omnium neceſſarium & paulo inferius ita hinc bellum ex bello, &c. l ita hinc bellũ, ex bello miſeria ex miſeria contemptus talium rerum, hinc vilitas
p. 1086. quis iuſtus l. quis iniuſtus
p. 1098. διαμόπερμμα l. διαμοπέρμημα.
p. 1139. nunc ſumituur l. nunc ſumitur
p. 1123 ſatis aſſecatum l. ſatis aſſecutus
p. 1128. quia ad bene l. quæ ad bene
p. 1135. ita incontinens l. ita continens.
p. 1142. agenda ſit l. agenda eſt
p. 1146. vt quæ l. vtq;
p. 1148 ad marg. ſymbolum Lodoicę regulæ l. ſymbolum Loodicæ reginæ.
p. 1151. tadiu namant l. tandiu amant
p. 1177. aut ſimilior eſt contemplator. l aut ſimiliot eſt Deo contemplator.
p. 1184 œconomicæ autem l oeconomica autem.
p. 1201 homolypvii l homoſipvj
p. 1219. eſſe chreſticum l. chremaſticum.

Finis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

11908

E 38.

Digitized by Google